ATTI

DELLA

REALE ACCADEMIA DEI LINCEI

ANNO CCLXXIII.

1875-76

SERIE SECONDA — VOLUME V.

LYNCÆI

ROMA
COI TIPI DEL SALVIUCCI
1880

CODEX ASTENSIS

QUI

DE MALABAYLA COMMUNITER NUNCUPATUR

Vol. II.


PARS PRIMA, SECUNDA ET TERTIA CODICIS

EDIDIT

QUINTINUS SELLA

LYNCEORUM ACADEMIAE CONSULTO

ASTE: NITET: MV̄DO:



ROMAE

EX TYPIS SALVIUCCI

MDCCCLXXX.

ORDO RERUM

QUAE IN VOLUMINE CONTINENTUR

INDEX CODICIS

Numeris arabicis significatur quo ordine sint in Codice capita partis primae, et monumenta partium quae sequuntur, numeris romanis significatur ordo Capitum in quibus singula monumenta continentur: soli numeri foliorum in ipso Codice scripti sunt.

Annus a xxv *die Decembris initium habet. Documentorum tempora si quae reperimus in Codice falso adscripta, emendanda curavimus in Indicibus.*

PARS PRIMA

ALIQUID DE YSTORIA CIVITATIS ASTENSIUM.

(Folium primum codicis) 1. (Ubi condita fuerit civitas astensis). — 2. De ampliatione civitatis Astensis. — 3. De posse antiquo civitatis Astensis. — 4. De passione sancti Secundi nobilis civis Astensis. — 5. De lombardis quando venerunt habitare in ytaliam. — 6. De captione civitatis Ast et eius destructione per Comitisam Alaxiam. — 7. De discordia episcopi et ecclesie Astensis contra cives Astenses. — 8. De destructione civitatis Ast per episcopum et ecclesiam Astensem. — 9. De destructione civitatis Astensis facta per Fredericum primum Imperatorem dictum barbarubeam. — 10. De prelio facto apud Montilium cum marchione montisferati. — 11. De prelio facto apud Quatordeum cum Alexandrinis. — 12. De prelio facto apud calamandranam cum Alexandrinis. — 13. De inceptione casanarum Civium Astensium in francia. — 14. De guasto facto per Mediolanenses in terra Astensium. — 15. De guerra Comitis sabaudie. — 16. De guerra domini Karuli regis Sicilie. — 17. De prelio facto apud coxanum cum Nuncijs domini Karuli. — *(Fol. 2)* 18. De guerra Marchionis montisferati. — 19. De guasto facto per Guilelmum Marchionem montisferati. — 20. De alio guasto facto per Marchionem eumdem. — 21. De alio guasto facto per Marchionem eumdem. — 22. De captione dicti Marchionis facta apud Alexandriam. — 23. De morte ipsius Marchionis Guilelmi apud Alexandriam. — 24. De Johanne filio dicti Guilelmi marchionis montisferati. — 25. De pace facta inter Astenses et vicarios predicti Johannis. — 26. De primo potestate Astensi. — 27. De hedificijs civitatis Ast. — 28. De posse quod tenebat tunc comune Astense ultra tanagrum. — 29. Item inter tanagrum et burburem tenebat istas. — 30. Item in valle canalium tenebat istam. — 31. Item in valle Treuecie tenebat villas infrascriptas. — 32. Item in valle Rialti tenebat istas villas. — 33. Item de versus vallem manariam tenebat istas. — 34. Item in valle verse tenebat infrascriptas villas. — 35. Item ultra versam tenebat villas istas. — 36. Item in valle tanagri tenebat istam villam. — 37. De diminutionibus villarum veterum. — 38. De villa Ripe rupte. — 39. De villa vallis Manarie. — 40. De villa Quarti veteris, et villa Mirabelli. — 41. De villa Castri Alferij, et de villa burgi sancti Petri sive et Guaderabij. — 42. Invenitur quod Civitas Ast multa mala passa est vel fuit ab inimicis suis et vicinis qui in circuitu eius sunt. — 43. De ampliatione et multiplicatione Civitatis Ast, et de vindicatione omnium supradictorum malorum et inimicorum suorum. — 44. De ditatione et renovatione Civitatis Ast. — 45. De civitate Ast ornata bonis Militibus et populo et sapientibus et potentibus viris. — 46. De civitate Ast que est ornata viris religiosis, Monacijs et mulieribus religiosis. — 47. De civitate Ast ornata bono furmento et vino optimo et bono. — 48. De regesto terrarum et possessionum Civitatis Ast. — 49. De registro mobili ipsius Civitatis. — 50. De Milicijs quas facere potest Civitas in civitate. — 51. De posse civitatis Ast prout protenditur et usque quo et ad quem locum. — *(Fol. 3)* 52. De reversione Johannis de monteferato in montemferatum.

PARS SECUNDA

DE PRIVILEGIJS IMPERATORUM CONCESSIS COMUNI ASTENSI.

1. De privilegio domini henrici sexti romanorum imperatoris. 1194. 26 Maii. — 2. De privilegio domini frederici secundi romanorum regis. 1219. Februarii. — 3. Autenticum unius privilegij imperatoris frederici. 1220. 29 Octobris. — 4. Privilegium domini henrici sexti imperatoris concessum comuni Ast. 1310. 8 Decembris. — *(Fol. 4)* 5. Privilegium Conradi II, romanorum regis Comuni Astensi (1140). — 6. (Privilegium Frederici imperatoris de privilegiis concessis Comuni Astensi) 1159. 15 Februarii. — 7. Privilegium domini Ottonis Romanorum imperatoris de libertate civitatis Astensis et de absolutione penarum. 1210. 14 Junii. — *(Fol. 5)* 8. Item aliud privilegium predicti domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris, contra Vivianum et Robaldum de fonte. 1211. 4 Marcii. — 9. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum imperatoris, de libertate civitatis Astensis. 1219. Februarii. — 10. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum imperatoris de confirmatione privilegij precedentis, et de libertate civitatis Astensis. 1220. 29 Novembris. — *(Fol. 6)* 11. Privilegium domini Frederici Romanorum imperatoris de libertate concessa comuni Astensi, de appellationibus a viginti quinque libris infra. 1186. 9 Junii. — 12. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum regis de recomendatione Castri Nonij quam fecit comuni Astensi usque ad suam voluntatem. 1214. 3 Marcii. — 13. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum regis de obligatione Castri Nonij et pertinenciarum pro Mille marchis argenti et de absolutione regalie. 1214. 22 Novembris. — 14. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum imperatoris de obligatione Castri Nonij et pertinentiarum, pro octingentis Marchis argenti ultra mille marchas argenti que in alio privilegio continentur. 1220. 25 Novembris. — *(Fol. 7)* 15. Privilegium domini Frederici imperatoris de donatione quam fecit comuni Astensi, de Viliano, de Caliano, de Laureto, de Sulbrico, de Montanario, et de Monali. (1163-64). — 16. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum imperatoris de absolutione penarum et bannorum quas et que incurisset Comune Astense versus dominum imperatorem. 1226. Maii. — 17. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum imperatoris de cassatione sententie late per Mediolanenses inter comune Astense et comune Alexandrie de Castris Canelij et Calamandrane et alijs rebus. Et etiam quod comune Alexandrie non possit petere aliquod jus in Maxio. 1232. Aprilis. — 18. Privilegium domini Frederici Romanorum imperatoris de confirmatione sententie late contra homines Albe quod non faciant locum planclarascij nec habitationem. 1247. Julii. — 19. Littere domini Frederici secundi Romanorum imperatoris de absolutione bannorum et penarum que et quas comune Ast incidisset pro comuni Albe. 1219. 4 Septembris. — 20. Littere domini Frederici Romanorum imperatoris, misse domino Bertoldo, quod ipse restituat Castrum Nonij comuni Astensi. (1220. 25 Novembris). — 21. De passagio facto in ultra marinis partibus. (1227). 6 Decembris. — *(Fol. 9)* 22. Privilegium de civitatibus que banite sunt per dominum Fredericum Romanorum imperatorem scilicet Mediolanum, Brixia, Mantua, Verona et plures alie ut infra. 1226. Julii.

(Fol. 10) 23. De litteris missis per dominum honorium papam pro passagio transmarino. 1227. 29 Januarii. — 24. De confirmatione investiture facte communi Astensi quam fecit dominus henricus dei gratia Mediolanensis ecclesie Archiepiscopus. 1221. 17 Junii.

(Fol. 11) 25. De concessione domini Conradi Romanorum regis possendi facere monetam. (1140). — 26. De remissione domini Frederici Imperatoris facta comuni Astensi de regalibus et possendi facere monetam. (1155-1190). — 27. (Fredericus romanorum rex causas quas cum comuni Albe habet Oddo de Barbarisco civis astensis Osberto judici et Guielmo Salvatico committit. 1214. 9 Maii). — 28. (Fredericus romanorum rex comune Albe gravioribus minis prosequitur pro eodem Oddone de Barbarisco. 1214. 24 novembris). — 29. (Fredericus romanorum rex pro eodem ponit in bannum Comune Albe. 1219. 28 Februarii).

(Fol. 12) Rubricae Castrorum terrarum et locorum.

(Fol. 19) Tabula topographica.

(Fol. 21) 30. Privilegium domini Frederici secundi Romanorum Imperatoris. 1220. 29 Decembris.

PARS TERCIA

CASTRA, TERRE ET LOCA ULTRA TANAGRUM.

I. De laureto et comitatu laureti et pertinenciis.

31. De donatione facta per dominum Guilelmum marchionem montisferati Comuni Ast de laureto et comitatu. 1206. 5 Maii. — 32. De fidelitate facta comuni astensi per homines de laureto. 1188. 8 Augusti. — 33. De fidelitate facta comuni Astensi de laureto et comitatu et de castagnolis. 1197. 13 Februarii. — *(Fol. 22)* 34. De venditione facta comuni Astensi per Marchionem lanciam de laureto et comitatu et de castagnolis et certis locis. 1206. 4 Junii. — 35. De quitatione facta comuni Ast de precio laureti. 1206. 4 Junii. — 36. De quitatione facta ut supra de precio laureti. 1206. 14 Decembris. — 37. De quitatione facta ut supra de precio laureti. 1206. 14 Decembris. — 38. De quitatione facta ut supra de precio laureti. 1206. 14 Decembris. — 39. De quitatione facta ut supra de precio laureti. 1206. 14 Decembris. — 40. De quitatione facta ut supra de precio laureti. 1206. 14 Decembris. — 41. De quitatione facta ut supra de precio laureti. 1206. 14 Decembris. — 42. De quitatione facta de precio laureti. 1206. 13 Decembris. — *(Fol. 23)* 43. De quitatione facta ut supra de dicto precio laureti. 1206. 19 Novembris. — 44. De quitatione facta ut supra de dicto precio laureti. 1206. 18 Novembris. — 45. De quitatione facta ut supra de dicto precio laureti. 1206. 18 Novembris. — 46. De obligatione facta per Manfredum de busca de parte Laureti et Castagnolarum. 1197. 19 Marcii. — 47. De venditione facta comuni Astensi per lafrancum Niellum de comitatu laureti. 1202. 30 Decembris. — 48. De quadam procura dicti lafranci et filiorum ad vendendum dictum locum seu comitatum laureti. 1201. 11 Decembris. — 49. De venditione et cessione factis Comuni Astensi de certa parte Comitatus laureti et Castagnolarum. 1201. 15 Decembris. — *(Fol. 24)* 50. De renunciatione facta per Marchionem montisferati de fidelitatibus quas habebat in laureto et in Castagnolis. 1206. 5 Junii. — 51. De simili renunciatione facta per predictum Marchionem et Marchionem de Busca. 1206. 5 Junii. — 52. De quodam instrumento donationis facto comuni Astensi per Marchionisam de lancia de salucia. 1065. 12 Maii. — 53. De donatione quam fecit dominus Manfredus marchio de busca comuni Astensi de tota sua terra. 1196. 3 Novembris. — 54. De investitura quam fecit d. Otto boverius in comune Astense de loco laureti et de comitatu. 1149. 12 Marcii. — *(Fol. 25)* 55. De pacto et concordia comunis Astensis et domini Raymondi de belengeriis de Busca. 1229. 2 Junii. — 56. De investitura facta in Comune Astense per dominum Ottonem boverium marchionem de medietate castri laureti. 1149. 18 Februarii. — 57. De donatione facta per suprascriptum dominum Ottonem boverium comuni Astensi de dicta medietate. 1149. 16 Februarii. — *(Fol. 26)* 58. De investitura facta in comune Astense per dominum Ottonem boverium marchionem de medietate Castri laureti. (1149). — 59. De notificatione facta Marchioni montisferati de venditione laureti. (1194). — 60. De fidelitate henrici maleti de loco laureti. 1206. 8 Novembris. — 61. De investitura facta per dominum Ottonem boverium marchionem de medietate Castri laureti. 1149. 18 Februarii. — 62. De donatione facta comuni Astensi per dominum Ottonem boverium de medietate castri laureti et ville ac comitatus eiusdem. 1149. 16 Februarii. — 63. De notificatione facta Marchioni montisferati de venditione laureti. 1194. 8. Maii. — *(Fol. 27)* 64. De quitatione facta comuni Astensi per dominum Marchionem montisferati de facto laureti. 1206. 19 Novembris. — 65. De procura Comitis Uberti ei facta per supradictum Marchionem ad certa agenda. 1206. 15 Novembris. — 66. De citaniatico Manfredi et Rodulfi de laureto. 1242. 3 Septembris *. — 67. De quadam confessione facta per infrascriptos versus Drochum palium de certo debito occasione comitatus laureti. 1201. 21 Novembris. — 68. De quadam alia confessione facta per infrascriptos versus lafranchum Niellum de certo debito Comitatus laureti. 1201. 22 Novembris. — 69. De quadam alia confessione facta per infrascriptos versus Ottonem de poblice de certo debito Comitatus laureti. 1201. 21 Novembris. — 70. De quadam alia confessione facta per

* *Hoc loco notatur in codice* — Item dominus Henricus Marchio de Sagona fecit donum comuni Astensi de sextadecima parte Laureti et Castagnolarum ut patet sub rubrica de dono facto per prefatum dominum henricum marchionem Comuni Astensi de tota illa terra que fuit Marchionis Bonefacii de Curtemilia tam in Curtemilia quam in aliis locis Capitulo primo posito sub Rubrica de Castro de Curtemilia. fo.

Item inspiciatur sub titulo et rubrica terrarum et locorum Astexij sub quibus sunt descripta certa capitula jurium et instrumentorum spectantium ad dictum castrum et locum Laureti.

infrascriptos versus Drocum palium de certo debito comitatus laureti. 1201. 21 Novembris. — 71. De quadam alia confessione facta per infrascriptos versus Robandum palium de certo debito comitatus laureti. 1201. 21 Novembris. — *(Fol. 28)* 72. De quadam confessione facta per infrascriptos versus Jacobum putiglam de saluciis Occasione laureti. 1201. 21 Novembris. — 73. De alia confessione facta per infrascriptos versus Nicolaum de Morocio, occasione laureti. 1201. 21 Novembris. — 74. De quadam confessione facta per Marchionem Montisferati versus comune Astense. 1193. 24 Februarii.

II. De Castagnolis. Castrum et villa Castagnolarum est de locis novis comunis Astensis, et homines dicte ville sunt cives Astenses in omnibus et per omnia sicut alii cives civitatis Astensis.

75. De quitatione facta hominibus Castagnolarum per Marchionem de busca. 1197. 1 Novembris. — 76. De venditione facta comuni Astensi per Marchionem lanceam cum consensu Marchionis Montisferati de castro et villa Castagnolarum. 1206. 4 Junii. — *(Fol. 29)* 77. Investitura facta per comune Ast in dominum Oddonem de pauca palea in rectum feudum de certa parte Castagnolarum. 1216. 4 Octobris. — 78. De fidelitate certorum hominum de Castagnolis. 1204. 30 Januarii. — 79. De cessione data Comuni Astensi, adversus dominum Manfredum lanceam Marchionem occasione Castagnolarum. 1202. 29 Decembris. — 80. De cessione data Comuni Astensi adversus predictum dominum Manfredum lanceam marchionem occasione Castagnolarum. 1202. 29 Decembris. — 81. De promissione facta comuni Astensi, per Sysmondum de Morocio et eius filium et nepotes, occasione Castagnolarum et laureti. 1202. 29 Decembris. — *(Fol. 30)* 82. De promissione facta comuni Astensi per Odonem de plobis, Robaldum et Guilelmum et certos alios occasione Castagnolarum et laureti. 1202. 29 Decembris. — 83. De citaniatico illorum de buscha, sicut sunt Cives Astenses. 1202. 4 Martii. — 84. De quadam inventione certorum iurium fictorum prestandorum, et que comune Astense habet in Casteglolis. 1207. 2 Septembris. — *(Fol. 31)* 85. De quadam confessione certorum fictorum repertorum comuni Astensi spectantium. 1207. 4 Septembris. — 86. De quadam confessione prout supra. 1207. 4 Septembris. — 87. De quadam alia confessione prout supra. 1207. 4 Septembris. — 88. De quadam alia confessione prout supra. 1207. 4 Septembris. — 89. De quadam alia confessione prout supra. 1207. 4 Septembris. — 90. De quadam alia confessione prout supra. 1207. 4 Septembris. — 91. De quadam alia confessione prout supra. 1207. 4 Septembris. — 92. De fidelitate facta comuni Astensi, per dominum henricum de pauca palea et dominum Murutum fratrem eius, occasione feudi quod tenet a comuni Astensi in costeglolis. 1216. 12 Septembris.

III. De Costeglolis.

(Fol. 32) 93. De concordia pactione et fidelitate illorum de Costeglolis facta cum Comuni Astensi. 1198. 13 Julii. — 94. De eodem. 1198. 14 Julii. — 95. De citaniatico concesso per Comune Astense hominibus de Costeglolis. 1198. 14 Julii. — 96. De fidelitate Uberti palii facta Comuni Astensi. 1207. 20 Augusti. — *(Fol. 33)* 97. De fidelitate Guilelmi de Momprevellis facta comuni Astensi occasione Costeglolarum. 1207. 25 Augusti. — 98. De investitura facta per comune Astense ad rectum feudum in Odonem de grassis de lanerio quod tenet in costeglolis et de eius fidelitate. 1207. 27 Augusti. — 99. De fidelitate Raymondi cunraengi de alba facta comuni Astensi occasione costeglolarum. 1207. 20 Augusti.

IV. De villa Blonearum. Villa Blonearum fuit de Comitatu laureti et est de posse Costeglolarum, Et aspiciatur ad secundum capitulum contentum sub Rubrica de Castagnolis in quo Capitulo continetur de Alienatione dicti loci Blonearum.

Item est feudum comunis Astensis ut patet in titulo laureti in capitulo de vendicione facta comuni Ast per Marchionem lanceam de laureto et comitatu laureti et certis aliis locis.

100. De venditione heredum domini Jacobi lanceavegia de Alexandria de eo quod habebant in villa et posse de Bloneis. 1288. 24 Januarii.

V. De Serra Meceti que vocatur Sanctus Stephanus.

(Fol. 34) 101. De abrenunciatione domini Raymondi Marchionis de busca de fidelitate Castri et loci sancti Stephani. 1216. 17 Aprilis. — 102. De fidelitate illorum de sancto Stephano facta comuni Ast occasione dicti loci. (1216). — 103. De dono et investitura facta per dominum Belengerium marchionem de busca comuni Ast de medietate Castri Sancti Stephani. 1188. 5 Maii *.

(Fol. 35) VI. De sancto Mayolio, homines dicte ville sunt de posse Castagnolarum. Et inspiciatur in secundo Capitulo contento sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de alienatione et venditione dicti loci factis per dominum Manfredum lanceam Comuni Astensi.

VII. De petino, homines dicte ville sunt de posse Castagnolarum. Et inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione dicti loci petini facta Comuni Astensi per dominum Manfredum Marchionem de lancea.

VIII. De castro paraxoli. Castrum paraxoli est feudum comunis Astensis, ut patet sub titulo et rubrica laureti. In capitulo posito sub rubrica de venditione facta Comuni Astensi per Marchionem lanceam de laureto et comitatu laureti et castegnollarum, et certis aliis locis.

IX. De Farineriis, homines dicte ville sunt de posse Castagnolarum. Et inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione dicti loci de Farineriis facta comuni Astensi per dominum Manfredum marchionem de lancea.

X. De Castro Matarelli. Castrum Matarelli est feudum comunis Astensis ut patet sub titulo et rubrica laureti. In capitulo posito sub rubrica de venditione facta comuni astensi per Marchionem lanceam de Laureto et Comitatu Laureti et castegnolis et certis aliis locis.

(Fol. 36) XI. De Caburo. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo Capitulo continetur de venditione dicti loci de caburo facta Comuni Astensi per Dominum Manfredum marchionem de lancea.

XII. De Saxo. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis. In quo capitulo continetur de venditione dicti loci de Saxo facta per dominum Manfredum marchionem de lancea.

XIII. De Caprarolio, homines sunt in villa Insule. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis. In quo capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum de lancea Marchionem comuni Astensi de dicto loco Caprarolii.

104. (De albergaria et aliis, debitis per homines de Caprarolio. 1207. 4 Septembris).

XIV. De Paruzono. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis. In quo capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum Marchionem de lanzea comuni Astensi de dicto loco paruzonij.

(Fol. 37) XV. De Monte prevedero. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis. In quo capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum lanceam Comuni Ast consensu et voluntate domini Guilelmi Marchionis Montisferati de dicto loco Montis prevederij.

* *In codice subjungitur monitum* — Require in titulo Laureti ubi continentur alia instrumenta spectancia ad dictum castrum et locum.

XVI. De sparoeriis. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis. In quo capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum lanceam Marchionem de dicto loco de sparoeriis comuni Astensi.

XVII. De plebatu pontis. De hominibus habitantibus in plebatu pontis. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione facta comuni astensi per dominum Manfredum marchionem lanceam de loco plebatus pontis.

XVIII. De Barbarischo.

105. De sentencia arbitrali lata inter comune Albe et Bonefacium de Revello et certos alios in eorum favorem. 1201. 15 Augusti. — *(Fol. 38)* 106. De venditione facta comuni Ast per Nicolaum qualiam de certa parte Barbarischi. 1222. 16 Julii. — 107. De venditione facta comuni Ast de XII^{a} parte Barbarischi et Nevearum. 1222. 25 Julii. — 108. De venditione facta Comuni Astensi per Jacobum de Agliano de certa parte Barbarischi. 1222. 26 Augusti. — 109. De litteris presentatis ex parte comunis Ast comuni Albe occasione Barbarischi. 1219. 24 Marcii. — *(Fol. 39)* 110. De promissione facta per Comune Albe comuni Astensi occasione possessionis Castri et ville et hominum Barbarischi. 1201. 27 Junii. — 111. De sindicatu comunis Ast contra comune Albe facto occasione Barbarischi. 1222. 20 Julii. — 112. De denunciatione facta per comune Ast contra comune Albe. 1222. 23 Julii. — 113. De eodem. 1222. 23 Julii. — 114. De eodem denunciamento seu denunciatione. 1222. 23 Julii. — 115. De absolutione comunis Albe pro Barbarisco facta per comune Astense. 1201. 9 Novembris. — 116. De quodam Juramento et promissione facta per comune Astense versus Obertum quaglam de barbarisco occasione turris barbarischi. 1198. 11 Junii. — *(Fol. 40)* 117. De pace celebrata inter Astenses et Albenses occasione Nevearum, Trecii et Barbarischi. 1161. 20 Junii.

XIX. De Viglano.

118. De vendicione facta comuni Astensi, per Fredericum Azonem et Bonefacium fratres de certa parte Viglani. 1220. 11 Marcii. — 119. De venditione et fidelitate factis per Aycardum de Viglano comuni Astensi de dicto loco. 1220. 11 Augusti. — *(Fol. 41)* 120. De Investitura facta per Comune Astense in predictos Fredericum Azonem et Bonefacium de dicto loco Viglani. 1221. 22 Februarii. — 121. De Investitura facta per comune Astense de dicto loco in dominos Anselmum, Tebaldum et Ogerium de Viglano, et dicto loco Viglani. 1192. 20 Septembris. — 122. De donatione et fidelitate facta comuni Astensi per Azonem de Viglano cum duobus filiis suis de dicto castro Viglani. 1135. 26 Novembris. — 123. De venditione facta per Grasuertum Cazafore, in Vacham caynaschum de certa parte Viglani. 1154. 10 Decembris. — 124. De venditione facta de certa parte Viglanij per Engum de Nevea in predictum Vacham et Ambroxium eius fratrem. 1161. 14 Maii. — 125. De donatione facta per predictum Vacham comuni Astensi de predicto loco. 1173. 29 Julii. — 126. De quodam Concordio facto per dominum Pipinum de Viglano cum Comuni Astensi. 1198. 23 Junii. — *(Fol. 42)* 127. De Feudo quod prestatur per Henricum de Monte bersario et eius filium. Occasione Viglani et Castri. 1200. 29 Marcii. — 128. De vendicione Jacobi Durnasij et fratrum facta Comuni Astensi de eorum parte Viglani. 1200. 3 Septembris. — 129. De donatione facta Comuni Astensi per dominos Montisbersarij de medietate Castri et Ville Viglani. 1148. (11) Marcii. — 130. De venditione Aychardi de Viglano et sororis eius facta Comuni Astensi de VI^{a} parte Viglani et Castri. 1239. 25 Augusti. — *(Fol. 43)* 131. De confessione solutionis precij. Emptionis Viglanij de parte Aycardi et eius sororis occasione Viglanij. 1239. 30 Augusti. — 132. De donatione facta Comuni Ast per dominos Montisbersarij de medietate Castri Viglanij. 1148. 11 Marcii. — 133. De porcione data per dominum Henricum de Montebersario filiis suis in Villa Viglani. 1200. 18 Marcii.

(Fol. 44) XX. De Montebersario. Villa Montisbersarii est de locis novis comunis astensis et homines dicte ville sunt cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives civitatis astensis habitantes in Ast.

134. De dono facto per dominum Ansaldum de canelio et eius filium Comuni Astensi de eo quod habebat in Montebersario. 1189. 26 Novembris. — 135. De Investitura facta per Comune Astense

In supradictos nomine feudi de dictis bonis existentibus in dicto loco. 1189. 26 Novembris. — 136. De vendicione facta Comuni Astensi per dominum Merlum de Montebersario de XVI^a parte Montisbersarij. 1209. 2 Marcii. — 137. De donatione facta per dominum Albertum de Lanerio et eius filium Comuni Astensi de sua parte Montisbersarij, Malemortis et Viglani. 1189. 26 Novembris. — *(Fol. 45)* 138. De investitura facta per dominum Gualfredum de Montebersario In dominum Albertum de Canelio de tota sua parte Montisbersarij etc. 1187. 7 Decembris. — 139. De refutatione et fine factis per Gualfredum de Montebersario Comuni Astensi de omni Jure quod habebat In montebersario. 1189. 22 Novembris. — 140. De Inductione et Restitutione possessionis per Dominum Marchionem Montisferati Comuni Ast de eo quod dictum Comune habet in Castro et Villa Montisbersarij. 1206. 17 Maii. — 141. De absolutione fidelitatis hominum de Montebersario facta per predictum dominum Marchionem in Comune Astense. 1206. 17 Maii. — 142. De vendicione facta, per homines Montisbersarij In Comune Astense de loco Montisbersarij. 1277. 1 Octobris. — *(Fol. 46)* 143. De venditione Balzanorum de eorum parte Montisbersarij. 1289. 11 Junii. — *(Fol. 48)* 144. De confirmatione et Ratificatione Venditionis facta per Bonefacium et Jacobum de Balzanis videlicet facte per Manfredum et alios eius consortes. 1289. 12 Junii. — 145. De fidelitate hominum balzanorum facta Comuni Astensi occasione Montisbersarij. 1289. 13 Junii. — 146. De citaniatico hominum balzanorum de Montebersario. 1289. 15 Junii. — *(Fol. 49)* 147. De refutatione fidelitatis hominum Jacobi et Morelli de Castelleto occasione Montisbersarij. 1289. 28 Marcii. — 148. De fidelitate hominum Jacobi et Morelli de Castelleto occasione Montisbersarij. 1289. 27 Marcii. — 149. De vendicione facta Comuni Astensi per Johanem et Morellum de Castelleto de certa parte Montisbersarii. 1289. 16 Aprilis. — 150. De venditione facta Comuni Astensi per Jacobum Speltam de Castelleto de sua parte Montisbersarij. 1289. 10 Maii. — *(Fol. 50)* 151. De citaniatico Jacobi Spelte de Montebersario. 1289. 10 Maii. — *(Fol. 51)* 152. De fidelitate hominum Jacobi de castelleto facta comuni Astensi occasione Montisbersarij. 1289. 11 Maii. — 153. De quadam alia fidelitate facta per certos alios homines dicti loci. 1289. 11 Maii. — 154. De quadam alia fidelitate certorum aliorum hominum. 1289. 11 Maii. — 155. De quadam alia fidelitate. 1289. 11 Maii. — 156. De venditione facta communi Astensi per illos de sbaratis et de pavexijs de eorum parte Montisbersarij. 1290. 8 Aprilis. — *(Fol. 52)* 157. De fidelitate facta communi Astensi per homines illorum de sbaratis et de pavexijs de Monte bersario. 1290. 8 Aprilis. — 158. De citaniatico Johannis Guillelmi et Morelli de castelleto. 1290. 8 Aprilis. — *(Fol. 53)* 159. De citaniatico henrici pavexij, Oppizonis gualle et Bonefaci fratrum occasione Montisbersarij. 1290. 8 Aprilis. — 160. De iuris cessis communi Astensi per Manfredum de noxeto contra certos eius debitores occasione Montisbersarij. 1290. 8 Aprilis. — 161. De venditione facta comuni Astensi per illos de Cathena de XXXII partibus Montisbersarij. 1290. 3 Maii. — *(Fol. 54)* 162. De fidelitate hominum illorum de Cathena facta communi Astensi occasione Montisbersarij. 1290. 12 Maii. — 163. De venditione facta comuni Astensi per illos de Remuschis et de sardis et henricum bosium, de IIII^a parte Montisbersarij. 1289. 5 Aprilis. — *(Fol. 56)* 164. De citaniatico hominum montisbersarij qui fuerunt illorum de alferijs. 1284. 29 Februarii. — 165. De venditione facta per Johanem speltam de Castelleto comuni Astensi de ejus parte Montisbersarij. 1288. 22 Decembris. — *(Fol. 57)* 166. De citaniatico Johannis spelte et Guillelmini et Manuellis de Montebersario. 1288. 22 Decembris. — 167. De donatione facta Comuni Astensi, per dominum henricum de Montebersario et eius filium, de certa parte Castri et ville Montisbersarij et malemortis. 1188. 26 Junii. — *(Fol. 58)* 168. De dono et investitura factis comuni Astensi, per Manfredum tiburium et certos alios de IIII^a parte Montisbersarij. 1189. 13 Novembris. — 169. De investitura facta per Comune Astense in predictum Manfredum et certos alios, de dicta IIII^a parte Montisbersarij. 1189. 13 Novembris. — 170. De fidelitate prestita per certos de Montebersario comuni Astensi occasione Montisbersarij et malemortis. 1200. 22 Marcii. — 171. De certis pactis et fidelitate prestita communi Astensi per certos homines de montebersario occasione montisbersarij et malemortis. 1201. 2 Aprilis. — *(Fol. 59)* 172. De quadam licencia occasione massaricij data nomine communis Astensis ad laborandum omnes terras et possessiones Montisbersarij. 1199. 26 Februarii. — 173. De dono et investitura facta communi Astensi per Ruffinum tiburum et Ottonem grignolam et certos alios de IIII^a parte castri et ville montisbersarij et Malemortis. 1189. 13 Novembris. — 174. De venditione facta communi Astensi per Arnaldum balzanum de XII^a parte Montisbersarij, Malemortis et Viglanij. 1208. 17 Augusti. — 175. De inductione et tradicione possessionis factis communi Ast de predictis bonis. 1208. 18 Augusti. — 176. De renunciatione facta

de dicta possessione et vendicione communi Ast per Richa uxorem Arnaldi balzani. 1208. 19 Augusti. — 177. De fidelitate hominum de Montebersario et Malamorte. a. p. — 178. De quadam sentencia Arbitramentaliter prolata. s. a. — 179. De quadam investitura facta per comune Astense ad rectum feudum in Arnaldum balzanum, de XII^a parte castri et ville Montisbersarij et Malemortis. 1208. 22 Augusti. — *(Fol. 60)* 180. De cessione data per henricum de montebersario in commune Ast de XII^a parte Montisbersarij. 1208. 22 Augusti. — 181. De quadam admonitione facta per potestatem Astensem. 1219. 20 Aprilis. — 182. De quadam fidelitate hominum de montebersario. 1160. 22 Februarii. — 183. De restitutione cuiusdam instrumenti facta per commune Astense Marchioni Montisferati occasione malemortis. 1220. 12 Novembris. — 184. De quadam confessione facta predicto Marchioni per comune Astense. 1220. 12 Novembris. — 185. De investitura et donatione factis per dominum Gualfredum de montebersario in dominum Albertum de canellio de illa sua parte montisbersari etc. 1187. 7 Decembris. — 186. De quadam promissione facta comuni Astensi per Painazam Vardalossum occassione Montisbersarij. 1222. 9 Novembris.

(Fol. 62) XXI. De Malamorte. Castrum et villa malemortis est de locis novis comunis Astensis et homines dicte ville pro parte comunis Astensis sunt cives Astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives Civitatis Astensis habitantes in Ast ut patet etiam in titulo Encisie.

187. De restitutione et inductione possessionis facte comuni Ast per Marchionem Montisferati occasione Malemortis. 1206. 17 Maii. — 188. De absolutione fidelitatis facta per dominum Guilelmum marchionem Montisferati de hominibus Malemortis in manibus comunis Astensis, ut ipsi sint comunis Astensis. 1206. 17 Maii. — 189. De vendicione facta comuni Astensi per dominam Mubiliam filiam quondam domini Saraceni de malamorte et dominum Ascherium de malamorte, de XVI^a parte Castri et ville Malemortis. 1211. 25 Novembris. — 190. De investitura facta per comune astense in rectum feudum in infrascriptos homines, de dicta XVI^a parte predictorum Castri et ville. 1211. 25 Novembris. — 191. De quadam confessione facta per dominum Guilelmum marchionem Montisferati versus Rollandum de catena prout infra continetur. 1212. 10 Januarii. — 192. De quodam precepto facto per potestatem astensem infrascripto notario ut autenticaret infrascriptum instrumentum. 1251. 16 Augusti. — 193. De quadam pace fine et refutatione facta per comune Astense domino Guilelmo marchioni Montisferati prout inferius continetur. 1220. 12 Novembris. — 194. De quadam treugua facta per Guilelmum de ceva potestatem Astensem et Bonefacium marchionem prout infra continetur. 1191. 25 Augusti. — *(Fol. 63)* 195. De venditione facta comuni Astensi per Conradum et Albertinum de medietate XVIe partis Castri et ville et hominum Malemortis. 1290. 12 Aprilis. — 196. De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum de mongarello de VI^a parte XVI partis Castri et ville et hominum Malemortis. 1290. 12 Aprilis. — *(Fol. 64)* 197. De venditione facta comuni Astensi per Jacobum sucium de sexta parte XVIe partis Castri et ville Malemortis. 1290. 12 Aprilis. — *(Fol. 65)* 198. De citaniatico Conradi et Albertini de montegarello occasione Malemortis. 1290. 12 Aprilis. — 199. De Citaniatico Jacobi de Montegarello occasione Malemortis. 1290. 12 Aprilis. — *(Fol. 66)* 200. De citaniatico Jacobi Suzzii de Malamorte occasione Malemortis. 1290. 12 Aprilis. — 201. De vendicione facta comuni Astensi per Berardum Guilelmum et henricum de Catena de quarta parte et item de certis aliis partibus Castri Malemortis. 1254. 18 Augusti. — 202. De vendicione facta comuni Astensi per Conradum remuschium et certos alios eius consortes de infrascriptis partibus Castri Malemortis. 1254. 23 Augusti. *(Fol. 67)* 203. De quadam pace fine et refutatione facta per comune Astense versus Berardum de cathena, et Albertum fratrem eius prout inferius continetur. 1235. 4 Maii. — 204. De Citaniatico henrici remussi de Malamorte et certorum aliorum infrascriptorum. 1235. 19 Maii.

(Fol. 69) XXII. De Veneis.

205. De vendicione facta ottoni canci et henrico piperate per Aycardum et Raynaldum de Marenghis de certis possessionibus venearum. 1212. 4 Junii. — 206. De Juribus cessis per Ottonem mareghum domino Raymondo de busca occasione venearum. 1214. 28 Septembris. — 207. De venditione facta domino Raymondo de busca marchioni per henricum piperatam et Anfusum de coxano de iuribus que habebant in veneis. 1223. 14 Junii. — 208. De iuribus cessis per dominum Anfusum de coxano domino Raymondo Marchioni de busca occasione venearum. 1223. 14 Junii. — 209. De

quadam promissione facta per Aycardum et Raynaldum de veneis prout inferius continetur. 1208. 11 Aprilis. — 210. De fine et Refutacione factis domino Raymondo Marchioni de busca per dominam Gasliam et Richeldam eius filiam prout inferius continetur. 1214. 28 Septembris. — 211. De Donatione facta comuni Astensi per Aycardum de solario de veneis de omnibus sediminibus positis intus Castrum de veneis. 1222. 6 Junii. — *(Fol. 70)* 212. De possessione data comuni Astensi per Aycardum de solario de veneis de toto eo quod habebat, in castro et villa venearum. 1222. 7 Junii. — 213. De vendicione facta comuni Astensi per dominum Raymondum marchionem de busca et Boverium de monestayrolio de omnibus Juribus que habebant in castrō et villa venearum. 1223. 18 Junii. — 214. De vendicione facta comuni Astensi per Niellum de covazolio de IIII^{a} parte minus XVI^{a} Castri et ville venearum. 1218. 26 Februarii. — 215. De donatione facta comuni Astensi per dominam Imiliam uxorem quondam Nielli de covazolio de quodam sedimine posito in castro de veneis. 1221. 29 Julii. — 216. De possessione data comuni Astensi per Niellum de covazolio de quarta parte Castri et ville de veneis. 1218. 5 Marcii. — 217. De hominibus qui fecerunt fidelitatem comuni Astensi de predicta quarta parte. a. p. — 218. De quadam divissione facta occasione venearum prout inferius continetur. 1224. 8 Septembris. — *(Fol. 71)* 219. De quadam protestacione facta nomine comunis Astensis coram Episcopo Albensi occasione turris Venearum. 1224. 26 Septembris. — 220. De quadam protestatione facta nomine comunis Astensis prout inferius continetur. 1224. 26 Septembris.

(Fol. 72) XXIII. De villa pozolii.

Villa pozolii est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro Montisbersarij. In quodam capitulo posito sub rubrica de certis pactis et fidelitate prestita comuni Astensi per certos homines de Montebersario occasione Montisbersarij et Malemortis.

XXIV. De castro Trecij. Castrum Trecij videlicet sexta pars est comunis Astensis. Et alie quinque partes sunt feudum comunis astensis et est civium astensium pars illius castri.

221. De venditione facta comuni Astensi per Ottonem marenchum de VI^{a} parte sexte partis Castri et ville trecii. 1229. 14 Novembris. — 222. De venditione facta comuni Astensi per Anselmum Marenchum de quinque partibus sexte partis Castri et ville Trecii. 1229. 14 Novembris.

(Fol. 74) XXV. De Neveys. Castrum et Villa Nevearum est feudum comunis Astensis.

223. De venditione facta comuni Astensi per Nicolaum de Montealto et certos alios eius consortes de XII^{a} parte Castri et ville Nevearum et posse eorum. 1217. 14 Julii. — 224. De traditione et inductione possessionis predicte XIIe partis factis per predictos Nicolaum et consortes comuni Astensi. 1217. 15 Julii. — 225. De ratificatione et approbatione facta per certos de montaldo de venditione predicta. 1217. 18 Julii. — 226. De investitura facta per comune Astense in Nicolaum de monte alto et consortes eius in rectum feudum de illa parte Castri et Ville Nevearum quam vendiderunt comuni Astensi. 1217. 18 Julii. — 227. De ratificatione venditionis facte comuni Astensi ut supra per dominum Guilelmum et Bonefacium fratres dicti Rodulfi. 1217. 14 Augusti. — 228. De renunciatione facta per Nicolaum et Bonefacium de monte alto in comune Astense de fidelitate suorum hominum occasione Nevearum. 1217. 8 Octobris. — 229. De venditione facta comuni Astensi per Guilelmum de revello et fratres suos de XVIII^{a} parte Castri et ville Nevearum. 1217. 7 Septembris. — *(Fol. 75)* 230. De ratificatione et approbatione factis per Ottonem et Manfredum fratres de revello de vendicione facta comuni Ast per Guilelmum de revello de dicta XVIII^{a} parte Nevearum. 1217. 5 Octobris. — 231. De tradicione possessionis facte in comune Astense per Guielmum de revello et fratres suos occasione dicte venditionis superius facte comuni Astensi. 1217. 8 Octobris. — 232. De abrenunciatione fidelitatis facta in comune Ast per Guilelmum de revello et fratres suos de eorum hominibus Nevearum. 1217. 8 Octobris. — 233. De venditione facta comuni Astensi per dominum Guilelmum sclassum et Anselmum eius filium et Gattum de aglano de eorum parte Castri et ville Nevearum. 1217. 9 Augusti. — 234. De traditione possessionis facta comuni Astensi per Guilelmum sclassum et Anselmum eius filium et Gattum de Aglano et certos alios occasione Castri et ville

Nevearum. 1217. 10 Augusti. — 235. De renunciatione fidelitatis facta in comune Astense per predictos de Aglano de eorum hominibus Nevearum. 1217. 11 Augusti. — 236. De investitura facta per Comune Astense in Guilelmum sclassum et Gattum de aglano et certos alios in rectum feudum de illa parte quam vendiderunt comuni Astensi in Neveis. 1217. 11 Augusti. — 237. De donatione facta comuni Astensi per Guielmum bassum de Neveys et certos alios suos consortes de eo quod habent in Neveys. 1219. 8 Junii. — *Fol.* 76 238. De venditione facta comuni Astensi per Petrum turchum de Neveis, de eo quod habebat in Neveys. 1219. 23 Junii. — 239. De investitura facta per comune Astense in rectum feudum in Petrum Turcum de Neveis de eo quod habebat in Neveis. 1219. 23 Junii. — 240. De quadam permutatione et contracambio factis per comune Albe in comune Astense occasione Nevearum. 1223. 22 Novembris. — 241. De promissione facta per comune Albe comuni Astensi, de certis pactis et conventionibus observandis. 1223. 29 Marcii. — (*Fol.* 77) 242. De quadam promisione facta per Comune Albe comuni Astensi de quadam Concordia observanda. 1223. 30 Marcii. — 243. De quadam requisitione fidelitatis fiende comuni Astensi occasione Nevearum. 1224. 16 Novembris. — 244. De quodam pacto celebrato inter Nicolaum de monte alto et Rodulfum eius nepotem ex una parte et Comune Astense ex altera occasione Nevearum. 1217. 15 Augusti. — 245. De quodam denunciamento facto per comune Astense comuni Albe occasione Nevearum. 1224. 8 Septembris. — 246. De investitura facta per Comune Astense ad rectum feudum in Manfredum de Revello de eo quod tenet in Neveys. 1242. 11 Marcii. — 247. De fidelitate facta comuni Astensi per certos de Neveys occasione Nevearum. 1242. 31 Marcii.

(*Fol.* 78) XXVI. De Casteno. Castrum et villa Castani est feudum comunis Astensis.

248. De venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto marchionem de Careto sive Sagone de omni eo quod habebat in Castano et in Curtemilia etc. 1209. 6 Julii. — 249. De ratificatione dicte venditionis. 1209. 6 Julii. — 250. De venditione facta comuni Astensi per prefatum dominum Ottonem et Ugonem eius filium, de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de Burmea, Bergollis, Ture de Uzone, Cagna, Ursarolia, Casteleto et aliis locis. 1209. 6 Julii. — (*Fol.* 79) 251. De possessione quam dedit dominus Otto de Careto Marchio Sagone comuni Astensi de Castano. 1209. 12 Julii. — 252. De possessione quam dedit dominus Otto de careto comuni Astensi de Castro turris burmee et de infrascriptis Castris et locis. 1209. 13-17 Julii. — (*Fol.* 80) 253. De quitatione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto marchionem Sagone de precio terre per eum vendite comuni Astensi. 1209. 7 Augusti.

XXVII. De Bosea. Castrum et villa de Bosea est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et ugonem eius filium de Castano, Cortemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Vevrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Massungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Loesio etc. Et ut patet sub rubrica predicti castri Castani in capitulo posito sub rubrica de possessione quam dedit prefatus dominus Otto de Careto de dicto loco Bosee.

XXVIII. De Vecimis. Castrum et villa de vecimis est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de Castro et villa Castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de vendicione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium (etc. ut supra).

(*Fol.* 81) XXIX. De Salegio. Castrum et villa Salegii est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto Marchionem Sagone (etc. ut supra).

XXX. De Bergolijs. Castrum et villa de Bergolijs est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio (etc. ut supra).

XXXI. De Pezolio. Castrum et villa pezolij est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tertio (etc. ut supra).

XXXII. De Turre Uzonij. Castrum et villa Turris de Uzono est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tertio (etc. ut supra).

(*Fol.* 82) XXXIII. De Gurino. Castrum et villa Gurini est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tertio (etc. ut supra).

XXXIV. De Locesio. Castrum et villa Locesij est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tertio (etc. ut supra).

XXXV. De Cagna. Castrum et villa Cagne est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani in capitulo tertio (etc. ut supra).

XXXVI. De Ursarolia. Castrum et villa de Ursarolia est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tertio posito sub rubrica de venditione (etc. ut supra).

(*Fol.* 83) XXXVII. De Ulmo. Castrum et villa de Ulmo est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tertio (etc. ut supra).

XXXVIII. De Perleto. Castrum et villa Perleti est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tertio (etc. ut supra).

XXXIX. De Rocha Vevrana. Castrum et villa Roche Vevrane est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio (etc. ut supra).

XL. De Masungio. Castrum et villa Masungij est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani in capitulo tercio (etc. ut supra).

(*Fol.* 84) XLI. De Montebaudono. Castrum et villa Montisbaudoni est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castanij. In capitulo tercio (etc. ut supra).

XLII. De Denex. Castrum et villa de Denex est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio (etc. ut supra).

XLIII. De Ponte. Castrum et villa de Ponte est feudum comunis astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio (etc. ut supra).

(*Fol.* 85) XLIV. De Curtemilia.

254. De donatione facta comuni Astensi per dominum henricum marchionem de sagona de tota illa terra que fuit Marchionis bonefaci de curtemilia. 1191. 12 Maii. — 255. De possessione data per dominum Ottonem de careto comuni Astensi de castro Curtismilie. 1209. 13 Julii. — 256. De donatione facta comuni Astensi per dominum Guilelmum Marchionem de Ceva de tota terra que sibi evenit in partem pro successione hereditatis domini Bonefaci marchionis de curtemilia. 1190. 27 Maii.

(*Fol.* 86) XLV. De castro Leuqui. Castrum et villa Leuqui est feudum comunis astensis ut patet etiam sub titulo de Curtemilia capitulo primo.

257. De investitura facta in rectum feudum per comune Astense in dominum Jacobum de Careto Marchionem Sagone de toto feudo quod tenet a comune Astensi. 1251. 8 Aprilis. — 258. De possessione data Comuni astensi per dominum Manfredum marchionem Saluciarum, de Castro leuqui, et de Renunciatione fidelitatis suorum hominum. 1224. 25 Junii. — 259. De fidelitate facta comuni Astensi per homines dicti Marchionis de Castro leuqui. 1224.

(*Fol.* 87) XLVI. De Novello. Castrum et villa Novelli est feudum comunis Astensis ut patet eciam in titulo leuqui capitulo primo posito sub rubrica de fidelitate domini Jacobi de Careto et de investitura in eum facta in rectum feudum per comune astense.

260. De certis pactis et conventionibus factis inter et per Comune astense, et dominum henricum de careto Marchionem Sagone et certos alios suos consortes. 1276. 4 Februarii.

(*Fol.* 88) XLVII. De Salexeto. Castrum et villa Salexeti est feudum comunis Astensis ut patet etiam sub rubrica castri leuqui capitulo primo posito sub rubrica de investitura in rectum feudum facta in dominum Jacobum de careto et de eius fidelitate.

261. De quadam pace celebrata inter comune Ast et Marchionum de vasto et certorum Castellanorum prout infra continetur. 1228. 25 Novembris. — *(Fol.* 90*)* 262. De investitura facta per Comune astense in rectum feudum in dominum Conradum de careto de castro et villa Saleceti, et de toto eo quod tenet a comuni Astensi. 1269. 2 Aprilis.

(*Fol.* 91) XLVIII. De Cario.

263. De Concordia facta inter Astenses et Carienses prout inferius continetur. 1192. 17 Augusti. — 264. De quadam pace et concordia celebrata inter comune Ast et comune Carij prout inferius continetur. 1260. 18 Junii. — *(Fol.* 92*)* 265. De quodam instrumento sindicatus comunis Carij. 1260. 14 Junii. — 266. De quadam promissione restitutionis facta per Comune astense Comuni Carij prout inferius continetur. 1260. 21 Junii. — *(Fol.* 93*)* 267. De certis conventionibus promissionibus et pactis factis inter Astenses et Carienses prout inferius continetur. 1273. 22 Marcii. — 268. De quadam promissione facta per comune Ast comuni Carij de certis instrumentis Restituendis prout inferius continetur. 1273. 27 Marcii. — *(Fol.* 94*)* 269. De quodam instrumento sindicatus et procure comunis Carij prout inferius continetur. 1273. 22 Marcii. — 270. De quadam reformatione conscilij habendi etc. prout inferius continetur. 1273. 22 Marcii. — *(Fol.* 95*)* 271. De quadam societate et amicicia facta per infrascriptos cum comunibus Ast et Carij prout inferius continetur. 1278. 18 Julii.

(*Fol.* 97) XLIX. De Insula. Villa Insule est de locis novis comunis Astensis et homines dicte ville sunt cives astenses et etiam est feudum comunis Astensis ut patet sub titulo et rubrica Maxij.

272. De absolutione fidelitatis Manfredi, Aycardi et Ardizonis fratrum facta per Episcopum astensem. 1198. 9 Junii. — 273. De citaniatico Manfredi, Aycardi et Ardizonis de Insula. 1202. 5 Augusti. — 274. De procura domini Petri rebechi canonici sancti Secondi astensis de possessione data per Episcopum astensem comuni astensi de Castro et villa Insule. 1221. 29 Julii. — 275. De quadam Requisitione facta a domino Jacobo astensi Episcopo per comune astense prout inferius continetur. 1219. 16 Augusti. — 276. De certis pactis et conventis factis per certos homines infrascriptorum locorum cum comune Astensi, prout infra continetur. 1198. 18 Januarii.

(*Fol.* 98) XLIX.bis *Denuo* De Cario.

277. De certis instrumentis Restitutis et datis in accomando per comune Astense Ambaxiatoribus Carij prout infra continetur. 1221. 20 Maii. — 278. De quadam promissione facta comuni Astensi per comune Carij de conservando comune ast indemne etc. prout inferius continetur. 1199. 14 Octobris. — 279. De quodam iuramento facto per infrascriptos homines de cario prout infra continetur. 1199. 13 Octobris. — 280. De quodam iuramento facto per infrascriptos olim captivos prout inferius continetur. 1199. 16 Octobris. — *(Fol.* 99*)* 281. De quadam cessione facta per comune Carij comunibus Vercellarum et Ast de omnibus iuribus que comune Carij habebat versus captivos Taurini. 1199. 14 Octobris. — 282. De conventionibus, promissionibus et iuramentis factis per comitem Ubertum de blandrato versus comunia Ast et Carij. s. a. — 283. De certis pactis et conventis factis inter comune Ast et comune Carij prout infra continetur. 1194. 31 Julii.

(*Fol.* 101) L. De Azano. Villa Azani est de villis veteribus comunis astensis et

homines dicte ville sunt homines comunis astensis solvendo fodrum rusticale omni anno comuni astensi semel. Et ut patet etiam sub titulo Maxij.

284. De possessione data comuni astensi per dominum Episcopum astensem de omnibus iuribus que astensis ecclesia habet in Azano. 1221. 27 Junii.

LI. De Maxio. Castrum et villa Maxij est de locis novis comunis astensis. Et homines dicte ville sunt Cives astenses.

285. De possessione Castri et terre Maxij data comuni Astensi per dominum Jacobum episcopum astensem. 1221. 17 Junii. — 286. De quadam compositione sive concordia domini Jacobi Astensis Episcopi, et comunis Astensis, occasione Maxij. 1221. 8 Junii. — *(Fol.* 102*)* 287. De possessione data per dominum Jacobum astensem episcopum comuni astensi de omni iure quod ecclesia astensis habebat in loco de Maxio. 1221. 27 Junii. — 288. De investitura facta in rectum feudum per comune astense in Fredericum de comite et certos alios infrascriptos de feudo quod comune Ast habet in Maxio. 1221. 27 Junii. — 289. De renuntiatione fidelitatis infrascriptorum hominum facta per dominum Jacobum episcopum astensem et de precepto facto eisdem hominibus ut facerent fidelitatem comuni Astensi. 1221. 27 Junii. — 290. De venditione facta comuni Astensi per Guillelmum ardanexium de lanerio de octava decima parte loci de Maxio. 1225. 10 Aprilis. — *(Fol.* 103*)* 291. De quadam obligatione facta comuni Astensi per Ugonem carenam et nomine damixelle sororis sue de libris C. papiensium occasione Maxii. 1218. 12 Decembris. — 292. De quadam investitura facta per dominum Bonefacium episcopum Astensem in comune Ast de Recto feudo quod dictum comune tenet in Maxio. 1198. 26 Maii. — 293. De pacto hominum Maxii et comunis Ast et comunis Cesarie prout infra continetur. 1190. 26 Septembris. — 294. De possessione data comuni Astensi per Conradum Ardanexium et eius fratrem de porticu ecclesie sancte Marie de Maxio et de nona et decima parte comitatus et iurisdictionis quos habebant in Maxio. 1218. 16 Marcii. — 295. De Denunciamento facto per comune Astense Comuni Alexandrie quod non acquirant aliquid in Maxio nec in posse. 1212. 16 Octobris. — *(Fol.* 104*)* 296. De requisitione et postulatione facta per comune Astense a certis de Maxio ut fidelitatem faciant comuni Astensi. 1199. 11 Januarii. — 297. De quodam pacto facto per Comune Astense et homines de Maxio prout inferius continetur. 1214. 20 Januarii. — 298. De quodam pacto facto per Astenses et homines de Maxio prout Inferius continetur. 1152. 28 Januarii. — 299. De quadam obligatione facta comuni Astensi per Sivoletum et Anselmum fratrem eius de lanerio de libris XXX et solidis VII minus denariis IIII^{or} papiensibus occasione Maxii. 1218. 5 Novembris. — 300. De quadam obligatione facta comuni astensi per Albertum et Ottinum filios quondam domini Alberti moycij de lanerio de libris XL papiensium occasione Maxii. 1218. 4 Octobris. — 301. De quadam obligatione facta comuni astensi per dominum Orandum de quatordeo de libris L papiensium occasione Maxij. 1218. 5 Octobris. — *(Fol.* 105*)* 302. De confessione facta per Conradum Ardanesium et Albertum moycium de lanerio versus comune Ast prout infra continetur. 1222. 22 Octobris. — 303. De quadam promissione facta comuni Astensi per dominum Jacobum astensem episcopum quod eius vasali de Maxio facerent fidelitatem comuni Astensi. 1221. 26 Junii. — 304. De obligatione conradi ardanexii et fratrum suorum facta comuni astensi de libris C papiensium occasione Maxij. 1218. 7 Marcii. — 305. De quadam promissione facta comuni astensi per Conradum ardanensem prout infra continetur. 1218. 7 Marcii. — 306. De promissione facta per dominum Bonefacium episcopum astensem comuni Astensi de faciendo donum et investituram dicto comuni de toto eo quod habet in Maxio Rupe et insula et Azano. 1198. 20 Junii. — *(Fol.* 106*)* 307. De modo et forma pro quibus Comune Ast patitur dominum Marchionem Montisferati esse in tenuta et possessione medietatis pro indiviso illius partis quam comune Alexandrie tenebat in Maxio. 1229. 4 Novembris. — 308. De quadam promissione facta per comune astense Consulibus Maxij prout infra continetur. 1229. 6 Decembris. — 309. De vendicione facta comuni astensi per Rollandum de podio de Maxio de sedimine uno posito in loco Maxij. 1229. 30 Octobris.

(Fol. 107*)* LII. De Aglano. Castrum Aglani est feudum comunis astensis Et domini dicti castri tenent ipsum castrum in feudum a comuni astensi.

310. De vendicione facta comuni astensi per dominam Beldi filiam quondam domini Bayamondi de Aglano de sua parte Aglani et de confirmatione facta de dicta venditione. 1213. 18 Octobris. —

311. De pactis factis per comune Astense et Muccagatam de Aglano. 1205. Decembris. — (*Fol.* 108. 312. De donatione facta comuni Astensi per dominos de Aglano infrascriptos de Castro et villa Aglani. 1213. 18 Junii. — 313. De Investitura facta ad rectum feudum per comune Ast, in predictos dominos de aglano, de eo quod habebant in Aglano. 1213. 18 Junii. — (*Fol.* 109. 314. De donatione facta comuni Astensi per Anselmum de boschis de calocio et Bramenzonum fratrem eius de omni eo toto quod habebant in Castro et Villa Calocii et de eorum fidelitate. 1213. 11 Octobris. — 315. De eadem investitura in rectum feudum. 1213. 11 Octobris.

LIII. De Castro Montis.

316. De pacto et convento citaniafici uberti et Johanis fratrum de Monte et de eorum fidelitate facta comuni Astensi. 1193.

(*Fol.* 110) LIV. De Maglano. Villa Maglani est de locis novis comunis astensis et homines dicte ville sunt cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives astenses, Et dicta villa facta fuit de hominibus fravearum, vallium, venearum et Aulongi.

317. De pacto Citadancie facto cum comuni Astensi per Anselmum Ottonem et Ruffinum de Maglano. 1198. 23 Septembris.

LV. De Calocio. Villa Calocij est de locis novis comunis Astensis et homines dicte ville sunt cives Astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives civitatis astensis habitantes in Ast.

318. De donatione facta comuni Astensi per dominum Robaldum manteacium de Calocio de octava parte Castri et ville calocii. 1202. 21 Decembris. — 319. De donatione facta comuni Astensi per dominum Bosium de calocio de octava parte Castri et ville Calocii. 1202. 25 Novembris. — (*Fol.* 111) 320. De quadam promissione facta comuni Astensi per homines de Calocio de essendo Cives astenses prout infra continetur. 1202. 25 Novembris. — 321. De donatione facta comuni Astensi per dominum Henricum de calocio de IIII^{a} parte Castri et ville Calocij. 1202. 2 Decembris. — 322. De apprehensione possessionis facta per comune astense de hoc quod domini Bossus et henricus de Calocio dederant comuni Astensi in Calocio. 1202. 4 Decembris. — 323. De investitura facta per comune Astense ad rectum feudum in dominum henricum de Calocio de IIII^{a} parte Castri et ville Calocij Et de octava parte predictorum. 1202. 6 Decembris. — 324. De donatione facta comuni Astensi per dominum Gualam de Calocio, de octava parte Castri et ville Calocii. 1203. 26 Augusti. — 325. De investitura facta per comune astense ad rectum feudum in dominum Gualam de Calocio, de octava parte Castri et ville Calocii. 1203. 26 Augusti. — 326. De donatione facta comuni astensi per Trencherium de Calocio de sexta parte Castri et Ville Calocii. 1203. 1 Februarii. — (*Fol.* 112). 327. De cessione iurium data comuni Astensi per dominum henricum de Calocio versus et contra Trencherium et patrem suum occasione calocii. 1204. 4 Februarii. — 328. De vendicione facta comuni Astensi per Brunum de Calocio nomine Ottonis papini de VIII^{a} parte Castri et ville Calocii et de confirmatione et aprobatione dicte venditionis. 1205. 25. Maii. — 329. De investitura facta per comune astense ad rectum feudum in Brunum de calocio de VIII^{a} parte et de medietate alterius VIIIe partis Castri et ville Calocii 1205. — 330. De vendicione facta comuni astensi per dominum Manteacium de Calocio et Albertum de porta de tercia parte palacii de Calocio et de renunciatione facta de dicta vendicione. 1228. 2 Junii. — (*Fol.* 113) 331. De fidelitate facta Comuni Astensi per dominum Ogerium cerratum occasione eius tocius quod tenet a dicto Comuni in Calocio. 1225. 26 Maii. — 332. De vendicione facta comuni Astensi per Braymenzonum de Calocio et Nepotes eius de duabus partibus palacij de Callocio et sediminum. 1228. 22 Julii. — 333. De possessione data Comuni Astensi per dominum Guallam de Calocio de VIII^{a} parte Castri et Ville Calocij. Et de fidelitate facta dicto Comuni per Infrascriptos. 1203. 28 et 27 Augusti. — 334. De vendicione facta comuni Astensi per Raynerium bertaldum procuratorem nomine domine Ottine uxoris Robaudi bertaldi de XX^{a} minus octo centena et sexagesima parte Castri Calocij. 1264. 6 Junii.

(*Fol.* 114) LVI. De Castro viginti. Castrum viginti est de locis novis comunis astensis: Et homines dicte ville sunt Cives astenses de quantitate librarum LX.

335. De quadam promissione facta Comuni Astensi per Manfredum monacum de viginti et henricum eius nepotem occasione viginti prout inferius continetur. 1202. 12 Decembris. — 336. De quodam precepto facto monaco de viginti occasione Castri de viginti prout infra continetur. 1221. 2 Junii. — 337. De vendicione facta Comuni Astensi per Bossum traversagnum et eius fratrem, de sexta parte Castri et Ville de viginti. 1213. 17 Februarii. — (*Fol.* 115) 338. De venditione facta Comuni Astensi, per henricum bosum et Gualam eius fratrem. de XII^{a} parte Castri et Ville de viginti. 1215. 11 Junii. — 339. De quadam promissione facta comuni astensi per Jacobum de Viallo de viginti prout infra continetur. 1218. 10 Octobris. — 340. De vendicione facta comuni astensi per Conradum de mirbello suo nomine et nomine Guilelmi mineti patrui sui de VI^{a} parte turris et sediminis de viginti. 1219. 2 Marcii. — 341. De vendicione facta comuni Astensi per Arnellum de viginti, de sexta parte turis et sediminis de viginti. 1219. 24 Maii. — 342. De venditione facta Comuni Astensi per Manfredum monacum de viginti. de XII^{a} parte Castri et Ville de viginti. 1215. 16 Junii. — (*Fol.* 116) 343. De possessione data Comuni astensi per Manfredum monacum de viginti de Castro viginti, et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum. 1215. 12 Julii. — 344. De possessione data Comuni Astensi per henricum bosum de viginti et Gualam eius fratrem de eorum parte viginti quam vendiderant Comuni Astensi. 1215. 14 Junii. — 345. De venditione facta Comuni Astensi per Nicolaum rubeum de viginti suo nomine et nomine Bayamondi fratris sui et petri bidon et Ascherium Ayraldum et certos alios, de V. partibus turris de viginti. 1218. 6 Octobris. — 346. De vendicione facta Comuni Astensi, per Bayamondum rubeum de VIII^{a} parte et petrum de bidone de viginti de parte Turris et sediminis Castri de viginti. 1218. 9 Octobris. — 347. De possessione data Comuni Astensi per Ascherium et Ayraldum de viginti et certos alios infrascriptos de quinque partibus turris de viginti. 1218. 22 Octobris. — 348. De abrenunciatione facta Comuni astensi per dominam Jordanam uxorem petri bidoni in vendicione facta dicto Comuni per suprascriptum petrum de dictis turre et sedimine. 1218. 22 Octobris. — 349. De vendicione facta Comuni astensi per Bergognum de viginti suo nomine et nomine Muruelli fratris sui de eorum parte viginti vallium et de Castronovo de calcea. 1212. 14 Augusti. — (*Fol.* 117) 350. De possessione data Comuni Astensi per Bergognum de viginti suo nomine et fratris sui, de illa parte de viginti et de Vallibus quam vendidit Comuni astensi et de abrenunciatione suorum hominum. 1212. 16 Augusti. — 351. De possessione data Comuni astensi per Bergognum de viginti de sua parte Castrinovi de calcea quam vendidit comuni astensi et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum. 1212. 16 Augusti. — 352. De investitura facta per Comune Astense ad rectum feudum in Bergognum de viginti et Muruellum eius fratrem de illa parte viginti et Vallium et Castri novi de Calcea et de eorum fidelitate facta dicto Comuni. 1212. 17 Octobris. — 353. De vendicione facta comuni Astensi per Albertum et Ruffinum fratres de viallo de viginti, de septima parte Castri et Ville de viginti. 1218. 15 Octobris. — 354. De possessione data Comuni astensi, per suprascriptos Jacobum Albertum et Ruffinum eorum palacij Castri de Viginti. 1218. 22 Octobris. — 355. De quadam procura facta ad dandam possessionem comuni Astensi, per Albertum de Viginti de Castro Viginti. 1218. 22 Octobris. — (*Fol.* 118) 356. De possessione data Comuni Astensi, per predictum Jacobum suo nomine et nomine Alberti fratris sui, et Ruffinum eorum fratrem de Castronovo de Calcea. 1218. 22 Octobris. — 357. De abrenunciatione fidelitatis facta Comuni astensi per predictos fratres de eorum hominibus de Viginti et de Vallibus, et de Castro novo de Calcea. 1218. 22 Octobris. — 358. De vendicione facta Comuni astensi, per Guielmum minetum de mirbello de sua parte castri et ville de viginti et de Castronovo de Calcea. 1212. 17 Octobris. — 359. De possessione data comuni astensi, per Guielmum minetum de Castro novo de Calcea. 1212. 17 Octobris. — 360. De fidelitate facta Comuni astensi, per Guielmum de mirbello de feudo quod tenet a Comuni astensi in Viginti et Vallibus et in Castronovo de Calcea. 1212. 22 Octobris. — 361. De venditione facta Comuni Astensi per henricum grullum de viginti et Bonefacium grullum et Jacobam et Benincam eius sorores de infrascriptis partibus de viginti. 1212. 25 Octobris. — (*Fol.* 119) 362. De possessione data Comuni Astensi per Cunradum filium quondam Guilelmi grulli suo nomine et fratris et sororum suarum de toto eo quod vendiderant dicto Comuni in Viginti et in Vallibus. 1212. 28 Octobris. — 363. De vendicione facta Comuni astensi per Cunradum filium quondam domini Grulli suo nomine et nomine fratris et

sororum suarum de eorum parte Viginti et Vallium. 1212. 22 Octobris. — 364. De vendicione facta comuni Astensi per Rodulfum Capram de Viginti de sua parte Castri et Ville de Viginti et Vallium. 1212. 14 Augusti. — 365. De possessione data Communi astensi per suprascriptum Rodulfum Capram de Castro Viginti. 1213. 24 Februarii. — 366. De renunciatione facta per dominam Totadonam versus Comune astense in suprascripta vendicione facta per predictum Rodulfum filium suum. 1213. 24 Februarii. — 367. De abrenunciatione fidelitatis facta per suprascriptum Rodulfum de hominibus, quos habebat in Viginti et Vallibus. 1213. 24 Februarii. — 368. De vendicione facta comuni Astensi, per Nicolaum rubeum de Viginti, de sua parte Castri et Ville de Viginti. 1212. 17 Octobris. — (*Fol.* 120) 369. De possessione data Comuni Astensi per Nicolaum rubeum de Viginti de Viginti. 1212. 18 Octobris.— 370. De renunciatione facta per Floram uxorem dicti Nicolai in dicta venditione facta prout supra per suprascriptum Nicolaum et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum. 1212. 18 Octobris. — 371. De vendicione facta comuni Astensi, per Bayamondum rubeum de viginti, de sua parte viginti et vallium, et Castrinovi de Calcea. 1212. 18 Octobris. — 372. De renunciatione facta per Alaxiam uxorem dicti Bayamondi in suprascripta vendicione facta Comuni Astensi per suprascriptum Bayamondum de Castro et posse Viginti. 1212. 18 Octobris. — 373. De possessione data Comuni astensi per Bayamondum de Viginti suo nomine et Nicolay fratris sui, de Castronovo de Calcea. 1212. 18 Octobris. — 374. De fidelitate facta comuni Astensi per Nicolaum rubeum de viginti et Bayamondum fratrem eius de feudo quod tenent a Comuni Astensi in Castro et posse de viginti et de Vallibus et Castronovo de Calcea. 1212. 23 Octobris. — 375. De procura facta per Comune astense, ad recipiendam vendicionem de eo quod habet Bayamondus rubeus in viginti et Vallibus et in Castronovo de Calcea. 1212. 17 Octobris. — 376. De venditione facta Comuni Astensi per Petrum bidonem de Viginti, de parte quam habebat Rodulfus eius frater in Castro et Villa de viginti. 1217. 20 Maii. — (*Fol.* 121) 377. De possessione data Comuni Astensi per Petrum bidonum illius partis quam habebat in Viginti et que fuit Rodulfi quondam fratris sui. 1217. 29 Maii. — 378. De abrenunciatione fidelitatis facta Comuni astensi per suprascriptum Petrum de hominibus quos habebat in Viginti. 1217. 29 Maii. — 379. De vendicione facta per Ascherium de viginti comuni astensi de VI^{a} parte Castri et Ville de viginti et Castrinovi de calcea. 1212. 4 Octobris. — 380. De fidelitate Rugerij filij quondam Guilelmi Vialli de Viginti facta comuni astensi de feudo quod tenet a dicto Comuni de Castro viginti. 1208. 20 Julii. — 381. De fidelitate facta comuni Astensi per Petrum bidonum de Viginti de feudo quod tenet a dicto Comuni de Castro viginti. 1212. 8 Augusti. — 382. De venditione facta comuni astensi per dominum Ruffinum de mirbello et eius filium et uxorem, de eorum parte Castri et ville Viginti et de Vallibus. Et Castri novi de Calcea. 1212. 6 Novembris. — (*Fol.* 122) 383. De possessione data Comuni Astensi per Cunradum de mirbello suo nomine et patris et matris eius de Castro viginti. 1212. 6 Novembris. — 384. De possessione data comuni Astensi per Cunradum de mirbello suo et patris et matris eius nomine, de Castronovo de calcea. 1212. 7 Novembris. — 385. De abrenunciatione fidelitatis facta per predictum Conradum de suis hominibus quos habebat in Viginti et vallibus et castronovo et de Juramento eorum fidelitatis, et de quadam procura. 1212. 7 Novembris. — 386. De quadam procura facta per potestatem astensem, ad recipiendam suprascriptam cartam Conradi de Mirbello et sacramenta denariorum et fidelitates hominum. 1212. 4 Novembris. — 387. De fidelitate facta comuni astensi per Conradum de mirbello suo nomine et domini Ruffini patris sui de feudo quod tenent a comuni astensi in Viginti et Vallibus et in Castronovo de Calcea. 1212. 8 Novembris. — 388. De venditione facta comuni Astensi per Arnellum de viginti de sua parte Castri et ville de viginti et de Vallibus et de sua parte Castri et ville Castrinovi de calcea. 1212. 17 Octobris. — 389. De possessione data comuni Astensi per Arnellum de viginti de Castro viginti et de Vallibus et de renunciatione facta in predicta venditione per uxorem et sororem dicti Arnelli. 1212. 18 Octobris. — 390. De possessione data comuni Astensi per Arnellum de viginti de Castronovo de Calcea, et de illis qui fecerunt fidelitatem comuni astensi. 1212. 18 Octobris. — 391. De investitura facta per comune Astense in suprascriptum Arnellum ad rectum feudum de vendicione suprascripta, et de fidelitate dicti Arnelli facta dicto comuni. 1212. 23 Octobris. — (*Fol.* 123) 392. De vendicione facta comuni astensi per Petrum bidonum de viginti de sua parte Castri et Ville de viginti. 1212. 5 Augusti. — 393. De Renunciatione facta in suprascripta vendicione per Beatricem uxorem dicti Petri. 1212. 7 Augusti. — 394. De possessione data comuni astensi per Petrum bidonum de viginti, de Castro viginti. 1212. 7 Augusti. — 395. De vendicione facta comuni Astensi per Guielmum Vadalengum de viginti, de sua [parte Castri et ville de

viginti et de Castronovo de Calcea. 1212. 10 Augusti. — 396. De possessione data comuni Astensi per Guielmum Vandalengum de sua parte Castri viginti. 1212. 12 Augusti. — 397. De renunciatione facta per Aquilam uxorem Guilelmi Vandalengi et Alaxam eius nurum, in vendicione superius facta per predictum Guielmum comuni Astensi. 1212. 13 Augusti. — 398. De fidelitate facta comuni astensi per Fredericum filium suprascripti Guielmi Vandalengi. 1212. 13 Augusti. — 399. De fidelitate facta comuni astensi per Jordanum filium suprascripti Guielmi. 1212. 13 Augusti. — 400. De fidelitate facta comuni astensi per Guielmum Vandalengum de feudo quod tenet in viginti a comuni astensi. 1212. 13 Augusti. — (*Fol.* 124) 401. De quodam convento facto inter comune Astense pro una parte. Et henricum bosum de viginti et Gualam fratrem eius prout inferius continetur. 1215. 11 Junii. — 402. De fidelitate facta comuni Astensi per henricum bosum de viginti et fratrem de feudo quod tenent a comuni astensi in viginti et Curticellis. 1215. 11 Junii. — 403. De quodam pacto et concordia facto et facta inter et per comune Astense, et Consules et homines de viginti prout inferius continetur. 1199. 7 Januarii. — 404. De Citaniatico Bossonis de Viginti et Ogerii de Rocheta consulum comunis viginti et aliorum consulum societatis viginti nomine hominum de viginti. 1202. 2 Decembris. — (*Fol.* 125) 405. De investitura facta ad rectum feudum per comune Astense in Roboaciam et Catanium fratres de traversagnis de Viginti de certa parte Viginti et de eorum fidelitate. 1280. 18 Octobris. — 406. De Investitura facta ad rectum feudum per comune astense, In Traversagnum Jacobum et Ruffinum de traversagnis de certa parte viginti et de eorum fidelitate. 1246. 29 Julii. — 407. De fidelitate facta comuni astensi per Albertum filium quondam Nicolay de viginti de feudo quod tenet a dicto comuni in viginti. 1246. 29 Julii. — 408. De possessione data comuni Astensi per Ascherium de viginti de Castro viginti. 1212. 7 Octobris. — 409. De renunciatione facta comuni astensi per dominam Alaxiam matrem predicti Ascherii in dicta vendictione superius facta. 1212. 8 Octobris.

(*Fol.* 126) LVII. De Castronovo de Calcea. Castrum novum de Calcea est de locis novis comunis astensis et homines ville sunt cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives astenses et est feudum comunis ast ut patet etiam castri de viginti titulo in pluribus capitulis.

410. De Citaniatico henrici tornaoculi, henrici de nicia, Ascherii et Alberti plote Consulum Castrinovi de Calcea. 1202. 27 Novembris. — 411. De vendicione facta per Rodulfum capram de viginti comuni astensi de septima parte Castri et ville Castrinovi de calcea. 1211. 3 Decembris. — (*Fol.* 127) 412. De fidelitate facta comuni Astensi per Rodulfum capram de viginti de feudo quod tenet a comuni astensi in Castronovo de calcea. 1211. 3 Decembris. — 413. De vendicione facta comuni Astensi per henricum grullum de viginti de XIIII^{a} parte Castrinovi de Calcea. 1211. 3 Decembris. — 414. De fidelitate facta comuni Astensi per henricum grullum de feudo quod tenet a comuni Astensi in Castronovo de Calcea. 1211. 3 Decembris. — 415. De possessione data comuni astensi per Ascherium de viginti de Castronovo de Calcea. 1212. 7 Octobris. — 416. De fidelitate facta comuni astensi per suprascriptum Ascherium de feudo quod tenet a dicto comuni in Castronovo de Calcea in Vinginti et in Vallibus. 1212. 23 Octobris.

(*Fol.* 128) LVIII. De castro Valium. Castrum et villa Vallium prope Viginti est feudum comunis astensis ut patet in titulo et sub rubrica Castri de viginti in pluribus capitulis. Et ut patet in titulo et sub rubrica Encisie.

LIX. De Canelio. Castrum et villa Canellarum est de locis novis comunis Ast et homines dicte ville sunt Cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij Cives astenses.

417. De quadam concordia facta per Astenses et Alexandrinos et homines de Cassinis cum hominibus de Canelio prout infra continetur. 1198. 28 Junii. — 418. De pace fine et refutatione facta inter comune astense pro una parte et dominos de Canelio et de calamandrana pro altera parte prout inferius continetur. 1237. 21 Marcii. — (*Fol.* 129) 419. De Ratificatione facta per infrascriptos de vendicione facta per henricum simplicem et henricum mastrochium de canelio. 1217. 27 Novembris. — 420. De Ratificatione et approbatione facta per Guielmum mastorchium et certos alios infrascriptos in vendicione Canelii. 1217 4 Decembris. — 421. De ratificatione et approbatione facta per

Albertum de boschis et Ogerium eius fratrem in dicta vendicione Canelii. 1217. 4 Decembris. — 421bis. De vendicione facta comuni Astensi per henricum simplicem et henricum mastrochium de Canelio et certos alios infrascriptos de omni eo quod habent in Canelio. 1217. 10 Decembris. — (*Fol.* 130) 422. De investitura facta per comune Ast in certos infrascriptos homines et personas ad rectum feudum de toto eo quod comune Ast habet in Canelio. 1217. 11 Decembris. — 423. De confirmatione facta comuni Ast per Guilelmum mastrochium Albertum corbellarium et Bergerium danexium de suprascripta venditione facta per henricum mastrochium. 1217. 21 Decembris. — 424. De eadem confirmatione facta ut supra per Surdinum presbiterum et Ogerium de boschis. 1217. 21 Decembris. — 425. De possessione data comuni Astensi per henricum Mastrochium et Consortes eius, de toto Castro de Canelio. 1217. 21 Decembris. — 426. De confirmatione vendicionis facte comuni Ast per Jacobum filium Nicolay greci facta per suprascriptum Nicolaum. 1217. 21 Decembris. — 427. De eadem confirmatione facta ut supra per Ogerium fratrem Surdini. 1217. 21 Decembris. — 428. De quadam confirmatione facta per dominum Conradum advocatum potestatem Astensem nomine comunis Astensis. 1217. 21 Decembris. — 429. De vendicione facta comuni astensi per Ogerium suzzium et Manfredum fratrem eius et Jacobum gambam eius consanguineum de illa parte quam habebant in Canelio. 1217. 21 Decembris. — (*Fol.* 131) 430. De quadam confessione facta per comune Astense versus alionum scarampum de libris CCC astensibus prout inferius continetur. 1217. 12 Decembris. — 431. De eadem confessione facta versus Berardum de solario de libris CCC astensibus. 1217. 12 Decembris.

(*Fol.* 132) LX. De sancto Marciano de aquoxana. Castrum et villa est de locis novis comunis astensis et homines dicte ville sunt Cives astenses. Et etiam est feudum comunis astensis ut patet in titulo canelli in capitulo II. posito sub rubrica de quitacione et dono etc. dominorum de canellis. Et ut patet in titulo Lauerij sub rubrica de venditione facta per dominum Nicolaum de canellis et in pluribus alijs capitulis.

432. De possessione data comuni Astensi per Conradum de maglano et certos infrascriptos de eorum parte sancti Marciani. 1218. 17 Marcii. — 433. De donatione facta comuni Astensi per dominum Nicolaum grecum de Canelio de eo quod habebat in sancto Marciano etc. 1200. — 434. De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Nicolaum grecum de Canelio de feudo quod tenet a comuni Astensi, in sancto Marciano. 1200. — 435. De fidelitate facta comuni Astensi per infrascriptos homines de sancto Marciano et de absolutione eorum fidelitatis facta per dominum Nicolaum grecum. 1200. — 436. De vendicione facta comuni Astensi per dominum Guielmum sivoletum de duabus partibus Castri sancti Marciani. 1250. 16 Novembris. — 437. De possessione data comuni Astensi per Albertum corbellarium Jacobum petrum, Tadeum filium Alberti de canelio et certos alios infrascriptos de eorum parte Sancti Marciani. 1217. 19 Decembris.

(*Fol.* 133) LXI. De Castro Muasche. Castrum et villa Muasche est feudum comunis Astensis ut patet in titulo canelli in capitulo secundo posito sub rubrica de quitatione etc. dominorum de Canellio et in quodam alio capitulo venditionis posito sub titulo sancti Marciani.

438. De possessione data comuni Astensi per Manfredum lambruscum Surdinum et Borgarium, de Castro Muasche. 1217. 20 Decembris *.

(*Fol.* 134) LXII. De Calamandrana. Castrum et villa Calamandrane est feudum comunis astensis et comune Alexandrie diruit dictum Castrum et posuit homines in villanova Nicie.

Item est feudum dicti comunis Ast ut patet in titulo Canelli in capitulo secundo posito sub rubrica de quitatione et dono etc. dominorum de Canelio et in quodam alio capitulo venditionis in dicto titulo et in quodam alio capitulo posito in titulo sancti Marciani.

* *Ibi notatur.* Et alia instrumenta spectantia dicto castro et loco sunt descripta sub titulo Castrorum Canelli et Sancti Marciani.

439. De possessione data comuni Astensi per Henricum simplicem, Albertum de canellis et certos infrascriptos, de Castro Inferiori de Calamandrana. 1217. 17 Decembris. — 440. De possessione data comuni Astensi per Henricum simplicem pro se et nomine corsortum suorum de Montestono. 1217. 17 Decembris. — 441. De possessione data comuni Astensi per Henricum mastrochium de medietate Castri Calamandrane. 1217. 17 Decembris. — 442. De confirmatione facta per Conradum consanguineum Ogerij Suzzij de vendicione quam frater eius et consanguinei fecerunt comuni Ast de Calamandrana. 1217. 17 Decembris. — 443. De abrenunciatione fidelitatis facta per infrascriptos homines de eorum hominibus quos habebant in Calamandrana. 1217. 17 Decembris.

(*Fol.* 135) LXIII. De castro Sexami. Castrum et villa Sexami est feudum comunis Astensis ut patet in titulo Canelli. In capitulo II. posito sub rubrica de quitatione et dono etc. dominorum de Canelio, Et in quodam alio capitulo venditionis posito in dicto titulo. Et in quodam alio capitulo posito sub titulo sancti Marciani.

444. De possessione data comuni Astensi per dominum Ansaldum de Canellio pro se et nomine consortum suorum de castro Sexami. 1217. 18 Decembris. — 445. De abrenunciatione fidelitatis dicterum Ansaldi, Henrici simplicis et Henrici mastrochij. 1217. 18 Decembris.

LXIV. De Lovazolio. Castrum et villa Lovazoli est feudum comunis Astensis ut patet etiam in titulo Canelli capitulo II, posito sub rubrica de quitacione et dono etc. dominorum de Canelio, Et in quodam alio capitulo venditionis posito sub titulo sancti Marciani.

446. De possessione data comuni Astensi per infrascriptos homines de lovazolio de Castro lovazoli, Et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum lovazoli. 1217. 18 Decembris. — 447. De procura dominorum de Canelio facta occasione infrascriptorum pactorum et conventionum. 1274. 19 Septembris. — 448. Pacta et Renovationes fidelitatum inter comune astense facta pro una parte, et dominos de Canellio et de calamandrana pro altera, occasione Lovazoli. 1274. 21 Septembris. — (*Fol.* 136) 449. De quadam approbatione et Ratificatione facta per Bertolameum filium quondam Gavarij de Canellis et suorum consortum et de eorum fidelitate facta comuni Astensi occasione lovazolij. 1274. 2 Octobris. — 450. De quadam alia approbatione et Ratificatione facta per infrascriptos dominos et de eorum fidelitate facta comuni Astensi occasione lovazolij. 1274. 4 Octobris. — (*Fol.* 137) 451. De quadam ratificatione facta per henricum simplicem et de fidelitate facta per eum comuni Astensi. 1274. 21 Octobris.

(*Fol.* 138) LXV. De Castro Soyrani. Castrum et villa Soyrani est feudum comunis Astensis ut patet in titulo Canelli in capitulo II, posito sub rubrica de dono etc. dominorum de Canellio Et in quodam alio capitulo vendicionis posito sub dicto titulo, et in quodam alio capitulo posito sub titulo Sancti Marciani.

LXVI. De Garbazola. Castrum et villa Garbazole est feudum comunis Astensis, Et comune Alexandrie diruit dictum castrum et posuit homines in villa nova Nicie.

Item est feudum comunis astensis ut patet in titulo Canelli in capitulo secundo posito sub rubrica de quitatione et dono etc. dominorum de Canelio, Et in quodam alio capitulo vendicionis posito sub dicto titulo, Et in quodam alio capitulo posito sub titulo Sancti Marciani.

LXVII. De Castro Rupis. Castrum Rupis appellatum Rocha Aracij est de civibus astensibus, de promissione domini Bonefaci astensis episcopi, de Maxio de Rupe et de Insula, Et de quarta parte Comitatus Serrelonge.

452. De possessione data comuni Astensi per dominum Bonefacium Astensem episcopum de Castro Rupe. 1198. 27 Maii. — 453. De quadam protestatione facta per dominum Guillelmum ginorium abbatem vallisimbrose arbitrum etc. ut infra prout inferius continetur. 1217. 1 Aprilis. — 454 De

quadam protestatione facta per dominum Guillelmum ginorium abbatem Vallisimbrose arbitrum ut infra prout inferius continetur. 1217. 2 Aprilis. — (*Fol.* 139) 455. De quadam protestatione facta per magistrum Bonumiohanem iudicem et sindicum comunis astensis prout inferius continetur. 1217. 2 Aprilis. — 456. De iuramento et fidelitate facta comuni astensi per infrascriptos homines de Rupe, de Castro Rupis. 1221. 27 Junii. — 457. De licentia et arbitrio datis per comune astense domino Guidoni de landriano potestati astensi prout inferius continetur. 1221. 17 Aprilis. — 458. De quadam condemnatione facta per dominum Rollandum medicum iudicem domini potestatis Astensis occasione silve Rupis. 1209. 19 Decembris.

(*Fol.* 140) LXVIII. De Montaldo et Rupecula.

459. De donatione facta comuni Astensi per damicellam uxorem quondam Alberti Marchionis Incisie nomine infrascriptorum et alios infrascriptos de Castris et villis Rupecule et Montaldi. 1190. 13 Decembris. — (*Fol.* 141) 460. De fidelitate facta comuni Astensi per infrascriptos de Rupecula. 1190. 13 Decembris. — 461. De fidelitate facta comuni Astensi per infrascriptos homines de Montaldo. 1190. 14 Decembris. — 462. De fidelitate et donatione facta comuni Astensi per Opizonem et Jacobum filios quondam Alberti de Encisia de Rupecula et Montaldo. 1196. 5 Aprilis. — 463. De divisione facta inter dominum Guilelmum Marchionem Encisie dominum Manfredum Raymondum et Paganum et Jacobum fratres ejus, de Castro encisie. 1203. Decembris. — 464. De investitura facta per comune astense in Johaninum de Rupecula Recipientem suo et fratrum suorum nomine ad rectum feudum, de medietate Castri et ville Rupecule. 1277. 26 Septembris. — 465. De fidelitate facta comuni Astensi per Johaninum de Rupecula suo nomine et nomine fratrum suorum de medietate Rupecule et Montaldi. 1277. 26 Septembris. — (*Fol.* 142) 466. De quadam cessione data comuni Astensi per infrascriptum dominum Obertum de libris CV. occasione Rupecule. 1280. 15 Octobris. — 467. De fine et refutatione facta versus comune Ast per dominum Bonefacium Marchionem montisferati de eo quod acquisiverat in Montaldo. 1188. 26 Augusti. — 468. De quadam confessione facta versus comune Ast per dominum Henricum de Incisia prout infra continetur. 1210. 12 Octobris. — 469. De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Manfredum et Oppizonem eius fratrem Marchiones encisie, occasione Rupecule et Montaldi. 1210. 12 Septembris. — (*Fol.* 143) 470. De investitura facta comuni astensi in rectum feudum in dominum Manfredum marchionem de Encisia et dominum Opizonem fratrem eius de Castro et villa Rupecule. 1210. 12 Septembris. — 471. De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Henricum Marchionem de Rocheta occasione Montaldi et Rupecule. 1257. 22 Marcii. — 472. De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Jacobum marchionem de Rocheta occasione Rupecule et Montaldi. 1257. 24 Marcii. — 473. De fidelitate facta comuni Ast per Albertum de Rocheta marchionem occasione Rupecule et montaldi. 1269. 8 Aprilis. — 474. De investitura facta ad rectum feudum per comune Astense in dominum paganum Marchionem de Rocheta (filium henrici) marchionis de eo quod tenet in Montaldo et Rupecula. 1291. 13 Marcii.

(*Fol.* 145) LXIX. De Curticellis.

475. De donatione sive dono facto comuni ast per Gualam filium quondam Guilelmi de viginti, de XII^{a} parte Castri et ville Curticellarum. 1202. 23 Decembris. — 476. De donatione facta comuni Astensi per Manfredum Monacum de viginti et henricum eius nepotem eorum nomine et Guale fratris ipsius henrici, de III.^{a} parte et VIII.^{a} parte V.^{e} partis Curticellarum. 1202. 12 Decembris. — 477. De Investitura facta per Comune Astense ad rectum feudum in Conradum de Cathena et certos suos consortes Infrascriptos de Castro et Villa Curticellarum. 1282. 15 Novembris. — 478. De Investitura facta per Comune Astense ad rectum feudum in henricum bossum et Guallam fratrem eius de eorum parte Curticellarum et de eorum fidelitate. 1215. 11 Junii.

(*Fol.* 146) LXX. De Coxano.

479. De Citaniatico Jacobi amfosi, Nicoleti gatti et guielmi ficte, et Benedicti amfosi sindicorum comunis Coxani. 1277. 12 Maii. — (*Fol.* 147) 480. De ratificatione facta per Manuellem filium domini Oddonis Marchionis de Coxano de suprascripta venditione facta comuni astensi. 1277. 12 Maii. 481. De quodam pronunciamento facto per dominum Ansaldum z[illegible]am potestatem Astensem cum consilio Sindicorum et advocatorum comunis Astensis prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. —

482. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — (*Fol.* 148) 483. De quodam pronunciamento facto contra Comune Astense per dominum Ansaldum Zebam potestatem astensem cum consilio infrascriptorum Sindicorum prout infra continetur. 1280. 29 Februarii. — 484. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 485. De quodam alio pronunciamento facto prout supra prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 486. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout infra continetur. 1280. 29 Februarii. — 487. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout infra continetur. 1280. 29 Februarii. — 488. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 489. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 490. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout infra continetur. 1280. 29 Februarii. — 491. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — (*Fol.* 149) 492. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 493. De quodam alio pronunciamento facto prout supra continetur et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 494. De quodam alio pronunciamento facto prout supra continetur et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 495. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout Inferius continetur. 1280. 29. Februarii. — 496. De quodam alio pronunciamento facto prout supra continetur Et prout Inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 497. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout Inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 498. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout Inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 499. De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — 500. De quodam alio pronunciamento facto prout supra Et prout Inferius continetur. 1280. 29 Februarii. — (*Fol.* 150) 501. De quadam cessione data comuni astensi per Loysium de quargnento occasione Coxani. 1280. 8 Octobris. — 502. De quadam cessione data comuni astensi per Jacobum prevengum occasione Coxani. 1280. 17 Octobris. — (*Fol.* 151) 503. De cessione data comuni Astensi per Manfredum de sibona occasione Coxani. 1280. 15 Octobris — (*Fol.* 152) 504. De quadam cessione data comuni astensi per procuratorem domine Margarite filie quondam domini Manfredi de sibona suo nomine occasione Coxani. 1280. 15 Octobris. — 505. De quadam Cessione data Comuni Astensi per Gauterium de saluceis occasione Coxani. 1280. 15 Octobris. — 506. De cessione data comuni Astensi per procuratores Ruffini et daniellis gutuarij nomine ipsorum occasione coxani. 1280. 15 Octobris. — (*Fol.* 156) 507. De quadam cessione data et facta comuni astensi per Rollandinum gardinum occasione Coxani. 1280. 16 Octobris. — 508. De cessione data comuni astensi per Conradum de brina occasione Coxani. 1280. 17 Octobris. — (*Fol.* 157) 509. De quadam Cessione data et facta communi astensi per Petrum de Maglano, occasione Coxani. 1280. 17 Octobris. — 510. De cessione data comuni astensi per Meylanum Ottinum occasione Coxani. 1280. 17 Octobris. — De cessione data comuni Ast per Ubertum de ralvengo occasione Coxani. 1280. 19 Octobris. — (*Fol.* 158) 512. De cessione data comuni Astensi per Mitre divitem et Sicardum de gorzano, occasione Coxani. 1280. 19 Octobris. — 513. De vendicione facta comuni Astensi per Nicolinum malamlanciam de uno orto posito in coxano. 1288. 5 Maii. — (*Fol.* 159) 514. De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum qui dicitur dedonus de coxano de uno sedimine et uno orto scitis in Coxano. 1288. 5 Maii. — 515. De vendicione facta comuni Astensi per Petrinum de meglino et matrem eius de uno sedimine et uno orto existentibus in Coxano. 1288. 5 Maii. — 516. De vendicione facta comuni astensi per Stephanum barberium de uno orto existente in Coxano. 1288. 5 Maii. — 517. De vendicione facta comuni Astensi per Manfredum fictam de coxano de una vinea et uno sedimine scitis in Coxano. 1288. 5 Maii. — 518. De vendicione facta comuni astensi per Albertinum zarpaudum de pecia una terre et sediminis scitorum in Coxano. 1288. 5 Maii. — 519. De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum fontanilium, de uno orto scito in coxano. 1288. 5 Maii. — 520. De vendicione facta comuni Astensi per Stephanum sagnatorem et Jacobinum eius filium, de uno sedimine posito in Coxano. 1288. 6 Maii. — 521. De quadam vendicione facta comuni astensi per Guillelmum fictam nomine guillelmi ficte eius nepotis de una vinea scita in Coxano. 1288. 6 Maii. — 522. De vendicione facta comuni astensi per Jacobum presentum de uno orto scito in Coxano. 1288. 6 Maii. — 523. De vendicione facta comuni Astensi per Raymondum de la serra suo nomine et nepotum suorum, et certos alios eius consortes de infrascriptis peciis terre scitis in Coxano. 1288. 6 Maii. — (*Fol.* 160) 524. De vendicione facta comuni astensi per Jacobum canem de uno orto scito in Coxano. 1288.

6 Maii. — 525. De vendicione facta comuni Astensi per Albertum zarpandum de infrascripta pecia terre pro indiviso scita in coxano. 1288. 6 Maii. — 526. De vendicione facta comuni Astensi per Anselmum canem de coxano suo nomine et certorum aliorum infrascriptorum de uno orto scito in Coxano. 1288. 6 Maii. — 527. De vendicione facta comuni Astensi per Manfredum de bereto de Coxano de infrascriptis pecijs terre scitis in coxano. 1288. 7 Junii. — 528. De cessione data comuni Astensi per Manfredum de Ceva occasione Coxani. 1280. 26 Marcii.

LXXI. De sancto Stephano de Coxano. Castrum et villa Coxani est feudum comunis astensis.

529. De dono facto comuni Astensi per dominum Bellengerium marchionem de busca de medietate Castri Sancti stephani de Coxano. 1188. 5 Maii. — (*Fol.* 161) 530. De abrenunciatione fidelitatis facta per dominum Raymondum marchionem de busca de fidelitate domini Guillelmi de Castello et Nepotum suorum. 1216. 17 Aprilis. — 531. De illis qui fecerunt fidelitates Comuni Ast a. p. — 532. De quadam Renunciatione fidelitatis facta per dominum Belengerium marchionem de busca occasione Sancti stephani de Coxano. 1202. 26 Aprilis.

(*Fol.* 163) LXXII. De Rocheta Coxani. Castrum et villa Rochete Coxani est de locis novis comunis Astensis et homines dicte ville sunt Cives Astenses in omnibus et per omnia sicut alii Cives astenses habitantes in Ast. Item est feudum dicti comunis Astensis ut patet in titulo et sub rubrica de Coxano.

LXXIII. De Encisia. Castrum et villa Encisie est feudum comunis astensis et domini dicti Castri sunt Cives Astenses de quantitate faciendo pacem et guerram etc. prout alij Cives Astenses.

533. De citaniatico domini Albertini, et Aliorum dominorum Marchionum Encisie sicut sunt cives astenses, et de eorum pactis promissionibus et conventionibus. 1292. 20 Decembris. — (*Fol.* 165) 534. (De ratificatione suprascriptarum conventionum. 1292. 2 Januarii). — 535. De quadam ratificatione et approbatione facta per comune astense prout superius et inferius continetur. 1292. 10 Januarii.

(*Fol.* 166) LXXIV. De Castro novo desubtus Encisiam. Castrum novum desubtus Encisiam est feudum comunis astensis ut patet in titulo et sub rubrica Castri Encisie, Et domini dicti Castri sunt Cives astenses de quantitate faciendo pacem et guerram etc. prout alii Cives astenses pro comuni Ast.

LXXV. De Bergamasco. Castrum et villa Bergamaschi est feudum comunis astensis ut patet in titulo et sub rubrica Castri Encisie, Et domini dicti Castri sunt Cives Astenses de quantitate faciendo pacem et guerram etc. pro comuni astensi prout alii cives Astenses.

LXXVI. De Carentino. Castrum et villa Carentini. Domini dicti Castri sunt Cives Astenses de quantitate faciendo pacem et guerram Exercitus et cavalcatas pro comuni astensi. Item est feudum comunis Astensis ut patet in titulo et sub rubrica Castri Encisie.

LXXVII. De Mezadio.

536. De fidelitate facta communi astensi per dominum Jacobum de mezadio. 1198. 17 Januarii.

(*Fol.* 167) LXXVIII. De Monte Leucio. Monte Leucium. Homines dicte ville sunt in villa Montisgrossi.

537. De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Azonem de Castellino occasione Montisleucij. 1198. 17 Januarii. — 538. De vendicione facta comuni astensi per Albertum et Ottacium fratres filios quondam Alberti moycii de XII^{a} parte Montis leucii. 1221. 13 Octobris. — (*Fol.* 168) 539. De vendicione facta comuni astensi per Sibilatorem de lancrio de omnibus rebus quas habebat in Monte leucio. 1212. 2 Marcii. — 540. De fine et refutatione factis per Bonefacium et Albertum

fratres filios quondam Ottonis ardanixi de omni jure quod habebant in monte leucio. 1218. 16 Marcii. — 541. De fine et refutatione factis versus comune Ast per Ugonum carenam suo nomine et damixele sororis sue, de Nona parte Castri et ville Montis leucii. 1218. 12 Decembris.

(*Fol.* 169) LXXIX. De Lanerio. Castrum et villa Lanerij erat feudum comunis Ast, Et Comune et homines Alexandrie diruerunt dictum castrum et posuerunt homines dicte ville in villanova Nicie.

542. De fidelitate facta comuni astensi per homines Castri et ville lanerii. 1198. 26 Maii. — 543. De vendicione facta comuni astensi per dominum Nicolaum de Cellis de infrascripta parte lanerii. 1218. 20 Octobris. — 544. De Ratificatione etc. facta per Jordanum filium domini Nicolai de cellis de vendicione superius facta comuni astensi per suprascriptum Nicolaum de lanerio et de investitura et eius et fratris sui fidelitate. 1218. 21 Decembris. — (*Fol.* 170) 545. De vendicione facta comuni astensi per Manfredum et fratres eius de lanerio et eorum consortes de XII parte Castri et ville lanerii. 1218. 4 Octobris. — 546. De possessione data comuni astensi per suprascriptos venditores de dicta XII^{a} parte superius vendita dicto comuni ast et de abrenunciatione dicte vendicionis. 1218. 23. Octobris. — 547. De vendicione facta comuni astensi per dominum Sivoletum de lanerio et Anselmum eius fratrem de domibus et sediminibus que habent in lanerio. 1225. 21 Junii. — 548. De vendicione facta comuni Astensi per Conradum ardanesium suo nomine et fratrum suorum de medietate VIe partis Castri Lanerii. 1218. 7 Marcii. — (*Fol.* 171) 549. De vendicione facta comuni astensi per Ugonem carenam de XVIII parte Castri et ville lanerij. 1218. 12 Decembris. — 550. De possessione data comuni Astensi per Sismondum de Maliano et eius consortes de illo pede turris et sedimine quos habebant in lanerio. 1218. 2 Marcii. — 551. De possessione data comuni astensi per Conradum de maliano de illo sedimine et turre super eo existente que vendiderat comuni astensi. 1218. 2 Marcii. — 552. De abrenunciatione facta per Conradum de maliano et consortes suos de infrascriptis hominibus quos habent in lanerio. 1218. 2 Marcii. — (*Fol.* 172) 553. De promissione facta comuni astensi per dominam Andream uxorem quondam domini Guidonis de sancto sebastiano occasione lanerii. 1218. 8 Decembris. — 554. De ratificatione et confirmatione facta comuni astensi per Guilelmum dictum Giraudum ardanesium de venditione quam frater eius fecit comuni Ast de lanerio. 1225. 10 Aprilis. — 555. De quadam promissione facta comuni Astensi per dominum Martinum de Revello suo nomine et consortum suorum occasione eorum Citaniatici. 1204. 31 Augusti. — 556. De consignatione facta per Comune astense domino Bonefacio marchioni montisferati de turre et palacio Lanerii. 1227. 17 Septembris. — 557. De quadam denunciatione facta per comune astense Anselmo de lanerio et Guilelmo filio Sivoleti de lanerio prout infra continetur. 1226. 29 Novembris.

(*Fol.* 173) LXXX. De Sancto Johane de Conchis. Sanctus Johanes de Conchis sive villa fuit de Consortitu lanerij. Et est feudum comunis Astensis, ut patet in titulo lanerij, Capitulo secundo posito sub rubrica de vendicione facta per dominum Nicolaum de cellis comuni astensi de sexta parte lanerij Sancti Marciani et Sancti Johanis de Conchis.

LXXXI. De Lintignano. Castrum Lintignani erat feudum comunis astensis et dominus Guido de Lintignano erat Civis astensis de tota sua terra. Et comune Alexandrie diruit dictum castrum et posuerunt homines in villanova Nicie.

558. De Citaniatico domini Guidonis de Lintignano et henrici tasche fratris sui. 1198. 16 Julii.

LXXXII. De Montezemulo.

559. De pactionibus et Conventis habitis et factis inter Consules Astenses pro una parte, et dominum Guilelmum marchionem de Ceva prout inferius continetur. 1190. 27 Maii.

(*Fol.* 174) LXXXIII. De Miroaldo.

560. De donatione facta comuni Astensi per dominum Guilelmum marchionem de Ceva, de Castro et villa Miroaldi. 1190. 27 Maii. — 561. De investitura facta ad rectum feudum per comune Ast in dominum Guilelmum marchionem de ceva de Montezemullo et Miroaldo. 1190. 27 Maii.

(*Fol.* 175) LXXXIV. De Montaldo. Castrum Montaldi est feudum comunis astensis ut patet sub titulo et Rubrica de Rupecula et Montaldo in pluribus capitulis.

LXXXV. De Monte grosso. Villa Montis grossi est de locis novis comunis astensis et homines dicte ville sunt cives astenses in omnibus et per omnia sicut alii cives astenses habitantes in Ast et est feudum comunis ast ut patet eciam sub titulo et rubrica Insule.

562. De rationibus et condicionibus spectantibus comuni Astensi in Monte grosso. 1207. 1 Septembris.

(*Fol.* 176) LXXXVI. De Serra longa. Castrum et villa Serrelonge est feudum comunis astensis ut patet in titulo et sub rubrica Castri Insule in tercio capitulo. Et prout continetur etiam in titulo et sub rubrica Castri et terre Maxij.

563. De Investitura facta ad rectum feudum per dominum Guielmum ellectum episcopum in comune Astensi, de medietate Serre longe. 1174. Augusti. — 564. De investitura facta ad rectum feudum per comune astense in dominum Jacobum barexanum et consortes suos de IIII^a parte Serre longe et de eorum fidelitate facta comuni Astensi. 1203. 28 Junii. — 565. De fidelitate facta comuni Astensi per dominum henricum de Castro aynaldo, occasione serre longe. 1203. 8 Julii. — 566. De vendicione facta comuni Astensi per dominum Bayamondum de manciano pro se et nepotibus suis et certos alios suos consortes, de toto eo iure quod habebant in serra longa. 1152. 15 Novembris. — 567. De Ammonitione facta Guidoni de sancto belengno ut faceret fidelitatem comuni astensi de eo quod tenet in Comitatu Serre longe. 1198. 7 Marcii.

(*Fol.* 177) LXXXVII. De Astixio.

568. De quadam promissione facta per Consules Astixi comuni astensi prout inferius continetur. 1206. 20 Maii. — 569. De eadem promissione facta per comune Astense, Consulibus Astixij. 1206. 26 Maii. — 570. De nominibus illorum Castellanorum Astixij, qui fecerunt predictam promissionem et pactum comuni Astensi. 1206. — 571. De quodam pacto et concordia factis per Bonefacium de magnano cum comuni Astensi prout infra continetur. 1202. 17 Septembris. — 572. De quadam pace et concordia Astensium et hominum Astixij. 1207. 24 Augusti. — (*Fol.* 178) 573. De quodam iuramento et promissione factis per comune Astense de tenendo firmam suprascriptam pacem et concordiam. 1207. 30 Augusti. — 574. De pace et concordia facta inter comune Astense pro una parte, et illos de Astixio pro altera prout inferius continetur. 1202. 29 Aprilis. — (*Fol.* 179) 575. De quodam pacto et Convento fiendo inter Astenses et Castellanos de Astixio et eorum homines, prout inferius continetur. (1201-1202). — 576. De quadam promissione facta comuni astensi per Jacobum de Canalibus pro se et fratribus suis, de efficiendo cives astenses. 1226. 15 Octobris. — (*Fol.* 180) 577. De quadam pace et concordia facta inter comune et homines de aste ex una parte, Et illos de Astixio ex altera parte. 1202. 29 Aprilis. — 578. De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum de laureto et fratrem eius de infrascriptis pecijs terre scitis in astixio. 1242. 3 Septembris. — (*Fol.* 182) 579. De dono et investitura facta communi Astensi per Jacobum et Manfredum fratres de laureto de infrascriptis pecijs terre scitis in Astixio. 1242. 3 Septembris. — (*Fol.* 184) 580. De dono et investitura facta in comune Astense per Guielmum de laureto et Bonefacium eius fratrem tercie partis Castri et ville laureti in Astixio. 1242. 3 Septembris. — (*Fol.* 185) 581. De vendicione facta comuni Astensi per Guilelmum de laureto et Bonefacium eius fratrem de toto eo quod habebant in preocha. 1242. 3 Septembris. — (*Fol.* 186) 582. De iuramento vasalatici et fidelitatis dominorum de Montaldo facto comuni Astensi prout inferius continetur. 1241. 22 Maii. — 583. De approbatione et ratificatione facta per infrascriptos dominos de montaldo, de supradicto iuramento vasalatici et fidelitatis. 1241. 26 Maii. — (*Fol.* 187) 584. De instrumento procure facto per dominum Rodulfum girbaldengum de montaldo et infrascriptos consortes suos ad faciendam pacem et guerram prout infra continetur. 1241. 21 Maii. — 585. De quodam denunciamento facto per Guielmum et fratres eius de bassignana, domino Castellano fratri eorum prout inferius continetur. 1242. 28 Augusti. — 586. De instrumento sindicatus facto per Comune Astense ad recipiendum infrascriptas vendiciones et cessiones. 1242. 3 Septembris.

(*Fol.* 188) LXXXVIII. De dominis de Revello.

587. De citaniatico, dominorum de Revello sicut sunt Cives Astenses. 1198. 10 Septembris. — 588. De iuramento facto versus comune Astense per dominos Guielmum et henricum de Revello, de predictis omnibus attendendis et observandis. 1198. 22 Septembris. — 589. De eodem Juramento facto per dominum Robaldum de Revello et dominum henricum de Revello. 1198. 21 Octobris. — 590. De quodam iuramento et promissione factis per dominum Martinum de revello suo nomine et consortum suorum prout infra continetur. 1204. 31 Augusti. — 591. De quodam compromisso facto etc. prout inferius continetur. 1275. 20 Julii. — (*Fol.* 189) 592. De quodam pronunciamento et arbitramento facto per dominum Guielmum marchionem Montisferati prout infra continetur. 1275. 20 Julii. — (*Fol.* 190) 593. De societate et confederatione facta occasione dicti pronunciamenti prout inferius continetur. 1275. 21 Julii.

(*Fol.* 192) LXXXIX. De monte natali.

594. De citaniatico Bonefacij, Uberti et Guielmi fratrum de Monte natali. 1198. 26 Julii. —

LXXXIX.bis Miscellanea.

595. De quadam protestatione et oblatione prout inferius continetur. 1220. 12 Maii. — 596. De mercato bovum. 1197. 29 Novembris. — 597. De apprehensione possessionis facta per comune Astense de tota insula et glarea. 1222. 13 Octobris. — 598. De quadam appellatione facta per Rollandum de fonte suo nomine et filiorum suorum infrascriptorum prout inferius continetur. 1203. 5 Octobris. — 599. De pace fine et refutatione facta versus comune Astense per vivianum de fonte et fratrem eius prout infra continetur. 1216. 2 Januarii. — 600. De juramento Citaniatici et fidelitatis facto per dominum Guielmum pilosum versus comune Astense. 1224. 17 Junii. — 601. De citaniatico domini Oberti de ripa ut sit civis Astensis. 1198. 14 Julii. — (*Fol.* 193) 602. De strata securiter tenenda a Civitate Ast usque Sagonam. 1224. 4 Marcii. — 603. De pactione et concordia facta inter comune Astense pro una parte, Et dominum henricum marchionem Sagone pro altera. 1219. 29 Aprilis. — 604. De quodam termino prorogato occasione guerre vigentis etc. prout inferius continetur (1219). 14 Aprilis. — 605. De quadam pace et concordia facta inter comune astense pro una parte et dominum Bonefacium de Brayda et filios ejus ex altera. 1217. 4 Junii. — (*Fol.* 194) 606. De requisitione facta per potestatem Astensem a Manfredo de drua ut fidelitatem faceret comuni Astensi. 1201. 31 Octobris.— 607. De quadam licentia data comuni astensi prorogandi treuguam prout inferius continetur. 1208. 13 Marcii. — 608. De fidelitate facta comuni Astensi per henricum strabum marchionem. 1171. 11 Marcii. — 609. De promissione regalie facta per comune Astense magistro Opizoni subdiacono et notario domini Pape de libris trecentis astensis monete. 1223. 31 Augusti. — 610. De confessione facta versus comune astense per dominum Girardum Josbertum nomine dicti magistri Opizonis de dicta Regalia. 1227. 2 Julii. — (*Fol.* 195) 611. De quadam confirmatione et approbatione factis per dominos Ruffinum de torcello Cantorem et guascum de corsembrando canonicum ecclesie astensis. 1221. 15 Augusti. — 612. De fidelitate facta comuni Astensi per Jordanum de Montefortino et Guidonem et Ardicionem fratres eorum nomine et nomine Raynerii de Montefortino. 1226. 8 Novembris. — 613. De citaniatico infrascriptorum dominorum de bulgaro. 1257. 9 Marcii. — 614. De venditione facta comuni astensi per Micaelem de gamondio de infrascripto sedimine. 1198. 30 Decembris. — 615. De vendicione facta comuni astensi per Obertum de curia de infrascripto sedimine. 1179. 21 Februarii. — 616. De vendicione facta comuni astensi de pecia una terre posita extra fosatum novum Civitatis Ast 1174. 31 Januarii. — 617. De fidelitate facta comuni astensi per dominum Guidonem de Aste et Guilielmum de ripa de feudo quod tenent a comuni astensi. 1206. 17. Novembris. — 618. De quodam precepto facto per vicarium potestatis Ast prout infra continetur. 1282. 24 Februarii. — (*Fol.* 196) 619. De confessione facta versus comune Astense per dominum Girardum Josbertum nomine magistri Opizonis notarii domini Pape occasione sue regalie. 1224. 29 Novembris. — 620. De citaniatico Surleonis murruelli et henrici Auguste et henrici ducelli. 1199. 13 Januarii. — 621. De quadam sententia arbitramentaria lata inter comune Astense ex una parte et dominum Albertum de serra ex altera prout inferius continetur. 1291. 14 Septembris.

PARS QUARTA

CASTRA TERRE ET LOCA CITRA TANAGRUM VERSUS AST.

In Valle Tanagri.

(*Fol.* 201) XC. De Felizano.

622. De donatione facta per Ardizonem Marchionem comuni Ast de sua parte Felizani et de Castro Caliani et de omnibus que posset acquirere in Monteferrato inter padum et Tanagrum. 1135. 21 Maii. — 623. De pace et conventionibus factis inter Guillelmum Marchionem Montisferrati ex una parte et comune Ast ex altera occasione Felizani in quibus tangitur de dono facto de Ast et de nono ac etiam tangitur de Vignano et Scrizollengo. s. a. — 624. De forma fidelitatis facte per homines Felizani comuni Ast in hac predicta pace. s. a. — (*Fol.* 202) 625. De donatione facta per Guillelmum Marchionem Montisferati Comuni Ast de medietate Felizani. 1213. 21 Maii. — 626. De introytu possessionis facto nomine comunis Ast de dicta medietate Felizani. 1213. 24 Maii. — 627. De nominibus hominum de Felizano qui fidelitatem fecerunt communiter dicto comuni Ast et predicto Marchioni Montisferrati. 1213. 24 Maii. — 628. De nominibus certorum aliorum de Felizano qui fidelitatem fecerunt dicto comuni Ast. 1216. 28 Julii. — 629. De comuni et hominibus Felizani recep-ptis in vasalis et civibus Ast sub certis pactis et de fidelitate per eos facta comuni Ast tantum Marchionem Montisferati penitus excludendo. 1292. 22 Aprilis.

(*Fol.* 205) XCI. De Quatordeo.

630. De investitura per comune Ast domino henrico de Quatordeo in feudum facta de tercia parte castri et ville Quatordei et quomodo dicto domino henrico et filiis per dictum comune fuit concessum illud quod olim dominus Imperator eis dedit in Nono. 1197. 7 Decembris.

(*Fol.* 206) XCII. De Fonte.

631. De quadam sententia lata per dominum presbiterum Caciam Judicem imperialis aule inter comune Astense ex una parte et dominos de Fonte ex altera in favorem dicti comunis. 1211. 10 Januarii.

XCIII. De Cerro.

632. De donatione facta comuni Ast de universis que hospitale sancti Johannis de Jerusalem et eius mansio habebant in Nono et in Cerro de quibus dominus Imperator olim donum fecerat suprascripto domino Henrico de Quatordeo et filiis eius. 1198. 28 Septembris. — 633. De fine facto dicto comuni Ast de predictis per dictum dominum henricum et filios. 1198. 28 Septembris. — 634. De investitura per dictum comune Ast facta de predictis bonis donatis in dictum dominum Henricum de Quatordeo nomine feudi gentilis dando dictus Henricus fodrum et alia onera subeundo proinde. 1198. 28 Septembris.

(*Fol.* 207) XCIV. De Nono.

635. De investitura facta per episcopum Astensem comuni Ast de castro Villa et curte Noni et omnibus iuribus ad eas spectantibus et ad ipsum. 1095. 28 Marcii. — 636. De conventionibus et concordia factis inter dominum Imperatorem ex una parte et comune Ast ex altera super custodia castri noni et alijs per quinquenium duraturis. 1178. 7 Julii. — 637. De absolucione per Castellanum Noni nuncium domini Imperatoris facta de Astensibus et de Episcopis Astensi et Albensi a securitate Mille Marcharum argenti. 1197. 16 Februarii. — 638. De concordia et conventionibus factis inter Comune Ast ex una parte et comune Noni ex altera super restitutione noni dicto comuni Ast facienda cum pluribus conventionibus. 1197. 4 Decembris. — (*Fol.* 208) 639. De Nono, Rivofrancore, Cerro et Foresto et de comitatu Seralonge ac de Quatordeo cum Musancia et Musanzola, Trevezola et Ducino semper tenendis per comune Ast et non alienandis et de pena contrarium attentantibus imponenda etc. 1197. 12 Decembris.

XCV. De Rivofranchoris habetur suprascripto proximo capitulo.

XCVI. De Foresto habetur suprascripto proximo capitulo.

(*Fol.* 209) XCVII. De Quarto.

640. De dominis de Mirabello effectis civibus Ast debentibus solvere fodrum ibidem et quomodo castrum Quarti fuit constructum per Comune Ast super possessionibus dictorum dominorum de quibus promissum fuit eis dare quod congruum foret. 1246. 21 Augusti.

XCVIII. De Govono.

641. De Rodulfo, Ardizono et Anselmo de Govono et pluribus aliis effectis civibus Ast dando fodrum de libris centum. 1207. 30 Augusti.

(*Fol.* 210) XCIX. De Castagneto.

642. De concessione per Thomam Oberti Thome pro se et consortibus suis facta comuni Ast de Castagneto ad faciendum guerram pro dicto comuni et de promissione similiter facta de iuribus que habent contra Episcopum Ast in Castagneto vendendis dicto comuni pro libris VII.^{c} 1225. 31 Decembris. — 643. De juramento facto per Jacobum Thomam de non reddendo Castagnetum alicui persone sine licencia comunis Ast et de observandis preceptis potestatis Ast presentis et futurorum. 1202. 8 Maii.

(*Fol.* 211) C. De Maglano.

644. De citaynatico Anselmi Ottonis et Rufini de Maglano effectorum civium Astensium debendo dare fodrum in Ast de libris LXXII. et facere pacem et guerram pro comuni Ast et similiter eorum homines. 1198. 23 Septembris.

CI. De Gaurena.

645. Quomodo illi de Gaurena iurare debent de salvando iuvando ac receptando Astenses et ipsi Astenses illos de Gaurena similiter salvo Episcopo Albensi. 1192. 11 Decembris.

(*Fol.* 212) CII. De Sancta Victoria.

646. De venditione facta comuni Ast per Martinum de Revello de medietate duodecime partis castri et ville Sanctevictorie cum omnibus juribus ad ipsum spectantibus pro precio librarum XXXI astensium. 1199. 17 Decembris. — 647. De promissione facta per dictum Martinum de faciendo Ubertum de Revello nepotem suum renunciare venditioni predicte. 1199. 22 Decembris. — 648. De investitura per comune Ast facta in Girardum mollem de Alba pro recto feudo de eo quod olim tenebat in Sanctavictoria in feudum a suprascripto Martino. Et de fidelitate exinde facta dicto comuni per dictum Girardum. 1201. 27 Junii. — 649. De certis conventionibus factis inter comune Ast ex una parte et Bonefacium de Brayda et quosdam alios Castellanos occasione Sanctevictorie contra comune Albe. 1207. 4 Octobris. — 650. De restitutione turris Sanctevictorie facta comuni Ast per procuratorem dominorum dicti loci et de concessione dicto comuni facta de castro, villa et hominibus dicti loci pro Mille Marchis argenti in quibus ipsi domini dicto comuni Astensi tenebantur cum multis aliis conventionibus. 1277. 29 Maii. — (*Fol.* 213) 651. De confirmatione omnium contentorum in suprascripto proximo contractu facta per dominos Sanctevictorie et de restitutione dicte turris ac de fidelitate per eos facta dicto comuni salvo Astensi Episcopo et de ipsorum dominorum receptione in cives Astenses. 1277. 29 Maii. — 652. De fidelitate comuni Ast facta per homines terre Sanctevictorie de consensu et voluntate dominorum suorum. 1277. 30 Maii.

(*Fol.* 215) CIII. De Paucapalea.

653. De iuramento facto per dominos de paucapalea et Dominum Guillelmum pilosum de tenendo firmam concordiam Astensium et domini Episcopi. 1199. 28 Octobris. — 654. De dono facto per comune Ast dominis de paucapalea ut sint cives Astenses dando fodrum de libris centum et faciendo pacem et guerram etc. et comune Ast debendo eos et eorum terram defendere et adiuvare. 1202. 15 Maii. — 655. De investitura facta per comune Ast in dominos Henricum et Murutum fratres de paucapalea pro se fratribus et nepote eorum de eorum parte illius feudi quod quondam eorum pater

tenebat a dicto comuni in loco Castegnolarum de ultra versam et de fidelitate per eo inde facta dicto comuni Ast. 1216. 12 Septembris

(*Fol.* 216) CIV. De Brayda.

656. De donatione facta per dominum Thomam Comitem Sabaudie et Marchionem in ytalia comuni Ast de Brayda, Fontanis, Cargnani, Vigoni et Cumaviane Et de investitura facta per dictum comune in ipsum dominum Comitem in gentile feudum de dictis Cargnano, Vigono et Cumaviana Et quomodo ipse vel Amedeus eius filius esse debet civis Ast et dare fodrum de libris CC. Et auxilium ad ducendum padum ad civitatem Ast. 1224. 13 Septembris. — (*Fol.* 217) 657. De requisicione facta pro parte comunis Ast a dicto domino Comite ut faciat dicto comuni fieri fidelitatem per dominum Ottonem boverium de toto eo quod ipse tenebat in Brayda et posse. 1224. 3 Octobris. — 658. De promissione facta per dictum dominum Amedeum filium dicti domini Comitis de observandis omnibus promissionibus et conventionibus suprascriptis factis per dictum suum patrem comuni Ast. 1225. 6 Maii. — 659. De renunciatione facta comuni Ast per d. henricum de Careto Marchionem et d. Gratapaleam eius generam de omnibus iuribus et hominibus quos et que habebant in villa et posse de Fontanis. 1225. 16 Maii. — 660. De iuramento facto per Aymum de Saxello et quosdam alios de faciendo quod dictus dominus Comes et filii attendant omnia contenta in suprascripto primo capitulo et in instrumento exinde confecto. 1225. 16 Maii.

(*Fol.* 218) CV. De Clarasco.

661. De pace facta inter comunia Ast, Albe et Carii ex una parte et comune Claraschi ex altera cum relaxacione captivorum hinc inde et quomodo comune Claraschi tenere debet pro suis loca Cerveriarum et Fontanarum Remittendo comune Astense omne jus quod habebat in ipsis locis. 1277. 9 Marcii.

(*Fol.* 221) CVI. De Fontanis et De Cerveriis.

662. De possessione per potestatem Ast nomine comunis Ast apprehensa de loco Fontanarum pro pena Mille Marcharum argenti commissa per dominos de Manzano quia pacta eorum et comunis Ast non observaverunt ac etiam ipse potestas dicto nomine idem fecit de locis Cerveriarum, Marenarum et Savilliani. 1202. 10 Junii. — 663. De donatione in pluribus capitulis facta comuni Ast per dominos de Manzano de Sarmatorio et de Montefalcono de castro et villa de Fontanis Et de investitura in eos per dictum comune facta in rectum feudum facta prius fidelitate per dictos dominos ipsi comuni de predictis. 1228. 27 Septembris. — 664. De juribus Rufino Cape de Ast per dominam Mariam uxorem quondam Ottonis piole de Manzano nomine venditionis cessis contra bona dicti sui viri maxime in castro et villa Fontanarum precio librarum LXXX, reforciatorum. 1239. 25 Junii. — (*Fol.* 222) 665. Quomodo potestas Astensis dixit quibusdam quod paratus erat eis eligere curiam super eo quod postulabant terram fontanarum et attendere quod ipsa curia dixerit faciendum. 1242. 10 Marcii. — 666. De dictis iuribus acquisitis per dictum Rufinum Capam a dicta domina Maria per eum postea nomine venditionis cessis dicto comuni Ast pro libris Centum Astensium. 1242. 24 Marcii. — 667. De terris que fuerunt supradicti Ottonis piole. (1242). — 668. De hominibus de dicto loco Fontanarum qui iuraverunt fidelitatem comuni Astensi et manifestaverunt illud quod anuatim dabant dicto Ottoni (1242).— 669. De sindicatu facto per comune Ast in personas Berardi de Solario et socij ad recipiendum donationem castri et ville Fontanarum et fidelitates dominorum de Manzano de Sarmatorio et de Montefalcono, et hominum ipsorum et ad investiendum ipsos dominos de eisdem. 1228. 26 Septembris.

(*Fol.* 224) CVII. De Montefalcono.

670. De concordia facta inter comune Ast et dominos de Montefalcono et quosdam alios debendo ipsi domini esse cives astenses et ibidem dare fodrum et alia dicti comunis onera supportare. 1198. 22 Aprilis. — 671. De promissione et iuramento potestati Astensi factis per quosdam dominos de Montefalcono et de Caruto et alios de observandis preceptis dicti potestatis. 1224. 14 Junii.

(*Fol.* 226) CVIII. De Ceva.

672. De confessione facta potestati Ast per Johannem Aliacum quomodo stabat in domo quam dominus Guillelmus de Ceva habebat in Ast ad portam Sancti Gaudencii pro solidis viginti in anno.

1201. 23 Novembris. — 673. De investitura facta per comune Ast in dominum Nanum Marchionem Ceve mediante procuratore de medietate Montiscemoli et de guerra per eum facienda pro dicto comuni de tota terra quam tenet et tenebit debendo comune Ast defendere eum et terram suam. 1273. 30 Novembris. — 674. De venditione facta comuni Ast per dominum Oddonem Marchionem de Careto procuratorio nomine domini Nanni Marchionis Ceve de terris et castris Ceve et aliis omnibus que habebat dictus dominus Nanus pro precio librarum Centummillium Astensium. 1295. 22 Octobris. — (*Fol.* 227) 675. De concessione per comune Ast facta in personam dicti domini Odonis procuratoris dicti domini Nanni de loco Ceve et de omnibus in dicta vendicione contentis in nobile et rectum feudum et de fidelitate per dictum procuratorem facta dicto nomine predicto comuni de omnibus predictis cum multis conventionibus. 1295. 22 Octobris. — (*Fol.* 228) 676. De ratificatione facta personaliter per dictum dominum Nanum de dicta venditione facta per dictum suum procuratorem de ceva et aliis omnibus supradictis et de venditione de novo facta dicto comuni per ipsum dominum Nanum de predictis omnibus pro dicto precio librarum centum^{m}. 1295. 21 Novembris. — (*Fol.* 229) 677. De investitura in feudum nobile per comune Astense dicto domino Nano personaliter facta de Ceva et omnibus predictis Et de fidelitate per dictum dominum Nanum dicto comuni facta de eisdem. 1295. 21 Novembris. — (*Fol.* 231) 678. De ratificatione facta per Georgium et Guillelmum fratres et filios dicti domini Nanni parabola dicti sui patris de dicta venditione facta comuni Ast ut prefertur et de venditione per eos facta dicto comuni de predictis omnibus. 1296. 16 Februarii.

(*Fol.* 234) CIX. De Caballario maiori.

679. De donatione comuni Ast facta per dominum Bellengerium Marchionem de Buscha de Castello villa et hominibus Caballarij maioris. 1202. 4 Marcii. — 680. De investitura facta per comune Ast in dictum dominum Marchionem de predictis, et de medietate sancti Stephani de Valle Belbi et de fidelitate per eum dicto comuni ex predictis omnibus facta. 1202. 4 Marcii. — 681. De renunciatione facta per uxorem et nurus dicti donatoris de omnibus iuribus occasione dotium suarum eis conpetentibus in bonis de caballario donatis ut supra. 1202. 11 Marcii. — 682. De interdicto facto per comune Ast comuni Savilliani ne capiant aliquem hominem de Caballario ad habitandum in Savilliano. 1224. 25 Augusti. — 683. De iuribus que Jacobus Bricius et eius uxor habebant in Caballario maiori occasione certorum debitorum per eos ex causa venditionis cessis comuni Astensi pro precio librarum Mille reforciatorum. 1251. 15 Maii. — 684. De iuribus que domini Petrus Marchio de Buscha et Maynfredus eius frater habebant in Caballario predicto ex causa venditionis cessis comuni Ast pro precio librarum CCXXV reforciatorum. 1251. 19 Maii. — (*Fol.* 235) 685. De restitutione facta per comune Ast domino Ottoni Boverio de castro et de pallatio dicti loci Caballarij maioris. 1227. 29 Augusti.

(*Fol.* 236) CX. De Fossano.

686. De hominibus Fossani qui fecerunt fidelitatem comuni Ast. (1251).

(*Fol.* 238) CXI. De Cargnano.

687. De communi et hominibus Cargnani receptis in cives Astenses debendo solvere fodrum in comuni Ast de libris Mille et facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas et multa alia pro dicto comuni Ast. 1235. 20 Maii *.

(*Fol.* 239) CXII. De Vigono.

688. De Investitura facta per comune Ast in dominum Thomam Comitem Sabaudie et Marchionem in ytalia de Vigono, Cargnano et Cumaviana in gentile feudum. Et de fidelitate quam dictus dominus Comes et Marchio iuravit dicto comuni Ast de predictis. 1224. 13 Septembris. — 689. De fidelitate quam dicto comuni Ast fecit Nicholaus de Brenecio castellanus Vigoni voluntate et presentia dicti domini Comitis de dicto loco Vigoni. 1225. 27 Marcii **.

* *In Codice subjungitur monitum.* De donatione facta per dominum Comitem Sabaudie comuni Astensi de Cargnano. et de investitura facta per dictum comune in dictum dominum Comitem de dicto loco in feudum Et de fidelitate per ipsum Comitem ex inde facta dicto comuni habetur superius sub rubrica de Brayda primo capitulo.

** *Hoc loco notatur in Codice.* De donatione facta per dominum Comitem Sabaudie comuni Ast de Vigono et de investitura facta per dictum comune in dictum dominum Comitem in feudum de dicto loco. Et de fidelitate per ipsum dominum Comitem facta exinde dicto comuni habetur superius sub Rubrica de Brayda primo capitulo Anno domini MCCXXIIII.

(*Fol.* 241) CXIII. De Salucijs.

690. De remissione et concessione factis comuni Ast per dominum Maynfredum Marchionem Saluciarum de Romanisio Et de dono per eum dicto comuni facto de omni iure quod habebat in Romanisio et Salucio Et quod acquisiverit in eisdem Et dono per eum similiter facto de omni iure quod habet in Casteglono et quomodo dictorum locorum comunia solvere debent fodrum in Ast. 1191. 28 Maii. — 691. De investitura in dictum dominum Marchionem facta per dictum comune Ast in rectum feudum de omni iure quod dictum comune habebat in dictis locis Salucij, Romanisij, et Castegloni Et de fidelitate per eum dicto comuni facta exinde. 1193. 26 Maii. — 692. Quomodo dictus dominus Mainfredus Marchio de Saluciis et domina Alaxia eius uxor tradiderunt potestati Ast pro comuni Ast possessionem Castri Salutiarum, Et dictus dominus Marchio tantum possessionem Romanisij. 1193. 27 Maii. — 693. De renunciatione per dictam dominam Alasiam facta dicto comuni Astensi de omnibus iuribus sibi competentibus in dictis locis Salutiarum Romanisij et Castegloni. 1193. 11 Junii. — (*Fol.* 242) 694. De promissione facta per dominum Guillelmum Marchionem de Buscha et fratres eius domino potestati Ast pro comuni Ast de dando ipsi comuni in Alodium terciam partem Salutiarum Et de recipiendo ipsam terciam partem in feudum a dicto comuni faciendo fidelitatem ex ea dicto comuni Et de possessione per ipsos fratres tradita predicto comuni de ipsa tercia parte. 1217. 15 Junii. — 695. De donatione per dictos fratres facta dicto comuni de dicta tercia parte Salutiarum et de investitura facta per dictum comune in dictos fratres exinde in gentile feudum Et de fidelitate per eos de eadem facta dicto comuni Ast. 1217. 21 Junii. — 696. De pace et concordia factis inter dominum Maynfredum Marchionem Salutiarum et comune Ast in qua dictus dominus Marchio dedit in alodium dicto comuni locum Carmagnole et de fidelitate per ipsum dominum Marchionem facta dicto comuni de locis et castris Salutiarum, Carmagnole, Romanisii, Leuqui et Castegloni etc. 1224. 19 Maii. — (*Fol.* 243) 697. De possessione castri Salutiarum tradita per dictum dominum Marchionem voluntate et precepto domine Alaxie Comitisse Salutiarum avie sue dicto comuni Astensi. 1224. 22 Maii. — 698. De confirmatione pactorum per dictum dominum Marchionem de novo factorum cum comuni Astensi facta per dictam dominam Comitissam eius Aviam Et de renunciatione iurium que ipsa habebat in Carmagnola et Leuquo. 1224. 22 Maii. — 699. Tenor et forma fidelitatis, quam comuni Ast fecerunt homines dicti Marchionis de Salucio, Carmagnola et Leuquo. 1224.

(*Fol.* 245) CXIV. De Carmagnola.

700. De traditione possessionis Castri Carmagnole facta per dictum dominum Marchionem Salutiarum dicto comuni Astensi Et quomodo ipse dominus Marchio renunciavit fidelitatibus hominum Carmagnole et eas fieri iussit dicto comuni Astensi. 1224. 21 Maii *.

(*Fol.* 246) CXV. De Romanisio.

701. Quomodo dominus Mainfredus Marchio de Saluciis renunciavit fidelitatibus militum et hominum de Romanisio, et eas fieri iussit comuni Astensi Et quomodo ipsi milites et subsequenter homines predicti in diversis vicibus dictas fidelitates fecerunt dicto comuni Astensi. 1193. 21 Junii. — 702. De promissione facta comuni Ast pro parte comunis Romanisij de faciendo quod comune Ast omni anno habeat ab hominibus dicti Marchionis Salutiarum de dicto loco Romanisij libras XXV reforciatorum pro fodro et duas albergarias ad XXV milites pro qualibet, et de fidelitate dicto comuni Ast facta per certos de Romanisio. 1201. 7 Augusti. — 703. De fidelitate facta comuni Ast per Jacobum filium Maynfredi de drua precepto dicti sui patris de dicto loco Romanisii. 1202. 7 Augusti. — (*Fol.* 247) 704. Quomodo dominus Maynfredus de Saluciis renunciavit fidelitatibus militum et hominum de Romanisio et eas fieri iussit dicto comuni Ast. 1224. 24 Maii. — 705. De requisitione facta nomine comunis Ast potestati Romanisij et certis aliis nomine comunis dicte terre quod fidelitates fieri facerent per homines dicte terre dicto comuni Ast. 1224. 3 Decembris. — 706. De denunciatione

* *Ibi notatur in Codice.* De datione facta per dictum dominum Maynfredum Marchionem Saluciarum dicto comuni Astensi de Castro villa et hominibus Carmagnole in alodium habetur superius sub Rubrica de Saluciis capitulo VII, Et de renunciatione quam fecit domina Alaxia Comitissa Salutiarum Avia dicti Maynfredi Marchionis comuni predicto de omnibus iuribus sibi competentibus in Carmagnola similiter habetur sub dicta Rubrica de Saluciis capitulo VIII Et de fidelitate quam dicto comuni Ast fecerunt homines Carmagnole etiam habetur superius sub dicta Rubrica de Saluciis capitulo nono.

facta potestati et ambaxiatoribus Romanisij per Vicarium potestatis Ast quomodo paratus erat pro dicto comuni Ast recipere fidelitates de Romanisio prout homines dicti loci eas debebant et consueverunt facere. 1224. 3 Decembris.

(*Fol.* 248) CXVI. De Bovisio et certis aliis locis ut infra.

707. De donatione facta ecclesie sancte Marie civitatis Ast per Comitem Ubertum, de Bovisio, Bruxaporcello et Summaripa, Et comuni Astensi de Quatordeo et Romanisio etc. 1098. 25 Julii.

CXVII. De Sarmatorio.

708. De promissione facta per Obertum de Sarmatorio pro se et Ardizone fratre suo de stando et parendo preceptis potestatis Astensis, maxime pro quadam securitate librarum Mille. 1224. 16 Junii.

CXVIII. De Sanctoalbano.

709. De fidelitate facta comuni Astensi per quosdam de Sanctoalbano consensu vicesgerentis Episcopi Astensis salvis ipso Episcopo et ecclesia Astensi. 1277. 27 Junii.

(*Fol.* 249) CXIX. De Plocio.

710. Autenticum unius instrumenti continentis quasdam conventiones factas inter comunia Ast et Albe ex una parte et comune Plocij ex altera et inter alia quomodo homines Plocij effecti sunt cives Ast et Albe fodrum anuatim dando dictis civitatibus etc. 1251. 29 Septembris.

(*Fol.* 250) CXX. De Savilliano.

711. De quibusdam pactis et unione factis inter comune Ast ex una parte et comune Savilliani ex altera. 1205. 1 Septembris. — 712. De quibusdam aliis pactis et unione factis inter dicta communia Ast et Savilliani iuramento valatis. 1217. 17 Septembris. — (*Fol.* 251) 713. De pace concordia et fraternitate et multis conventionibus factis inter dicta comunia Ast et Savillianj. 1277. 29 Decembris. — (*Fol.* 252) 714. De sentencia lata per quosdam arbitros inter comunia Ast et Albe pro una parte et comune Savilliani ex altera, in qua inter alia continetur quod dare debeant anuatim in festo Sancte Marie de medio Augusto comunibus Ast et Albe nomine census tantum quantum dare consueverunt Alexandrinis etc. 1252. 19 Augusti.

CXXI. Locus Montisregalis aliter Montisvici.

715. De quibusdam conventionibus factis inter Astenses ex una parte et homines de Monteregali ex altera in quibus inter alia continetur quomodo ipsi de Monteregali effecti sunt cives Astenses debendo dare fodrum in comuni Ast de libris Quingintis et facere pacem et guerram pro dicto comuni, Salvo Episcopo Astensi et quibusdam aliis. 1204. 24 Junii.

(*Fol.* 254) CXXII. De Morocio.

716. Quomodo illi de Morocio sunt effecti cives Ast debendo dare fodrum de libris trecentis Astensibus in comuni Ast, ac facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas pro dicto comuni et recipere potestatem de civitate Ast etc. 1233. 6 Augusti.

(*Fol* 255) CXXIII. De Cuneo seu de Pizocunei.

717. Quomodo illi de dicto pizocunei sunt effecti et esse debent in perpetuum cives Astenses dando fodrum in comuni Ast de libris Mille januensibus Et faciendo omnia alia sicut alii cives habitatores Ast, Et quomodo tractari salvari et defendi debent per comune Ast sicut alii cives habitatores Ast. 1198. 23 Junii. — 718. Quomodo Guillelmus Guarnerius (et fratres) sunt effecti cives Astenses debendo dare fodrum in Ast de libris L. usque ad quinquenium Et abinde in antea debent dare fodrum et alia omnia facere et tractari sicut alii cives habitatores Ast. 1237. 19 Maii. — 719. De iuribus comuni Astensi contra comune et homines Cuney titulo venditionis cessis per dominum philippum Scarampum et socios de uno debito librarum DCXLVI Astensium de capitali et librarum CXLVII pro custodia castri Busche ipsis creditoribus pro dicto debito specialiter nomine pignoris obligati. 1280. 13 Aprilis.

In Valle Verse.

(*Fol.* 258) CXXIV. De Castagnolis de ultra Versam.

720. De donatione facta comuni Ast per dominum Manuelem et consortes suos dominos Castagnolarum de castro villa et hominibus dicti loci cum omnibus suis iuribus Et de investitura in gentile et avitum feudum facta in eosdem dominos de predictis per dictum comune et de fidelitate per ipsos dominos dicto comuni facta de omnibus supradictis. 1292. 15 Junii. — 721. De donatione de predictis similiter facta per quosdam alios condominos Castegnolarum ac de investitura et fidelitate simili modo factis cum ratificatione omnium contentorum in precedenti instrumento. 1292. 15 Junii. — 722. De donatione quam dicto comuni Ast fecit dominus Raynerius Bozia de Grana pro se et obertino nepote suo de eo quod habebant et tenebant in Castagnolis a Marchione Montisferati Et de investitura in eos facta in gentile feudum de dicto dono Et de fidelitate per eum ex inde facta dicto comuni Ast. 1292. 25 Junii.

(*Fol.* 259) CXXV. De Montemagno.

723. De dominis de Montemagno effectis civibus Ast et de unione et concordia factis inter comune Ast et dictos dominos de guerra facienda Marchioni Montisferati, et de sese invicem adiuvando in omni guerra salvo Episcopo Astensi. 1173. Augusti. — 724. De venditione facta comuni Ast per dominum Obertum de Brolio et consortes eius de multis sediminibus in Montemagno existentibus, et de eorum parte dominii et hominum dicti loci pro precio III^{m} CCCXXV Astensium suis donneis exceptatis. 1269. 20 Aprilis.

(*Fol.* 261) CXXVI. De Cunico.

725. De donatione comuni Ast facta per dominos Cunici de castro et villa et tota iurisdicione Cunici. Et de villa et posse ponenghi.

Et quomodo dare debent in comuni predicto fodrum de libris Centum ac de investitura per dictum comune in ipsos dominos facta de predictis omnibus cum multis aliis conventionibus. 1292. 20 Maii.

(*Fol.* 262) CXXVII. De Tongo.

726. De fidelitate facta per homines de Tongo comuni Ast. 1292. 14 Junii.

(*Fol.* 263) CXXVIII. De Caliano.

727. De venditione per dominum Bonefacium Marchionem Montisferrati facta Ottoni Rape suo nomine et quorumdam aliorum de castro villa hominibus et iuribus Caliani precio librarum DCCC ianuensium Et de renunciatione facta per dominum Conradum de Caliano et eius consortes de omnibus que in dicta venditione habebant, et de possessione data dicto comuni de predictis bonis venditis, Et de renunciatione fidelitatum quas predictus Marchio habebat ibidem. 1197. 17 Februarii. — 728. De quibusdam iuramentis et promissionibus factis Comuni Ast per quosdam de Caliano de salvandis iuribus dicti comunis Ast in Caliano existentibus. 1198. 29 Decembris. — 729. De commissione facta in Castellano Noni et certis aliis super concordia facienda inter dictum dominum Bonefacium Marchionem et comune Ast cum datione obsidum ibidem nominatorum. (1193). — 730. De venditione facta per suprascriptum Ottonem Rapam et socios de suprascriptis Castro villa hominibus et iuribus Caliani ad proprium pro precio librarum DCCC Januensium. 1201. 10 Novembris. — (*Fol.* 264) 731. De confessione facta per dictum Ottonem Rapam de solutione sibi facta per comune Astense de libris ducentis in una parte, et de libris LXXX solidis VI denariis VIII in alia parte pro facto Caliani. 1202. 9 Marcii. — 732. De fidelitate communi Ast facta de Castro Caliani per Raynerium filium Tisii de Caliano. 1202. 30 Marcii. — 733. De simili fidelitate dicto comuni Ast facta de dicto castro Caliani per Ubertum Nigrum de Caliano. 1202. 30 Marcii. — 734. De forma pacis et concordie ordinate inter dominum Guilelmum Marchionem Montisferrati filium domini Bonefacij pro se et dicto eius patre et dominum Maynfredum Marchionem de Buscha ex una parte et comune Ast ex altera inter alia super venditione Caliani que promissa et iurata fuit per dictum dominum Marchionem Guilelmum. 1206. 30 Aprilis. — (*Fol.* 265) 735. De venditione dicto comuni Ast facta per dictum dominum Guilelmum

Marchionem Montisferrati de dictis Castro villa hominibus et iuribus Caliani pro precio librarum quinque millium. 1206. 30 Aprilis. — 736. De investitura facta per comune Ast in dictum dominum Guilelmum Marchionem Montisferrati de Felizano et de Caliano in rectum feudum. Et de fidelitate quam iuravit dictus Marchio predicto comuni de dictis locis. 1206. 30 Aprilis. — 737. De renunciatione facta per dictum dominum Guilelmum Marchionem pro se et dicto eius patre de fidelitatibus hominum Caliani. Et de fidelitate per eos facta dicto comuni Ast precepto ipsius Marchionis. 1206. 5 Maii. — 738. De simili renunciatione et fidelitate per alios homines Caliani dicto comuni similiter facta. 1206. 6 Maii. — 739. De fidelitate dicto comuni Ast facta de Castro Caliani per Castellanos dicti Castri. 1206. 7 Maii. — (*Fol.* 266) 740. De possessione castri Caliani per comune Ast data in rectum feudum dicto domino Guilelmo Marchioni iuxta formam concordie suprascripte. 1206. 7 Maii. — 741. De renunciationibus factis per dictum dominum Marchionem et dominum Raynerium de Grana de fidelitatibus quorumdam de Paterno et de precepto per eos dictis hominibus facto quod fidelitates faciant dicto comuni de castro predicto. 1206. 7 Maii. — 742. De requisitione facta per comune Ast a domino Bonefacio Marchione predicto quod fidelitatem faciat dicto comuni de Caliano et medietate Felizani. 1226. 21 Septembris. — 743. De concordia et conventionibus factis inter comune Ast et homines Caliani in qua inter alia dederunt dicto comuni Ast Calianum cum omnibus suis pertinenciis Et ipsi homines Caliani effecti fuerunt cives Astenses sub certis pactis. 1292. 26 Maii. — (*Fol.* 267) 744. De sindicatu Oberti Regis de Caliano constituti per comune Caliani ad predictas conventiones et concordiam faciendas. 1292. 21 Maii.

(*Fol.* 270) CXXIX. De Casurcio.

745. De conventionibus factis inter comune Ast ex una parte et comune Casurcij ex altera in quibus inter alia dederunt se et dictam terram Casurcij comuni Ast debendo ibi habere comune Ast merum et mixtum imperium. 1290. 2 Decembris. — (*Fol.* 271) 746. De nominibus hominum Casurcij qui fidelitatem fecerunt comuni Ast. 1290. 3 Decembris.

(*Fol.* 272) CXXX. De Castroalferio.

747. De venditione communi Ast facta de una pecia terre iacente in castro alferio pro precio solidorum quindecim cum dimidio Astensium. 1189. 29 Aprilis. — 748. De simili venditione dicto comuni Ast facta de alia pecia terre iacente in dicto Castro alferio. 1189. 1 Maii. — 749. De simili venditione dicto comuni Ast facta de una alia pecia terre iacente in dicto loco pro precio solidorum duorum et denariorum trium Astensium. 1189. 1 Maii. — 750. De simili venditione facta dicto comuni Astensi de alia pecia terre iacente in dicto loco. 1189. 1 Maii. — (*Fol.* 273) 751. De simili venditione facta comuni Ast de una alia pecia terre iacente in dicto loco precio solidorum octo Astensium. 1189. 1 Maii. — 752. De simili venditione facta dicto comuni Ast. 1189. 2 Maii. — 753. De simili venditione facta dicto comuni Astensi. 1189. 3 Augusti. — 754. De testibus receptis pro discernendis finibus et posse Castri alferij sive ville que dicitur Guadarabium, a finibus et posse Caliani autenticandis et in formam publicam redigendis. 1288. 10 Augusti.

(*Fol.* 281) CXXXI. De Vineali.

755. De donatione communi Ast facta per Marchiones Ocimiani de castello villa et hominibus Vinealis. Et de datione predictorum in feudum per comune Ast facta dictis Marchionibus qui una cum hominibus dicti loci iuraverunt ex inde fidelitatem dicto communi Ast. 1149. 18 Augusti. — 756. De quodam godimento quod Maynfredus de lanerio et nepotes habuerant in Vineali eis restituto per comune Ast, et de certis alijs promissionibus inter eos simul factis. 1152. 8 Septembris. — 757. De communi et hominibus vinealis effectis civibus Ast cum multis pactis et conventionibus. 1290. 20 Augusti. — (*Fol.* 283) 758. De iuribus comuni Ast titulo venditionis cessis contra Marchionem Montisferrati per dominos Maynfredum fratres et filios quondam domini Raymondi pellete de duabus partibus unius debiti medietatis librarum VII^c^ ianuensium pro quo debito Castrum Vignalis erat eis et participibus dicti crediti specialiter obligatum. 1291. 2 Marcii. — 759. De simili cessione dicto comuni facta de tercia parte dicti debiti medietatis predicte per dominam Sichetam filiam quondam et heredem pro tercia parte dicti quondam domini Raymondi pellete. 1291. 2 Marcii. — 760. De simili cessione dicto comuni facta contra dictum Marchionem per filios et nepotem quondam domini Bayamondi pellete de tribus partibus alterius medietatis dicti debiti librarum VII^c^ ianuensium. 1291. 2 Marcii. — (*Fol.* 284) 761. De simili cessione facta dicto comuni Ast contra dictum Marchionem Montisferrati

per pelletum filium quondam et heredem pro quarta parte dicti domini Bayamondi de reliqua quarta parte dicte medietatis debiti suprascripti. 1291. 2 Marcii.

(*Fol.* 285) CXXXII. De Montilio.

762. De federe et conventionibus initis inter commune Ast ex una parte et dominos Montilij ex altera debentibus una parte pro altera facere guerram contra omnes personas et maxime contra Marchionem Montisferrati Vercellensi Episcopo exceptato. s. a.

In Riascha.

(*Fol.* 286) CXXXIII. De Cochonato.

763. Quomodo dominus Ubertus Comes Grassus de Coconato confessus fuit se et Obertum eius nepotem esse investitos pro recto feudo a comuni Ast de libris XV. Astensibus, Et quomodo dictum comune ipsum dominum Ubertum de dicto feudo reinvestivit. Et ipse fidelitatem fecit exinde dicto Communj. 1193. 10 Decembris.

(*Fol.* 287) CXXXIV. De Albugnano.

764. De sindicatu facto vice comunis Ast in Maynfredum de Canonica notarium ad recipiendum pro dicto comuni fidelitates ab hominibus albugnanj. 1290. 29 Octobris. — 765. De fidelitate per dictos homines Albugnani facta in manibus dicti Maynfredj sindici dicti comunis Astensis recipientis nomine prepositi et ecclesie Vezolanj nec non nomine dicti comunis Ast de Castro et villa Albugnani. 1290. 29 Octobris *.

(*Fol.* 288) CXXXV. De Poglano.

766. De donatione comuni Ast facta per dominos Conradum et Raynerium de Poglano suo et fratris sui nomine Bosij de castro villa et hominibus Poglani. 1290. 29 Octobris. — 767. De investitura per dictum comune in dictos dominos de Poglano de predictis donatis in gentile feudum. Et de fidelitate per eos dicto comuni facta de eisdem. 1290. 29 Octobris.

(*Fol.* 289) CXXXVI. De Castronovo et veteri Fereriarum.

768. De investitura facta per comune Ast in rectum feudum de hoc quod dictum comune Ast habebat in castronovo et veteri Fereriarum in dominum Jacobum de Fererjis. Et de fidelitate quam dictus dominus Jacobus ex inde fecit dicto comuni Ast. 1202. Marcii.

In Valle Rivilati.

(*Fol.* 290) CXXXVII. De Corsembrando.

769. De dominis Guillelmo de Corsembraldo et Raynerio eius nepote effectis civibus Ast debendo dare fodrum de libris centum et facere pacem et guerram et alia onera dicti comunis Ast supportare, salvo Episcopo Astensi et Marchione Montisferrati in sua persona. 1198. 16. Julii. — 770. Quomodo dicti domini de Corsembraldo confessi fuerunt se esse cives astenses ut in superiori proximo capitulo continetur, promittendo venire ad standum Ast, et ibi dare fodrum et alia quelibet onera sustinere et guerram et pacem facere pro dicto comuni de omnibus castris villis et hominibus quos habent citra versam etc. salvis Episcopo Astensi et dominis Montisfalconis. 1201. 19 Decembris.

(*Fol.* 291) CXXXVIII. De Monteclaro.

771. De hominibus pisenzane, Malischi, Mayrani et Cortanseri et alijs qui habitaverint in loco de novo ab ipsis construendo effectis civibus Astensibus debendo dare fodrum dicto comuni de libris CCCC. et facere pacem et guerram etc. pro dicto comuni, qui locus vocatur Monsclarus. 1200. 19 Marcii. — 772. De precepto facto per potestatem Ast Guillelmo da playa pro se et eius fratre hominibusque eorum de non impediendis possessionibus et iuribus quas habent in Cortansero commune Montisclari et certi alij. 1219. 28 Julii. — 773. De alio precepto facto per dictum potestatem

* *In notatur in Codice.* De sententia lata in favorem comunis Ast quod ipsum comune habere debeat castrum cum turre Albugnani et homines ac contitum merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem habetur infra in tractatu de extraordinarijs capitulo XVII. folio.

Ast dicto Guillelmo de Playa pro se et Jacobo eius fratre quod tribuat possessionem Cortanseri Jacobo advocato potestati Montisclari pro comuni dicte terre. 1219. 30 Julii.

(*Fol.* 292) CXXXIX. De Montibus sive Seravalle.

774. De citaynatico hominum loci de Montibus effectorum civium Astensium qui locus Montium destructus fuit, et de hominibus ipsius loci factus est locus Seravallis. 1198. 19 Octobris.

CXL. De Cortansero.

775. De donatione facta per comune Ast Uberto de Cortansero ut ipse et sui heredes sint cives Astenses debendo dare fodrum de libris decem, et facere exercitum et cavalcatam pacem et guerram pro dicto comuni Astensi. 1198. 14 Julii.

(*Fol.* 293) CXLI. De Camayrano et De Cinalio.

776. De donatione facta per comune Ast dominis Rodulfo et Sysmondo fratribus de Camayrano ut ipsi et eorum heredes sint cives Astenses debendo dare fodrum de libris XXV et facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas pro dicto comuni, salvo Astensi Episcopo. 1198. 16 Julii.— 777. De simili donatione facta dominis Cinalij, debendo dare fodrum de libris XXV, et facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas de omnibus suis castris et villis pro comuni Ast, salvo Episcopo Astensi. 1198. 19 Julii. — 778. Quomodo dicti domini de Camayrano confessi fuerunt se effectos esse cives Astenses ut in superiori capitulo de Camayrano continetur promittendo stare in Ast et alia facere que in ipso citaynatico continentur, salvo Episcopo astensi etc. 1201. 10 Decembris. — 779. De simili confessione facta de citaynatico quorundam aliorum de Camayrano promittendo venire ad standum Ast, et ibi dare et alia facere que in eorum predicto citaynatico continentur. 1202. 12 Octobris.

(*Fol.* 294) CXLII. De Casascho.

780. De donatione facta per comune Ast dominis de Casascho ut ipsi et eorum heredes sint cives Astenses debendo dare fodrum de libris XXV, et facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas de eorum castris et villis pro dicto comuni, salvis dominis eorum inter quos non computetur Marchio Montisferrati. 1198. 19 Julii.

In Valle Playe.

CXLIII. De Playa.

781. De donatione per comune Ast Rogerio de Playa ut ipse et sui heredes sint cives Astenses dando fodrum de libris centum et faciendo pro comuni Ast pacem et guerram exercitus et cavalcatas contra quoscumque, Salvis Imperatore et Episcopo Astensi. 1199. 12 Januarii.

(*Fol.* 295) CXLIV. De Cortandono.

782. De donatione facta per comune Ast domino Rogerio de Cortandono ut ipse et sui heredes sint cives Astenses dando fodrum de libris XV et faciendo pro dicto comuni pacem et guerram exercitus et cavalcatas etc. contra quoscumque nullo exceptato. 1198. 26 Julii.

CXLV. De Cortasono.

783. De donatione facta per comune Ast Rogerio de Cortandono et Alberto de Cortasono fratri suo ut ipsi et eorum heredes sint cives Ast dando fodrum de libris XL et faciendo pacem et guerram pro dicto comuni etc. contra quoscumque, Salvo Episcopo papiensi, de Cortasono et de Teglolis, Et salvo domino Manfredo de Buscha de eo quod habent ultra Tanagrum. 1198. 14 Julii.

In Valle Trevezie et plana Astensi.

CXLVI. De Montafia.

784. De sententia lata in favorem comunis Ast contra Obertum de Montafia et fratres continente quod ipsi fratres fidelitatem faciant dicto comuni de tercia parte castri et ville Montafie, et de investitura in eos facta per dictum comune, et de fidelitate per ipsos facta ipsi comuni de dicta tercia. 1191.

(*Fol.* 296) CXLVII. De Ducino.

785. De condemnatione sententialiter facta in favorem comunis Ast contra Raymondum Asinarium continente quod possessio ducini occupati per dictum Raymondum libere dimittatur seu restituatur dicto communi. 1254. 6 Februarii.

CXLVIII. De Musanzola.

786. De sentencia lata in favorem comunis Ast die veneris VI° Martij continente quod locus Musanzole cum iurisdictione et hominibus libere dimittantur dicto comuni Ast, Salvis iuribus hospitalis sive Mansionis Musancie. 1254. 6 Marcii.

(*Fol.* 297) CXLIX. De Sulberico.

787. De dominis Rufino de Sulberico, Manfredo et Guidone fratribus de Curia dominis Sulberici, ac de hominibus ville Sulberici effectis civibus Ast sub quibusdam conventionibus et pactis inferius declaratis. 1224. 22 Marcii.

(*Fol.* 298) CL. De Castronovo de Rippaalba.

788. De sindicatu domini Guillelmi Bruni constituti sindici comunis Ast ad complendum et firmandum tractata inter dictum comune ex una parte et dominos de Castronovo de Rivalba ex altera. 1288. 28 Octobris. — 789. De pluribus dominis tam de Castronovo quam de Playa dominis Castrinovi predicti receptis in civibus Astensibus sub certis conventionibus et pactis. 1288. 3 Novembris. — (*Fol.* 299) 790. De venditione comuni Ast facta de castro villa et hominibus ac iuribus Castrinovi predicti per dominos de Castronovo et de playa pro precio librarum XIII.^{m} Astensium. 1288. 11 Novembris. — (*Fol.* 300) 791. De ratificatione facta de dicta venditione per quosdam ex dictis dominis, quorum nomine ipsa venditio facta erat. 1288. 14 Novembris. — 792. De possessione predictorum castri et ville ut premittitur dicto comuni Ast venditorum apprehensa nomine ipsius comunis. 1288. 14 Novembris. — 793. De quadam declaratione facta in favorem dicti comunis Ast super certis iuribus cedentibus in venditionem predictam, de quibus antea dubium vertebatur. 1289. 4 Marcii.

(*Fol.* 301) CLI. De Supponito.

794. De promissione facta pro parte comunis Ast Oberto de Rivalba et Guidoni fratri suo de non recipiendo aliquem de Supponito neque de Monasterio pro habitatore in aliquo loco comunis Ast etc. 1218. 30 Aprilis.

(*Fol.* 302) CLII. De Stoherda.

795. De sindicatu facto per comune Ast in personam Maschari de Solario ad recipiendum a Guillelmo de Desaya donationem de toto eo quod habet in castro villa et hominibus de Stoherda. 1226. 11 Decembris — 796. De dicta donatione facta dicto sindico recipienti nomine dicti comunis Ast de predictis. 1226. 11 Decembris — 797. De receptione dicti Guillelmi de desaya in civem Astensem debendo dare fodrum in comuni Ast et pro eo facere guerram exercitus et cavalcatas de Stoherda et Anterisio, salvis suis dominis. 1226. 11 Decembris. — 798. De venditione dicto comuni facta per Rofinum de Ferarijs de toto eo quod habebat in Stoherda, salvis suis donneis et de renunciatione facta per matrem et uxorem eius de omnibus iuribus eis competentibus in eisdem. 1237. 25 Aprilis. — 799. De compromisso facto super declaratione precij dandi per comune Ast domino Abbati sancti Salvatoris de Taurino pro venditione per eum dicto comuni de quadam terra iacente in Stoherda facienda. 1237. 24 Augusti.

(*Fol.* 304) CLIII. De Rippa.

800. De donatione per comune Ast facta domino Uberto de Rippa ut ipse et sui heredes sint cives Astenses dando fodrum de libris centum, et faciendo pacem et guerram exercitus et cavalcatas pro comuni Ast contra quascumque personas salvis Imperatore et Episcopo Astensi. 1198. 14 Julii. — 801. De investitura per comune Ast facta in dominos Guidonem et Fredericum de Aste ac Guillelmum de Rippa de eorum recto feudo quod tenent a comuni Ast, Et de fidelitate per eos inde facta dicto comuni Ast. 1206. 17 Novembris. — 802. De absolutione fidelitatis per certos dominos de Rippa facta de hominibus eorum Rippe, precipiendo eis quod ipsam faciant comuni Ast, Et de ipsa fidelitate dicto comuni tunc facta per dictos homines. 1214. 15 Junii. — 803. De sindicatu Jacobi Girardi constituti per comune Rippe ad se compromittendum in dominos Marchionem Montisferrati et potestatem Ast et certos alios de omnibus discordijs vigentibus inter dominos Rippe

et dictum comune. 1271. 16 Februarii. — 804. De compromisso per dictos dominos Rippe ex una parte et dictum sindicum nomine dicti comunis ex altera facto in dictos dominos Marchionem ac potestatem et alios supradictos. 1271. 16 Februarii. — 805. De commissione per quosdam arbitros in dicto compromisso nominatos facta Jacobo Valbelle de vicibus suis ad pronunciandum una cum dictis dominis Marchione et potestate et alijs coarbitris inter dictas partes. 1271. 18 Februarii. — (*Fol.* 305) 806. De simili commissione facta per dictum dominum potestatem arbitrum antedictum in dominum Guillelmum Gardinum iudicem ad pronunciandum et arbitrandum super dictis questionibus. 1271. 22 Februarii. — 807. De sententia et arbitramento lata et facto per dictos commissarios inter partes predictas super questionibus antedictis. 1271. 25 Februarii. — 808. De alia pronunciatione facta inter easdem partes super dictis litibus per ipsos eosdem commissarios retinentes in se bayliam iterum pronunciandi. 1271. 25 Februarii. — 809. De commissione facta per comune Rippe in potestatem Ast ut possit pronunciare ad eius liberam voluntatem illud quod dictum comune Rippe facere debeat comuni Astensi. 1290. 5 Novembris. — (*Fol.* 306) 810. De alia pronunciatione facta per dictum potestatem commissarium antedictum in predictis. 1290. 6 Novembris.

(*Fol.* 307) CLIV. De Bulgaro.

811. De dono facto per comune Ast dominis Raynerio et petrino ac Odono et Rodolfino omnibus de Bulgaro ut ipsi et eorum heredes sint cives astenses debendo facere pacem et guerram pro comuni Ast premio cuius citaynatici dederunt comuni Ast castrum Bulgari. 1257. 9 Marcii.

(*Fol.* 308) CLV. De Villanova.

812. Quomodo dominus Otto Cendelarius Mediolanensis imperialis aule Iudex pronunciavit contra Ubertum de Casascho et eius consortes Abbatissam sancti Felicis de papia mittendam esse in possessionem tedialem quarundam possessionum de Villanova. 1184. 22 Augusti. — 813. De alia pronunciatione contra predictos de eisdem possessionibus facta per dictum Iudicem in favorem dicte Abbatisse. 1184. 22 Augusti. — 814. De quodam precepto facto per vicarium domini Imperatoris Johanni Martinj ut autenticet testes productos in causa que vertebatur inter dictam Abbatissam et ejus Monasterium, et Ubertum comitem de Blandrato. 1185. 10. Julii. — 815. De quodam alio precepto per vicarium dicti domini imperatoris facto Martino philippi quod autenticet dicta quorundam aliorum testium receptorum in alia questione vigente inter dictas partes. 1186. 15 Februarii. — (*Fol.* 309) 816. De sentencia lata per vicarium domini Imperatoris in favorem dicti Monasterij contra dictum Comitem Ubertum. 1186. 15 Februarii. — 817. De possessione tediali data per Iudicem domini Regis Henrici dicte domine Abbatisse sancti Felicis de papia de Villanova cum omnibus suis iuribus contra Rogerium de Rippa. 1187. 24 Octobris. — 818. De dicta Abbatissa ponenda in possessionem loci Sancti Salvatoris et loci Villenove et omnium iurium et iurisdictionum eorum precepto et ex commissione Iudicis Regie Aule. 1187. 24 Octobris. — 819. De quadam declaratione facta de quodam Carlevario a carceribus relaxando in favorem dicte Abbatisse contra Oppicium Sapientem. 1202. 16 Maii. — 820. De libris CXL astensibus per prioriam Monasterij sancti Felicis de Villanova mutuo sumptis ab Uberto domine Benzie pro denarijs tribus pro libra, de consensu dicte domine Abbatisse et eius capituli. 1208. 16 Septembris. — (*Fol.* 310) 821. De presentatione quarundam litterarum Vicarij domini Imperatoris per sindicum dicti Monasterij facta domino Ottoni qui dicitur de Aste. 1210. 28 Aprilis. — 822. De presentatione aliarum litterarum dicti domini Vicarij per dictum sindicum nomine dicti Monasterij facta dominis Qualie et Uberto fratribus de Gorzano. 1210. 23 Maii. — 823. De sindicatu Caresani conversi supradicti constituti sindici et yconimi dicti Monasterij sancti Felicis de papia, in omnibus causis dicti Monasterij. 1210. 21 Junii. — 824. De quodam termino dato per commissarios domini Imperatoris dictis Guidoni et Frederico fratribus de Ast ad comparendum coram ipsis. 1210. 19 Augusti. — 825. Quomodo dictus sindicus nomine dicti Monasterij a nuncio per dictos commissarios domini Imperatoris ad hoc constituto positus fuit in possessionem Villenove. 1210. 24 Augusti. — 826. De curatore dato per dictos commissarios dictis Qualie et Oberto fratribus de Gorzano ad causam quam habituri sunt cum dicto Caresano sindico dicti Monasterij. 1210. 6 Septembris. — 827. De monitione parte dictorum commissariorum facta dicto curatori quod vadat ad audiendum sententiam inter dictas partes proferendam per ipsos commissarios. 1210. 8 Decembris. — 828. De sententia per dictos commissarios domini Imperatoris lata in favorem

dicti Monasterij contra dictos fratres de Gorzano et eorum curatorem in dicta causa. 1210. 13 Decembris. — *Fol.* 311) 829. De confessione per dictum dominum Jacobum de laplaza facta quomodo habuerat a sindico dicti Monasterij libras VII cum dimidio pro sua parte salarij seu Iudicature dicte cause. 1211. 7 Januarii. — 830. De sindicatu domine Faustine constitute sindice et rectricis dicti Monasterij per abbatissam et capitulum ipsius Monasterij, etiam ad pecuniam mutuo suscipiendam pro dicto Monasterio. 1215. 20 Junii. — 831. De promissione potestati Ast facta per dictam sindicam de faciendo quod predicta domina Abbatissa et eius capitulum facient sibi pro comuni Ast cartam venditionis de Villanova secundum conventiones super hoc habitas. 1215. 16. Julii. — 832. Quomodo dicta domina abbatissa et eius capitulum ratas habuerunt conventiones et pacta factas per dictam suam sindicam cum comuni Ast super venditione Villenove facienda dicto comuni. 1215. 24 Septembris. — 833. De vendicione Villenove facta dicto comuni Ast per dictas Abbatissam et eius moniales et capitulum cum omnibus iuribus et iurisdictionibus suis. 1215. 25 Octobris. — (*Fol.* 312) 834. Quomodo capitulum ecclesie maioris papiensis confirmavit omnia ea de quibus comune Ast erat in concordia cnm capitulo Monasterij Sancti Felicis de papia super venditione facienda dicto comuni Ast de Villanova pro libris VI^{c} 1215. 24 Octobris. — 835. De iuribus que Ubertus de Donnabencia habebat contra Monasteria sancti Felicis de Villanova et sancti Felicis de papia per eum titulo venditionis cessis dicto Comuni Ast. 1215. 11 Novembris. — 836. De investitura per comune Ast facta in Guillelmum de Solario de Rippa pro se et fratribus suis de eo quod tenent in Villanova pro dicto comuni Et de fidelitate per eum exinde facta dicto comuni. 1219. 11 Decembris.

(*Fol.* 313) CLVI. De Curtevetula.

837. De solutione cuiusdum census facta comuni Ast per prepositum Curtisvetule occasione iuris acquisiti per dictum comune ab Abbatissa et Capitulo Monasterij sancti Felicis de papia. 1247. 25 Marcii. — 838. De domino Arnaldo filio domini Guillelmi de platea ellecto in rectorem hospitalis sancte Margarite de quatuor pontibus una cum dicto suo patre per dictum prepositum ecclesie Curtisvetule sub multis conventionibus. 1279. 19 Junii.

(*Fol.*^{v} 315) CLVII. De Valfenaria.

839. De datione comuni Ast facta per Ubertum Brizo de omnibus que habebat in Ferreris Duxino et Valfenaria et in eorum finibus et de donatione de his omnibus eidem facta in feudum per dictum comune. Et de fidelitate quam exinde fecit dicto comuni. 1135. 27 Junii. — 840. De requisitione parte comunis Ast facta Manfredo de Fereriis et Jacobo eius nepoti ut fidelitatem faciant dicto comuni de eo quod ab ipso comuni tenent in feudum in Fereriis et posse. 1198. 7 Marcii. — 841. De precepto facto dicto Jacobo de Fereriis pro se et consortibus suis per dictum comune Ast ne vendant nec alienationem faciant de eo quod a dicto comuni tenent in feudum sub pena Marcharum CC Argenti. 1242. 23 Julii.

CLVIII. De Prehalormo.

842. De quibusdam nobilibus de Gorzano dominis Valfenarie et prehalormi per comune Ast restitutis in eorum antiquo citaynatico sub multis conventionibus. 1276. 21 Januarii.

CLIX. De Cellarengo.

843. De citaynatico comunis et hominum Cellarenghi effectorum civium Ast debendo dare fodrum et facere exercitus et cavalcatas et alia comunis Ast onera supportare. Salvo iure Abbatisse Monasterj Sancti Anastasij civitatis Ast. 1241. 11 Decembris. — (*Fol.* 316) 844. De quodam autentico cuiusdam scripture mencionem facientis de promissione facta per dictam dominam Abbatissam nomine dicti monasteri et per Judicem et vicarium domini potestatis Ast nomine comunis dicte civitatis de pace et guerra simul facienda etc. 1241. 20 Decembris.

In Valle Burburis.

CLX. De Sancto Damiano.

845. De donatione facta comuni Ast per quosdam de Garetis de hominibus quos habebant in Lovazolis Serra et Alcello pro faciendo villam Sancti damiani. 1275. 26 Augusti. — 846. De alia simili donatione facta dicto comuni per quosdam alios de Garetis de hominibus quos habebant in

predictis locis dicta occasione. 1275. 25 Augusti. — 847. De alia donatione dicto comuni Ast facta per quosdam de Barachis de hominibus quos habebant in castronovo de Gorzano pro faciendo dictam villam Sanctidamiani. 1275. 26 Augusti. — 848. De quadam denunciatione facta pro parte comunis Astensis canonicis et capitulo ecclesie Astensis, quod nihil emant in terris et posse Sanctidamiani et Canalium, nec alibi ubi dictum comune habet ius. 1277. 14 Octobris. — (*Fol.* 317) 849. De sentencia lata in favorem comunis Ast contra dominum Robertum de Gorzano continente quod homines quondam dicti domini Roberti de terris Canalium etc. ut infra sint homines comunis Ast. 1280. 29 Februarii.

CLXI. De Castronovo de Gorzano.

· 850. De datione facta comuni Ast per quosdam de Fereriis de eorum quarta parte quam habebant in Castronovo de Fereriis et de omnibus aliis que habebant tam in castris quam in villa. 1142. 16 Novembris. — 851. De citaynatico quorumdam de perachis effectorum civium Astensium debendo facere pacem et guerram et dare fodrum pro comuni Astensi salvo Episcopo Astensi. 1216. 22 Maii. — 852. De sentencia lata inter comune Ast ex una parte et actorem filiorum quondam domini Manuelis de Gorzano super quibusdam ipsorum hominibus ductis ad habitandum in villa sancti damiani et aliis. 1280. 29 Februarii. — (*Fol.* 318) 853. De alia simili sentencia lata inter dictum comune Ast ex una parte et quosdam de Solario simili occasione. 1280. 29 Februarii.

(*Fol.* 319) CLXII. De Marcellengo.

854. De citaynatico comunis et hominum de Marcellengo effectorum civium Astensium (debendo) dare fodrum et facere pacem et guerram exercitum et cavalcatas pro dicto comuni Ast. 1198. 14 Julii. — 855. De quadam conventione facta inter Abbatem Monasterij apostolorum et comune Ast occasione hominum Marcellengi et aliorum spectantium ad dictum Monasterium Salva persona Episcopi Astensis et eius albergariis. Et de iuramento facto per homines dicti loci de faciendo pacem et guerram pro comuni Ast. 1223. 22 Decembris.

(*Fol.* 320) CLXIII. De Canalibus.

856. De donatione comuni Ast facta per dominum henricum filium quondam Marchionis Ardizonis de omnibus bonis et iuribus suis et dicti quondam sui patris. 1197. 1 Februarii *.

(*Fol.* 321) CLXIV. De Stella.

857. De promissione facta pro parte hominum de Stella de solutione per eos facienda domino Episcopo Astensi pro fodro, banno et placitis Et de fidelitate per ipsos Salvis sacramento et pactione Astensium dicto domino Episcopo facienda. 1201. 28 Septembris. — 858. De dono facto per Comune Ast hominibus de loco Stelle ut perpetue sint cives Astenses dando fodrum et ut alii cives reliqua faciendo. 1201. 28 Septembris.— (*Fol.* 322) 859. De forma fidelitatis ac pactionis facte per homines de Stella comuni et cum comuni Astensi. 1201. 28 Septembris. — 860. De pacto et concordia factis inter Bonefacium de Maglano cum communibus civitatis Ast et loci de Stella debendo facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas et reliqua sicut civis Ast et perpetuo cum suis filiis esse cives Astenses. 1202. 17 Septembris.

(*Fol.* 324) CLXV. De Preocha.

861. De possessione data comuni Astensi per dominos Anselmum de ecclesia Manfredum mataracium et Bertolameum eius nepotem de eorum parte preoche. 1221. 14 Novembris. — 862. De donatione facta comuni Astensi per dominas Anexiam et Mateldam sorores de preocha de XII^a^ parte Castri et ville preoche. 1221. 9 Septembris. — 863. De vendicione facta comuni Astensi per Guidonem Zocham de preocha de XII^a^ parte Castri et ville preoche. 1222. 19 Aprilis. — 864. De possessione data comuni Astensi per Guidonem Zocham de preocha de XII^a^ parte Castri et Contilis preoche. 1222. 10 Julii. — 865. De vendicione facta comuni Astensi per Manfredum Mataracium et Bertolameum eius (nepotem) de sextadecima parte proche. 1221. 30 Octobris. — 866. De renunciatione facta versus comune Ast per Dominam Anexiam uxorem Manfredi mataracij et dominam Alaxiam uxorem

* *Hoc loco subjungitur monitum.* Iste contractus intitulatus est sub suprascripta Rubrica de Canalibus non quia ipse contractus de Canalibus expressam faciat mentionem, sed quia in libro de Malabayla originali in margine huius contractus, scripta est de nigro tamen, suprascripta Rubrica, scilicet, de Canalibus, ymmo iste contractus est etiam scriptus inferius, sub tractatu de extraordinariis capitulo XVIII.

Bartolamei mataracij in Jure preoche 1221. 20 Decembris. — 867. De quadam inquisitione, declaratione et discernicione factis nomine comunis Astensis prout inferius continetur. 1287. 15 Septembris. — (*Fol.* 331) 868. De fidelitate facta comuni Astensi per infrascriptos homines de preocha. 1221. 14 Novembris.

(*Fol.* 332) CLXVI. De Castro Aynaldo.

869. De fidelitate facta comuni Astensi per dominos Castellanos Castri Aynaldi occasione dicti Castri Aynaldi. 1179. 14 Januarii. — 870. De quodam precepto facto per Potestatem Astensem nomine Comunis Astensis domino henrico de Castro Aynaldo et Jacobo barexano vasallis Comunis predicti occasione eorum fidelitatis quam fecerunt comuni Astensi. 1206. 10 Februarii. — 871. De fidelitate facta comuni Astensi per Ubertum de Casteleto suo nomine et Nepotum suorum occasione feudi quod tenent in castro Aynaldo a dicto comuni Astensi. 1212. 9 Decembris. — 872. De vendicione facta comuni Astensi per Ubertum de Casteleto et Guilelmum de montaldo nomine Nepotum ipsius Oberti de tercia parte Castri Aynaldi. 1212. 30 Novembris. — 873. De renunciatione facta per dominam Imilliam uxorem quondam petri raymondi et dominam Bertam uxorem Uberti de Castelleto in dictam venditionem superius factam per viros suos. 1212. 30 Novembris. — 874. De approbatione facta de dicta vendicione per Nicolaum fratrem predictorum Oberti Bonefaci et Anselmi. 1212. 30 Novembris. — 875. De abrenunciatione facta per predictos venditores de eorum hominibus quos habebant in Castro Aynaldo. 1212. 30 Novembris.— (*Fol.* 333) 876. De vendicione facta comuni Astensi per dominum Guielmum de Montaldo tutorio nomine heredum petri Raymondi de Casteleto de IIII[a] parte III[e] partis Castri Aynaldi. 1213. 9 Februarii. — 877. De possessione data in alodium comuni Astensi per Ottonem barexanum de toto eo quod habebat in castro Aynaldo. 1216. 13 Augusti. — 878. De vendicione facta comuni Astensi per Guielmum barexanum de sua parte Castri et ville Castri Aynaldi. 1216. 22 Augusti. — 879. De possessione data comuni Astensi per Ottonem barexanum et Guilelmum fratrem eius de predicta vendicione. 1216. 22 Augusti. — 880. De vendicione facta comuni Astensi per Aycardum et henricum fratres de XII[a] parte Castri Aynaldi. 1224. 13 Junii. — 881. De possessione data comuni Astensi per suprascriptum henricum de suprascripta venditione. 1224. 13 Junii.— (*Fol.* 334) 882. De fidelitate facta comuni Astensi per Aycardum et henricum fratres de Castro Aynaldo de feudo quod tenent a comuni Astensi in Castro Aynaldo. 1224. 27 Junii. — 883. De promissione citaniatici et fidelitatis facta comuni Astensi per dominum Jacobum barexanum et filium et Nepotes eius et dominum Aycardum et henricum fratres occasione Castri Aynaldi. 1224. 13 Julii. — 884. De fidelitate facta comuni Astensi per Jordanum de Montefortino et Guidonem et Ardicionem fratres eius occasione Castri Aynaldi. 1226. 8 Novembris. — 885. De quadam promissione facta comuni Astensi per Jordanum de Montefortino et Guidonem et Ardicionem eius fratres prout inferius continetur. 1226. 9 Novembris. — 886. De quodam sasimento facto per dominum Guilelmum de Revello (et fratres eius) domino petro turco de toto feudo quod ab eis tenebat in Castro Aynaldo. 1217. 10 Octobris. — (*Fol.* 335) 887. De restitutione citaniatici facta per comune Astense dominis de Castro Aynaldo. 1276. 5 Junii. — 888. De approbatione et ratificatione omnium predictorum facta per Guidacium et fratres eius et eius consortes infrascriptos. 1276. 5 Junii. — 889. De vendicione facta comuni Astensi per dominum Obertum de Montefortino et fratrem eius ac infrascriptos eius consortes de medietate tercie partis Castri Aynaldi. 1241. 21 Novembris.

(*Fol.* 337) CLXVII. De Montefiali.

890. De donatione facta comuni Astensi per infrascriptum Roglerium de tercia parte Castri Montisfialis. 1108. 6 Septembris. — 891. De quadam confirmatione facta comuni Astensi per dominam Imiliam uxorem supradicti Rogleri de supradicta vendicione superius facta dicto comuni per suprascriptum Roglerium. (1108). 8 Septembris.

(*Fol.* 340) CLXVIII. De Monteacuto.

892. De quibusdam conventionibus et pacto factis inter comune Astense ex una parte et Episcopum Astensem ex altera de iuribus loci Montisacuti. s. a.

(*Fol.* 341) CLXIX. De Montealto.

893. De quibusdam conventionibus et pacto factis inter comune Ast ex una parte et quosdam de Montaldo ex altera de se se invicem adiuvandis etc. 1192. 22 Decembris. — 894. De aliis

pactione et concordia factis inter dictum comune Ast ex una parte et quosdam de Montaldo et Cornaliano ex altera de guerra incipienda contra Albenses etc. 1200. 10 Novembris. — 895. De procuratorio facto per certos de Montaldo in personam domini Arnaldi eorum fratris ad dandum pacem et guerram comuni Astensi de eo quod tenent in castris Montaldi et Ceresolarum. 1241. 21 Maii. — 896. De promissione et iuramento factis per quosdam de Montaldo domino potestati Ast de faciendo pacem et guerram etc. pro comuni Ast specialiter in Montaldo et Ceresolis, Salvo jure Astensis ecclesie etc. 1241. 22 Maii. — (*Fol.* 342) 897. De confirmatione promissionis predicte facta per quosdam alios ex dominis Montaldi per homines dicti loci Montaldi cum iuramento. 1241. 26 Maii.

(*Fol.* 343) CLXX. De Anterisio, Desaya, Ceresolis, et Prehalormo.

898. De quibusdam dominis de Anterisio effectis civibus Ast debendo dare fodrum in comuni Ast et pro ipso comuni facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas maxime de partibus quas habent in Anterisio, Desaya Ceresolis et Prehalormo. 1224. 10 Julii. — 899. De promissione facta per dominum Manuelem Comitem de Blandrato pro se et fratribus suis quibusdam dominis de Ceresolis de solvendo eis libras MCCCL de precio vendicionis locorum Anterisij et Desaye facte dictis de Blandrato sub certis conventionibus et modis. 1252. 11 Octobris. — (*Fol.* 344) 900. De libris CCC. Astensibus quas dicti de Blandrato confessi fuerunt se ex causa mutui dare debere predictis de Ceresolis debendo illas solvere inde ad unum mensem. 1253. 22 Marcii. — 901. De vendicione dicto comuni Ast facta per quosdam de Ceresolis de partibus quas habebant in Ceresolis et hominibus dicte terre pro precio librarum Mille Astensium. 1254. 20 Decembris. — (*Fol.* 345) 902. De cessione nomine vendicionis facta comuni Ast per dictos de Ceresolis contra dominum Manuelem Comitem de Blandrato et eius fratres de libris VIII^{c} XXX de capitali et libris CXXII de lucro ac de libris MCCCL Astensibus. 1256. 30 Decembris.

PARS QUINTA

DIVERSA INSTRUMENTA ET SCRIPTURE.

(*Fol.* 350) CLXXI. De Sabaudia Tractatus.

903. De concordia facta inter dominum Thomam de Sabaudia Comitem qui dicitur de Flandria ex una parte et comune Ast ex altera in qua dicto comuni fidelitatem fecit de Cabureto et tota terra quam tenet citra montes excepto quam de Taurino et ponte Taurini et Motta. 1252. 28 Julii. — 904. De conventione et concordia tractata per Abbatem Secusie nomine dicti domini Thome ex una parte et comune Ast ex altera et de donatione per eum facienda dicto comuni de locis et castris Montiscalerij, pontis ipsius loci, Cabureti, Montosoli et Cargnani et de omnibus que habebat citra montes. 1255. 26 Novembris. — (*Fol.* 351) 905. De quadam pace et concordia tractata et firmata inter dictum dominum Thomam de Sabaudia Comitem ex una parte et comune Ast ex altera super relaxatione ipsius comitis et omnium Astensium et Taurinensium captivorum tam citra quam ultra montes, In qua dictus dominus Thomas dedit comuni Ast Summamrippam de Boscho et Caramangnam pro eius expedicione, Et eciam promisit facere fidelitatem de Montecalerio dicto comuni Ast quemadmodum fecit de Vigono et multas alias promissiones fecit pro quibus attendendis et obsides dati fuerunt et plura castra specialiter obligata. 1257. 31 Maii. — (*Fol.* 353) 906. De renovatione et reformatione treuguarum alias factarum inter dictum dominum Thomam Comitem ex una parte et Comune Ast ex altera facta per dominam Beatricem relictam quondam ipsius domini Comitis inter ipsas partes. 1268. 29 Aprilis. — (*Fol.* 354) 907. Quomodo dictus dominus Thomas de Sabaudia Comes ratificavit confederationem iuram et amiciciam die lune XVIII Julij proxime preteriti inter suos procuratores nomine ipsius ex una parte et comune Ast ex altera. 1278. 25 Octobris.

(*Fol.* 357) CLXXII. De Saluciis.

908. De conventione facta inter dominum Maynfredum Marchionem Saluciarum seu de Salucio ex una parte et comune Ast ex altera de se se vicissim adiuvando contra omnes personas Salvis Imperatore et Marchione Montisferrati debendo ipse marchio de Salucio esse civis Astensis et facere exercitum pro dicto comuni et in eius venire succursum. 1191. 28 Maii. — 909. De additione et

correctione facta per dictas partes concorditer super precedenti proxima conventione in qua inter alia additum fuit quod ipse marchio decetero det in comuni Astensi fodrum de libris CCC. quotiens civitas Astensis ad fodrum pervenerit. 1193. 3 Junii. — 910. De pace facta inter dictum dominum Mainfredum Marchionem de Salucio ex una parte et comune Ast ex altera in qua inter cetera sub certa forma inferius scripta fecit dicto comuni Ast fidelitatem de Salucio Romanisio et Castelliono Et debet esse civis Astensis sicut antea erat. 1206. 16 Maii. — (*Fol.* 358) 911. Quomodo dictus dominus Marchio presente domina Alasia avia sua promisit attendere concordiam et pacta factas inter dictum comune Ast ex una parte et dominum Marchionem Montisferrati nomine dicti Marchionis Saluciarum et Marchiones de Vasto et certos castellanos ex altera. 1228. 12 Decembris. — 912. De sindicatu facto per comune Ast in personis quorundam civium Astensium ad recipiendum a suprascriptis dominis Marchione Salutiarum et aliis nobilibus predictis (Marchiones de Vasto) promissiones predictas de dictis pactis et concordia observandis. 1228. 26 Novembris.

(*Fol.* 360) CLXXIII. De Monteferrato Tractatus.

913. (Wilielmus filius Bonefacij Marchionis Montisferrati dat et reddit comuni astensi instrumentum quod dominus Marchio de Buscha et Comes Laureti fecit Bonefacio Marchioni Montisferati de dono quod ei fecerat de tota sua terra, datum 1196. 3 novembris). 1206. 6 Maij. — 914. De concordia et conventione facta inter comune Ast ex una parte et dominum Bonefacium Marchionem Montisferrati ex altera de guerra per eos facienda contra Alexandrinos. 1227. 19 Aprilis. — 915. De validacione dictarum convencionis et concordie cum pena X^m marcharum argenti. 1227. 21 Maii. — (*Fol.* 361) 916. De promissione cum iuramento facta per dominum Guillelmum Marchionem Montisferrati de observando illud quod dicent et precipient potestas Mediolani et consules placentie maxime super treugua habenda cum Astensibus et super pecunia sibi debita a papiensibus. 1204. 28 Junii. — 917. De protestatione facta per dictum dominum Marchionem de baylia quam predicti potestas et consules habebant in certis presonerijs et de promissione per eum facta de non artando eos ad solutionem Et de precepto per ipsos potestatem et consules ei facto de sic observando etc. 1204. 10 Julii.— 918. De pace et concordia factis inter dominum Marchionem Montisferrati ex una parte et comune Ast ex altera in qua remisit dicto comuni Ast Rochetam et confessus fuit se tenere Felizanum in feudum a dicto comuni. 1193. 11 Aprilis. — 919. De compositione inter dictum dominum Marchionem ex una parte et dictum comune Ast ex altera facta in forma sentencie per quosdam per dictas (partes) electos super pluribus hinc inde petitis etc. ut inferius continetur. 1197. 11 Februarii. — (*Fol.* 362) 920. De precepto per quosdam commissarios facto Marchioni Montisferrati et illis de parte sua et Comuni Ast et illis de parte sua quod se invicem non offendant. 1204. 9 Julij. — 921. De precepto facto dicto domino Marchioni (Montisferrati) et comuni Valentie quod finem faciant comuni papie de omnibus iniuriis et damnis eis illatis per papienses. 1204. 11 Julii.— 922. De promissione facta per dominum Marchionem Montisferrati et comune Ast de observando pacem et concordiam inter eos factam sub pena librarum II^m Et de confirmatione predicte pacis facta imperiali auctoritate. 1193. 13 Aprilis. — 923. De promissione facta per dominum Bonefacium Marchionem Montisferrati de habendo firmas treuguas et quicquid fecerit dominus Guillelmus eius filius cum civitatibus Ast et Alexandrie et alijs. 1202. 9 Augusti. — 924. De iuramento facto per illos de Valencia de observando pacem et concordiam factam inter dominum Guillelmum Marchionem Montisferrati ex una parte et comune Ast ex altera. 1207. 11 Maij. — (*Fol.* 363) 925. De iuramento facto per dominum Marchionem Montisferrati de observandis preceptis faciendis per consules comunis papie et societatis sancti Syri super discordijs vigentibus inter se et certos alios ex una parte et comune Ast. 1205. 5 Julij. — 926. De pace concordia et unione factis inter comune Ast ex una parte et dominum Guillelmum Marchionem Montisferrati ex altera cum certis pactis et inter cetera quod dictus Marchio faciat fidelitatem dicto comuni de Caliano Felizano et de alijs feudis que tenet a dicto Comuni. 1260. 24 Marcij.— 927. De pace tractata inter comune Ast pro se et suis ex una parte et certos vicarios Montisferrati pro domino Johanne Marchione Montisferrati et suis ex altera cum pena Mille Marcharum argenti in qua inter cetera dari debent comuni Astensi loca Tongi et Curticellarum sive Casurcij. Et in qua dicti vicarij quitaverunt comune territorium et districtum Albe ab omni iure quod in eis habebat dictus Marchio. Et in ea etiam continetur quomodo nobiles de Cochonato tenentur solvere comuni Ast

taleas et alia onera pro locis Casolti et Cerealij. Et de ratificatione dicti tractatus et pacis facta nomine dicti domini Marchionis. 1292. 12 Junij. — (*Fol.* 367) 928. De induciis seu treuguis factis inter dominum Johannem Marchionem Montisferrati pro se et suis ex una parte et Comune Ast pro se et suis ex altera usque ad quinque annos et inde pro contramando usque ad unum annum utraque parte suos participes declarando. 1293. 26 Decembris.

(*Fol.* 370) CLXXIV. De Careto.

929. De conventione facta inter comune Ast ex una parte et dominum henricum Marchionem de Sagona ex altera de se se invicem adiuvando et defendendo contra quoscumque debendo dictus dominus henricus esse civis Astensis et dare fodrum in Ast de libris CC. et facere pacem et guerram exercitum et succursum pro dicto comuni Astensi. 1191. 12 Maij. — 930. De iuramento fidelitatis facte comuni Ast per dominum Mayfredum filium quondam domini Odonis Marchionis de Careto et de investitura in eum facta per dictum comune de suo recto feudo. 1242. 10 Junii. — 931. De commissione per dominum henricum Marchionem Sagone ex una parte et comune Ast ex altera facta in dominum Thomam de Sabaudia comitem pro concordia inter ipsas partes facienda. 1225. 1 Decembris.

(*Fol.* 371) CLXXV. De dominis de Gorzano.

932. De concordia facta inter dominum Rofinum de Gorzano ex una parte et Comune Ast ex altera debendo ipse dominus Rufinus esse civis Astensis et facere pacem et guerram etc. et dare fodrum de libris CC. pro dicto comuni. 1198. 9 Junii. — 933. De concordia facta inter quosdam de Gorzano ex una parte et comune Ast ex altera debentibus ipsis esse civibus Astensibus et dare fodrum de libris XL, et facere pacem et guerram pro dicto comuni etc. 1206. Januarij. — (*Fol.* 372) 934. De alia conventione facta inter dictos de Gorzano et comune Ast in qua inter cetera dederunt dicto comuni pacem et guerram exercitum et cavalcatam succursum et reductum de Gorzano, Castronovo, Canali, Lavezolis, Prehalormo et Valfenaria contra omnes homines Salvis suis dominis. 1223. 3 Decembris. — 935. De procuratorio facto per suprascriptos et alios de Gorzano in personam domini Manuelis Gutuarij ad tractandum pacem et concordiam ipsorum de Gorzano cum comuni Ast. 1275. 5 Septembris. — (*Fol.* 373) 936. De compromisso facto per dictum dominum Manuelem procuratorio nomine predictorum de Gorzano ex una parte et comune Ast ex altera in dominum Obertum Spinolam capitaneum populi Astensis. 1275. 28 Septembris. — 937. De sentencia lata per dictum dominum Obertum capitaneum et arbitrum antedictum inter dictas partes. 1275. 12 Octobris. — (*Fol.* 374) 938. De investitura notarie facta per dominum Obertum de Sparoaria Comitem palatinum Faravello Vocicangne de Novis. 1270. 19 Februarii. — 939. De sentencia lata per dominum Johanem de lucino potestatem Astensem ut arbitrum et amicabilem compositorem inter partes infrascriptas videlicet inter comune Ast ex una parte et dictos de Gorzano ex altera in qua arbitratus fuit et dixit quod domini predicti de Gorzano vendant comuni Ast castrum Gorzani. 1278. 3 Septembris.

(*Fol.* 377) CLXXVI. De Taurino.

940. De sindicatu facto per Comune Ast in personis quorundam civium Ast pro pace et concordia tractanda nomine dicti comunis cum Comitibus Sabaudie et Comuni Taurini etc. 1256. 15 Januarij. — 941. De sindicatu facto per comune Taurini in persona domini Ottonis pelizoni de Taurino Judicis pro concordia facienda inter dictum comune ex una parte et comune Ast ex alia Et compromittendum in dictum comune Ast vel eius sindicos etc. 1256. 18 Januarij. — 942. De pace facta inter comune Ast ex una parte et comune Taurini ex altera in qua inter alia Taurinenses debent dare astensibus dominum Thomam Marchionem Salutiarum et tenere in eorum carceribus dominum Thomam de Sabaudia Comitem Et quitaverunt Astenses de Cabureto etc. 1256. 18 Januarij.— (*Fol.* 378) 943. De compromisso facto per Taurinenses in certos Astenses de omnibus discordiis existentibus inter ipsos Taurinenses ex una parte et Comites de Sabaudia sive dominum Thomam de Sabaudia et fratres eius ex altera. 1256.

(*Fol.* 380) CLXXVII. De Domino Karolo filio domini regis Francie Comite Provincie.

944. De treugua facta inter dominum Karolum filium domini Regis Francorum et Comitem Andagavie et provincie etc. ac dominum Albe, Claraschi, Cuney, et Savilliani seu eius locum tenentem

ex una parte et comune Ast ex altera. 1260. 21 Februarij. — (*Fol.* 381) 945. De treugua facta inter comune Ast ex una parte et dominum Seneschallum provincie pro dicto domino Karolo tunc rege Sicilie et Comite dicte provincie ex altera. 1266. 14 Augusti. — (*Fol.* 383) 946. De alia treugua facta inter quosdam agentes nomine dicti domini Regis ex una parte et comune ast ex altera. 1269. 11 Decembris. — (*Fol.* 386) 947. De solutione librarum CCC Astensium per comune Ast facta Seneschallo dicti domini Regis occasione treuguarum predictarum. 1270. 10 Octobris. — 948. De alia solutione librarum CCC facta per dictum comune Ast procuratori dicti domini Seneschalli predicti domini Regis occasione earumdem treuguarum. 1271. 29 Septembris. — 949. De literis dicti domini Regis missis potestati consilio et comuni Astensi contra Manfredum de Careto in favorem Bonefacii de Careto et Guillelmi eius fratris et gentis sue. (1270). 29 Decembris.— 950. De aliis treuguis factis inter quosdam cives Astenses pro comuni Astensi agentes ex una parte et quosdam sindicos comunis Cuney nomine dicti domini Regis ex altera. 1277. 13 Septembris. — (*Fol.* 387) 951. De certis conventionibus tractatis inter comune Ast ex una parte et comunia Cuney et Busche ex altera sub condicione videlicet nisi dominus Rex treuguas ratificabit antedictas infra terminum limitatum. 1277. 13 Septembris. — (*Fol.* 388) 952. De firmacione dictarum conventionum et pacis inter dictas partes tractatarum facta per ipsas ambas partes condictionem predictam dicto Rege minime adimplente. 1278. 8 Januarij. — (*Fol.* 389) 953. De sindicatu cuiusdam de Cuneo constituti per Comune Cuney ad ratificandum pacem predictam. 1278. 9 Januarij. — 954. De ratificatione dicte pacis facta cum iuramento per dictum sindicum comunis Cuney. 1278. 9 Januarij. — 955. De ratificatione pactorum et conventionum initarum inter comune Ast et comune Cuney inter alia continentium quod comune Ast construi facere possit in Cuneo unum vel duo castra pro amorem inter ipsa comunia vigentem melius conservando. 1279. 8 Decembris.

(*Fol.* 392) CLXXVIII. (De Civitate Albe).

956. De pacto et concordia facta inter Astenses et Albenses. 1170. 28 Maii. — 957. De pacto convento concordie et unitatis tractate et facte inter Astenses et Albenses. 1193. 13 et 27 Junij. — 958. De vendicione Ansaldi filij quondam petri Villani de Alba et consortum de domibus quas habebat in Alba. 1194. 28 Maii. — 959. De preceptis factis et observandis per commune Albe pro quadam treugua quam habuit cum communi Ast. 1204. 5 Julij. — (*Fol.* 393) 960. De precepto facto per Ambaxiatores Mediolani et Placencie communi Albe et Ast pro treugua observanda. 1204. 20 Augusti. — 961. De citaynatico Anselmi Merli de Alba effecti civis Astensis. 1207. 10 Decembris. — 962. De confirmatione et sacramento filiorum suprascripti Anselmi Merli de dicto citaynatico observando. 1208. 2 Februarii. — 963. De literis domini Frederici Imperatoris Romanorum et Regis Sicilie de iusticia exhibenda Astensibus contra Albenses. 1219. 14 Aprilis. — 964. De quibusdam literis domini Ewerardi regalis nuncij a papia sursum presentatis Albensibus de offensionibus non dandis Astensibus etc. 1219. 21 Maii. — 965. De permutatione facta per comune Albe de castro Nevearum cum comuni Ast pro castro Barbareschi. 1223. 22 Novembris. — (*Fol.* 394) 966. De quadam pace facta inter Astenses et Albenses. 1223. 29 Marcii. — 967. De pace predicta attendenda et observanda per comune Albe. 1223. 30 Marcii. — 968. De approbatione et confirmatione pacis et pactorum ordinatorum per octo sapientes Astenses et Albenses facta per Albenses. 1223. 9 Maij. — 969. De quadam pace facta inter Astenses et Albenses. 1250. 5 Marcij. — (*Fol.* 396) 970. De castro Constancio custodiendo per dominum Ottonem Rappam civem Albensem et socium occasione dicte pacis pro comuni Astensi usque ad quinque annos. 1250. 2 Aprilis. — 971. De quadam pace facta inter comune Astense et comune Albense ex una parte et comunia Cunei Montisregalis Fossani et Savilliani ex altera. 1251. 24 Januarij. — (*Fol.* 397) 972. De quadam treugua facta nomine domini Karoli Comitis provincie etc. et communis Astensis invicem. 1260. 21 Februarij. — (*Fol.* 399) 973. De quadam treugua facta per Seneschalcum provincie pro domino Karolo rege Sicilie cum comuni Astensi. 1266. 14 Augusti. — (*Fol.* 401) 974. De quadam treugua facta inter Serenissimum dominum Karolum Regem Sicilie et comune Astense. 1269. 11 Decembris. — (*Fol.* 404) 975. De domino Gauterio de larocha qui nomine domini Regis Sicilie recepit a Johannino de Janua nomine comunis Astensis libras trecentas Astensis monete occasione Treuguarum 1270. 10 Octobris. — 976. De confessione facta per Boninum Crespum procuratorem suprascripti domini Gauterij quomodo eius nomine recepit a dicto Johanne de Janua nomine dicti comunis pro dicto domino Rege alias libras CCC. 1271. 29 Septembris. — 977. De quadam pace et concordia facta inter comune Ast et suos vasallos et coadiutores ex una parte et Comune Albe et suos vasallos et coadiutores ex parte

altera. 1276. 19 Septembris. — (*Fol.* 406) 978. De ratificatione et approbatione pactorum et conventionum factorum et factarum inter comune Ast ex una parte et comune Albe ex altera. 1279. 22 Septembris. — (*Fol.* 407) 979. De quodam instrumento sindicatus facti in personam Guilelmi Cacayrani et Guillelmi Cassani pro parte Comunis Ast super his que dictum comune agere habebat contra comune Albe. 1230. 12 Julij. — 980. De concordia et unione ac conventionibus et pactis factis inter comune Ast ex una parte et dominum Berardum de Brayda pro se et consortibus suis et alijs forensitis de Alba ex altera in quibus inter cetera effecti fuerunt cives Astenses debendo solvere fodrum comuni Ast. 1290. 30 Junij. — 981. De treugua facta inter Seneschallum Provincie pro domino Rege Sicilie et suis ex una parte, Et comune Ast pro se et suis ex altera in qua participes partis cuiuslibet predictarum per ordinem declarantur. 1283. 13 Februarij.

(*Fol.* 410) CLXXIX. De Alexandria.

982. De promissione Astensibus facta per Ambaxiatores comunis Mediolani de faciendo quod Alexandrini attendent et observabunt conventiones et pacta nuper inter ipsos Alexandrinos et dictos Astenses cellebratas etc. 1223. 18 Septembris. — 983. De cassatione cambiorum per comune Alexandrie concessorum contra Astenses. 1220. 3 Decembris. — 984. Quomodo dominus Guillelmus Cacayranus dixit domino potestati Mediolani comune Ast non teneri observare conventiones factas inter Astenses et Alexandrinos nisi per Alexandrinos similiter observentur. 1223. 25 Octobris. — (*Fol.* 411) 985. De sententia lata per judices potestatis Janue vice et nomine comunis Janue arbitri et arbitratoris inter comune Ast ex una parte et comune Alexandrie ex altera in qua condennaverunt dictum comune Alexandrie ad restituendum comuni Ast castrum et villam lanerij sine aliqua ipsius deformatione. 1231. 16 Decembris. — 986. De promissione facta comuni Ast per dominum Jacobum Bricium cum iuramento de guerra per eum facienda de suis fortiis et hominibus comuni Albe ad suum posse etc. 1228. 14 Decembris. — 987. Quomodo quidam sindici comunis Ast protestati fuerunt in presentia Ambaxiatorum comunis Mediolani et potestatis Alexandrie quod dictum comune Ast paratum erat observare sententias latas a comuni Mediolani inter ipsos astenses et dictos Alexandrinos Requirendo quod easdem sententias per dictos Alexandrinos faciant pariter observari. 1228. 11 Januarij.

Hic decem codicis folia desiderantur a fol. CCCCXII *ad* CCCCXXI: *verum index rubricarum secundae parti insertus declarat haec capita sequuta esse:*

CLXXX. De Janua.
CLXXXI. De Papia.
CLXXXII. De comitibus de Blandrato.
CLXXXIII. De certis extraordinariis.

In calce folii CCCCXXII,vo *quod sine ullo dubio spectat ad caput* CLXXXII, *servatus est titulus qui sequitur; at monumentum deest:*

(*Fol.* 422) 988. De quibusdam iuramentis factis per Ubertum Comitem de Blandrato de iuvando Astenses pro eis quamplura faciendo.

In folio CCCCXXXV *ultimo codicis haec continentur:*

(*Fol.* 435) 989. (Fragmentum conventionis inter Robaldum de Brayda et Comune Ast). 1192. 15 Aprilis. — 990. De decreto generali Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis Vicecomitis dei gratia Archiepiscopi et generalis domini Mediolani ac domini Ast etc. transmisso potestati consilio et comuni civitatis Ast pro officialibus in fine suorum officiorum legitime sindicandis etc. Et primo de litteris quibus includebatur huius tenoris. 1353. 28 Februarij.

INDEX MONUMENTORUM

IN ORDINEM TEMPORUM DIGESTUS

(Notis arabicis significantur monumentorum numeri, quo ordine deinceps impressa sunt; numeris romanis et titulis significantur capita, in quibus singula monumenta continentur. Utrique numeri idem sunt, qui in indice superiori).

bris. **571**. LXXXVII. De Astixio. — 17 id., **860**. CLXIV. De Stella. — 12 octobris, **779**. CXLI. De Camayrano et De Cinalio. — 25 novembris, **319**; **320**. LV. De Calocio. — 27 id., **410**. LVII. De Castronovo de Calcea. — 2 decembris, **321**. LV. De Calocio. — 2 id., **404**. LVI. De Castro viginti. — 1 id., **322**; 6 id., **323**. LV. De Calocio. — 12 id., **335**. LVI. De Castro viginti. — 12 id., **476**. LXIX. De Curticellis. — 21 id., **318**. LV. De Calocio. — 23 id., **475**. LXIX. De Curticellis. — (1202). **575**. LXXXVII. De Astixio.

1203. 1 februarii, **326**. LV. De Calocio. — 28 junii, **564**; 8 julii, **565**. LXXXVI. De Serra longa. — 26 augusti, **324**; **325**; 28 et 27 id., **333**. LV. De Calocio. — 5 octobris, **598**. LXXXIXbis. Miscellanea. — decembris, **463**. LXVIII. De Montaldo et Rupecula.

1204. 30 januarii, **78**. II. De Castagnolis. — 4 februarii, **327**. LV. De Calocio. — 24 junii, **715**. CXXI. Locus Montisregalis aliter Montisvici. — 28 id., **916**. CLXXIII. De Monteferrato Tractatus. — 5 julii, **959**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 9 id., **920**; 10 id., **917**; 11 id., **921**. CLXXIII. De Monteferrato Tractatus. — 20 aug., **960**. CLXXVIII. De Civitate Albe.— 31 id., **555**. LXXIX. De Lanerio.— 31 id., **590**. LXXXVIII. De dominis de Revello.

1205. **329**; 25 maii, **328**. LV. De Calocio. — 5 julii, **925**. CLXXIII. De Monteferrato Tractatus. — 1 septembris, **711**. CXX. De Savilliano. — decembris, **311**. LII. De Aglano.

1206. Januarii, **933**. CLXXV. De dominis de Gorzano. — 10 februarii, **870**. CLXVI. De Castro Aynaldo. — 30 aprilis, **734**; **735**; **736**. CXXVIII. De Caliano. — 5 maii, **31**. I. De Laureto. — 5. id., **737**; 6 id., **738**. CXXVIII. De Caliano. — 6 id., **913**. CLXXIII. De Monteferrato Tractatus. — 7 id., **739**; **740**; **741**. CXXVIII. De Caliano. — 16 id., **910**. CLXXII. De Saluciis. — 17 id., **140**; **141**. XX. De Montebersario. — 17 id., **187**; **188**. XXI. De Malamorte. — 20 id., **568**; 26 id., **569**; **570**. LXXXVII. De Astixio. — 4 junii, **34**; **35**. I. De Laureto. — 4 id., **76**. II. De Castagnolis. — 5 id., **50**; **51**; 8 novembris, **60**; 15 id., **65** I. De Laureto. — 17 id., **617**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 17 id., **801**. CLIII. De Rippa. — 18 id., **44**; **45**; 19 id., **43**; **64**; 13 decembris. **42**; 14 id., **36**; **37**; **38**; **39**; **40**; **41**. I. De Laureto.

1207. 11 maii, **924**. CLXXIII. De Monteferrato Tractatus. — 20 augusti, **96**; **99**. III. De Costeglolis. — 21 id., **572**. LXXXVII. De Astixio. — 25 id., **97**; 27 id., **98**. III. De Costeglolis. — 30 id., **573**. LXXXVII. De Astixio. — 30 id., **641**. XCVIII. De Govono. — 2 septembris, **84**; 4 id., **85**; **86**; **87**; **88**; **89**; **90**; **91**. II. De Castagnolis. — 4. id., **104**. XIII. De Caprarolio. — 4 id., **562**. LXXXV. De Monte 'grosso. — 4 octobris, **649**. CII. De Sancta Victoria. — 10 decembris, **961**. CLXXVIII. De Civitate Albe.

1208. 2 februarii, **962**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 13 marcii, **607**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 11 aprilis, **209**. XXII. De Veneis. — 20 julii, **380**. LVI. De Castro viginti. — 17 augusti, **174**; 18 id., **175**; 19 id., **176**; **177**; 22 id., **179**; **180**. XX. De Montebersario. — 16 septembris, **820**. CLV. De Villanova.

1209. 2 marcii, **136**. XX. De Montebersario. — 6 julii, **248**; **249**; **250**; 12 id., **251**. XXVI. De Casteno. — 13 id., **255**. XLIV. De Curtemilia. — 13-17 id., **252**; 7 augusti, **253**. XXVI. De Casteno. — 19 decembris, **458**. LXVII. De Castro Rupis.

1210. 28 aprilis, **821**; 23 maii, **822**. CLV. De Villanova. — 14 junii, **7**. De Privilegiis Imperatorum. — 21 id., **823**; 19 augusti, **824**; 24 id., **825**; 6 septembris, **826**. CLV. De Villanova. — 12 id., **469**; **470**; 12 octobris, **468**. LXVIII. De Montaldo et Rupecula. — 8 decembris, **827**; 13 id., **828**. CLV. De Villanova.

1211. 7 januarii, **829**. CLV. De Villanova. — 10 id., **631**. XCII. De Fonte. — 4 marcii, **8**. De Privilegiis Imperatorum. — 25 novembris, **189**; **190**. XXI. De Malamorte. — 3 decembris, **411**; **412**; **413**; **414**. LVII. De Castronovo de Calcea.

1212. 10 januarii, **191**. XXI. De Malamorte. — 2 marcii, **539**. LXXVIII. De Monte Leucio. — 4 junii, **205**. XXII. De Veneis. — 5 augusti, **392**; 7 id., **393**; **394**; 8 id., **381**; 10 id., **395**; 12 id., **396**; 13 id., **397**; **398**; **399**; **400**; 14 id., **349**; **364**; 16 id., **350**; **351**; 4 octobris, **379**; 7 id., **408**. LVI. De Castro viginti. — 7 id., **415**. LVII. De Castronovo de Calcea. — 8 id., **409**. LVI. De Castro viginti. — 16 id., **295**. LI. De Maxio. — 17 id., **352**; **358**; **359**; **368**; **375**; **388**; 18 id., **369**; **370**; **371**; **372**; **373**; **389**; **390**; 22 id., **360**; **363**; 23 id., **374**; **391**. LVI. De Castro viginti. — 23 id., **416**. LVII.

raterum. — 3 decembris, **983**. CLXXIX. De Alexandria.

1221. 29 decembris, **30**. De privilegiis Imperatorum. — 22 februarii, **120**. XIX. De Viglano. — 17 aprilis, **457**. LXVII. De Castro Rupis. — 20 maii, **277**. XLIXbis. De Cario. — 2 junii **336**. LVI. De Castro viginti. — 8 id., **286**. LI. De Maxio. — 17 id., **24**. De Privilegiis Imperatorum. — 17 id., **285**: 26 id., **303**. LI. De Maxio. — 27 id., **284**. L. De Azano. — 27 id., **287**; **288**; **289**. LI. De Maxio. — 27 id., **456**. LXVII. De Castro Rupis. — 29 julii, **215**. XXII. De Veneis. — 29 id., **274**. XLIX. De Insula. — 15 augusti, **611**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 9 septembris, **862**. CLXV. De Preocha. — 13 octobris, **538**. LXXVIII. De Monte Leucio. — 30 id., **865**; 14 novembris, **861**; **868**; 20 decembris, **866**. CLXV. De Preocha.

1222. 19 aprilis, **863**. CLXV. De Preocha. — 6 junii, **211**; 7 id., **212**. XXII. De Veneis. — 10 julii, **864**. CLXV. De Preocha. — 16 id., **106**; 20 id., **111**; 23 id., **112**; **113**; **114**; 25 id., **107**; 26 augusti, **108**. XVIII. De Barbarischo. — 13 octobris, **597**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 22 id., **302**. LI. De Maxio. — 9 novembris, **186**. XX. De Montebersario.

1223. 29 marcii, **241**. XXV. De Neveis. — 29 id., **966**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 30 id., **242**. XXV. De Neveis. — 30 id., **967**; 9 maii, **968**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 14 junii, **207**; **208**; 18 id., **213**. XXII. De Veneis. — 31 augusti, **609**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 18 septembris, **982**; 25 octobris, **984**. CLXXIX. De Alexandria. — 22 novembris, **240**. XXV. De Neveis. — 22 id., **965**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 3 decembris, **934**. CLXXV. De dominis de Gorzano. — 22 id., **855** CLXII. De Marcellengo.

1224. 4 marcii, **602**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 22 id., **787**. CXLIX. De Sulberico. — 19 maii, **696**. CXIII. De Saluciis. — 21. id., **700**. CXIV. De Carmagnola. — 22 id., **697**; **698**; (1224) post 22 id., **699**. CXIII. De Saluciis. — 24 id., **704**. CXV. De Romanisio. — 13 junii, **880**; **881**. CLXVI. De Castro Aynaldo. — 14 id., **671**. CVII. De Montefalcono. — 16 id., **708**. CXVII. De Sarmatorio. — 17 id., **600**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 25 id., **258**; **259**. XLV. De castro Leuqui. — 27 id., **882**. CLXVI. De Castro Aynaldo. — 10 julii. **898**. CLXX. De Anterisio, Desaya, Ceresolis, et Prehalormo. — 13 id., **883**. CLXVI. De Castro Aynaldo. — 25 augusti, **682**. CIX. De Caballario majori. — 8 septembris, **218**. XXII. De Veneis. — 8 id., **245**. XXV. De Neveis. — 13 id., **656**. CIV. De Brayda. — 13 id., **688**. CXII. De Vigono. — 26 id., **219**; **220**. XXII. De Veneis. — 3 octobris, **657**. CIV. De Brayda. — 16 novembris, **243**. XXV. De Neveis. — 29 id., **619**. LXXXIXbis Miscellanea. — 3 decembris, **705**; **706**. CXV. De Romanisio.

1225. 31 decembris, **642**. XCIX. De Castagneto. — 27 marcii, **689**. CXII. De Vigono. — 10 aprilis, **290**. LI. De Maxio. — 10 id., **554**. LXXIX. De Lanerio. — 6 maii, **658**; 16 id., **659**; **660**. CIV. De Brayda. — 26 id., **331**. LV. De Calocio. — 21 junii, **547**. LXXIX. De Lanerio. — 1 decembris, **931**. CLXXIV. De Careto.

1226. Maii, **16**; julii, **22**. De Privilegiis Imperatorum. — 21 septembris, **742**. CXXVIII. De Caliano. — 15 octobris, **576**. LXXXVII. De Astixio. — 8 novembris, **612**. LXXXIXbis. Miscellanea. — 8 id., **884**; 9 id., **885**. CLXVI. De Castro Aynaldo. — 29 id., **557**. LXXIX. De Lanerio. — 11 decembris, **795**; **796**; **797**. CLII. De Stoherda.

1227. 29 januarii, **23**. De Privilegiis Imperatorum. — 19 aprilis, **914**; 21 maii, **915**. CLXXIII. De Monteferrato Tractatus. — 2 julii, **610**. LXXXIXbis. Miscellanea — 29 augusti, **685**. CIX. De Caballario majori. — 17 septembris, **556**. LXXIX. De Lanerio. — 6 decembris, **21**. De Privilegiis Imperatornm.

1228. 11 januarii, **987**. CLXXIX. De Alexandria. — 2 junii, **330**; 22 julii, **332**. LV. De Calocio. — 26 septembris, **669**; 27 id., **663**. CVI. De Fontanis et De Cerveriis. — 25 novembris, **261**. XLVII. De Salexeto. — 26 id., **912**; 12 decembris, **911**. CLXXII. De Saluciis. — 14 id., **986**. CLXXIX. De Alexandria.

1229. 2 junii, **55**. I. De Laureto. — 30 octobris, **309**; 4 novembris, **307**. LI. De Maxio. — 14 id., **221**; **222**. XXIV. De castro Trecij. — 6 decembris, **308**. LI. De Maxio.

1230. 12 julii, **979**. CLXXVIII. De Civitate Albe.

1231. 16 decembris, **985**. CLXXIX. De Alexandria.

1232. Aprilis, **17**. De Privilegiis Imperatorum.

1233. 6 augusti, **716**. CXXII. De Morocio.

1235. 4 maii, **203**; 19 id., **204**. XXI. De Malamorte. — 20 id., **687**. CXI. De Cargnano.

1237. 21 marcii, **418**. LIX. De Canelio. — 25 aprilis, **798**. CLII. De Stoherda. — 19 maii,

718. CXXIII. De Cuneo seu de Pizo cunei. — 24 augusti, **799**. CLII. De Stoherda.

1239. 25 junii, **664**. CVI. De Fontanis et De Cerveriis. — 25 augusti, **130**; 30 id., **131**. XIX. De Viglano.

1241. 21 maii, **584**. LXXXVII. De Astixio. — 21 id., **895**. CLXIX. De Monte alto. — 22. id., **582**. LXXXVII. De Astixio. — 22 id., **896**. CLXIX. De Monte alto. — 26 id., **583**. LXXXVII. De Astixio. — 26 id., **897**. CLXIX. De Monte alto. — 21 novembris, **889**. CLXVI. De Castro Aynaldo. — 11 decembris, **843**; 20 id., **844**. CLIX. De Cellarengo.

1242. 10 marcii, **665**. CVI. De Fontanis et De Cerveriis. — 11 id., **246**. XXV. De Neveis. — 24. id., **666**. CVI. De Fontanis et De Cerveriis. — 31 id., **247**. XXV. De Neveis. — 10 junii, **930**. CLXXIV. De Careto. — 23 julii, **841**. CLVII. De Valfenaria. — 28 augusti, **585**. LXXXVII. De Astixio. — 3 septembris, **66**. I. De Laureto. — 3 id., **578**; **579**; **580**; **581**; **586**. LXXXVII. De Astixio. — (1242). **667**; **668**. CVI. De Fontanis et de Cerveriis.

1246. 29 julii, **406**; **407**. LVI. De Castro viginti. — 21 augusti, **640**. XCVII. De Quarto.

1247. 25 marcii, **837**. CLVI. De Curtevetula. — Julii, **18**. De Privilegiis Imperatorum.

1250. 5 marcii, **969**; 2 aprilis, **970**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 16 novembris, **436**. LX. De sancto Marciano de aquoxana.

1251. 24 januarii, **971**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 8 aprilis, **257**. XLV. De castro Leuqui. — 15 maii, **683**; 19 id., **684**. CIX. De Caballario majori. — 29 septembris, **710**. CXIX. De Plocio. — (1251). **686**. CX. De Fossano.

1252. 28 julii, **903**. CLXXI. De Sabaudia. — 19 augusti, **714**. CXX. De Savilliano. — 11 octobris, **899**. CLXX. De Anterisio, Desaya, Ceresolis et Prehalormo.

1253. 22 marcii, **900**. CLXX. De Anterisio, Desaya, Ceresolis, et Prehalormo.

1254. 6 februarii, **785**. CXLVII. De Ducino. — 6 marcii, **786**. CXLVIII. De Musanzola — 16 augusti, **192**; 18 id., **201**; 23 id., **202**. XXI. De Malamorte. — 20 decembris, **901**. CLXX. De Anterisio, Desaya, Ceresolis, et Prehalormo.

1255. 26 novembris, **904**. CLXXI. De Sabaudia.

1256. 30 decembris, **902**. CLXX. De Anterisio, Desaya, Ceresolis, et Prehalormo. — **943**; 15 januarii, **940**; 18 id., **941**; **942**. CLXXVI. De Taurino.

1257. 9 marcii, **613**. LXXXIX bis. Miscellanea. — 9 id., **811**. CLIV. De Bulgaro. — 22 id., **471**; 24 id., **472**. LXVIII. De Montaldo et Rupecula. — 31 maii, **905**. CLXXI. De Sabaudia.

1260. 21 februarii, **944**. CLXXVII. De Domino Karolo etc. — 21 id., **972**. CLXXVIII. De Civitate Albe. — 24 marcii, **926**. CLXXIII. De Monteferrato Tractatus. — 14 junii, **265**; 18 id., **264**; 21 id., **266**. XLVIII. De Cario.

1264. 6 junii, **334**. LV. De Calocio.

1266. 14 augusti, **945**. CLXXVII. De Domino Karolo etc. — 14 id., **973**. CLXXVIII. De Civitate Albe.

1268. 29 aprilis, **906**. CLXXI. De Sabaudia.

1269. 2 aprilis, **262**. XLVII. De Salexeto. — 8 id., **473**. LXVIII. De Montaldo et Rupecula. — 20 id., **724**. CXXV. De Montemagno. — 11 decembris, **946**. CLXXVII. De Domino Karolo etc. — 11 id., **974**. CLXXVIII. De Civitate Albe.

1270. 29 decembris, **949**. CLXXVII. De Domino Karolo etc. — 19 februarii, **938**. CLXXV. De dominis de Gorzano. — 10 octobris, **947**. CLXXVII. De Domino Karolo etc. — 10 id., **975**. CLXXVIII. De Civitate Albe.

1271. 16 februarii, **803**; **804**; 18 id., **805**; 22 id., **806**; 25 id., **807**; **808**. CLIII. De Rippa. — 29 septembris, **948**. CLXXVII. De Domino Karolo etc. — 29 id., **976**. CLXXVIII. De Civitate Albe.

1273. 22 marcii, **267**; **269**; **270**; 27 id., **268**. XLVIII. De Cario. — 30 novembris, **673**. CVIII. De Ceva.

1274. 19 septembris, **447**; 21 id., **448**; 2 octobris, **449**; 4 id., **450**; 21 id., **451**. LXIV. De Lovazolio.

1275. 20 julii, **591**; **592**; 21 id., **593**. LXXXVIII. De dominis de Revello. — 26 augusti, **845**; **846**; **847**. CLX. De Sancto Damiano. — 5 septembris, **935**; 28 id., **936**; 12 octobris, **937**. CLXXV. De dominis de Gorzano.

1276. 21 januarii, **842**. CLVIII. De Prehalormo. — 4 februarii, **260**. XLVI. De Novello. — 5 junii, **887**; **888**. CLXVI. De Castro Aynaldo. — 19 septembris, **977**. CLXXVIII. De Civitate Albe.

1277. 29 decembris, **713**. CXX. De Savilliano. — 9 marcii, **661**. CV. De Clarasco. — 12 maii, **479**; **480**. LXX. De Coxano. — 29 id., **650**; **651**; 30 id., **652**. CII. De Sancta Victoria. — 27 junii, **709**. CXVIII. De Sanctoalbano. — 13 septembris, **950**; **951**. CLXXVII. De Domino Karolo etc. — 26 id., **464**; **465**. LXVIII. De

Montaldo et Rupecula. — 1 octobris, **142**. xx. De Montebersario. — 14 id., **848**. clx. De Sancto Damiano.

1278. 8 januarii, **952**; 9 id., **953**; **954**. clxxvii. De Domino Karolo etc. — 18 julii, **271**. xlviii. De Cario. — 3 septembris, **939**. clxxv. De dominis de Gorzano. — 25 octobris, **907**. clxxi. De Sabaudia.

1279. 19 junii, **138**. clvi. De Curtevetula. — 22 septembris, **978**. clxxviii. De Civitate Albe. — 8 decembris, **955**. clxxvii. De Domino Karolo etc.

1280. 29 februarii, **481**; **482**; **483**; **484**; **485**, **486**; **487**; **488**; **489**; **490**; **491**; **492**; **493**; **494**; **495**; **496**; **497**; **498**; **499**; **500**. lxx. De Coxano. — 29 id., **849**. clx. De Sancto Damiano. — 29 id., **852**; **853**. clxi. De Castronovo de Gorzano. — 26 marcii, **528**. lxx. De Coxano. — 13 aprilis, **719**. cxxiii. De Cuneo seu de Pizo cunei. — 8 octobris, **501**. lxx. De Coxano. — 15 id., **466**. lxviii. De Montaldo et Rupecula. — 15 id., **503**; **504**; **505**; **506**; 16 id., **507**; 17 id., **502**; **508**; **509**; **510**. lxx. De Coxano. — 18 id., **405**. lvi. De Castro viginti. — 19 id., **511**; **512**. lxx. De Coxano.

1282. 24 februarii, **618**. lxxxix^{bis}. Miscellanea. — 15 novembris, **477**. lxix. De Curticellis.

1283. 13 februarii, **981**. clxxviii. De Civitate Albe.

1284. 29 februarii, **164**. xx. De Montebersario.

1287. 15 septembris, **867**. clxv. De Preocha.

1288. 24 januarii, **100**. iv. De villa Blonearum. — 5 maii, **513**; **514**; **515**; **516**; **517**; **518**; **519**; 6 id., **520**; **521**; **522**; **523**; **524**; **525**; **526**; 7 junii, **527**. lxx. De Coxano. — 10 augusti, **754**. cxxx. De Castroalferio. — 28 octobris, **788**; 3 novembris, **789**; 11 id., **790**; 14 id., **791**; **792**. cl. De Castronovo de Rippa alba. — 22 decembris, **165**; **166**. xx. De Montebersario.

1289. 4 marcii, **793**. cl. De Castronovo de Rippa alba. — 27 id., **148**; 28 id., **147**; 5 aprilis, **163**; 16 id., **149**; 10 maii, **150**; **151**; 11 id., **152**; **153**; **154**; **155**; 11 junii, **143**; 12 id., **144**; 13 id., **145**; 15 id., **146**. xx. De Montebersario.

1290. 8 aprilis, **156**; **157**; **158**; **159**; **160**. xx. De Montebersario. — 12 id., **195**; **196**; **197**; **198**; **199**; **200**. xxi. De Malamorte. — 3 maii, **161**; 12 id., **162**. xx. De Montebersario. — 30 junii, **980**. clxxviii. De Civitate Albe. — 20 augusti, **757**. cxxxi. De Vineali. — 29 octobris, **764**; **765**. cxxxiv. De Albugnano. — 29 id., **766**; **767**. cxxxv. De Poglano. — 5 novembris, **809**; 6 id., **810**. cliii. De Rippa. — 2 decembris, **745**; 3 id., **746**. cxxix. De Casurcio.

1291. 2 marcii, **758**; **759**; **760**; **761**. cxxxi. De Vineali. — 13 id., **474**. lxviii. De Montaldo et Rupecula. — 14 septembris, **621**. lxxxix^{bis}. Miscellanea.

1292. 2 januarii, **534**; 10 id., **535**. lxxiii. De Encisia. — 22 aprilis, **629**. xc. De Felizano. — 20 maii, **725**. cxxvi. De Cunico. — 21 id., **744**; 26 id., **743**. cxxviii. De Caliano. — 12 junii, **927**. clxxiii. De Monteferrato Tractatus. — 14 id., **726**. cxxvii. De Tongo. — 15 id., **720**; **721**; — 25 id., **722**. cxxiv. De Castagnolis de ultra Versam. — 20 decembris, **533**. lxxiii. De Encisia.

1293. 26 decembris, **928**. clxxiii. De Monteferrato Tractatus.

1295. 22 octobris, **674**; **675**; 21 novembris, **676**; **677**. cviii. De Ceva.

1296. 16 februarii, **678**. cviii. De Ceva.

1310. 8 decemb., **4**. De Privilegiis Imperatorum.

1353. 28 februarii, **990**. clxxxiii. De certis extraordinariis.

Sine anno.

(1147-1169). **892**. clviii. De Monteacuto.

(Seculi xii). **178**. xx. De Montebersario. — **282**. xlix^{bis}. De Cario. — **623**. **624**. xc. De Felizano. — **762**. cxxxii. De Montilio. — **988**. clxxix. De Alexandria.

ERRATA CORRIGE

1. Addenda.

Pag. 96, Nota ad mon. n. 24. Mon. hoc iterum occurrit ad n. 285

» 108, » 34. » » 76

» 132, » 76. » » 34 adscripto mense Junij loco Januarij.

» 179, » 134. » » 137

» 182, » 137. » » 134 mutato Ansaldo de Lanerio in Ansaldum de Canelio.

» 232, » 168. » » 173

» 233, » 169. » » 173

» 236, » 173. » » 168, 169

» 319, Nota ad mon. n. 264. — Iam edidit Cibrario, *delle storie di Chieri* Torino 1827, Tom. II. *Documenti* pag. 116. « *Ex libro rubeo civitatis Cherii* ».

» 344, Not. ad mon. n. 282. — Monumentum hoc edidit Cibrario l. cit. pag. 16, ex eodem libro sub anni nota 1172, novembr. Eius lectio convenit cum nostra praeter nonnullos ibi additos testes.

» 345, Not. ad mon. n. 283. — Iam edidit Cibrario l. cit. pag. 32, « *ex autographo parvi tabularii civitatis Cherii* » adscripta die XI kal. augusti (22 julii) loco II kal. aug. Caeterum eius lectio cum nostra convenit excepta additione nonnullorum testium.

» 346, Nota ad mon. n. 285. Mon. hoc jam est ad n. 24.

» 768, » n. 719, — Documentum hoc adhuc exstat in Fragmento taurinensi Cod. Oger. Alfer. fol. CCCCIV, cuius lectiones varias hic afferemus. — lin. 11, *Nicolay pascalis consilium .... et credencie.* — lin. 15, *Gutuario et Guillelmo Gutuario.* — lin. 17, *renunciando.* — lin. 26, *Meylani de Solario.* — lin. 27, deest *acto.* — lin. 30, *uxuris quis.* — lin. 38, *bonorum et bancutorum.* — lin. 39, *pervenerunt vel.*

» 769, lin. 2, deest *habent.* — lin. 18, *apposita.* — lin. 21, *intentare.* — lin. 30, *apprehenderit.* — lin. 35, *rationem.*

» 770, lin. 1, *substinuerit illud et illas.* — lin. 3, *Ficerius.* — lin. 8, *omnia ex.* — In calce documenti subiungitur; *Et est in libro veteri fol.* CLXIIJ.

2. Corrigenda.

Pag.	2.	lin. ult.,	1220	*Corrige*	1221 (1).
»	3,	n. 54,	12 Marcii	»	18 Februarii.
»	21,	lin. 19 ult.,	De cessione.	»	511. De cessione.
»	74,	n. 7,	14 Junii	»	13 Junii.
»	107,	lin. 11,	freter.	»	frater.
»	112,	n. 42,	14 Decembris.	»	13 Decembris.
»	114,	n. 47,	10 Decembris.	»	30 Decembris.
»	131,	n. 74,	1293, 4 Februarij	»	1193, 24 Februarij.
»	»	n. 75,	4 Novembris	»	1 Novembris.
»	164,	n. 111,	1212.	»	1222.
»	»	»	CC°XII°	»	CC°XXII°.
»	180,	n. 136,	4 Marcij	»	2 Marcij.
»	189,	n. 143,	1189	»	1289.
»	198,	lin. 20,	inquietabut.	»	inquietabunt.
»	207,	n. 156,	1190.	»	1290.
»	224,	n. 164,	28 Februarij.	»	29 Februarij.
»	231,	n. 167,	1168	»	1188.
»	239,	n. 178,	sec. XIII°	»	seculi XII.
»	270,	n. 213,	19 Junij	»	18 Junij.
»	291,	lin. 18,	donnm	»	donum.
»	296,	n. 252,	13 Julij	»	13-17 Julij.
»	306,	lin. 18,	henricus ed	»	henricus de
»	»	Not. 1,	*acquen.*	»	*aquen*
»	313,	lin. 6 ult.	babitatorem	»	habitatorem.
»	320,	lin. 1,	restituen tibusdamnum	»	restituentibus damnum.
»	323,	lin. 13,	sinprodicos	»	prosindicos.
»	325,	lin. 7 ult.,	dictornm . , ...	»	dictorum.

(1) Annus in Codice a die XXV decembris initium habet.

Pag.	329,	lin. 5 ult.,	oommunis	*Corrige*	communis.
»	333,	lin. ult.,	tenetur	»	tenetur.
»	337,	n. 275,	26 Augusti.	»	16 Augusti.
»	343,	lin. 26,	nomiue	»	nomine.
»	372,	lin 23,	IX	»	XI.
»	373,	lin. 20,	domiuo	»	domino.
»	374,	lin. ult.,	loco	»	loco ad n. 644.
»	401,	lin. 7,	testibns	»	testibus.
»	400-1,	a n. 354,	ad n. 357, 1212.	»	1218.
»	409,	n. 369,	1211	»	1212.
»	415,	n. 380,	30 Julij.	»	20 Julij.
»	422,	n. 296,	. . . .	»	396.
»	424,	n. 402,	1216	»	1215.
»	432,	n. 412,	1311	»	1211.
»	447,	n. 436,	1250	»	1250 16 Novembris.
»	467,	Not. 1,	*acquen*.	»	*aquen*.
»	471 ad 475 in Notis,		»	»	»
»	473,	lin. 26,	femenimam	»	feminam.
»	484 ad 493,	n. 481 ad 500	28 Februarij	»	29 Februarij.
»	498,	lin. 11,	snas	»	suas.
»	527,	n. 517,	1388	»	1288.
»	528,	n. 518,	1188	»	1288.
»	531,	lin. 23,	superfluo	»	superfluo.
»	»	lin. 25,	qnod	»	quod.
»	538,	lin. 10 ult.,	domiuus	»	dominus.
»	560,	n. 558,	6 Julij	»	16 Julij.
»	565,	n. 564,	Ann. 203	»	1203.
»	580,	lin. 25,	suprasceipti.	»	suprascripti.
»	588,	lin. 15,	fratribns.	»	fratribus.
»	619,	n. 603,	*ominum*	»	*dominum*.
»	»	n. »	1213 27 Februarii	»	1219 29 Aprilis.
»	629,	n. 617,	18 Novembris	»	17 Novembris.
»	678,	Not.	nemorarunt.	»	memorarunt.
»	729,	lin. 21,	ditti	»	dicti.
»	746,	n. 704,	1124	»	1224.
»	772,	n. 721,	14 Junij	»	15 Junij.
»	808,	lin. 38,	solidorum	»	solidorum duorum.
»	810,	n. 753,	1180	»	1189.
»	827,	lin. 8,	polandinum	»	molandinum.
»	832,	lin. 6-8,	puulente	»	punlente.
»	865,	lin. 7,	Rogerins	»	Rogerius.
»	867,	n. 786,	1187 12 Decembris	»	1254 6 Marcii (2).
»	897,	lin. 6,	qnicquid.	»	quicquid.
»	900,	lin. 3,	612	»	812.
»	911,	n. 827,	3 Decembris	»	8 Decembris.
»	922,	n. 839,	17 Junij.	»	27 Junij.
»	931,	n. 849,	28 Februarij	»	29 Februarij.
»	934,	lin. 19,	Roviculus	»	Boviculus.
»	934-5,	n. 852-3,	28 Februarij	»	29 Februarij.
»	936,	lin. 8,	aliqnos	»	aliquos.
»	»	lin. 12,	muniendi	»	minuendi.
»	942,	lin. 28,	babitantes	»	habitantes.
»	1001,	lin. 14 ult.,	Otto	»	Otta.
»	1029,	n. 910,	17 Maij.	»	16 Maij.
»	1032,	lin. 32,	de Curato	»	de Caruto.
»	1044,	n. 920,	9 Junij	»	9 Julij.
»	1073,	n. 933,	1206	»	1206, Januarij.
»	1074,	lin. 37,	tanqnam	»	tanquam.

3. Emendanda in ipso codice.

Pag.	62,	n. 24c,	MCCLXXXI	*Corrige*	MCCLXXXXI (3).
»	63,	n. 25c,	MCCLXXXII	»	MCCLXXXXII (3).
»	71,	n. 4,	henrici sexti	»	henrici septimi (4).

(2) Otto de Canevanova de quo sermo est in hoc monumento fuit potestas Astensis anno 1254. Vide mon n. 192, 202, 755. — (3) Vide n. 19c, 23c, 927. — (4) Henricus VII rex 1308, imperator 1312-1313.

Pag.	117,	n. 50,	Januarij	*Corrige*	Junij (5) (6)
»	»	lin. 19,	»	»	»
»	120,	n. 54,	12 Marcij	»	18 Februarij (7)
»	»	»	duodecimo Marcij	»	duodecimo Kalendas Marcij
»	123,	n. 57,	1148	»	1149 (8) (6)
»	»	lin. 34,	MCXLVIII	»	MCXLVIIII.
»	126,	n. 60,	1207	»	1206 (9) (6).
»	»	»	ducentesimo septimo	»	ducentesimo sexto.
»	129,	lin. 9,	*cofessione*	»	*confessione* (10).
»	132,	n. 76,	Januarij	»	Junij (5) (6)
»	»	lin. 26,	»	»	»
»	150,	lin. 14 ult.,	Manfredus et Girardus	»	Manuel et Girardus (10)
»	158,	lin. 7,	Astensis.	»	Albensis (10).
»	172,	n. 125,	1163	»	1173 (11) (6).
»	»	»	MCLXIII	»	MCLXXIII.
»	178,	n. 132,	1198	»	1118 (12) (6)
»	203,	3,	patris	»	fratris (10)
»	291,	lin. 8,	indictione decima	»	indictione duodecima (13) (6)
»	302,	lin. 27,	Frederico	»	Henrico (14)
»	344,	lin. 4 ult.,	emutus	»	evictus (10)
»	352,	n. 291,	1208	»	1218. (15) (6)
»	»	»	ducentesimo octavo	»	ducentesimo decimo octavo
»	401,	lin. 5,	patris	»	fratris (10)
»	406,	lin. 9 ult.,	quartadecima	»	quintadecima (16) (6)
»	471,	n. 468,	1200.	»	1210. (17) (6)
»	»	»	ducentesimo	»	ducentesimo decimo
»	474,	lin. 13,	Guillelmo	»	Jacobo (18)
»	»	lin. 17,	*marchionis*	»	*marchionem* (10).
»	475,	lin. 17,	Rocheta Marchionis	»	Rocheta filium henrici Marchionis (11)
»	546,	n. 542,	1197	»	1198 (19) (6).
»	»	»	septimo	»	octavo.
»	558,	lin. 3,	octavo	»	decimo octavo (20) (6)
»	574,	n. 575,	s. a.	»	(1201-1202) (21)
»	593,	n. 581,	1252	»	1242 (22) (6)
»	594,	lin. 1,	quinquagesimo secundo	»	quadragesimo secundo.
»	621,	n. 604,	centesimo nono	»	ducentesimo nono (23) (6).
»	629,	n. 616,	1194	»	1174. (24) (6).
»	»	»	nonagesimo	»	septuagesimo.
»	683,	n. 663,	1228.	»	1228 27 Septembris (25)
»	683,	iin. 18,	Septimo Kallendas octubris . . .	»	quinto Kalendas octobris
»	709,	lin. 11,	MCCXXXX	»	MCCLXXXX (26) (6)
»	792,	lin. 16,	indictione VIII	»	indictione VIIII (27) (6)
»	808,	lin. 16,	pedibus	»	Sextariis (28)

(5) Monumenta n 50, 51 procul dubio eodem die scripta sunt. Mon. n 34, 76 quoque eodem die, sed ante n. 50, 51 scripta sunt. Omnia haec quatuor monumenta recentiori aevo quam n. 31, et ideo mensi Junio adscribenda videntur. — (6) Nova lectio tum indictioni tum diei hebdomadae, de quibus in monumento sermo est, melius respondet. — (7) Huius diei nota iterum occurrit ad n. 56, 61. Verbum *Kalendas* facilius videtur omissum quam additum fuisse. — (8) Huius anni nota iterum occurrit ad n. 62. Consules iidem ut in mon. n. 54, 755 anno 1149. — (9) Ex aliis monumentis constat anno 1207 mens. Augusti, Octobris, Decembris non Lantelmum de Landriano sed Oliverium Ysembardum potestatem Astensem fuisse. — (10) Satis clarum est. — (11) Quatuor consules sunt inter eos, quos et mon. n. 563 an. 1174 memorat. — (12) Huius anni nota iterum occurrit ad n. 129. Bartolomeus Judex iterum consul anno 1161. — (13) Sic in mon. n. 250; et in mon. n. 248 dictum est mon. n. 250 eodem die peractum fuisse. — (14) Henricus VI rex Romanorum 1190, imperator 1191. — (15) Monumenta n. 291, 541, 549 eodem die scripta fuisse satis patet. Venditor eiusque aetas, potestas, testes, locus acti iidem sunt. — (16) Sic in mon. n. 349 sine dubio ejusdem diei. — (17) In ipso monumento de anno 1203 sermo est: Guilelmus Rabia potestas astensis anno 1210. — (18) Jacobus Zazius potestas astensis anno 1257, a 9 Marcij ad 31 Maij, in mon. n. 613, 905. — (19) Albertus de Fontana potestas Astensis a 29 Nov. 1197 ad 28 Sept. 1198. Ex mon. n. 292 satis constat die 28 Maij 1198 potestatem ab Ast. abfuisse. — (20) Charta de qua agitur est mon. n. 548. — (21) Guido de Pirovano de quo sermo est, potestas astensis anno 1201-1202. — (22) Obertonus de Insula anno 1242 nuncius comunis Ast. ad peragenda illa de quibus in hoc monumento. Vide n. 586. — (23) Ante 1119 nullus potestas Astae; Resonatus Zacius, de quo sermo est, potestas Astensis anno 1219. — (24) Tres consules sunt inter eos, quos et mon. n. 563 an. 1174 memorat. — (25) Septimus kal. octobris dies lunae, quintus mercurii erat. Hinc rectius *quinto* kal. octobris in Mon. Hist. Pat. Chart. II. Col. 1358. — (26) Monumentum, de quo sermo est, ex actis n. 674, 676, anno 1295 peractum fuisse satis constat. — (27) Mon. a n. 738 ad 741 ad eamdem rem, eodem loco, ab eodem notario 6 et 7 Maij 1206 peracta sunt, et de indictione nona in eisdem sermo est. — (28) Sic corrigendum ratione pretii, et quia de pedibus postea sermo est.

Pag.	848,	n. 763,	1183	*Corrige*	1193 ([29]) ([6])
»	»	lin. 7 ult.,	octuagesimo	»	nonagesimo.
»	858,	n. 774,	18 Septembris	»	19 Octobris ([30]) ([6])
»	»	lin. 15,	Octub.is novembris	»	novembris.
»	868,	lin. 4,	MCLXXXVII	»	MCLXXXXVII ([31])
»	900,	n. 813,	22 Januarij	»	22 Augusti ([32])
»	907,	lin. 14,	MCCLXXX	»	MCCVIII ([33]) ([6])
»	918,	n. 836,	1290	»	1219 ([34]) ([6])
»	»	»	nonagesimo	»	decimonono.
»	919,	lin. 8,11 ult.,	fratrem, fratre	»	patrem, patre ([10])
»	958,	lin. 12,	MCCLXXVI	»	MCCLXXXVI ([35]) ([6]).
»	972,	n. 871,	1210	»	1212 ([36]) ([6]).
»	»	»	ducentesimo decimo	»	ducentesimo duodecimo.
»	983,	lin. 6,	Manfredo	»	Manuello ([37])
»	988,	n. 891,	ducentesimo	»	centesimo octavo ([38]) ([6])
»	998,	lin. 23,	puirilis	»	purcilis ([39])
»	1032,	lin. 27,	ducentesimo nono	»	ducentesimo vigesimo nono ([40]) ([6])
»	1089,	n. 940,	1255	»	1256 ([41]) ([6])
»	»	»	quinquegesimo quinto	»	quinquegesimo sexto.
»	»	lin. 7 ult.,	potestatis	»	potestatem ([10])
»	1180,	n. 981.	1282	»	1283 ([42]) ([6])
»	»	lin. 15 ult.,	secundo	»	tercio.
»	1187,	n. 982,	1203	»	1223 ([43])
»	»	»	ducentesimo tercio	»	ducentesimo vigesimo tercio.

(29) Jacobus Strictus potestas astensis anno 1193; ante 1190 nullus potestas fuit Astae. — (30) Albertus de Fontana potestas astensis saltem usque ad 28 Septembris. Hinc inter duos menses Octobris et Novembris, de quibus in monumento, postremus eligendus. — (31) Ante 1190 nullus potestas Astae. Albertus de Fontana, de quo sermo est, potestas astensis anno 1197. — (32) Dies 22 Augusti in mon. n. 812 occurrit, et mercurii erat. — (33) Instrumentum de quo sermo est, paulo ante 16 Sept. 1208 scriptum fuisse, satis clarum est. — (34) Resonatus Zazius potestas astensis anno 1219 — (35) De eodem acto pag. 959, lin. 29, et pag. 963, lin. 9 ult. sermo est. — (36) De Mon. n. 872 anni 1212 sermo est. — (37) Manuel de Nigro potestas astensis in hoc ipso et in aliis monumentis. — (38) Haud dubium est quin hoc monumentum eiusdem sit temporis, cuius n. 890. — (39) Satis notum est inter Ast et Comites de Blandrate quaestiones fuisse de castro Purcilis. — (40) Milonus Turrellus et Guillelmus de Donnamandra Sindici anno 1228 ut ex mon. n. 912. — (41) Cartam hanc factam fuisse anno 1256 constat ex mon. n. 942. pag. 1095, lin. 36. Michael Delaccota potestas astensis saltem usque ad 14 Sept 1255 in mon. n. 745. — (42) De anno 1283 in ipso mon. pag. 1186, lin. 27 sermo est. Annus 1283 secundum consuetudinem astensem, anno 1282 secundum consuetudinem Provinciae respondebat. (43) Anno 1223 sunt Girardus Manaria potestas astensis, Leonardus Vicecomes potestas albensis, et indictio undecima.

Dividitur autem liber iste in quinque partes. In prima continetur aliquid de Cronica civitatis Astensis que incipit in folio primo.

In seconda continentur privilegia Imperatorum concessa comuni Astensi que incipiunt in folio III.

In tercia continetur tota terra que est ultra Tanagrum tam in feudo quam in alodio et in civibus et in terris ipsorum que incipit in folio.

In Quarta continetur tota terra que est Citra Tanagrum tam in feudo quam alodio ut supra que incipit in folio.

In quinta continentur alia diversa Instrumenta et scripture que incipiunt in folio.

Incipit aliquid de ystoria civitatis Astensium [1].

1. (*Ubi condita fuerit civitas astensis*) [2].

Civitas Astensis ab antiquo tempore condita fuit inter castrum quod modo dicitur castrum episcopi et Castelatium seu turris Vallonum [3].

2. *De ampliatione civitatis Astensis.*

Anno ab urbe roma condita CCCLXXIJ [4]. que fuit ante nativitatem domini nostri yhesu christi annis CCCLXXX [5]. Civitas Astensis dicitur ampliata fuisse a breno duce, qui condidit papiam, Mediolanum et multas alias civitates in Italia [6]. Iste vero Brenus fuit de ultramontanis partibus de terra Saxonie, et fuit primus alienigena qui introduxit exercitum et guerram in ytaliam [6].

3. *De posse antiquo civitatis Astensis.*

Posse civitatis Astensis antiquum et consuetum ex tunc usque in presentem diem protenditur usque ad tanagrum, et usque ad sanctum Theodorum, et usque ad sanctum Spiritum et usque ad rivum crosum [7]. Comune Astense ampliavit ibi [8] posse astense supra posse cuiusdam ville vetere [9] que vocabatur ripa rupta. Et etiam posse vetus astense [9] protendebatur [10] usque ad sanctum Jacobum de valle umbrosa [11]. Comune Astense ampliavit ibi [12] posse astense supra posse cuiusdam ville vetere que vocabatur vallis manaria. Et etiam posse vetus Astense [11] protendebatur [13] usque ad rivum mogle sole [14],

[1] Haec eadem Chronica jam ediderunt L. A. Muratori, Rerum Ital. Script. Tom. XI. col. 139, et C. Combetti, Monum. Hist. Pat. Scriptorum Tom. III. col. 674, uterque ad fidem manuscriptorum codicum saeculi XVI. Lectiones varias inter nostram et superiores editiones adnotandas existimavimus.

[2] Inscriptio haec deest in codice; quam addidimus inclusam parenthesi. Itidem adjecimus numeros arabicos unicuique titulo.

[3] Muratori *Vallorum.* — [4] Id. CCCXXVII. — [5] Id. MCCCLXXX. — [6-6] *Iste vero Brenus* etc. deest ap. Murat. — [7] Id. *Ad Grossum.* — [8] Combetti *sibi.* — [9-9] Deest ap. Murat. — [10] Murat. *protenditur.* — [11-11] Deest ap. Murat. — [12] Comb. *sibi.* — [13] Murat. *protenditur.* — [14] Comb. *Moglasole*; Murat. *Magresole.*

et usque ad versam [1], et ultra versam [2] usque ad rivum vallis tercie [2], et ultra versam a via que incipit statim post transitum verse de super strata usque ad rivum vallis tercie et usque ad tanagrum. Et istud [3] posse modo vocantur burgi coherentes civitati.

4. *De passione sancti Secundi nobilis* [4] *civis Astensis* [5].

Anno domini CXXXIIII. IIJ. kallendas Aprilis In civitate Astensi passus est beatissimus Secundus martir [6] nobilis illustris civis Astensis sub Sapricio comite vicario Imperatoris Adriani. Et dicitur quod iste Sapricius fuit de dominis de corsembrando [7], unde patet manifeste quod civitas Astensis ex tunc [8] usque in hodiernum diem semper [8] fuit sub dominio et segnorito [9] imperatoris.

5. *De lombardis quando venerunt habitare in ytaliam* [10].

Anno domini DLXVI. Lombardi de panonia venerunt habitare in Italiam in partibus Mediolani et papie. Et ideo vocata est provincia ista lombardia.

6. *De captione civitatis Ast et eius destructione per Comitisam Alaxiam* [11].

Anno domini MLXX. VIIII.° Kalendas Madij Civitas Astensis capta fuit a comitissa Alaxia.

Anno domini MLXXXXI. XV. Kalendas Aprilis, civitas Astensis quasi tota succensa fuit a comitissa Alaxia, et eodem anno dicta comitissa obijt.

7. *De discordia episcopi* [12] *et ecclesie* [12] *Astensis contra cives Astenses* [13].

Anno domini MCXXXVII. facta est contentio et discordia magna inter episcopum [14] et ecclesiam Astensem ex una parte et cives Astenses ex altera.

8. *De destructione civitatis Ast per episcopum et ecclesiam Astensem* [15].

Anno domini MCXLIII. IIJ. idus septembris Civitas Astensis destructa fuit incendio quasi tota per Nazarium episcopum Astensem et ecclesiam Astensem.

9. *De destructione civitatis Astensis facta per Fredericum primum Imperatorem dictum barbarubeam* [16].

Anno domini MCLV. in kalendis februarij Civitas Astensis destructa fuit incendio quasi tota per Imperatorem Fredericum primum ad instanciam Anselmi episcopi Astensis et Guillelmi Marchionis montisferati.

10. *De prelio facto apud Montilium cum marchione montisferati* [17].

Anno domini MCLXXXXJ die XVIIII mensis Iunij Comune Astense equitavit apud Montilium causa recuperandi Iura feudi quod habebat in Montilio, et ibi fuit prelium

[1] Comb. addit. *a strata Sancti Lazari usque ad Versam superius.* — [2-2] Deest ap. Murat. — [3] Murat. *illud.* — [4] Comb. addit *illustris.* — [5] Murat. *De Sancto Secundo patrono civitatis Astensis.* — [6] Murat. *Martyrium.* — [7] Comb. *Corsembrado.* — [8] Deest ap. Comb. — [9] Murat. *signoria*; Deest ap. Comb. — [10] Murat. *Quando Lombardi venerunt in Italiam.* — [11] Murat. *Quando civitas astensis capta fuit a Comitissa Alaxia.* — [12-12] Comb. deest. — [13] Murat. *De discordia inter Episcopum et cives Astenses mota.* — [14] Murat. *episcopum Landulphum.* — [15] Inscriptio deest ap. Murat. ubi hoc caput in superiore continetur. — [16] Murat. *Quando destructa fuit urbs per Federicum Barbarossam.* — [17] Murat. *De bello Astensium et Marchionis Montisferrati.*

inter Astenses et Bonefacium Marchionem Montis ferati: Astenses terga vertentes [1] capti fuerunt de illis circha MM qui steterunt in carceribus montisferati [2] per menses [3] tres et plus, ubi multa mala passi sunt in personis et rebus, et reddiverunt facta eorum redemptione de libris MM [4] faciendo treuguas. Ista guerra duravit circha [5] annos XV modo faciendo pacem modo faciendo treuguas modo faciendo guerram. Tali modo quod comune Astense fecit cum dicto Marchione Bonefacio et cum filio suo Guilelmo tribus vicibus treuguas, et tribus vicibus pacem, et nullam pacem seu treuguam predicti Bonefacius et Guilelmus observaverunt preter ultimam pacem, quia illi de monteferato erant gravati de dicta guerra ita quod non poterant magis [6] substinere guerram. Et tunc dictus Guilelmus filius dicti Bonefacij venit in Ast sine fidancia [7] cum uno scutifero tantum [8], et intravit consilium comunis Astensis et posuit se ad voluntatem et misericordiam comunis Astensis et tunc facta fuit ultima pax in anno domini MCCVI. de qua guerra comune Astense lucratus fuit Lauretum et comittatum et Castagnolas [9] cum pertinencijs quod erat Marchionis Montisferati pro dono ei facto per Marchionem lanceam.

11. *De prelio facto apud Quatordeum* [10] *cum Alexandrinis* [11].

Anno domini MCCXXV. Astenses inceperunt guerram cum Alexandrinis ad instanciam et [12] pecunia Januensium et circha medium Iunium, Astenses equitaverunt cum exercitu banito apud Quatorde et ibi fuit prelium inter Astenses et Alexandrinos. Astenses terga vertentes [13] capti fuerunt de ipsis circha C. [14] alij [15] se reduxerunt in castro quatordearum et dederunt Mediolanensibus qui ibi erant pro ambaxiatoribus, obsides L. [16] quos ipsi [17] dederunt illis de alexandria. Et predicti CL. steterunt in carceribus Alexandrie circa duos annos et dimidium ubi multa mala et vituperia passi sunt in personis et rebus de quo multi mortui sunt.

12. *De prelio facto apud calamandranam cum Alexandrinis* [18].

Eodem anno die VIJ. Septembris [19] In vigilia nativitatis beate Marie [19], equitavit Comune Astense apud Calamandranam, et ibi fuit prelium inter Astenses et Alexandrinos. Astenses terga vertentes [20], capti fuerunt de ipsis circa DCCC. qui steterunt, in carceribus Alexandrie circa duos annos et dimidium ubi multa mala passi sunt in personis et rebus de quo multi mortui sunt. Et de ista guerra Comune [21] substinuit [22] videlicet comune Ast [22] damnum de libris CCM. et plus.

[1] Murat. *Verterunt.* — [2] *Montisferati* deest ap. Comb. — [3] Murat. *annos.* — [4] Comb. *et redimerunt se se libris duobus millibus.* — Murat. *se se Kalendis maii libris duobus millibus.* — [5] *Circha* deest ap. Murat. — [6] Murat. *plus.* — [7] Murat. *fiducia.* — [8] Ap. Murat. deest *tantum.* — [9] Murat. *et comitatum Castagnolarum* — [10] Comb. *Quatorde.* — [11] Murat. *De bello Astensium et Alexandrinorum et de rupta apud Quatordas.* — [12] Comb. *de.* — [13] Murat. *verterunt.* — [14] Murat. *cc.* — [15] Comb. *autem.* — [16] Comb. *Centum quinquaginta.* — [17] Id. *ibi.* — [18] Ap. Murat. caput hoc, sine inscriptione, coniunctum est cum superiore. — [19-19] Deest ap. Murat. — [20] Murat. *verterunt.* — [21] Comb. *Comune Astense.* — [22-22] Deest ap. Comb. et Murat.

13. *De inceptione casanarum Civium Astensium in francia*[1].

Anno domini MCCXXVJ. Cives astenses ceperunt prestare et facere casanas[2] in francia et in ultramontanis partibus ubi multam pecuniam lucrati sunt, tamen ibi multa mala passi sunt in persona et rebus.

14. *De guasto facto per Mediolanenses in terra Astensium*[3].

Anno domini MCCXXX. Quod[4] inter festum sancti Iohanis et sancti Petri de Iunio, Mediolanenses cum viginti tribus civitatibus vastaverunt[5] et combuserunt[6] posse Astense per tres dies usque ad valligias[7] et usque ad nant[8].

15. *De guerra Comitis Sabaudie*[9].

Anno domini MCCLV. Tomas comes sabaudie incepit guerram cum comune Astense, auferendo Astensibus burgum Carij. Et in anno domini MCCLVJ. circa kalendas septembris capti fuerunt cives Astenses per totum regnum francie, per nuncios domini regis[10] et regine francie, ad instantiam et preceptum domini Alexandri pape, et fuerunt homines circha CL. qui dati fuerunt comiti sabaudie, et duxit eos in lionesio et ibi steterunt in carceribus per annos sex et plus ubi multa mala passi sunt in personis et rebus et tam isti predicti quam alij qui fugierunt de manibus regis perdiderunt quasi omnia sua bona que habebant in regno francie, et duravit ista guerra per sex annos et plus, Et de ista guerra comune Astense substinuit damnum de libris DCCC.m et plus et comune Astense plures paces et treuguas fecit cum dicto Comite sabaudie, que male observate fuerunt ex parte domini comitis predicti.

16. *De guerra domini Karuli regis Sicilie*[11].

Anno domini MCCLXI. dominus Karolus rex sicilie et comes provincie, et frater regis francie tenebat totam terram pedemontis[12] usque Albam et omnes civitates burgos Marchiones[13] et plures Castellanos qui erant in circuitu civitatis Astensis. Iste dominus Karolus per nuncios suos fecit guerram comuni Astensi cum militibus provincialibus et ultramontanis DCCC. vel circa, et cum illis de tota terra predicta[14] per annos XIIJ. et tunc comune Astense plures villas et castra perdidit, et plures[15] treuguas fecit dictum comune cum dicto domino Karulo dando ei magnam pecunie quantitatem.

17. *De prelio facto apud coxanum cum Nuncijs domini Karuli*[16].

Anno domini MCCLXXIIII. de mense Marcij. Quod[17] comune Astense equitavit apud sanctum Stephanum de valle belbij, et de illo loco ibat ad guastandum Coxanum pro eo quod domini Coxanij ceperant trosellos Civium Astensium[18] cum prodicione[18]

[1] Murat. *Quando Astenses primo coeperunt exercere usuras.* — [2] Murat. *usuras.* — [3] Murat. *De damno dato Astensibus per Mediolanenses.* — [4] Murat. addit *die (quodam die).* — [5] Comb. *guastaverunt.* — [6] Murat. *combatterunt.* — [7] Murat. *Valegiam.* — [8] Id. *Nantem.* — [9] Murat. *De guerra per comitem Thomam Sabaudiae et comune Astense.* — [10] Comb. *per nuncios dicti regis.* Murat. *per milites domini regis.* — [11] Murat. *De adventu Caroli Comitis Provinciae in Italiam et de eius guerris cum Astensibus.* — [12] Comb. *Pedemontium.* — [13] Murat. *Marchionatus.* — [14] Comb. addit *extunc.* — [15] Comb. *pluries.* — [16] Ap. Murat. caput hoc, sine inscriptione, coniunctum est cum superiore. — [17] *Quod* deest apud Murat. et Comb. — [18-18] Deest ap. Murat. et Comb.

et illos reddere nolebant et quadam die sabati XXIIII. mensis Marcij guastando dictum coxanum fuit prelium inter Astenses et nuncios et Milites et pedites domini Karoli et de sua parte predicta. Astenses terga vertentes [1] capti fuerunt de illis de civitate circha D. [2] homines et de illis de villis nostris homines circa CCC. et mortui fuerunt de parte comunis Astensis homines [3] circa C. Et predicti capti ducti fuerunt in Albam, et pars illorum captivorum ducti fuerunt de alba in provinciam, et positi fuerunt in carceribus in castro Aquensis civitatis, et erant homines circha CLXXXXJ. et ibi steterunt per annos quinque et plus, ubi multa mala passi sunt in personis et rebus fame et peste, pro quibus multi mortui sunt, et fuerunt mortui homines circa L. [4] alij autem se redimerunt libris XXXV.^{m} [5] tornensibus et plus. Illi autem qui remaserunt in Albam positi fuerunt in carcere ubi multa mala passi sunt in personis et rebus, pro quibus multi mortui sunt, alij autem se se redimerunt in maxima pecunie quantitate. Et totum predictum damnum dictum comune Astense substinuit et habuit causa adiuvandi Marchionem Guilelmum montisferati, ad hoc et pro eo quod non esset exheredatus. Et [6] gratia yhesu Christi comune Astense recuperavit totam terram quam perdiderat et satis lucratus fuit de alia. Et expulit de partibus istis omnes nuncios et Milites dicti domini Karuli, et omnia loca et castra que manutenebant dictum dominum Karulum sunt amici et iurati comunis Astensis [7]. Et etiam duravit ista secunda guerra per annos quinque et plus, et de qua guerra [8] comune Astense damnum substinuit de libris DCCC.^{m} et plus. De qua guerra comune Astense lucratus fuit Castrum coxani Rochetam [9] Faberum, Veneas, Vallum [10] et medietatem Castri sancti Stephani, Gorzanum, Castrum novum, Marcellengum [11] et lavezollum, [12] de quo factum est locus sancti Damiani, Tuerdum [13] et preocham. [14]

18. *De guerra* [15] *Marchionis montisferati* [16].

Anno domini MCCLXXXVIIII. Guilelmus Marchio montisferati habens magnum dominium et segnoriam in lombardia et posidens multa Castra et loca et etiam civitates silicet Canavesium, yporigiam, Vercellas, Novariam, Papiam, Terdonam, Alexandriam, Aquem, Albam et comitem Manuelem de blandrato et totam terram subditam predictorum. Quapropter elevatus est in superbiam maximam volens obtinere principatum tocius lombardie et maxime civitatis Astensis quamvis esset vassalus et civis civitatis Astensis [17] predicte, et renuentes predicti Astenses venire in subiugatione predicta exhibere ei dominationem aliquam penitus noluerunt cuius rei causa [18] predictus Marchio guerram intulit comuni Astensi maximam et mortalem faciendo comuni Astensi fraudulenter capere villam butiglerie [19] per manum comitis Manuelis superius memorati, et etiam currere terram et capere predam et comburere domos.

[1] Murat. *verterunt.* — [2] Comb. *quinque* — [3] *Homines* deest ap. Comb. — [4] Murat. CL. — [5] Id. 3500. — [6] Id. *Ideo in.* — [7] Id. *manutenebat dictus Carolus, facta sunt alia amica, alia propria et iurata.* — [8] Id. *et pro hac guerra.* — [9] Comb. *Faber.* Murat. *Fabri.* — [10] Comb. *vene vallis.* Murat. *Versolis.* — [11] Comb. *Marcelonghum*, Murat. *Marclogium.* — [12] Comb. *Lavezol.* — [13] Murat. *Iverdun.* — [14] Comb. *Priocham.* — [15] Comb. *Gullielmi.* — [16] Murat. *De guerra Ast, et marchionis Montisferrati.* — [17] *Astensis* deest ap. Comb. et ap. Murat. — [18] *Causa* deest ap. Comb. Murat. *propter quam causam.* — [19] Comb. et Murat. *Bulligliere.*

19. *De guasto facto per Guilelmum Marchionem montisferati*[1].

Anno domini MCCLXXXX die sabati XVIIIJ Marcij Guilelmus marchio Montisferati cum exercitu copioso scilicet militum circha[2] DCCCC[3] peditum vero XV^{m} venit in posse Astensium videlicet apud Insulam et hospitatus est in Castro Sanctorum Apostolorum de Caprayrolo[4] comburendo domos et devastando vineas et arbores usque ad nantum[5] et usque ad Castagnolas et blonicem[6] per tres dies, et non transivit tanagrum.

20. *De alio guasto facto per Marchionem eundem*[7].

Eodem anno, die Martis sancti XXVIIJ. Marcij, predictus Marchio Guilelmus cum exercitu magno scilicet militum M et peditum XXXV.^{m}[8] vel circha, venit in posse Astense in planiciem quarti, et ibi tentoria finxit[9] et combuxit et devastavit totam terram circumstantem usque vallem Juvenalem stando tantum per duos dies.

21. *De alio guasto facto per Marchionem*[10] *eundem*[11].

Eodem anno die Mercurij XXIIIJ. mensis Madii supradictus Marchio Guilelmus cum exercitu nimis magno venit in posse Astense apud montem magnum et ibi castramentatus est, et devastavit per dies quinque, postea die Mercuri XXIIIJ. Madij[12] venit in planam quarti et in Noxetum et devastavit et combuxit terram Astensem per dies v.

22. *De captione dicti Marchionis facta apud Alexandriam*[13].

Eodem anno, die dominico, X mensis septembris illi de Alexandria ceperunt personaliter Marchionem Guilelmum de Monteferate predictum, et ipsum duxerunt in palacio veteri comunis Alexandrie et posuerunt ipsum in quadam gabia de ligno de duabus payris[14] compedum compeditum[15] et ibi stetit in carceribus per annum unum et menses quinque et dies XXVI[16].

23. *De morte ipsius Marchionis Guilelmi apud Alexandriam*[17].

Anno domini MCCLXXXXIJ. die Mercuri VI mensis februarij mortuus est predictus Marchio montisferati in carceribus Alexandrie et sepultus est apud monasterium locedij. Et omnes civitates et loca quas et que ipse tenebat preter illa de suo patronali[18], suum filium ipso capto totaliter relinquerunt.

24. *De Johanne filio dicti Guilelmi marchionis montisferati*[19].

Anno domini MCCLXXXJ[20]. die Martis, XXVII septimo mensis Marcij. Dum esset predictus Guilelmus marchio adhuc in carceribus Alexandrie, et filius eius Johanes

[1] Ap. Murat. caput hoc cum superiore coniunctum, caret inscriptione. — [2] *Circha* deest ap. Comb. — [3] Murat. 3000. — [4] Murat. *Capraivolio.* — [5] Comb. *Nant.* — [6] Murat. *Blonitem.* — [7] Caput hoc coniunctum cum superiore caret inscriptione apud Comb. et Murat. — [8] Murat. 9500. — [9] Comb. *fixit.* — [10] Comb. *Gullielmum* loco *Marchionem.* — [11] Caput hoc superiori coniunctum caret inscriptione apud Murat. — [12] Murat. XXIX, *Martii.* — [13] Caput hoc adjungitur praecedenti ap. Murat. — [14] Comb. *pariis.* — [15] Murat. *De duabus partibus compeditatum.* — [16] Comb. *Vigintiquinque.* — [17] Caput hoc coniunctum est antecedenti apud Murat. — [18] Murat. *quae sunt. de suo patrimonio.* — [19] Caput hoc sine inscriptione legitur ap. Murat. — [20] Comb. et Murat. MCCLXXXXI.

puer esset, Marchio saluciarum cum consilio castellanorum montisferati duxit predictum Johanem in terram suam apud revellum. Postea eiusdem anni die Martis[1] xxviiij. mensis iunij, predictus Marchio saluciarum misit Johanem predictum ad comitem dalfinum in dalfinesio, et predictus comes dalfinus misit ipsum Johanem ad dominum Karulum regem Sicilie[2] in provinciam, qui daret[3] ei suam filiam in uxorem prout[4] dicebatur promisisse.

25. *De pace facta inter Astenses et vicarios predicti Johannis*[5].

Anno domini mcclxxxij.[6] die Jovis xij mensis Junij[7] facta fuit pax inter dominum Guilelmum de lambertinis potestatem Astensem nomine comunis Astensis ex una parte, et dominos Ubertum de Coconato, Facinum de tilio[8], Nicolinum bastardum et Jacobum de gabiano vicarios nomine domini Johannis marchionis montisferati ex alia. In qua pace predicti vicarij dederunt dicto potestati nomine comunis astensis castrum[9] tongi, castrum curtiscellarum[10], feudum sancti Stephani de coxano et feudum castagnolarum, et insuper absolverunt et confirmaverunt dicto potestati nomine comunis predicti totam terram quam ipsum comune de veteri et de novo[11] ubicunque tenebat vel alius pro ipso comuni tam in feudo quam in alodio. Et etiam promiserunt et iuraverunt quod predictus Johannes omnia que in predicta pace continentur laudabit et approbabit et confirmabit usque ad[12] festum omnium sanctorum sub pena m marcharum argenti, quam observare noluerunt predicti vicarij, in dando Curticellas et feudum sancti Stephani. Et de qua guerra comune Astense substinuit damnum de libris d.m[13] et plus. Et comune Astense lucratus fuit de ista guerra medietatem Felizani, Castrum vignialis[14], Castrum ulivule, feudum Castagnolarum, Castrum Caliani, Castrum tongij[15], feudum castri cebere[16], feudum malvengij[17], Feudum de Chunico. Quinta pars Castri novi de rivalba[18], feudum lovencij, feudum poglani, Medietatem ripe, Castrum porcilis et Citaniaticum[19] Castrorum montisacuti[20] et sancti Stephani et rationem quarterij curtismilie cum pertinencijs, et citaniaticum Encise, Castri novi, Carentini et Bergamaschi, et etiam polentium[21].

26. *De primo potestate Astensi.*

Anno domini mclxxxx die secundo exeunte[22] mense septembris in festo sancti Micaellis Civitas Astensis primo incepit habere potestatem, nam ante per consules regebatur, et primus potestas Astensis fuit dominus Guido de landriano mediolanensis, qui fuit bonus et legalis et multa bona fecit comuni Astensi.

[1] Murat. *veneris.* — [2] Comb. et Murat. *Ciciliae.* — [3] Comb. et Murat. *dare.* — [4] *Prout* deest ap. Comb. et Murat. — [5] Caput hoc caret inscriptione ap. Murat. — [6] Murat. et Comb. mcclxxxxii. — [7] Murat. *Die mercurii in mensis junii.* — [8] Id. de *Tilzo.* — [9] Id. *Tangi.* — [10] Comb. et Murat. *Cortixelarum.* — [11] Murat. *ab antiquo et de novo.* — [12] Id. *infra.* — [13] Comb. *quinque millibus.* — [14] Id. et Murat. *Vignalis.* — [15] Murat. *Tangi.* — [16] Comb. et Murat. *Ceberi.* — [17] Id. *Montalengi.* — [18] Murat. *Rivarba.* — [19] Id. *Castrum parulis et Setainaticum.* — [20] Id. *Montis Alieti.* — [21] Comb. et Murat. *Pollentiam* — [22] Murat. *Die* xx *exeunte.*

27. *De hedificijs civitatis Ast* [1].

Eodem anno quod civitas Astensis incepit habere potestatem erat dicta civitas de sepis [2] clausa, et non erat in ipsa civitate domus aliqua de matonis novis.

28. *De posse quod tenebat tunc comune Astense ultra tanagrum* [3].

Eodem anno civitas Astensis tenebat posse infrascriptum videlicet ultra tanagrum [4], Villam Azzanij [5], Montem marcidum [6], Nanteum sanctum Marzanum de rocha sclavina, montem gardinum et Belengerium [7].

29. *Item inter tanagrum et burburem tenebat istas* [8].

Villam camayrani [9], Vallegias, Villam plane, Reviglascum, Antegnanum, Taxerias, Molegnanum, Villa palacij [10], villa cellarum, Casteglonum de romano [11] Vagleranum, Cumignanum et villam montisbonini.

30. *Item in valle canalium tenebat istam.*

Villam tegolarum inferiorum.

31. *Item in valle Trevecie* [12] *tenebat villas infrascriptas.*

Villam Montis baldicherij, Corfrancischam, Andonam et villam montisfreoni.

32. *Item in valle Rialti* [13] *tenebat istas villas.*

Villam rupe [14] rupte, villam burgi ratti [15], villam sexanti [16] et villam montegleti [17].

33. *Item de versus vallem manariam tenebat istas.*

Villam vallis manarie et villam Calianeti.

34. *Item in valle verse tenebat infrascriptas villas.*

Villam Maxij, villam barcharum, et villam Castri alferij,

35. *Item ultra versam tenebat villas istas.*

Villam Castegloni de ultra versam, villam canayglarum, villam curtiscomarij, villam serizolegij [18], et villam Grixani [19].

36. *Item in valle tanagri tenebat istam villam.*

Villam veterem quarti, ubi dicitur plebs quarti.

Et predicte ville veteres proprie [20] *vacantur* [21] *ville veteres* [21] *comunis Ast et homines*

[1] Caput hoc cohaeret cum superiore ap. Murat. et caret inscriptione. — [2] Murat. *de spinis.* — [3] Murat. *De villis quae erant in posse Ast, et de posse veteris civitatis Ast.* — [4] Comb. *tenebat.* — [5] Id. *Azani.* — [6] Murat. *Montem Marcidum, Sanctum Secundum ad Nantem, Sanctum Marzanottum, Rocam Sclevinìam.* — [7] Comb. et Murat. *Bellingerium.* — [8] Capita 29 ad 36, propriis inscriptionibus minime distinguuntur apud Murat. et Comb. at uno eodemque capite continentur. — [9] Comb. *Cameyrani.* Murat. *Comeyrani.* — [10] Comb. *Villaplani.* — [11] Murat. *Casteglonum de Romano apud Cellas.* — [12] Id. *Treceitii.* — [13] Comb. *Rilati.* Murat. *Dilati.* — [14] Comb. et Murat. *Rippae.* — [15] Id. *Burgiratti.* — [16] *Sexami.* — [17] Murat. *Montis Alieti.* — [18] Comb. et Murat. Scrizolengii. — [19] Id. *Grınsani.* — [20] Murat. *propria.* — [21-21] Deest ap. Murat.

predictarum villarum sunt homines comunis Ast solvendo fodrum rusticale semel in anno.

37. *De diminutionibus villarum veterum*[1].

38. *De villa Ripe rupte*[2].

Villa Ripe rupte[3] et posse posita est in posse vetus civitatis Astensis sive in burgis coherentibus civitati. Et homines qui ibi habitant solvunt fodrum in Ast.

39. *De villa vallis Manarie*[4].

Villa vallis manarie et posse posita est in posse veteri civitatis Astensis, sive in burgis coherentibus civitati, et homines qui ibi habitant solvunt fodrum in Ast.

40. *De villa Quarti veteris, et villa Mirabelli.*

[5] Villa Quarti et villa mirabelli[5] posite sunt per comune Astense in una villa nova que vocatur quartum novum propter guerram Nonj[6] et Alexandrie[7], et facti sunt cives Astenses.

41. *De villa Castri Alferij, et de villa burgi sancti Petri sive et Guaderabij.*

Villa Castri Alferij posita est per comune Astense in plana de versa ubi dicitur ad guaderabium sive ad burgum sancti Petri, et homines dicte ville facti sunt cives astenses, postea reversi sunt apud Castrum Alferium propter guerram Marchionis Montisferati, et ibi sunt cives Astenses.

42. *Invenitur quod Civitas Ast multa mala passa est vel fuit ab inimicis suis et vicinis qui in circuitu eius sunt*[8].

Civitas Astensis multa mala passa est ab Imperatoribus, a summis pontificibus. Ab episcopo et Ecclesia Astensi. A comitissa Alaxia. A Marchionibus montisferati. A comitibus de blandrato. A Marchionibus de guasto. A Comitibus sabaudie. A domino karulo fratre regis francie, et Rege Sicilie[9] et comite provincie. A Castellanis de turrexana. A Castellanis de ultra tanagrum. A Castellanis de Astixio. Ab Alexandrinis. A Mediolanensibus. A falsis civibus Astensibus et etiam a multis alijs personis.

43. *De ampliatione et multiplicatione Civitatis Ast, et de vindicatione omnium supradictorum malorum et inimicorum suorum*[10].

Summa quod civitas[11] Astensis tanta mala passa sit[12], Dominus noster yhesus Christus custodivit eam, et eius pietate et misericordia fecit omnia suprascripta mala omnimode superare et etiam ampliavit terram Astensem et multiplicavit bona ipsius in personis et hominibus, Castris villis terris, possessionibus domibus, et mobilli sicut modo patet et a parte[13] videtur. Et insuper comune Astense vindicavit se de maiori

[1] Inscriptio haec coniuncta est superiori apud Murat. — [2] Murat. et Comb. *Villae ruptae.* — [3] Id. *Villae ruptae.* — [4] Caput hoc desideratur ap. Murat. — [5-5] Verba haec desunt ap. Comb. et Murat. — [6] Comb. *Novi.* — [7] Murat. *prope villam Noni.* — [8] Murat. *De multis malis, quae passa est civitas Astensis.* — [9] Comb. et Murat. *Ciciliae.* — [10] Caput hoc coniunctum est cum superiore ap. Murat. — [11] Murat. *Sed licet civitas.* — [12] Id. *tamen.* — [13] Comb. et Murat. *aperte.*

parte predictorum, et habuit honorem de predictis qui sibi malum fecerunt et intulerunt, et de omnibus guerris et questionibus.

44. *De ditatione et renovatione Civitatis Ast* [1].

Anno domini MCCLXXX civitas Astensis per gratiam dei facta est quasi nova plena divicijs clausa bonis muris et novis et plena multis hedificijs turribus palacijs et domibus novis quasi tota.

45. *De Civitate Ast ornata bonis Militibus et populo et sapientibus et potentibus viris* [2].

Item civitas Astensis ornata est sapientibus et nobilibus civibus divitibus et potentibus.

Item civitas Astensis ornata est populo sapienti et bono et divicijs pleno, et [3] libenter custodit bona et honorem comunis Astensis.

Item civitas Astensis ornata est pulcerimis dominabus plenis et imbutis ornamentis auri et argenti et vestibus preciosis, quarum garlande auri et argenti plene sunt margaritis et lapidibus preciosis [4].

Item civitas Astensis ornata est burgis coherentibus civitati quasi circumquaque.

46. *De civitate Ast que est ornata viris religiosis, Monacys et mulieribus religiosis* [5].

Item civitas Astensis ornata est religionibus novis per circuitum, scilicet fratribus predicatoribus, Minoribus [6] heremitanis Monasterio Sancte Aguetis [7] fratribus et sororibus ecclesie sancti quiricij filiabus dei [8], monasterio Sancte Anne fratribus et sororibus humiliatorum de domo dei, Monasterio sancti Spiritus, fratribus de sachis [9] fratribus de carmillo [10], Sororibus sancti salvatoris, et Monacabus sancti Anastasij, et omnes predicte religiones habent ecclesiam et Comventum.

47. *De civitate Ast ornata bono furmento et vino optimo et bono* [11].

Item civitas Astensis ornata est furmento et vino bono et optimo, et omnibus alijs necessarijs ad civitatem pertinentibus.

48. *De regesto* [12] *terrarum et possessionum Civitatis Ast* [13].

Item civitas Astensis habet in domibus [14] terris et possessionibus tantis que ascendunt ad regestum [15] usque ad libras D.^{m} [16].

49. *De registro mobili ipsius Civitatis.*

Item civitas Astensis habet de mobili ad regestum [15] factum per Manfredum pelletam et socios in civitate et burgijs coherentibus civitati quod asendit usque ad libras viginti centum milia salvo pluri.

[1] Inscriptio deest ap. Comb. et caput hoc superiori est coniunctum. Murat. *Quando civitas Astensis fuit reaedificata de novo et de eius laudibus.* — [2] Inscriptio deest ap. Murat. — [3] Murat. *qui* loco *et.* — [4] Id. *et vestibus quae plenae sunt margaritis et lapidibus pretiosis.* — [5] Comb. *est ornata virorum religiosorum, monachorum et mulierum religiosarum.* Ap. Murat. deest inscriptio. — [6] Comb. et Murat. *Fratribus.* — [7] Comb. et Murat. *Agnetis.* — [8] Id. *Fratribus Minoribus.* — [9] Murat. *De saccochis.* — [10] Comb. et Murat. *de Carmelo.* — [11] Inscriptio haec deest ap. Murat. — [12] Comb. et Murat. *registro.* — [13] Id. deest *Ast.* — [14] Murat. *Dominationibus.* — [15] Comb. et Murat. *registrum.* — [16] Id. *quinque milia.*

50. *De Milicijs quas facere potest Civitas in civitate*[1].

Item civitas Astensis potest facere[2] in suis villis milicias CLX. de uno equo vel equa[3].

51. *De posse civitatis Ast*[4] *prout protenditur et usque quo et ad quem locum*[4].

Item posse Astense protenditur ultra tanagrum, a Maxio usque ad Neveas.

Item posse Astense protenditur in valle Tidoni usque ad malam mortem[5] et viginti[6].

Item posse Astense protenditur in valle belbij a sancto marzano usque ad castanum.

Item posse Astense protenditur in valle tinelle[7] usque ad trezium.

Item posse Astense protenditur inter tanagrum et burbure usque ad Maglanum et Castrum aynaldum.

Item posse Astense protenditur in valle canallium usque ad villam canallium et Montam[8] fangi, et ab inde superius usque ad cerexolas summam ripam de bosco, summam ripam de perno, et usque Braydam et Cabalerium[9] maiorem.

Item posse Astense protenditur de versus planam usque ad podium guarinum, Ripam et castrum novum de rivalba.

Item posse Astense protenditur in valle trevezie[10] usque ad butigleriam et meletum.

Item posse Astense protenditur in valle rialti[11] usque ad montem clarum.

Item posse Astense protenditur in valle verse usque ad castrum Ceberum[12] Tongum et Callianum

Item posse Astense protenditur[13] ultra versam[14] montem magnum granam et vignale.

Item posse Astense protenditur in valle tanagri usque ad felizanum.

Et predicta terra vocatur[15] loca nova comunis Astensis, exceptis[16] villis veteribus comunis Astensis et Vassallis et castris civium.

52. *De reversione Johannis de monte ferato in montemferatum*[17].

Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto de mense aprilis, Johanes de monteferato relinquit curiam domini Regis karoli[18] in curia cardinalium versus romam et reversus est[19] in Monteferato, eo quod dictus dominus Rex karolus noluit ei dare filiam suam in uxorem, qui Johannes fecit guerram Alexandrie, et ipsi Alexandrini fecerunt guerram cum ipso Johanne.

[1] *In civitate* deest ap. Comb. et ap. Murat. deest inscriptio ipsa. — [2] Comb. et Murat. *in civitate et burgis cohaerentibus civitati milicias* (Murat. *Milites*) *sexcentum de duobus equis ad racionem de libris quatuor millibus pro milicia.* Hoc ap. Comb. et Murat. sequitur aliud caput, inscriptum; *De miliciis villarum ipsius civitatis,* cuius sententia eadem est atque capitis num. 50. praeter ea, quae in extremo capite ap. Murat. et Comb. addita sunt. - *ad racionem de libris decem pro milicia.* — [3] Hoc loco sequuntur ap. Comb. et Murat. duo capita, quae in codice nostro desiderantur, quorum inscriptiones sunt: - *De civibus aliquibus plenis falsitate, ignavia et dolo.* - *De civibus populi latronculis.* — [4-4] Haec verba desunt ap. Murat. — [5] Murat. addit, *quod castrum dicitur Belvederium.* — [6] Id. *seu Vincium.* — [7] Murat. *Tigellae.* — [8] Comb. *Molam Fangi.* Murat. *et a montata Tangi.* — [9] Comb. *Cabalerium.* — [10] Id. *Trevecie.* Murat. *Travetia.* — [11] Comb. *Rilati.* — [12] Id. *Ceberi.* — [13] Comb. et Murat. *est.* — [14] Id. *usque ad.* — [15] Id. *Et praedictae terrae vocantur* — [16] Id. *ex dictis* loco *exceptis.* — [17] Murat. *De Johanne Marchione Montisferrati.* — [18] Comb. et Murat. *et.* — [19] Murat. *Romam progressus reversus est.*

Incipit secunda pars de privilegijs imperatorum concessis comuni Astensi.

1. *De privilegio domini henrici VI. romanorum Imperatoris.* 1194. 26 Maij [1].

(In fronte huius diplomatis minio depictus est Imperator, id ipsum privilegium concedens. Vid. Tab. I).

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia romanorum imperator et semper augustus. Imperatorie maiestatis comvenit equitati, ut illorum profectibus et honori propensius dignemur intendere, quorum devocio circa obsequia nostra et imperij sincera semper extitit et operum exibitationibus [2] fervens et fructuosa comparuit. Qua sane consideratione ad interventum devotorum nostrorum Jacobi stricti potestatis Astensis et tocius comunis quos in obsequis nostris semper invenimus illares et sensimus efficaces, Notum esse volumus et etati presentium et successioni futurorum, quod nos ipsi comuni imperiali auctoritate concedimus ut omnes possessiones quas nunc tenet vel posidet aut inposterum [3] iuste conquisierit imperialis auctoritatis concessione liceat ei posidere et defendere si forte contingat quod aliquis ipsum comune in eisdem possessionibus indebite attentaverit [4] perturbare. Statuimus itaque et imperiali edito sanctimus [5] ut nullus episcopus, dux, Marchio, Comes, vicecomes, Civitas vel Comune, nulla denique persona alta vel humilis ecclesiastica vel secularis, huic nostre concessioni et confirmationi obviare presumat. Quod qui facere attemptaverit in ultionem et penam sue temeritatis, LX. libras auri componat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero iniuriam pacientibus persolvatur. Ad cuius rei certam inposterum evidentiam presentem paginam inde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Rupertus de durne, Hugo de madda [6], Arnoldus de horenbech [7], Blicherus [8] de stema, Brengerus [9] de gambrac [10], Golfardus de cruthem [11], Archimanus de brithigne [12], Richulfus de carlebruc [13], Hiltebrandus de slegetal [14], Eberardus marscalcus de anebos [15] et frater eius henricus. et alij quamplures. Signum domini henrici [16] romanorum imperatoris sexti [17] invictissimi, Ego Siglonus [18] imperialis aule canzelarius [19] vice Conradi [20] archiepiscopi maguntine [21] tocius germanie archicanzelarij recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXCIIII. Indictione XII^a^, Regnante domino henrico sexto romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XX, [22] imperij vero tercio Data apud clavennam per manum Alberti imperialis aule prothonotarij VII° Kallendas iunij.

[1] Diploma hoc jam dudum in lucem prodiit in Monum. histor. patriae Chart. Tom. II col. 1161 Taurini 1853, ad fidem archetypi asservati in tabulario Civitatis astensis.

[2] Monum cit. *exhibitionibus.* — [3] in *futurum.* — [4] *attemptaverit.* — [5] *edicto sancimus.* — [6] *macla.* — [7] *horenberc.* — [8] *biclerus.* — [9] *berengerus.* — [10] *gam̄bc.* — [11] *Wolfradus de crutheim.* — [12] *hartmannus de butingen.* — [13] *ricolfus de carleburc.* — [14] *Slegeltal.* — [15] *Marescalcus. de aneboz.* — [16] *sexti.* — [17] deest *sexti.* — [18] *siglous* — [19] *cancellarius* — [20] *cunradi* — [21] *Moguntini* — [22] XVIIII.

2. *De privilegio domini frederici secundi romanorum regis.* 1219. Februarij [1].

In nomine sancte et individue trinitatis, Fredericus secundus divina favente clementia romanorum rex et [2] semper augustus et rex sicilie, Consuevit regalis munificentia suos quoque fideles beneficijs ditare et honoribus ac muneribus ampliare. Inde est quod notum fieri volumus omnibus ad quorum evidentiam presens privilegium pervenerit. Quod nos attendentes puram fidem et sinceram devotionem quam fideles nostri Astenses et ipsum comune Astense nostris progenitoribus divis Augustis domino Frederico avo et domino henrico patri nostro ac etiam regi Phylipo patruo nostro felicis memorie nobis quoque in necesitatis articulo et nostre promotionis initio in omnibus et per omnia fideliter exhibuerunt et imposterum se se exibituros non dubitamus, ipsis Astensibus et comuni Astensi dilectis fidelibus nostris ob retributionem sui benemeriti, donamus concedimus et confirmamus inperpetuum plenariam Jurisdicionem tam in civilibus quam in criminalibus causis alijsque omnibus que ad iuridicionem pertinere videntur in civitate Astensi et extra per totum districtum eiusdem civitatis in hominibus et possessionibus quos et quas ipsum comune detinet vel alius pro eo vel posidet seu quasi posidet, vel decetero iusto titullo [3] poterunt adhipisci, Confirmantes eidem comuni seu civitati universas consuetudines quas hactenus [4] habuit vel quibus uti consuevit, et specialiter in maleficijs puniendis, sentencijs dandis, munitionibus construendis et destruendis, alijsque omnibus que ad utilitatem et regimen tuitionem et munimen civitatis pertinent, tam in civitate quam extra secundum morem aliarum nobilium civitatum de lombardia [5]. Et omnia privilegia dicte civitati pertinentia similiter confirmamus excepto castro Noni cum pertinencijs suis, concedentes insuper eidem comuni et civitati omnia Iura imperio et nobis [6] pertinencia in rebus tam mobilibus quam inmobilibus et possessionibus et hominibus quos vel quas prefatum comune seu civitas posidet vel detinet vel alius pro eo [7], Ita ut decetero predicta civitas Astensis seu predictum comune perpetuo predictis omnibus utatur et fruatur, et omnia ista habeant et libere teneant absque nostra nostrorumque successorum contradictione. Et deo volente predictis Astensibus fidelibus nostris multa maiora largiemur. Statuimus igitur et regali edito sancimus, ut nullus Episcopus, dux, Marchio, Comes, vicecomes, Civitas vel Comune nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, huic nostre concessioni et confirmationi obviare presumat. Quod qui facere attentaverit in ultione [8] et penam sue temeritatis Mille libras auri puri componat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero pacientibus iniuriam persolvatur. Ad cuius rei certam inposterum evidentiam presens privilegium conscribi et bulla aurea tinpano maiestatis nostre in pressa [9] iussimus comuniri, huius rey testes sunt Magdeburgensis Archiepiscopus, vormaciensis [10] episcopus, Abbas sancti Galli, Taurinensis [11] episcopus ytalie vicarius, Novariensis episcopus, Iporienus [12] episcopus, Dux baverie [13], et Comes palatinus reni, Dux Saxonie Dux

[1] Hoc diploma, haud ita magna cum varietate verborum, iterum occurrit in Codice fol. V′, sine confirmatione Notarii R. Arancaboschi; unde coniicere licet ibi ex ipso archetypo transcriptum fuisse. Quod quoniam inutile erat iterare, solam inscriptionem suo loco ad N. 9, posuimus; hic lectiones varias afferemus in calce.

[2] Deest *et.* — [3] *titulo.* — [4] *ipsum comune.* — [5] *Lombardie.* — [6] *nomine imperii.* — [7] *et eis.* — [8] *ultionem.* — [9] *impressa.* — [10] *Warinacensis.* — [11] *Tauronensis.* — [12] *Iporiensis.* — [13] *bavvarie.*

barbancie [1], Guillelmus Marchio montisferati, Dux spoleti, Varnerius [2] de bollanda [3] dapifer, Philippus frater eius, Anselmus de Iustinc [4] marescalchus et quamplures alij. Signum domini FR. [5] secundi dei gratia romanorum regis semper Augusti et regis sicilie.

(*M*) Ego Conradus dei gratia Metensis et spirensis episcopus, et Imperialis aule canzellarius vice domini Sifredi [6] maguntine sedis Archiepiscopus [7], et tocius germanie archicanzellarius [8] recognovi. Acta sunt hec, Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo nonodecimo mense februarij indictione VII^a^ Regnante domino nostro Frederico secundo dei gratia excellentissimo romanorum rege semper Augusto et rege sicilie, Anno romani imperij [9] ipsius in germania septimo, et in [10] Sicilia vicessimo feliciter amen. Datum apud spiram per manus henrici Imperialis aule prothonotarij, Anno mense et indictione prescriptis [11]. Ruffinus aranchaboscus notarius exemplavit privilegium ut supra, Homodeus gallus et Manfredus carena notarij dicto privilegio exemplato subscripserunt.

3. *Autenticum unius privilegij Imperatoris frederici.* 1220. 29 Octobris [12].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigessimo septimo indictione XV^a^ die veneris VIII° intrantis octubris dominus Albricus de rovereto Iudex et gerens vices domini Barotij de burgo potestatis Astensis precepit michi Musso boviculo notario, ut paginam seu privilegium cuius forma inferius legitur autenticarem et in formam publicam et publici instrumenti redigerem.

Fredericus dei gratia romanorum rex semper Augustus et rex sicilie. Divine pietatis clementia et considerationis [13] intuitu nos ad culmum [14] imperij preordinasse reputamus, ut regni gubernacula secundum iusticie et equitatis normam salubriter administrantes quod sui iuris est unicuique conservemus illesum. Cuius rei executionem benivole intendentes petitioni [15] dilecti fidelis nostri Ja(cobi) Astensis episcopi quem fidei puritas et grata servicia nobis exhibita recommendant, volentes admittere omnes venditiones donationes pignerationes et alienationes feudorum que ab Astensi ecclesia tenentur factas a vasallis ecclesie memorate, decernimus prorsus yritas et inanes, presertim cum sine consensu Astensis episcopi et capituli sui factas esse noscantur impercientes eidem episcopo et suis successoribus plenum Ius et auctoritatem revocandi et recuperandi ad Ius et dominium Astensis ecclesie et episcopatus feuda ut supra legitur alienata, non obstante quod dicatur ab illis qui predicta feuda detinent a vasallis Astensis ecclesie eodem feudario nomine detinere, Remotis etiam omni contraria consuetudine et qualibet temporis prescriptione, Ad cuius rei evidentiam et perpetuam firmitatem presentem paginam scribi et maiestatis nostre sigillo Iussimus inferius roborari. Quicunque autem huius nostre concessionis violatcr extiterit vel contemptor indignationem nostram se noverit graviter incursurum. Datum in castris apud plebem sancti Archangeli IIII° kallendas novembris MCCXX. indictione VIIII.^a^ factum fuit preceptum urbe Ast in domo petri de plathea et nepotum suorum,

[1] *brabancie.* — [2] *Varnerus.* — [3] *boland.* — [4] *iustinc.* — [5] *Fredericij.* — [6] *Scefredi.* — [7] *Archiepiscopi.* — [8] *Archicanzellarij.* — [9] *regni.* — [10] Deest *in.* — [11] Hoc loco cadit signum monogrammatis.

[12] Diploma hoc ex ipso Codice nostro transcriptum a L. Edlbacher edidit Joh. Friedrich Böhmer *Acta imperii selecta* Innsbrück 1866-70, pag. 248. N. 281. iis tantum omissis, quæ Notarius adiecit in hoc exemplo. — [13] l. c. *consideratione.* — [14] *culmen.* — [15] *petitionem.*

presentibus testibus domino Marescoto de burgo cive papie, Petro de plathea et iacobo mauzano de Aste. Ego Mussus bovicolus notarius palatinus ex Mandato domini Albrici Iudicis, dictam paginam sive privilegium autenticavi in qua pendebat cerea bulla dicti domini FR. romanorum regis in qua erat eius maiestas in cadedra sedens impressa habens in manu destra sceptrum et in sinistra pomum cum cruce cum circumscriptione tali . ✝ . FR. dei gratia romanorum rex et semper augustus et rex sicilie, et in formam publici instrumenti redegi nichil addens vel mutans propter quod materia minuatur vel alteretur etiam scripsi, hondeus gallus et pellegrinus notarij subscripserunt.

4. *Privilegium domini henrici sexti imperatoris concessum comuni Ast* MCCCX. 1310. 8 Decembris [1].

Anno domini Millesimo trecentesimo decimo Indictione octava, die octavo decembris. Actum Ast in Refectorio fratrum minorum, presentibus Reverendis in Christo patribus domino thebaldo dei gratia episcopo leodivensi [2], et domino Giraldo episcopo sabinensi, domino Aymone episcopo gebennensi, domino Guidone episcopo Astensi domino Amedeo comite Sabaudie, Philipo de Sabaudia principe Achaye, dominis Anthonio de [3] bargis, Andrea gareto, Berardo laniolo utriusque iuris professoribus, dominico pelleta, Antonio cazzo de solario Beneta de solario, Guillelmo gardino iuris perito, Conrado malabayla et Bartolomeo Velleruto notariis, et pluribus alijs ad infrascripta testibus vocatis et rogatis. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod vocatis et congregatis pluribus et diversis hominibus civitatis Astensis tam magnatibus quam popularibus voce preconia per Petrum bochonum nuncium et preconem comunis Astensis de mandato serenissimi domini domini henrici dei gratia romanorum regis et imperatoris in refectorio supradicto ubi maior pars civium dicte civitatis aderant, Coram serenissimo domino domino henrico dei gracia romanorum rege et imperatore ellecto, et ipso mandante ibidem assistente cum prelatorum baronum et nobilium numero copioso, Nobilis vir dominus Nicolaus de bonsenioribus de senis dominus Montisiovis consiliarius dicti domini imperatoris ac etiam vicarius dicte civitatis pro dicto domino rege, Existens in conspectu dicti domini regis et predictorum, ipso que domino Rege presente audiente et mandante et inteligente, dixit palam et publice [4] et alta voce, quod idem dominus Rex pura mente sponte gratuite et ex certa sciencia propter bonitatem et benemerita [5] dictorum civium Astensium, concedebat, annuebat confirmabat et ratificabat eo modo et forma quibus melius [6] et dictari posset suam graciam et bonam voluntatem dictis Civibus presentibus et absentibus et comuni de Ast. Quodque idem dominus Rex eo modo et forma quibus melius fieri et dictari posset ad utilitatem et comodum dictorum Civium et comunis Astensis, ex certa scientia laudabat approbabat ratificabat et emologabat, et de novo pura mente et intentione donabat dicto comuni et civibus presentibus pro se et alijs et dicto comuni recipienti omnia privilegia immunitates et franchisias, donationes concessiones et gracias ususque et consuetudines et omnes contractus, que quos et quas olim Romanorum reges et imperatores seu habentes bayliam ab ipsis, dederunt concesserunt annuerunt approbaverunt et

[1] Iam ex hoc ipso Codice transcripsit Ficker atque edidit, Böhmer *Acta imp. cit.* pag. 794. N. 1103. — [2] l. c. *leodiensi.* — [3] *baragis.* [4] deest *et publice.* — [5] *benemeritum.* — [6] addit (*fieri*).

ratificaverunt, fecerunt et contraxerunt, eisdem civibus et comuni seu cum eisdem vel alijs recipientibus et contrahentibus nomine dicti comunis et quibus et sicut hactenus dicti cives et comune usi fuerunt in dicta civitate burgijs et territorio, et in villis de posse et districtu et iurisdicione Astensi vel aliunde. Quodque etiam idem dominus Rex modo et forma quibus supra, Ex certa scientia, laudabat approbabat, ratificabat et emolgabat, et etiam de novo dabat, donabat et concedebat dictis Comuni et civibus omnia iura iurisdicionem et merum et mixtum imperium, terras villas homines et vasallos fidelitates et homagia castrorum fortalicia omnia que loca et terras que quos et quas dictum comune et cives tenuerunt habuerunt detinuerunt et exercuerunt possiderunt vel quasi per se vel per alium et prout et sicut dictum comune et homines visi fuerunt habere et tenere detinere exercere et posidere vel quasi per se vel per alium in dicta civitate Astensi et burgijs et teritorio villis terris castris et fortalicijs hominibus vel vasallis mero imperio et iurisdicionibus. Ita et taliter quod dictum comune et cives ab inde in antea pure et libere et absolute per se vel per alios utantur et fruantur et uti et frui possint ut veri domini.

5. (*Privilegium Conradi II. Romanorum regis Comuni Astensi* 1140[1].

[In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Conradus divina favente clementia Romanorum rex secundus, fidelibus suis civibus Astensibus in perpetuum. Officii nostri ratio nos admonet omnibus in regni nostri spatioso ambitu constitutis qui nostrae obediunt jussioni aequitate proposita, jus suum conservare et a pravorum hominum violenta invasione protegere. Eos vero attentius confovendos arbitramur ac propensiore liberalitate donandos qui debito fidelitatis nobis arctius obligati in nostro regnique servitio cura pervigili continuo mancipantur. Eapropter vobis astensibus ob fidei vestrae studium et obsequii propositum praesertim petitionem dilectae coniugis nostrae Gertrudis Reginae] et [Frederici fratris nostri Ducis Svevorum auctoritatis] nostrae [regali munificentia, jus faciendi monetam in ci]vita[te Astensi donamus ad honorem et decorem civitatis] et usum [civium omnino profuturam. Et sicut a princi]pe largit[iones beneficiorum exuberant, sic etiam populi] debitum es[t ut mandato principis fideliter et affectu]ose obtemperet. [Decernimus ergo per praesentis privilegii] paginam, ut licea[t vobis hominibus nostris Astensibus hac nostra] concessione, nunc et inp[osterum libere uti. Si quis autem] huius precepti nostri seriem [violare tentaverit, centum] libras auri purissimi comp[onat; quarum partem di]midiam camere nostre, reliqua [vero praefatis Astensibus persol]vat, huic nostrae concessioni. Testes y[doneos adhibui]mus, quorum nomina sunt hec, Albertus [Magrontinus] episcopus, Adelbero treverensis Archiepiscopus [Arnoldus] coloniensis archiepiscopus, Furbrico, virzibu[rgensis episcopus] Otto frisingensis episcopus, henricus ratisponens[is episcopus] Fredericus dux Svevorum, Henricus comes pa[latinus] Conradus dux Carinthie, Adelbertus dux laxonie Thiepaldus marchio, herimanus marchio, Arnoldus comes de cleva, Adolfus comes de monte, Adelbertus comes de levvestem, Herimanus comes de scaleckin, hebrardus

[1] Diploma hoc jamdiu edidit Ughelli — *Italia sacra* etc. Venetiis 1719. Tom. IV. col. 362, inde transtulimus, quadratis virgulis includentes, quae in Codice nostro desiderantur, discissa parte folii, ubi privilegium continebatur.

comes de sulecbach, godefridus Castellanus de nurenberg, signum domini conradi secundi Romanorum regis invictissimi. (M) Ego Arnoidus cancellarius, vice Adelberti Magontini archicanzelarij recognovi, Anno dominice [Incarnationis 1140. Indict. 3 regnante Conrado Romanorum Rege secundo, anno 2 Regni eius quarto.

Datum in Soldensi Curia apud Vilisbur. In Christi nomine Feliciter Amen].

6. (*Privilegium Frederici imperatoris de privilegiis concessis Comuni Astensi*). 1159. 15 Februarii[1].

[In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Imp. August. Universorum Christi et Imperii fidelium tam futura quam presens noverit etas quod Astensem civitatem in nostram jurisdictionem et specialem potestatem suscepimus. In qua honorem et servitium cum omni liberalitate ordinantes, Rectores nostros, pro nostrae voluntatis arbitrio in ipsa statuimus, videlicet Carioth et Robaldum, Gardinum et Petrum Cortesium: quibus curam et custodiam et regimen civitatis intus et extra de iis quae pertinent ad regalia jura committimus cum districto villar]um, [quarum districtum soliti erant habere;] Quarum [nomina sunt haec, Aazanus Mons manidus, Hanthe]s, ca[strum Gardini, Berengarius, Sanctus Mar.ia]nus, qua[ttordeum, Mirabellus, Quartus, Serizolen]gus, Curtis [Comarius, Castellionus, Canaglygle, Gri]sianus. Bar[cus, Vial, Dicianus, Milled]olium, Max. Tel[liolas, Caxanus, Celle, Terraboma, Cumign]anus, Antegnanus, [Castellioni, Vallegle, Camayranu]s. Taxere. Solum. [Monsporcinus, Sexant, V]allis albignana, Riparupta [Monstegletum, Hercule] Melegnanus, Plaz, Ruviglascus [Vajaglatum, Planum S. Michaelis] Monsbaldicherius, Curtis fran[cisca, Casper]is, Cereta, Padernus, Et si quae aliae [domus sunt i]n quibus soliti erant districtum habere, ut a[utem praefata] civitas in omni fidelitate devocior et ad servi[tium Imper]ij semper inveniatur paracior ipsam civitatem [et episco] patum et comitatum, et omnia supra memorata [praedicti]s tribus Astensibus potestatibus excepto fodro regali, hoc [ten]ore comisimus, et singulis annis in festo sancti Martini centum et quinquaginta marchas argenti fisco imperiali persolvant, dimidiam partem de ipsa civitate, et dimidiam extra et in comitatu sibi comisso et episcopatum. Preterea Castrum Nonij cum omnibus eius pertinencijs, eiusdem civitatis Rectoribus, hoc pacto comisimus ut similiter in festo sancti Martini singulis annis, quinquaginta Marchas argenti nobis inde persolvant. De cetero hanc potestatem sibi commissam et in civitate et in comitatu, predicti tam diu rectores habeant quam diu maiestati nostre in ipsis bene complacuerit, Adhicientes quoque constanter statuimus, quod predictam potestetem de civitate de comitatu de castro, nulli Archiepiscopo nulli episcopo nulli Marchioni nulli comiti, nulli potestati, nunquam concedimus, nisi solis nostris fidelibus de ipsa civitate, quos ad nutum nostrum eligentes ordinaverimus. Predicte vero quinquaginta marche que de Noni castro debentur de pertinencijs eiusdem castri accipiantur. Quia vero superius mentionem de regalibus fecimus ne quis de eis dubitet nominatim ea exprimimus, hec itaque regalia esse dicuntur, moneta vie publice,

[1] Diploma hoc primum in lucem prodiit apud Philip. Malabaila — *Clypeus civitatis Astensis ad retundenda tela quae auctor chronologicae historiae de praesulibus pedemontanis in eam intorsit* etc. Idem postea edidit Ughelli — *Italia sacra* etc. Tom. IV. col. 366-67, cuius lectionem sequuti, attulimus inter quadratas virgulas quae Codici nostro deessent.

aquatica flumina publica mollandina, furni, forestica, Mensure bancatica, Ripacia, portus, Argentarie, pedagia, piscationis reditus, Sestaria vini et furmenti, et eorum que venduntur ad mensuram, Piacita batalia rubi Restitutiones inintegrum minorum, et alia omnia que ad regalia iura pertinent, huius autem rei testes sunt, Otto comes palatinus, Rodulfus comes de phullendot, marchio obizo malaspina, Enverardus banbergus episcopus Conradus comes palatinus de reno, et alij quam plures. Signum domini frederici romanorum imperatoris invictissimi. Ego Reinaldus sacri palacij imperialis canzellarius recognovi. Data apud Marengam XV.° kallendas marcij Acta sunt anno dominice incarnationis MCLVIIII.° indictione VII.ª Regnante domino Frederico romanorum imperatore serenissimo, Anno regni eius VII.° imperij vero IIII.° (M)

7. *Privilegium domini Ottonis Romanorum imperatoris de libertate Civitatis Astensis et de absolutione penarum.* 1210. 14 Junij.

(In fronte huius diplomatis minio depictus est Imperator, id ipsum privilegium concedens. Vid. Tab. II).

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Otto quartus divina favente clementia romanorum imperator et semper augustus. Imperialis clementie proprium esse dignoscitur, eis qui a gracia sua absepisse videntur rescipiscere volentibus pietatis sue gremium clementer aperire. Quapropter cognoscat tam presens etas quam successura posteritas, quod nos dilectos fideles nostros Astenses tam universos quam singulos in plenitudine gracie nostre recepimus, Et ut ipsi devociores perpetuo nobis nostris que successoribus existant, Ceteri que ad obediendum maiestati nostre beneficij presentis exemplo liberius invitentur in primis absolvimus Astenses et eorum Comune ab omni banno, et ab omnibus penis quas penas et que banna nos vel alius aliquis noster nuncius pro nobis vel per litteras imposuerat in predictis Astensibus vel eorum comuni pro aliquibus offensionibus hactenus nobis vel imperio ab ipsis Astensibus vel eorum comuni factis vel illatis vel pro transgressione nostrorum mandatorum, Remittentes eisdem Astensibus et eorum comuni omnino omnes offensas preteritas. Absolvimus etiam ipsos Astenses et eorum comune ab omnibus fructibus et proventibus ac redditibus quos perceperunt de Nono et de tota illa terra quam restituerunt nuper nobis vel alij nostro nomine, et de omnibus damnis datis in Castro noni et omnibus terris nuper nobis ab eis vel eorum comuni aut nostro nuncio pro nobis restitutis remissionem facimus. Concedimus insuper ipsis Astensibus et eorum comuni omnes bonos usus, et omnes bonas consuetudines quibus ipsum comune hactenus uti consuevit. Concedimus etiam et largimur ipsi comuni et Astensibus omnia iura nobis vel imperio acquisita intuitu alicuius alienationis facte ab aliquo vel aliquibus ipsi comuni Astensi mortuo iam henrico romanorum imperatore. Salvo omni iure cuiuslibet privante et singularis et ecclesiastice vel secularis persone. Iterum confirmamus ipsi comuni omnia privilegia que predecessores nostri Fredericus, et henricus ei legitime et iuste vel aliquis eorum concessit. Ita ut decetero predicta Civitas Astensis vel ipsum comune perpetuo predictis omnibus utatur et fruatur, et libere habeat et teneat predicta, absque nostra nostrorumque successorum contradictione. Ad cuius rei evidentiam, et ut perpetuo stabille et inconcussum permaneat, presentem paginam sigillo nostro communiri iussimus. Acta sunt hec omnia in Albensi

civitate, Annis domini MCCX. indictione XIII.ª, die dominico XIII.º mensis Iunij. Interfuerunt Jacobus taurinensis episcopus, Guidotus Astensis episcopus, Bonefacius Albensis episcopus, Guielmus prepositus Aquensis, Tomax dux sabaudie, Be.nardus dux carinthie, Hermanus comes de arzesburc Rodulfus de riselordoe, Cono de micenbruc, henricus de rancnsbruc Imperialis aule camerarius, Manfredus marchio de salucio, Marchio Guillelmus Montisferati, Otto Marchio de careto, et alij quamplures testes. Signum domini Ottonis quarti romanorum imperatoris invictissimi. Ego Conradus spirensis episcopus Imperialis aule canzellarius vice domini Theodoricij Colloniensis archiepiscopi et tocius Italie archicanzellarij recognovi. Datum apud Albam per manum Gualterij imperialis aule prothonotarij octavo decimo kalendas iulii (M).

8. *Item aliud privilegium predicti domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris, Contra vivianum et Robaldum de fonte.* 1211. 4 Marcii [1].

Otto quartus dei gratia romanorum Imperator et semper Augustus, Universis imperij nostri fidelibus ad quos presens pagina pervenerit graciam suam et bonam voluntatem. Imperialem decet clementiam ea que legitime terminantur et finiuntur rata perpetuo et firma habere, et imperiali auctoritate confirmare. Ideoque notum facimus universis imperij nostri fidelibus, quod nos sententiam et pronunciationem quam tullit presbiter cazia de placentia curie nostre iudex consilio et voluntate Walfredi de troxella papiensis curie nostre iudicis, anno dominice incarnationis Millesimo CCXI. indictione XIIII.ª die lune X.º mensis ianuarij super controversijs et questionibus, videlicet super sentencijs latis ab Ottone ceca de canelio pro Viviano de fonte et Robaldo fratre suo contra comune Astense que vertebantur inter Ottonem de monte bersario sindicum comunis Astensis nomine ipsius comunis ex una parte ut apparet publico instrumento facto a Jacobo boviculo [2] palatino notario, et Vivianum memoratum et Robaldum fratrem suum ex altera, imperiali auctoritate confirmamus et perpetuo coroboramus. Que controversie et questiones predicte istis iudicibus nostris comisse fuerunt et delegate ab henrico mantuano episcopo vicario nostro, et in Lombardia legato constituto ut continetur in instrumento publico ab Alberto de rovoreto papiensi imperialis curie notario composito Anno dominice incarnationis Millesimo CCX. indictione XIII.ª die iovis VII.º kalendas decembris. Cui Episcopo mantuano et vicario nostro et in lombardia legato constituto etiam specialiter a nostra maiestate, predicte questiones et controversie commisse et delegate fuere ut in comissione inde facta notatur. Que sic incipit. Otto dei gratia romanorum imperator et semper augustus, dilecto fideli suo henrico mantuano episcopo imperialis aule vicario, gratiam suam et bonam voluntatem, plene inteleximus etc. Cassantes etiam et infirmantes omnes sententias latas a predicto Ottone ceca de canelio pro Viviano et Robaldo fratribus contra comune Astense Et quicquid post comissionem de predictis questionibus et controversijs factam predicto episcopo Vicario nostro et legato, reperitur factum pronunciatum aut sentenciatum ab aliqua persona occasione alicuius comissionis a nostra maiestate impetrate,

[1] Hoc diploma transcriptum a Franz Kopetzky ex ipso Codice nostro, edidit Böhmer op. cit. pag. 228. N. 253.

[2] l. c. *boniculo.*

in qua mentio non habetur comissionis facte iam sepedicto episcopo vicario [1] et legato nostro. Statuentes et imperiali auctoritate precipientes, ut nullum comune, nullus Dux neque Marchio, nullus Comes, nulla que alia persona ecclesiastica vel secularis, contra hanc nostre confirmationis et cassationis paginam venire presumat. Quod qui fecerit iram indignationis nostre noverit se incursurum et penam Mille librarum auri prestaturum medietatem camere nostre, Reliquam vero iniuriam passis. Ad cuius rei maiorem evidentiam et probationem hanc paginam conscribi et bulla sigilli nostri iussimus communiri. Huius rei testes fuerunt, Comes Albertus de casalot, Girardus narisius comes de monteclar, Comes Egidius de curtenova, Comes Georgius de Widena, Johanes de cazago, Grandeus bagocij [2], comes hermanus de arcenberg, comes de altena, comes petrus de cellan Fildesmirus de Marchia Ancone. Data apud capuam die IIII.° intrante mense marcij. Anno a nativitate domini MCCXI. indictione quartadecima.

9. *Privilegium domini Fredericij secundi Romanorum imperatoris, de libertate civitatis Astensis.* 1219. Februarij.

(Omisimus quia iam est ad Num. 2.)

(In fronte huius diplomatis minio depictus est Imperator, id ipsum privilegium concedens. Vid. Tab. III).

10. *Privilegium domini Frederici secundi Romanorum imperatoris de confirmatione privilegij precedentis, et de libertate civitatis Astensis.* 1220. 29 Novembris.

(In fronte huius diplomatis minio depictus est Imperator, id ipsum privilegium concedens. Vid. Tab. IV).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Frederichus secundus divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus et rex sicilie Consuevit imperialis circonspectio fidelium suorum iustis votis facilem atque benignum suis locis prebere assensum et in hijs que iam dudum a regia obtinuerunt munificentia, imperialis confirmationis obtinere patrocinium. Huius igitur pagine testimonio, ad noticiam presentium atque ad memoriam devenire volumus futurorum, quod nos uberiori benivolentia respicientes fidelitatem, devotionem, nec non et grata atque assidua servicia dilecti nobis comunis Astensis, que ipsum comune imperio semper exhibere consuevit, de certa sciencia renovamus atque confirmamus eidem comuni privilegium, quod nos tempore romani regni nostri, de solita benignitatis nostre gracia conferre dignati sumus, eidem comuni concedentes donantes largientes atque recognoscentes ipsi comuni tam in Castris et villis quam in comitatibus seu iurisdictionibus atque omnibus alijs iuribus et honoribus tunc temporis vel modo per ipsum comune detentis omnia que in ipso privilegio inde eis a nobis indulto continentur, seu de quibus in eo fit mentio, volentes atque imperiali edicto sancientes, ut ipsum comune et civitas Astensis ea omnia decetero habeant posideant atque detineant auctoritate imperiali sine cuiuslibet persone contradictione, eis que a modo pacifice utantur, unde istud privilegium dicte civitati et comuni ex certa sciencia in preiudicium cuiuslibet liberaliter contulimus, ut itaque hec renovationis atque confirmationis nostre

[1] deest *vicario.* — [2] *bagatij.*

forma sepedictis Astensibus perpetuo sit valitura, hoc scriptum eis indulsimus sigillo nostro communitum. Interfuerunt testes Bertoldus, Pathriarca aquilis, Sifridus archiepiscopus mogontinus, Jacobus taurinensis episcopus, hamricus bononiensis episcopus, Bertoldus brixiensis episcopus, Albertus tridentinus electus, Guillelmus marchio Montisferati, Conradus et opizo marchiones malespine, Anselmus de Istingen Marescalcus, Wernherius dapifer imperij, Eberhardus de luitri et alij quamplures. Signum domini Frederici invictissimi romanorum imperatoris semper augusti et regis sicilie. Ego Conradus metensis et Spirensis episcopus imperialis aule canzellarius vice domini Engelberti colloniensis archiepiscopi tocius Italie archicanzellari vidi et recognovi. Acta sunt hec, Anno domini M°CC°XX.° imperante domino Frederico secundo divina favente clementia romanorum imperatore semper Augusto et glorioso rege Sicilie, Anno imperij ipsius primo regni vero sicilie XXIII.° Datum sub monte rosulo prope paterium per manus henrici prepositi constanciensis anno suprascripto tercio Kalendas decembris indictione VIIII^a^. (M)

11. *Privilegium domini Frederici Romanorum Imperatoris de libertate concessa comuni Astensi, de appellationibus a viginti quinque libris infra.* 1186. 9 Junij [1].

Fredericus dei gracia romanorum Imperator Augustus. Dispensatio pietatis imperatorie maiestatis circa fidelium suorum fidem hac [2] servicia hanc habere providenciam consuevit, ut perspecta sedulitate devocionis uniuscuiusque, singulis ad merita sua respondeat nec non etiam ad sublevationem expensarum et onerum pauperibus eiusmodi adhibeat moderanciam, ut nec deffectus iusticie quemquam opprimat nec difficultas puniendi ad iudicem gravatum a iure suo desperare compellat. Eapropter notum facimus universis imperij fidelibus, presentibus et futuris, quod nos attendentes constanciam fidei fidelium nostrorum Consulum Astensium et tocius comunis et obsequiorum que semper et nominatim in expeditione contra Cremonenses, et destructione castri menfredi nobis et imperio tam viriliter quam fideliter exhibuerunt conpacientes quoque gravaminibus inferiorum ipsis consulibus et comuni civitatis Astensis, ad preces et multam dilectionem karissimi nostri guillelmi Astensis episcopi ex consueta nobilitatis nostre liberalitate concedimus, ut cause appellationum quarum summa XXV libras astensis monete non excedat, sed hoc tantum vel inferiorum numero continetur ad maiestatem nostram nequaquam defferri per appellationem debeant, sed coram consulibus predicte civitatis puro equitatis examine decidantur. Cuius rei concessio ut rata permaneat et inconvulsa consistat, imperiali eam auctoritate confirmamus, Statuentes et eadem auctoritate sanctientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta secularis vel ecclesiastica, hanc nostre munificentie paginam infringere vel temerario ei ausu presumat contraire. Quod qui facere attemptaverit X. libras auri pro pena componat dimidiam camere imperiali, et reliquam mediam iniuriam passis. Testes huius rei sunt guillelmus Astensis episcopus, Bonafacius Novariensis episcopus, Bernardus parmensis episcopus Gofridus imperialis aule canzellarius, Rodulfus camerarius, Thomas de Nono, Albertus ferariensis et Ottobelus iudices curie. Datum in territorio cremonensi in destructione Castri

[1] Iam ex ipso Codice nostro diploma hoc transcripsit Franz Kopetzky, ediditque Böhmer op. cit. pag. 146. N. 154. — [2] l. c. *ac*.

maynfredi. Anno dominice incarnationis Millesimo centesimo LXXXVI.° indictione IIII.ª quinto idus iunij feliciter amen.

12. *Privilegium domini Frederici secundi Romanorum regis de recommendatione Castri Nonij quam fecit comuni Astensi usque ad suam voluntatem.* 1214. 3 Marcij [1].

In nomine dei eterni. Fredericus secundus dei gracia romanorum rex semper augustus et rex sicilie. Omnibus imperij sui fidelibus tam futuris quam presentibus graciam suam et bonam voluntatem. Consuevit regalis munificentia suos quosque fideles beneficijs ditare et honoribus ac muneribus ampliare. Hinc est quod notum fieri volumus omnibus ad quorum noticiam hec presens carta pervenerit, quod nos attendentes puram fidem et sinceram devotionem quam fideles nostri Comune Astense nostris progenitoribus divis Augustis, domino Frederico avo et henrico patri nostro imperatoribus, ac Philippo patruo serenissimo regi romanorum felicis memorie, nobis quoque in nostris persecutionibus specialiter exhibere consueverunt et inposterum se exhibituros non dubitamus, ipsi comuni Astensi dilectis fidelibus nostris ob retributionem sui benemeriti, Castrum noni cum omnibus hijs que pertinent ad dictum Castrum et que pro ipso castro seu occasione castri detinentur, Usque ad nostram voluntatem concedimus, et multa maiora deo volente et concedente largiemur. Ut autem hec nostra concessio supradicta firma et illibata teneatur, hanc presentem paginam sigillo regie maiestatis sigillatam, ipsis inde iussimus assignari. Statuentes ne aliqua persona humilis vel alta ecclesiastica secularisve seu comune aliquod [2] contra hanc nostram concessionem ullo tempore venire presumat. Si quis autem ausu temerario in contrarium aliquid attemptaverit, in vindictam sue temeritatis quingentas Marchas auri purissimi componat, medietatem camere nostre, reliquam vero medietatem passis iniuriam. Huius rei testes sunt, Sifridus maguntine sedis archiepiscopus Apostolice sedis legatus, Bernardus illustris dux Karinthie, hermanus illustris Marchio de badin, Lodevicus de zigenhage, Ubertus Comes de Blandrato, Albertus comes de evirstein, Varnerus et Philippus de bonlandia, Ulricus de minzenber camerarius aule imperialis, et alij quamplures. Datum per manus domini Conradi mecensis [3] et spirensis episcopi imperialis aule canzellarij, apud Gielenhusen. Anno domini Millesimo CC°X°IIII.° indictione II.ª V.° nonas Marcij [4] feliciter.

13. *Privilegium domini Frederici secundi Romanorum regis de obligatione Castri Nonij et pertinenciarum pro Mille marchis argenti et de absolutione regalie.* 1214. 22 Novembris [5].

Fredericus secundus dei gracia romanorum imperator semper augustus et rex sicilie. Omnibus imperij fidelibus tam futuris quam presentibus, graciam suam et bonam voluntatem. Ad excellentiam regalis culminis spectare dignoscitur, Ita cure fiscali et publice utilitati intendere, ne inde fideles et subiecti damno irracionabili

[1] Diploma hoc transcriptum ex ipso Codice nostro a F. Kopetzky edidit Böhmer op. cit. pag. 236. N. 263. — [2] *aliquid.* — [3] *metensis.* — [4] De adscripto mense vide quae notantur a Böhmer l. c. pag. 237.

[5] Diploma hoc transcripsit F. Kopetzky a Codice nostro, ediditque Böhmer op. cit. p. 238. N. 266.

afficiantur, sed eorum utilitas est taliter paternali investigando [1] affectu, ut de promptis promptiores circha servicia domini sui exhibenda perpetuo inveniantur. Volentes igitur indemnitati Astensium fidelium nostrorum providere, Notum vobis facimus et manifestum, quod nos pro nostris et imperij necesitatibus a iam dictis Astensibus Mille marchas argenti ad pondus trecense, recepimus mutuo, quas per nos sive per nostros successores, Bertramo berardo, et Girardo iosberto ambaxatoribus comunis Astensis sive ipsi comuni solvere promisimus, renunciantes exceptioni non receptarum marcharum, et omni alij legum auxilio, de quo nos versus dictum comune tueri et iuvare possemus. Ut autem prenominato comuni magis sit cautum de solutione mille marcharum, damus et concedimus eidem Castrum Noni ad custodiendum villam quoque et posse eiusdem castri, cum omnibus appendicijs et integritate iuris, et cum eo quod imperium vel aliquis nomine Imperij in ipso castro vel occaxione ipsius tenuit et posedit vel visus fuit tenere et possidere. Insuper remittimus sepedicto comuni nostro et imperij nomine omnem regaliam quam nobis vel imperio dare hactenus debuit, facientes et insuper finem et refutationem et pactum de non petendo de omni regalia et omni iure nobis competenti et competituro in posterum occaxione supradicte regalie. Tali modo quod superius memoratum comune, prememoratum Castrum ut superius dictum est, teneat et possideat causa custodie, fructus godias proventus et intratas capiat et habeat et eas lucretur, et per retentionem supradicte regalie tam preterite quam future sibi consulat et inde absolvatur, donec de dictis Mille marchis inintegrum [2] a nobis vel a nostris successoribus dicto comuni satisfiat. Ita quod de prenotatis fructibus, godijs proventibus et intratis et regalia [3] in sortem [4] vel in usuris vel in solutione aliqua computatio vel compensatio non debeat fieri vel possit, et omnia supradicta promisimus prenotatis [5] B(ertramo) et G(irardo) ambaxiatoribus nomine ipsius [6] comunis Astensis stipulantibus vel eidem comuni attendere et observare facta vero solutione predictarum mille Marcharum, Castrum Noni et loca ipsi attinentia, nobis et nostris successoribus sive nuncijs nostris resignare et reddere tenentur, et ad prestationem seu solutionem regalie dumtaxat future et post competentis (?) [7] sit obligatum ipsum comune et temporis antecedentis solutionem [8] absolutum, ut autem hec omnia supra dicta a nobis sive a nostris successoribus rata et in convulsa permaneant, hec presens cautio sigillo nostro auctorabili insignita refulget. Huius autem rei testes sunt, et auctoritatem suam prebentes, Theodoricus treviorum [9] archiepiscopus, Conradus Metensis et spirensis episcopus imperialis aule canzellarius, Amedeus bisuntinus Archiepiscopus, Berardus panormitanus archiepiscopus, henricus argentinensis episcopus, Valterius basiliensis electus, Otto illustris dux Meranie, et alij quamplures. Acta sunt hec apud basileam. Anno M°CC°XIIII°. X° kalendas decembris. (M)

[1] *investiganda.* — [2] *integrum.* — [3] Quae sequuntur supersunt in Fragmento Taurinensi Codicis Ogerii Alferii fol. XI.— [4] In Fragmento cit. *sorte.*— [5] Id. *prenominalis.*— [6] Id. deest *ipsius.* — [7] Böhmer. *postcoercentis.* — [8] Böhm. *solutione.* — [9] Böhm. *Trevirorum;* in Frag. *Treverorum.*

14. *Privilegium domini Frederici secundi Romanorum imperatoris de obligatione Castri Nonij et pertinentiarum, pro octingentis Marchis argenti ultra mille marchas argenti que in alio privilegio continentur.* 1220. 25 Novembris [1].

Fredericus secundus divina favente clementia romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Potestati et comuni Astensi graciam suam et bonam voluntatem Attendentes devotionem et fidem quam erga maiestatem nostram habere noscimini precibus vestris aures imperiales benignius inclinamus. Cum ergo olim nobis mutuo concesseritis Mille marchas argenti recepto a nobis in custodia Castro noni, et [2] vos illud hactenus tenueritis, et nunc ad presens nobis octingentas marchas argenti ad negocia imperij explenda liberaliter mutuaveritis, nos custodiam Castri seu ipsum castrum Noni custodiendum cum omnibus adiacencijs seu attinencijs suis in integrum vobis usque ad continuos decem annos concedimus ita quod citra ipsum terminum, castrum sepedictum sive adiacentia eius, a vobis, neque per nos ipsos neque per aliquem alium requiramus. Dando vobis facultatem ut Castrum illud cum suis adiacencijs detineatis et possideatis libere et absolute usque ad terminum supradictum, absque nostra seu cuiuslibet alterius contradictione, percipiendo fructus inde provenientes pro expensis ad custodiam castri faciendis. Ita quod nec in sortem nec in usuris prefacti mutui valeant deputari immo ex toto vobis cedant pro predicta custodia, fodrum autem regale civitatis in nostra retinemus [3] potestate, Transacto autem termino pretaxato, in nostra sit potestate quandocunque voluerimus, dictam argenti quantitatem vobis solvere per nos vel per alium, et castrum recipere, vel cui nobis placuerit commendare absque solutione autem dicte summe argenti, prefactum Castrum nullo modo possimus exigere vel extorquere per nos vel per alium sed illud teneatis et posideatis usque ad plenam antedicte summe solutionem. Ad cuius rei evidentiam, robur atque memoriam, hoc scriptum vobis transmisimus, Sigillo imperialis maiestatis nostre communitum. Testes hij sunt, Bertoldus pathriarca aquilegie [4] Sifridus augustensis, Ulricus pataviensis, Bertoldus brixiensis episcopi, frater hermanus, magister domus et hospitalis theotonicorum, Guillelmus Marchio montisferati Conradus et Oppizo marchiones malespine, Anselmus de iustingen marescalchus Vernerius [5] de bonlanda dapifer imperij et alij quamplures. Ego Conradus metensis et spirensis episcopus imperialis aule canzellarius recognovi. Datum in Castris prope urbem, in montemalo Anno domini M°CC°XX°. Septimo Kalendas decembris indictione VIIII^{a}.

15. *Privilegium domini Frederici imperatoris de donatione quam fecit comuni Astensi, de Viliano, de Caliano, de laveto de Sulbrico, de Montanario, et de Monali.* (1163-64) [6].

Fredericus dei gracia romanorum imperator augustus. Decet imperatoriam maiestatem iustis [7] fidelium suorum postulationes clementer admittere, et eas congruis

[1] Hoc diploma ex ipso Codice nostro transcripsit Ludwig Edlbacher ediditque Böhmer op. cit. pag. 250; N. 283. Idem exstat in Fragm. Taurinensi Cod. Alferiani fol. XI. — [2] Frag. *Ut.* — [3] Id. *retinuimus.* — [4] Id. *Sifridus archiepiscopus maguntinus*, *Iacobus taurinensis episcopus*, *Sifridus augustinensis* etc. — [5] Id. *Vernherus.*

[6] Diploma hoc transcriptum ex ipso Codice nostro a Ludwig Edlbacher edidit Böhmer op. cit. pag. 153. N. 165. — [7] l. c. *iustas.*

honoribus et beneficijs benignissime decorare. Proinde notum fieri volumus universis nostri imperij fidelibus, quod nos consueta nostre benivolentie gratia fideles nostros universos Astenses pro preclaro et honesto eorum servicio quod nobis et imperio eos frequenter impendisse cognoscimus, hac benignitatis nostre munificencia dignum duximus honorandos, videlicet quod eis largimur et concedimus, Quod nulla persona magna vel parva publica vel privata a nullo vel a nullis eorum hominibus a quadraginta inferius quos de suo donicatu in hijs sex locijs habere dignoscuntur, quorum nomina subscripta, non fodrum non servicium vel exactionem aliquam preter ipsos solos Astenses audeat exposcere, Hoc est in Villiano in cailliano in Sulberico, in Montanario in laureto [1], in Monte naali, hoc autem eis per presentem auctoritatis nostre paginam confirmamus. Si quis igitur prefatos Astenses in hac concessione nostra molestare vel inquietare presumpserit, offensam nostram incuret gravissime et persona et possessione banni imperialis pene subiacebit. Interfuerunt Christianus imperialis aule canzellarius, et comes Gebardus et Marchoaldus de gronbaco, et Obertus de olivano.

16. *Privilegium domini Frederici secundi Romanorum Imperatoris de absolutione penarum et bannorum quas et que incurisset Comune Astense versus dominum imperatorem.* 1226. Maij [2].

Fredericus dei gracia romanorum imperator semper augustus, Jerusalem, et Sicilie rex, per presens scriptum notum fieri volumus universis Imperij fidelibus tam presentibus quam futuris, Quod cum comune Astense fideles nostri antique devotionis memores quam semper ad imperium habuerunt de preteritis excessibus quos per inobedientiam comiserunt tam devote quam humiliter nostre satisfecerit [3] maiestati se insuper exponentes nostris stare penitus beneplacitis et mandatis, Nos de misericordia que super exaltat iudicio pocius inflecti gaudentes ad veniam quam sevire in subditos ad vindictam, predictum comune Astense fideles nostros in graciam nostram benigne recepimus et favorem omnes que penas et banna que pro excessu retroacti temporis sui a nobis per litteras et nuncios nostros seu a nostris legatis tum pro facto imperij tum occaxione alicuius private persone vel pro quacunque re alia eidem comuni fuerunt imposita que nobis et imperio vel alicui private persone proinde deberentur, non obstantibus aliquibus privilegijs statuto pariter et mandato, si qua [4] vel a nobis vel a nostris impetrata legatis, posset super hoc in predicti comunis preiudicium allegari ex certa sciencia relaxamus. Absolventes idem comune ab eisdem omnibus penis et bannis, et denunciantes penitus absolutos. Ad cuius relaxationis et absolutionis memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri fecimus, et sigilli nostri robore iussimus communiri. Datum in civitate parmensi. Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo, XXVI° mensis [5] Madij quartadecima indictione.

[1] Böhmer l. c. *lavento.*

[2] Diploma hoc transcripsit ex ipso Codice nostro Ludwig Edlbacher ediditque Böhmer op. cit. pag. 254. N. 289. — Idem exstat in Fragm. Taurin. Cod. Alf. fol. XI. — [3] Böhm. *satisfecerint.* — [4] Id. *quod.* — [5] Id. *mense*; de temporis nota vide quae monuit Böhmer in not. l. c.

17. *Privilegium domini Frederici secundi Romanorum Imperatoris de Cassatione sententie late per Mediolanenses inter comune Astense et comune Alexandrie de Castris Canelij et Calamandrane et alijs rebus. Et etiam quod comune Alexandrie non possit petere aliquod ius in Maxio.* 1232. Aprilis[1].

Fredericus dei gracia romanorum imperator semper Augustus Jerusalem et Sicilie rex, per presens scriptum notum facimus universis imperij fidelibus, tam presentibus quam futuris, Quod cum dudum inter comune Astense fideles nostros ex una parte, et comune Alexandrie ex altera de omnibus litibus et controversijs quas adinvicem habebant vel habere poterant in comune Mediolani conpromisissent et tale compromissum fuerit hinc inde vallatum stipulatione pena[2] et corporali ab utraque parte prestito sacramento, dictum comune Mediolani non habens deum preoculis iniquum arbitrium contra dictum comune Astensium proferens, quedam Castra videlicet canellum et Calamandranam, et res et possessiones alias comuni Alexandrie assignavit in dicte civitatis Astensis preiudicium et gravamen, pronuncians etiam et compellens dictum comune Astense iurium et actionum quas in predictis rebus habebat in sepedicto comuni Alexandrie facere cessionem propter quod predictum comune Astense fideles nostri maiestati nostre humiliter supplicarunt, ut prefatum arbitrium sive laudum cum accessorijs cassaremus. Nos igitur attendentes puritatem fidei et devoti obsequi famulatum quem dudum Imperio et nobis cives Astenses exhibuerunt et exhibent incessanter, de plenitudine maiestatis nostre, ex certa scientia, predictum arbitrium cum eo quod sequitur ex eo vel ob id decernimus irritum et inane, Stipulationem penalem et penam in dicto conpromisso adiectam et cessionem penitus irritantes. Cum enim Alexandrini et Mediolanenses in maiestatem nostram que est lex animata in terris, et a qua iura civilia oriuntur commiserint non est dignum ut ab hijs et de hijs que[3] auctoritate iuris civilis nituntur auxilium habeant vel favorem. Et ideo omne auxilium actionis exceptionis iuris vel facti replicationes quod occaxione dicti compromissi comune Alexandrie vel Mediolani consequi potuissent eis penitus denegamus. Et licet compromissa cum sacramentis fieri nostrorum predecessorum prohibuerunt sanctiones, tamen ut magis specialis quam generalis iussio timeatur, volumus predictum sacramentum vires aliquas non habere, ut dicto arbitrio cum suis accessorijs non obstante, Comune Astense vendicare possit et petere ac retinere res predictas sicut poterat ante quam predictum fieret compromissum, denegamus comuni Alexandrie omnem actionem, et omne iuris auxilium quod competit vel competere posset ei contra comune Astense ratione possessionis vel quasi et proprietatis pro intratu Castri Maxij et pertinentium eiusdem curie, et iurium violenter ab Astensibus[4] occupato lege aliqua huic sanctioni contraria non obstante Salvo in omnibus et per omnia iure imperij tam in Castro Maxij quam in alijs supradictis. Ad huius itaque rei memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri iussimus et maiestatis nostre sigillo munitum. Huius autem rei testes sunt, S. Maguntinus Archiepiscopus, B. patriarcha aquilegensis, Saselburgiensis[5], et Magdeburgiensis

[1] Hoc quoque diploma, transcriptum ex hoc ipso Codice a Ludwig Edlbacher, edidit Böhmer op. cit. pag. 263. N. 299. — [2] *pene.* — [3] *qui.* — [4] *Astensi.* — [5] *Salseburgiensis.*

Archiepiscopi Papibergensis episcopus, S. ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius Episcopus erbipolensis, Vormaciensis [1] episcopus, Abbas sancti galli Saxonie, Meranie et Karinthie duces, comes h. de ortemberc, comes de scultove, Guarnerius de bolandia, Gunzulinus, g. et C. de hohenloc, Ricardus camerarius, et quamplures alij. Acta sunt hec anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo tricessimo secundo mense Aprilis quinte indictionis imperante domino nostro Frederico secundo dei gracia invictissimo romanorum imperatore semper augusto Jerusalem et Sicilie rege. Anno romani imperij eius duodecimo, Regni Jerusalem septimo et regni Sicilie tricessimo quarto feliciter amen. Datum apud Aquilegiam, Anno mense et indictione predictis.

18. *Privilegium domini Frederici Romanorum imperatoris de confirmatione sententie late contra homines Albe quod non faciant locum planclarascij nec habitationem.* 1247. Julij [2].

Fredericus dei gracia romanorum Imperator semper augustus Jerusalem et Sicilie rex, per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris, quia nos processum diapoldi [3] Marchionis de boncburech [4] sacri imperij a papia superius vicarij generalis dilecti fidelis nostri inter Astenses et albenses super exhabitatione plancarascij [5] habitum bannum etiam emissum [6] et prolatam sententiam ab eodem ut pote nostre maiestatis beneplacito consona duximus approbanda [7], et presentis scripti [8] serie districte Mandantes, Quatenus nulla universitas vel singularis persona contra presentis scripti nostri tenorem ausu temerario venire presumat, quod si presumpserit universitas quidem mille [9], singularis vero persona [10] centum Marcharum argenti, preter indignationem nostram penam incuret [11] camere nostre compendijs applicandam Ad cuius rei Memoriam et presentis approbationis ac firmationis robur perpetuo valituram [12], presens scriptum per dominicum de alixano [13] notarium et fidelem nostrum scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri Datam [14] in castris in obsidione parme, per manus magistri petri [15] de vinea imperialis aule prothonotarij et regni Sicilie logothete. Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo quadragessimo septimo mense iullio quinte indictionis, imperante domino nostro Frederico dei gracia invictissimo romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperij [16] eius anno vicessimo septimo [17], regni Jerusalem vicessimo secundo, Regni vero Sicilie XLVIII° [18] feliciter amen.

[1] Böhm. l. c. *Wormaciensis.*

[2] Diploma hoc aliqua ex parte mancum iamdiu inseruerat F. A. ab Ecclesia in ms. op. *Descrizione del Piemonte* Vol. II, cap. 16, fol. 165, transcriptum, ut ipse fatetur, a *Chronico Ogerii Alferi.* Idem in lucem prodiit apud S. Quintino, *Dei Marchesi di Busca, Memorie dell'Accademia delle scienze di Torino,* Serie II[a] Vol. 15, pag. 301. et postea ap. Huillard-Bréholles *Hist. dipl. Federici II.* 6. 552. Ex Codice nostro denuo transcripsit D.[r] Julius Ficker estque ap. Böhmer. op. cit. pag. 791 N. 1098. — [3] S. Quint. *Bertholdi* — [4] Id. *Honeburg;* Böhm. *Voenburech,* in not. *Boenburech* — [5] S. Q. *plani charaschi* — [6] Id. *emissam* — [7] Id. *approbandam* — [8] Id. *nostri auctoritate firmamus. Ipsamque faciemus auctoritate nostra inviolabiliter observari presentis scripti serie* etc. — [9] *quidem mille* deest Ibid. — [10] *persona* deest Ibid. — [11] Id. *incurrat.* Reliqua desunt usque *Datam.* — [12] Böhm. *valiturum* — [13] Böhm. *alipano* — [14] S. Q. *Datum;* Böhm. *Data* — [15] *petri* deest ap. S. Q. — [16] S. Q. *vero* — [17] Id. XXVIII. — [18] Id. XXIX ?.

19. *Littere domini Fredericij secundi Romanorum Imperatoris de absolutione bannorum et penarum que et quas comune Ast incidisset pro comuni Albe.* 1219. 4 Septembris[1].

Fredericus dei gracia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie, dilectis fidelibus suis hominibus de Aste graciam suam et bonam voluntatem. Regalem decet Maiestatem vota fidelium etiam ignoscendo comissa ad serviendum omnimodo provocare. Igitur cum comune de Aste seu homines civitatis eiusdem in bannum vel banna penam vel penas pecunialiter incidissent[2] ex eo quod mandatum vel mandata preceptum vel precepta Nunciorum nostrorum S.[3] episcopi Taurinensis et Evrardi de lutri eundo contra Albenses[4] vel alio quoquo modo preterierat vel preterierant. Omnibus volumus innotescere quod dictum comune de Aste seu cives civitatis eiusdem ab huiusmodi banno vel bannis pena vel penis relaxamus et absolvimus omnimodo, ipsum bannum vel banna penam vel penas, prefato comuni seu civibus civitatis Astensis eiusdem tantum modo intuitu Guielmi marchionis Montisferati auctoritate nostra penitus remittendo, ita quod[5] ab huiusmodi banno, vel bannis, pena vel penis comune de Aste seu cives civitatis eiusdem sit liberum et absolutum vel liberi et absoluti nec ex eo possint vel debeant ulterius molestari. Ad cuius rei evidentiam presentem paginam bulla nostre regie maiestatis iussimus communiri. Datum apud Aygunove[6] Anno domini Millesimo ducentesimo nono decimo indictione septima, die Mercuri quarto intrantis septembris. Testes dominus Conradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule canzellarius, dominus Guillelmus Marchio Montisferati, dominus Gotofredus comes de blandrato et plures alij.

20. *Littere domini Frederici Romanorum Imperatoris, misse domino Bertoldo, quod ipse restituat Castrum Nonij comuni Astensi.* (1220. 25 Novembris)[7].

Fredericus dei gracia romanorum imperator semper augustus, et rex sicilie, fideli suo Bertoldo de nono graciam suam et omne bonum. Significamus tibi, quod nos a potestate et comuni Astensi nuper octingentas marchas argenti mutuo accepimus, ita quod[8] cum priori debito in Mille et octingentis marchis ipsis sumus obligati, et pro suma eiusdem pecunie, dicto comuni Castrum nostrum de nono cum omnibus appendicijs suis obligavimus, Quare tibi mandamus sub pena gracie nostre districte precipientes, quatinus si[9] predictum Castrum iam tibi est assignatum tu potestati et comuni Astensium illud restituas et assignes omni contradictione cessante.

21. *De passagio facto in ultra marinis partibus.* 6 Decembris prime Indictionis[10].

Fredericus dei gracia romanorum Imperator et semper augustus Jerusalem et sicilie rex, potestati consilio toti que comuni Astensium fidelibus suis, suam graciam

[1] Diploma hoc ex Codice nostro transcripsit Ludwig Edlbacher ediditque Böhmer op. cit. pag. 242 N. 273. — [2] *incidisset* — [3] *I(acobi)* — [4] *Albense* — [5] *itaque* — [6] *Agenowe.* — [7] Diploma hoc exscripsit ex ipso Codice nostro Ludwig Edlbacher, ediditque Böhmer op. cit. p. 251, N. 284; idem exstat in Fragm. Taur. Cod. Alfer. fol. XI' — [8] Böhm. *itaque* — [9] Frag. *sicut.* — [10] Documentum hoc iamdiu edidere Martene et Durand, *Ampliss. collect.* II, col. 1194-1202, ex Cod. Bibl. R. Paris. Edidit quoque Giugurta Tommasi *Dell'Istorie di Siena* lib. IV, p. 217, et seq. Initium tantummodo exhibuit Wurdtwein, *Nova subsid. diplom.* VI, 7. Postremo edidit Huillard-Bréholles, op. cit. III, 37, adscripto anno 1227.

et bonam voluntatem. In ammirationem vertitur vehementem quod unde pro multis beneficijs prestolabamur graciam inde tam offensionis quam contumelie diversa genera reportemus. Inviti loquimur sed tacere nequimus, et in eo quod diu tacuimus, spes que multos decipit nos decipit, forte nos sumus ad quos devenerunt seculorum fines, quod non tantum in ramis sed in radicibus etiam videatur charitas refrigere. Non enim solum gens contra gentem insurgit, non regnum regio (regno) minatur non pestis et fames tantummodo cor viventium presso terrore conturbant sed ipsa charitas qua celum et terra regitur non tantum in rivulis sed videtur in fonte turbari, dum romanum imperium ad defensionem christiane fidei divinis provisionibus deputatum non a quibusdam infirmis (infimis?) sed ab ipsis quos honoravit et sibi preposuit patribus graviter infestetur, si enim contra nos homo inimicus insurgeret, si persecutor ecclesie, si hostis fidei, fideles imperio nostro populos in nostrum odium concitarent. Apprehendemus arma defensionis et gladium cuius est nobis a domino pro tuitione fidei et ecclesiastice libertatis attributa potestas et totis inciperemus viribus praelia domini preliari. Sed cum universalis ille pater Christi Vicarius et beati petri successor in quo locavimus fiduciam spei nostre contra pacientiam nostram indigne sed acriter moveatur, et ad conflandum in nos odium tocius orbis intendere videatur, quis non conturbetur et stupeat adversus innocentiam nostram tam gravia bella parari quibus non nisi urgens necessitas nos invito cogeret obviare cum beato petro velut cui ligandi atque absolvendi concessit in terris dominus potestatem ob conferentis reverentiam concedamus humiliter deferendum. Audiat igitur et inteligat orbis terre, quod provocati trahimur scripturis et nunciis dudum nostre matris ecclesiae nunc in filium novercantis quos contra nos ubique terrarum sicut accepimus destinavit. Audistis sane quod imperatrix constancia dive memorie mater nostra, de nobis unico filio quem diligebat laudabilem curam gerens in extrema voluntate in sinu et tuitione sacrosanctae matris ecclesie non sine multa circumspectione commisit, ut rex filius adhuc incunabilis positus materno minime subsidio privaretur, cum amisse matris solacia noviter suscepte cura salubrior tanto firmius compensaret quanto per spiritualem et temporalem eius potenciam pupilli poterat indempnitatibus provideri, de cuius tutela licet sancta fides (sedes) apostolica sollicitudinem habere laudabilem debuisset, non tamen pupillo defuit de persona periculum et de regno suo non modicum detrimentum. Et ne videamur diffusius cognita recitare omnino patuit invasoribus et destructoribus regnum nostrum et sicut navis in tempestate sine remige sic absque gubernatoris regimine pupillaris haereditas indefensa in partes dississa fuit et ob inimicorum morsibus quasi penitus dissipata deinde viro nobili licet inimicissimo domus nostre oddone de Saxonia multo sed indebito favore sedis apostolice oppressa pupilli iusticia qualiter causam ad imperiale fastigium sublimato dum crederetur pupilli status vacilantis per ipsius potenciam totaliter perimendus, quia aliter homo aliter videt deus divina miseracio humanam intentionem reprobans cum multa pietate permisit, ut deus (dictus) nobilis consanguineus noster licet ut diximus inimicus, per superbiam cuncta despiciens, non solum contra nos inimicum suum commissum ecclesie sed in ipsum tutorem nostrum per quem coronatus fuerat nequiter conspiravit, et maiori parte regni nostri iam per incuriam desolati per conceptam maliciam occupata ipsam sedem apostolicam que ipsum promoverat multis

persecutionum generibus inclementer oppressit, ita quod tunc verius quam nunc ab existentibus in navicula petri tantis tempestatibus agitata clamare poterat domine salva nos perimus. Cumque non inveniretur alius qui oblatam imperij dignitatem contra nos et nostram iusticiam vellet assumere et periclitanti navicule de portus solacio provvidere vocantibus, nos principibus ex quorum ellectione nobis corona imperii debebatur tunc dormiens in pupe dominus discipulorum clamoribus excitatus per nos delictum (deiectum?) quem mirabiliter preter humanam conscientiam conservaverat deiciendo superbum et humilem exaltando quasi ventis precepit ut tranquilitas fieret et naviculam non solum liberavit a fluctibus sed in tuitiori et altiori speculo mirabilius collocavit. Novit enim altissimus quod preter humanum sensum et subsidium in teotonia veniendi multis modis periculis, personam exposuimus et divino ne (nec) non et principum imperii subsidio mediante per misterium nostrum sic superbum potencia divina deiecit ut prius statum refoımaret ecclesiae quam quieti nostre sublatis penitus periculis provideret. Nos autem quid retribueremus domino pro tot beneficiis que retribuit ipse nobis devoto animo mecientes quam cito diadema imperii recepimus aquisgranum licet non sit equa facture retributio ad factorem personam et posse nostrum, non in sacrificium sed holocaustum humiliter obtulimus deo puro et sincero animo crucis signaculo nostros humeros decorantes, ut ad recuperationem terre sancte votivis et debitis studiis efficaciter intendere debemus. Plures vero de principibus et magna multitudine Nobilium et magnatum exemplo promissis et largitionibus ad susceptionem crucis induximus quorum nonnulli nostris liberaliter adiuti subsidijs ad terre sancte subsidium tunc temporis precesserunt, sic enim exstuantibus votis et solius divini zelo servicij negocium ipsum ferventer assumpsimus, quod ut maturius veniremus cum ceteris cruce signatis personaliter transituri cum instancia magna postulavimus tam nobis quam omnibus alijs certum sub censura ecclesiastica prefigi terminum veniendi, quod libentissime fecissemus nisi voluntas principum et evidens necessitas quia nundum fuerat imperij plene paccata turbatio nostra desideria perpendissent licet tenui occasione more inde nostra bona in malum vocetur intentio. Unde laudem meruit, et favorem, demum ad evocationem apostolicam rebus imperij tranquile dispositis venimus et solempniter imperiale recepimus diadema, ut non inutilis extitisset apostolice sedi nostra vocatio que de maioribus et melioribus provincijs Italie florentibus divinis (divitiis et?) strenuitate virorum a nobis extitit assecuta. Post susceptionem vero imperialis corone, per manus reverendi patris domini G. nunc appostolici tunc episcopi hostiensis, iterum crucis signaculum reverenter accepimus, vota votis et desideria desiderijs aggregantes. Ingressi deinde prosperis auspicijs regnum nostrum quod pre diutinis guerris bonis suis et operibus (opibus) erat exaustum invictissimas arces et inexpugnabiles mansiones invenimus tam a christianis quam a saracenis nostris rebellibus retineri, Et cum oportuerit eos quasi de novo per bellicam potenciam nostre subiicere dictioni. Nichilominus causam (?) inter ipsos sabores (labores) et non paccate turbationis tempus subventioni non defuimus terre sancte, premittentes diletcos principes nostros barbaros (Bavarie?) episcopum quondam pactaviensem et plures alios in auxilium damiate. Nuncios vero nuncijs frequenter litteras litteris sepius inculcavimus, Rogantes et monentes exercitum christianum ut navalem classem nostram et exfortium expectantes ne quicquam sine ipsis ad amirationem

moverent et certi nostram presentamus(?) se quo minus habituros sed ipsos precibus et monitis pretermissis atque (absque?) consilio virorum nobilis (nobilium) et prudentum non expectatio (expectato?) laudabilis classis nostre subscidio incaute ductus est populus, et incidit in locum immo laqueum improvisum, cuius inopinatu casus incerti, Anselmum de Justingen tunc temporis marescalchum subsidio militum et victualium subventione transmisimus, et vestigio comitem henricum fidelem nostrum, cum quadraginta galleis pro ipsius terre succursu laudabiliter ac magnifice dirigentes, qui salubriter applicans damiatam et exercitu non invento quia receperat in mandatis ut legato sedis apostolice qui exercitui preerat usque ad felicem adventum nostrum intenderet et pararet deorsum per flumen cum galleis ad exercitum properabat ubi occurrentibus ei nuncijs legati magistris videlicet domus militum templi et sancte Marie teotonicorum et comitis de pizij, Et ex parte legati precipientibus ut reddiret reddijt cum eisdem qui ad hoc nant (venerant) ut pro liberatione captivorum Soldano redderent civitatem que in hunc modum ammissa extitit non ex interdicto que inventionibus novis astruitur ad inihibitionem concambij damiate per litteras nostras fuisse transmissum. Quia non est verisimile ut qui ad liberandam terram sanctam expensis innumeris et inmensa solicitudine laboramus interdictum concambij per quod optatus finis nostre solicitudini et laboris advenisset fieri mandaremus. Nos autem acceptis tam infelicibus de amissione damiate rumoribus ut tam enormi damno possemus competentibus remedijs obviare premissis a sedis apostolice nuncijs ad coloquium apud Vetulas cum felicis recordationis reverendo patre pp henrico (honorio) pro disponendo et reformando pasagio maturavimus convenire ubi de curia verone dispositio que casu fortuito extitit inpedita post elapsum temporis spacium cum eodem apostolico apud ferentinum negocium exigente convenimus ad exortationem et apostolica monita pro hijs que cause nuncium (meritum) requirebat nostram inclitavimus maiestatem, et Jerosolimitanensis regni hereditariam dominam duximus feliciter in uxorem. Ac statuto ibidem termino transeundi dum pie recordationis C. portuensis episcopus in theotonia et alij predicatores per regna diversa monitis apostolicis et statutis, deinde rex Johanes et magister domus teotonicorum nostris oblatis promissionibus vel paucos vel definies omnes retenti casu damiate enormiter prosternatos ad susceptionem crucis inducere potuissent ne pro huiusmodi deffectu contingeret assumptum negocium impediri nichil de contingentibus obmittentes convenimus apud sanctum germanum cum venerabilibus viris, P. Albanensi episcopo, et pie memorie G. tituli sancti Martini presbitero cardinale, ut animarentur omnes nostris largitionibus et promissis termino pasagij usque ad bienium prorogato personaliter transire promisimus et ducere mille milites ad stipendia nostra tenendos ad bienium in servicio terre sancte et mittere infra spacium pretaxatum per quinque videlicet terminos centum millia uncias ad partes ultramarinas statutis adsignanda personis, Centum insuper chelandras habere ac quinquaginta galleas pro duobus millibus militum certis terminis passagium exhibere, quibus solempniter constitutis misimus Magistrum domus sancte Marie teotonicorum pro militibus solidandis in obicione sua ponentes (?) viros eligere strenuos et pro meritis personarum ad suam providentiam stipendia policeri, et certis insuper passagium transituris. Nobili viro principi et consanguineo nostro langurio turigie de marchia missium (Misnensi?) graciam fecimus ut crucem assumeret et veniret qui eandem M. Marchiam

ex iure imperij simili modo tenere possemus valente ultra uncias millia marcharum per annum. Sed addimus etiam ei de camera nostra quinque millia marcharum, eligentes pocius utilitati nostre deesse quam servicio crucifixi. Cum exemplo eiusdem langravi ducis de linburen et aliorum principum quos ad sumendum crucem largitionibus et promissis induximus infinita se multitudo signant septingentis millibus (militibus) per eundem magistrum ad nostra stipendia sollidatis, Magistros etiam pro fabricandis chelandris per diversas partes regni nostri statui iussimus, de quibus octingenti pre aeris intemperie tum morte tum infirmitate impediti fuerunt quod omnes non potuerunt percompleri licet maior pars fuerit fabricata, tandem instante passagio navigys chelandrys et quinquaginta galleas ad loca passagij non a nobis sed ab antiquis temporibus ordinata brundusium, Videlicet ubi passagium fieri semper competencius consuevit duci fecimus et parari, nos personaliter in occursum clare memorie langrauri et aliorum venientium conferentes, quibus accedentibus dum ad passagium reddiremus gravi egritudine sumus a domino in itinere visitati, que sic nos vehementer invasit ut moram nobis medici suaderent sed ne pro absentia nostra contingeret passagium impediri, medicorum persuasione contenta in estivi calore temporis non obmisimus versus brundusium equitare, ubi naves et chalandares pro principibus et aliis peregrinis nec non pro septingentis stipendiarijs militibus sicut expediebat singulis pro qualitate rerum et numero personarum iussimus assignari, que per octo dies aquis et alijs necessarijs oneratur, aura prospera salubriter navigantes tempus enim passagij adeo erat domino faciente paratum quod navigia in quibus camera (et?) familia nostra post octavum diem prime motionis navigium recepte fuerant infra dies undecim transfretaverunt, copiam vero navium tanta huiusmodi (habuimus) quod pro deffectu peregrinorum multa in portu navigia remanserunt de coruptela vero aeris que nocuit peregrinis per quam divinam providentiam que previderi non potest ab homine diversas mondi partes et regni nostri specialiter oculto iudicio flagelavit nulli magis quam nobis molestum extitit et damnosum. Nam in persona nostra sensimus de quo in alijs condolemus. Preterea nondum resumpta convalesentia galleas ingressi fuimus nos et dilectus consanguineus noster langravius vestigia precedentium secuturi ubi tam subita invasit utraque turbatio, quod nos in graviorem decidimus recidivam et idem langravius post accessum nostrum apud ydrontum de medio proh dolor est sublatus. In cuius decessu gravius animo contristati pati cepimus vehementer tam principes quam alias illustres personas orientalium parcium que presentes nobiscum aderant super nostro transfretationis proposito consulentes, qui viso et inspecto statu persone nostre et quibuslibet circonstancijs indagatis, consulendum de transitu non viderunt, quia igitur sevicies erat perdere nosmetipsos cum a nobis vita salusque multorum pendeat populorum dilata est persone nostre transfretatio pro convalescentia resumenda sed dante domino non ablata quia fervor tanti propositi donec spiritus est in corpore per dispendium aliquod non valebit extingui, commisimus insuper dilecto principi et consanguineo nostro duci de linbruc usque ad felicem transitum nostrum curam tocius exercitus christiani (et) quinquaginta galleas que (pro?) transfretatione nostra fuerant armate in portu assignari precepimus, Venerunt (Venerabili?) Patriarche magistro domus teotonicorum et alijs magistratibus transituris, de quibus non nisi viginti pro eorum itinere recipere voluerunt. Nos autem ad succursum

eorum quos promisimus (premisimus) et ad terre sancte subsidium intendentes in vasellis et chelandris alijs fieri fecimus apparatum proponentes in estate futura circa medietatem futuri mensis Madij quando tempus est aptius et magis offert se mare navigantibus opor- tunum in maiori potencia transfretare. Cumque singula per duos de iudicibus magne curie nostre nostros nuncios et fideles in conspectu apostolico miserimus proponenda dum speravimus a patre patrum, patrem (paterne?) consolationis Antidotum compassionis benigne solatium et remedium consequi salutare dominus apostolicus eosdem nuncios nostros recipere noluit nec audire quin pocius ad postulacionem eorum nunciorum nostrorum cognitorum (cognitores) et iudices non concedens infirmitatis nostre casu inevitabili non inspecto solutione non considerata pecunie pretaxate nec militibus ad stipendia nostra transmissis animo revolutis, quod non absque maxima cordis ansietate proferimus denunciavit in nos pro eisdem tribus capitulis in quibus cum defectus non (sit) defectum quia sic placet allegat, videlicet quod personaliter non transfretaverimus quod non miserimus centum millia uncias, quod non duxerimus mille milites tenendos ad bienium ad stipendia nostra pro subsidio terre sancte, qui cum ad deliberandum super hoc provinciale concilium omnium prelatorum ytalie provocasset (convocasset) solemnes nuncios ad sedem apostolicam replicavimus, videlicet Reges (Reginum) et barones (ba- rensem) Archiepiscopos ducem Spoleti et comitem henricum familiares et fideles nostros et procuratores in eadem causa statutos a nobis ad proponendum coram omnibus qualiter persone nostre transfretationem infirmitas que in promptu est et cuius manent adhuc vestigia prepedivit, et quod in presentiarum ultra mille milites in ultramarinis partibus, ad nostra stipendia pro dei servicio teneamus, videlicet septingentos milites transalpinos per manus magistri teotonicorum ad nostra stipendia solidatos ducentos et quinquaginta milites regni nostri quos anno preterito de pecunia ecclesie quictatos sequenti anno ad soldos nostros ibi fecimus retineri, quod inter familiam nostram et alios regni nostri mi- lites qui ad expensas nostras transacto passagio transiverunt, fuerint ultra centum, et insuper quadrigentos milites nobis a lonbardis ecclesia mediante promissos ultra quam ex promissione tenebamur deputavimus pro eodem servicio transmittendos nisi dila- tioni et more eorum ecclesia per quam accellerare magis debuerant consensisset quod etiam de centum milibus, unde (uncias?) satisfecerimus, promittentes primo in tribus terminis sexaginta millia uncias, in quarto vero termino magister domus teotonicorum qui est unus de statutis ad ipsam pecuniam reservandam pecijt assignari sibi si clam nostram brundensem pro quarta solutione viginti millium unciarum et ipsam receperit et uncias habuerit pro solutis, sic quod dominus Apostolicus in presentia fratrum et prelatorum presentibus quoque nuncijs nostris in vigilia beati Martini fuit sicut per eos audivimus recordatus quod dictus magister pro nobis absolutionem habuerit, ressiduo vero viginti millia unciarum que tenebamur in nostra trasfretatione cum camera nostra premisimus et parati erant idem nuncij nostri et procuratores facere plenam fidem, qui cum priusquam consulerentur prelati audiri debuerit eos ordine inpostero in quo nostrum fuit negocium gravatum negocium vix amisit quia primo consultatis semoniti pars (semotim per se) singulis prelatorum et eorum consilium per cedulam assignato premonitis ut dicitur ne a deliberacione qualitercunque prehabita dissen- tirent eisdem nuncijs et procuratoribus nostris audientiam prestitit non deliberans postmodum cum prelatis, et nuncios nostros ulterius non admittens immo iustis

excusationibus et causis rationabilibus non receptis, et clauso eisdem procuratoribus et nuncijs nostris hostio iusticie quod eodem (apud?) sedem apostolicam patet omnibus in comune denunciationem prout voluit replicavit. Preter hec reatim (reatini) qui sunt fideles ecclesie quos de nostra fuit magnificentia consueta (consecuta?) tam cito quam eis innotuit nos apud brundusium intrasse galleas instigantibus illis qui si beneficiorum reminiscerentur imperij prohibuisse debuerunt absque quorum permissione nullatenus attentassent fines regni nostri armata manu hostiliter invaserunt fideles nostros per quosdam rebelles nostros artius obsidebant confundere satagentes sed dextera domini faciente devicti effugiunt a nostris fidelibus inciderunt in laqueum quem tendebant. Que omnia supradicta cupimus ad universalem vestram noticiam pervenire in veritate pura talem fuisse rei seriem et processum, et nos penitus inculpabiles coram celo et orbe terrarum ineffabiliter protestantes, et (ut) universi et singuli seriatim et plenius cognoscatis manifestam iniuriam et gravamen que pro tot predictis obsequis et expensis ab illis preferre conquerimur a quibus nos et universus orbis optata pro crucifixi negocio suffragia sperabamus, nos igitur quantumcunque intentio lacescentis ecclesia excandeat, quia puram habentes conscientiam, de iudicio dei confidimus pocius quam timemus iniuste maledicentibus scriptura clamante, benedicam maledictionibus vestris, ab incepto dei servicio nullatenus desistemus, quod non ore tantum sed opere sinceris affectibus et imperiali conamine ad finem gratum ipso actore qui principium est et finis perducere peroptamus nisi gravioris quod absit scandali suborta dissensio nos invitos et coactos a tam sancto itinere revocaret speramus enim quod pro pleniori bono et maiori subsidio terre sancte divinitas iter nostrum sua visitatione distullerit. Quod principes at alij probi viri dudum consultati iam viderint quod in manu virorum tam monica (modica) que transivit si nos transisse contingeret treugue infringi non possent, sed oportet nos ad imperium (?) imperij et tocius christiani nominis iniuriam prestolari subsidium aliorum qui nomen et vires pre ceteris principibus obtinemus et cuius fama est barbaris ad terrorem. Rogamus igitur universitatem vestram, ne in tam arduo Christi negocio votum generale non tepeat sed quo maior necessitas iminet ferventius exardescat et tam cruce signati quam omnes qui zelo movemini transfretandi vos et interim preparetis, venturos tempore competenti ut in medietate primo futuri mensis Madij cum manu potenti et excelso brachio transfretemus certis omnibus et indubitanter scientibus quod in passagio et in alijs liberaliter providebimus transituris. Preterea quia in medietate proxime venture sacre quadragesime disposuimus ante felicem transfretationem nostram cum plurisque principum imperij et vobiscum habere colloquium in ravenna, et ad removendum de nostrorum fidelium cordibus omnem turbationem et rancorem optatam pacem in ytalia reformare nostram, ad omnes gratiam effundendo, universitatem vestram monemus precipimus obnoxius et mandantes ortamur qua (quatenus) loco et termino prestitutis honorabiles nuncios vestros viros industrios in eodem colloquio interesse curetis, nobis ad tam laudabile negocium peragendum efficaciter affuturi, ut abinde cum generali pace et universali gracia licentia prestita, et amico vale recepto ad Christi servicium transfretemus. Confidimus autem in auctore salutis quod summus pontifex devotionis nostre non inmemor nec nostre (terre?) sancte necesitatis oblitus, devotum filium non permittet absoluta dilectione ac devotione matris ecclesie diucius admoneri cum

eum sincere dilexerimus prius quam ad altioris loci speculam vocaretur. Datum Capue sexto decembris prime indictionis.

22. *Privilegium de civitatibus que banite sunt per dominum Fredericum Romanorum Imperatorem scilicet Mediolanum, brixia, Mantua, Verona et plures alie ut infra.* 1226. Mense Julij [1].

Fredericus dei gracia romanorum imperator semper Augustus Jerusalem et sicilie rex. Potestati consilio toti que comuni Astensium fidelibus suis graciam suam et bonam voluntatem. Expectavimus hactenus ut lombardi convitationis [2] et societatis illicite qui contra nostrum et imperij honorem quodam ellectionis [3] spiritu conspirarent [4] et desipuerunt nequiter in Insipientia cordis sui rescipiscerent ab erore ac resumentes animum fidei viam perfidie non tenerent. Sed ecce quod dolentes dicimus adeo pertinaciter obstinati sunt in reprobis vijs suis quod nec verba salutis accipere nec conversionis tramitem agnoscere voluerunt quin manifeste contra deum et romanam matrem ecclesiam fidei catolice et tocius Christiani nominis lesionem contumeliam crucis et ignominiam imperij graviorem ad impediendum [5] generalem curam [6] pro reformatione pacis extirpanda heretica pravitate et terre sancte negocio celebrandam temerarijs ausibus excessissent, nam cum eorum indempnitati pro transitu regis filij nostri et principum qui ad eandem curiam veniebant cavere voluerimus ut decebat pervenerunt [7] portuensem et sancte Rufine episcopum apostolice sedis legatum Jerosolomitanum patriarcham, Archiepiscopos episcopos et per magistrum domus teotonicorum in Jerusalem quos ad eosdem lombardos apud Mantuam sepius misimus nunquam obstinata protervia eorumdem ad humilitatem et pacientiam nostram ad preces et monita potuit a concepte iniquitatis proposito declinare, quin per in honestas et indecentes petitiones in depressione honorum et iurium nostrorum nos ad inconveniens deducere moliretur. Quod cum maiestatem nostram et dignitatem imperij penitus dedeceret ac super eisdem petitionibus consilium predictorum Ierosolimie [8] patriarche, Archiepiscoporum episcoporum principum et aliorum Imperialis aule procerum quereremus, per eos nobis extitit dissuasum ut ad tam illicitas petitiones non deberemus asstringi sicut in generali scripto consilij per eosdem prelatos sollempniter facto plenius continetur. Preterea dilectus princeps noster venit [9] hyldenseniensis [10] episcopus cui per apostolicas litteras est commissum ut quia dominus apostolicus nos regem filium nostrum imperium et regnum iura honores et rationes nostras pro eo quod onus assumpsimus terre sancte sub beati petri et sua protectione susceperat in perturbatores honorum nostrorum et iurium excomunicationis in personas et interdicti in terras sentenciam ferret quociens [11] esset requisitus a nobis, citavit eosdem assignato eis termino quod ad satisfaciendum nobis de comissis excessibus ad presentiam nostram venirent eos inducere apostolica auctoritate non potuit nec a via erroris in qua deviaverant revocare. Nos quoque per litteras nostras universis et singulis eorum iniuncximus peremptorium terminum

[1] Diploma hoc iam ediderant Ghilini, *Annali di Alessandria* p. 31 et Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Frid.* II, 642. Idem denuo transcripsit ex hoc ipso Codice L. Edlbacher, ediditque Böhmer op. cit. pag. 254 N. 290 — [2] l. c. *coniurationis* — [3] *ellationis* — [4] *conspiraverunt* — [5] *impediendam* — [6] *curiam* — [7] *per venerabilem* — [8] *Ierosolume* — [9] *venerabilis* — [10] *hyldensemensis* — [11] *quoties*.

indicentes eisdem, videlicet usque ad sequentem diem festi sancti Johanis babtiste proxime preteriti qüo se de comissis satisfacturos excessibus et iniuriis nostro conspectui presentarent. Qüod pertinaciter contempserunt. Super quibus consultati Patriarcha predictus ceteri que prelati nec non principes et proceres nostri iudices curie nostre ac plures alij sapientes si possemus et deberemus ex dignitate nostra pro tam gravibüs iniurijs et offensis procedere contra eos tanquam contra reos criminis lese maiestatis in personis et rebus et specialiter ad imponenda damna [1] et privatione [2] omnium iurisdictionum tam civilium quam criminalium tam voluntariarum quam contentiosarum, Regalium, dacionum [3], feudorum, donationum, privilegiorum, officiorum iudicatus, tabellionatus missorum regis et omnium honorüm potestarie et consolatüs, monetarum, et privationem etiam eorum omnium que possent eis ex pace constancie üniversis aüt singulis provenire et eorum omnium, que ab imperio seu a nobis, Avo nostro, et patre nostro Imperatoribüs Frederico et henrico, aut ab alijs Imperatoribus predecessoribus nostris tenent, habent seu posident, tenuerunt habüerunt seu posiderunt, nec non in alijs animadverteret [4] contra eos ex communi deliberatione approbato consilio nos id debere ac posse concorditer providerunt sicut memorialia eorum scripta consilij manifestant. Sed pacientia nostra non destitit quin ad eorum conversionem nostra libentius intentio verteretur. Permisimus enim predictum venerabilem portuiensem [5] episcopum apostolice sedis legatum convenire cum rectoribus quin pociüs perversoribus eorundem, Qui cum apud villam Marcharie formam qüamdam pacis invenerunt et de communi assensu civitatum coniüratarum approbata extiteret [6] redactam in scriptis pervenerunt [7]. Mediolanensem Archiepiscopum, Mantuanum et brixiensem episcopos, dominum Altrinum [8] domini pape subdiaconum et capellanum, et fratrem Güalam de ordine predicatorum nostris nuncijs obtulerunt, Que cum nobis representata fuisset nos ad supplicationem et instanciam prelatorum videlicet [9] instarent principes ex adverso quod non deberet recipi talis forma, petitioni tamen et forme oblate pacis adheo humiliter acquievimus ut mirabile fieret universis, quod illum quem imperialis celsitudo deposceret in nobis animum non viderent. Sed cum diem eis prefixerimus atque locum in quibus comparere deberent, pacem quam apud Marchariam obtülerant implecturi, nuncijs nostris ad eos ducendos euntibus sicut venire pro pactis adimplendis debuerant non venerunt, sed variantes propositum et affectum pocius illudere quam velle satisfacere videbantür, sicut singula sub sigillis et testimonio prelatorum qüi interfuerunt plenarie continetur. Ne igitur lombardi coniurationis eiusdem super tanta possint insolencia et illatis nobis et imperio iniurijs insultare die sabati XI° mensis presentis iullij indictionis XIIIIe, apud burgum sancti donini in maiori ecclesia solemni et generali curia venerabiliüm Archiepiscoporum, Episcoporum, principum et aliorum nostrorum procerum congregata residentibus nobis, et existente venerunt [10] Jerosolomitano patriarcha, presentibus quoqüe nobilibus et prudentibus viris et iudicibus curie nostre et populi multitudine infinita, littere sanctissimi patris summi pontificis super delegatione dicto hyldenseniensi episcopo contra perturbatores nostrorum iurium et honorem [11] iam comissa in publicum sint [12] deducte. Quibus solemniter

[1] Böhm. cit. *banna* — [2] *privationem* — [3] *daciorum* — [4] *animadvertere* — [5] *portuensem* — [6] *extiterunt* — [7] *per venerabiles* — [8] *Alatrinum* — [9] *licet* — [10] *venerabili* — [11] *honorum* — [12] *sunt.*

recitatis perlectis quoque et expositis scripturis patriarche et omnium tunc presentium prelatorum sub sigillo et testimonio eorundem per quas et eidem Ildenseniensi episcopo quod auctoritate apostolici que[1] mandati posset in eosdem coniurationis lombardos procedere, et quod nos iuxta dignitatis nostre fastigium animadvertere et banna imponere deberemus pariter et possemus provide consulebant. Exposita quoque ultima forma pacis quam adimplere sicut apud Marchariam convenerant denegarunt, prefatus hyldesinensis episcopus in civitates coniurationis et societatis illicite, videlicet Mediolanum, Brixiam, Mantuam, Veronam, Placentiam, Vercellas, Alexandriam, laude[2], Trevixium, Paduam, Vicentiam, Bononiam et Faventiam, et ceteras civitates coniurationis eiusdem, ac fautores earum apostolica auctoritate suum est officium executus, excomunicationi personas et terras interdicto supponens, prelatis quoque civitatum ipsarum apostolica fretus auctoritate prohibuit ne communicent cum eisdem sed evitent eos, et faciant arcius evitari, et divina sibi officia interdici. Dicto igitur delegato suum officium exequente nos stipati principibus nostris tam ecclesiasticis quam mondanis de communi deliberatione ac sententia eorundem principum nostrorum et aliorum romani imperij procerum , in eadem curia residentium iudicum quoque curie nostre, ac plurium sapientum ex auctoritate nostra et imperij pronunciamus [3] et condemnamus[4] omnes civitates ipsas in personis et rebus, et omnes cives et habitatores ipsarum districtuum et episcopatuum earundem, in banno imperij posuimus, et nostros et imperij banitos et hostes denunciavimus. et tanquam reos criminis lese maiestatis tam universos quam singulos privavimus omni iurisdictione tam civilium quam criminalium tam voluntariarum quam contenciosarum, dationum[5] feudorum, donationum, privilegiorum, regalium honorum omnium officiorum, iudicatus tabellionatus missorum regis, Potestarie , Consulatus , et Monetarum. Privavimus etiam sentencialiter civitates predictas et cives earum hijs omnibus que possent eis ex pace constancie universis et singulis provenire, ac ceteris omnibus que ab imperio seu imperatoribus supradictis Avo silicet et patre nostro et alijs predecessoribus nostris dive recordationis Auguste[6] aut a nobis tenerent[7] habent seu posident, tenuerunt habuerunt seu posiderunt: item privavimus vavassores et cataneos eorum ab honoribus et specialiter cataniatus et Vavassonatus ut decetero non possint dici nec nominari catanei vel vavassores et prohibuimus ipsos et alios ne decetero ad tales vel ad alios honores ascendant. Item quod statuta non faciant et facta cassamus, et quod si decetero fecerint ipso iure inania et irrita censeantur. Item privavimus eos omnibus legitimis actibus, ita quod non habeant ius testandi, testificandi alienandi, et succedendi ex testamento vel ex intestato, nec capiendi ex causa donationis inter vivos vel ex causa mortis vel iure codicillorum vel alio quolibet modo, et quod ipso iure perpetuo sint infames. Pronunciantes insuper et presenti sanctientes edicto, ut omnes fautores civitatum eorum,[8] vel qui eis decetero auxiliari vel associari presumpserint vel aliquem de civitatibus supradictis in potestatem rectorem, consiliarium assesorem assumpserint, eidem condemnationi banno et privationi subiaceant, Scolas et studia ab eisdem civitatibus statuimus et iubemus peipetuo removeri, Doctores et Scolares, qui contra

[1] Böhm. cit. Deest *que.* — [2] *Laudem.* — [3] *pronunciavimus.* — [4] *condemnavimus* — [5] *dationum.* — [6] *Augustis.* — [7] *tenent.* — [8] *earum.*

presentem constitutionem nostram in eisdem civitatibus atque locis, docere, legere vel audire presumpserint, perpetua infamia denotantes officijs honoribus et legitimis actibus privantes eosdem. Statuimus insuper ut quicumque predictos bannitos et hostes nostros et Romani imperij offenderit in personis et rebus indemnis transeat et inpunis, et nullo unquam tempore possit exinde ab aliquo conveniri. Quare universitati vestre sub debito fidelitatis qua imperio et nobis tenemini firmiter precipiendo mandamus, quatenus omnes civitates predictas cives et habitatores earum tanquam nostros et romani imperij bannitos et hostes habeatis et denunciatos a modo teneatis, ipsos etiam in personis et rebus persequi et capere intendatis, Mercata et negociationes et stratas per districtos et posse vestrum eis penitus inhibentes, et interdicentes Civibus et Mercatoribus vestris vel [1] participent vel mercimonia aut aliqua negccia contrahant cum eisdem. Quod qui presumpserint supradictis penis et banis se noverint subiacere. Faciatis preterea constitutionis formam presentis per totum districtum et episcopatum vestrum solemniter publicari. Datum apud Burgum Sancti donini Anno dominice incarnationis, Millesimo ducentesimo vigessimo sexto mense iulij quartedecime indictionis.

23. *De litteris missis per dominum Honorium Papam pro passagio transmarino* 1227. 29 Januarij [2].

(In fronte harum litterarum minio depictus est Pontifex Maximus, elata dextera, populo benedicens. Vid. Tab. V.)

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis, Rectoribus societatis lombardie, Marche ac Romaniole Salutem et apostolicam benedictionem. Eius locum licet immeriti obtinentes in terris qui pax nostra fecit utraque unum duos parietes venientes e diversos coniungens in se ipso lapide angulari, nascentibus debemus obviare discordijs, et intendere solicite ac diligenter ad ea que sunt concordie unitatis et pacis. Cum ergo nuper inter karissimum in Christo filium nostrum Fredericum illustrem romanorum imperatorem semper augustum et regem Sicilie atque vos discordia esset, nos attendentes quod res nisi obsisteretur principijs videbatur alcius progressura et preter difficultates alias allatura impedimentum negocio terre sancte pro quo est tanto tempore laboratum, dignum duximus interponere partes nostras et igne huiusmodi antequam vires assumpsisset extincto gravibus obviare periculis, que quidem ex hoc nisi tempestive occureretur evenirent. Ipso igitur imperatore ac vobis totum ipsum negocium in nostra et fratrum nostrorum providentia et dispositione libere ac absolute ponentibus, idque declarantibus per litteras et publica instrumenta nec non per solempnes procuratores et nuncios propter hoc ab utraque parte ad nostram presentiam destinatos, cum intercetera fuisset ex parte ipsius imperatoris propositum, quod impediente societate vestra nequiverat iuxta propositum suum procedere contra pravitatem hereticam que partes illas dicitur graviter infecisse ac libertatem ecclesiasticam rellevari que ibidem multipliciter proponebatur oppressa nec procurare subsidium terre sancte propter quod specialiter ad partes ipsas duxerat accedendum, quodque captivi sibi contra ius et honorem imperij fuerant denegati, Nos hijs et alijs que fuerunt

[1] Böhm. l. c. *ne*.

[2] Docum. hoc iamdiu edid. Raynald, *Annal. eccles.* I, ad ann. Idem postea edidit Huillard-Bréholles, op. cit. II, pars 2.ª 703, adscripta mensis nota *nonis januarii* (5. jan.)

hinc inde proposita plenius intellectis, de providentia sic duximus statuendum ut videlicet ipse imperator pro reverentia crucifixi et negocio terre sancte, suo et filij sui ac imperij nomine hijs qui sunt de societate iam dicta universaliter singulis et singulariter universis remittat omnem rancorem malivolentiam et iniurias ac offensas, Omnia quoque banna constitutiones, sentencias et ordinamenta que fecit vel imposuit per se vel per alium, alius ve pro eo societati vel alicui de societate predicta civitatibus locis et personis de ipsa civitate, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt penitus revocet, et specialiter constitutionem factam de studio et studijs bononie universos et singulos qui occasione alicuius predictorum lesi videntur. Restituens inintegrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame remittendo infamiam omnem et penam que secute sunt ex aliquo predictorum ita quod ea que medio tempore per eos acta sunt non obstantibus supradictis robur obtineant quod alias debuerant optinere. Ad hec civitates loca, et personas de ipsa societate recipiat in sue gracie plenitudinem et eis faciat firmam pacem specialiter Marchioni Montisferati, Mediolano, Placentie, Vercellis, Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurino, Laude, Pergamo, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicencie, Trevisio , Creme, Ferarie et Comitibus de blandrato alijs que locis et quibuslibet personis societatis eiusdem, faciat etiam restitui captivos qui sunt capti occaxione huius discordie cum bonis eorum, ac alia que occasione huius discordie capta sunt vel detenta. Insuper quoque faciat fieri patentes litteras ex parte filii sui quod pacem et concordiam istam ratam habebit et firmam, et remittet illis de societate omnem rancorem malivolentiam iniurias et offensas hij vero qui sunt de societate iam dicta, ad honorem dei omnipotentis et ecclesie sancte sue ac ipsius Imperatoris, dent ipsi imperatori pro subsidio terre sancte in expensis eiusdem societatis per biennium milites quadringentos, ac civitatibus locis et personis imperiali excellentie adherentibus tam ecclesiasticis quam mundanis faciant pacem et inviolabiliter servent, Remittentes eis omnem rancorem malivolentiam iniurias et offensas, ac revocent omnia banna, constitutiones, sentencias et ordinamenta que fecerunt vel imposuerunt Civitatibus locis et personis imperiali celsitudini adherentibus et quecumque ex eis secuta sunt vel ab ea captivos qui occaxione huius discordie capti sunt cum bonis eorum, et alia que occasione ipsius discordie capta sunt vel detenta restituant, ita quod adherentes ipsi imperatori similiter eis faciant et observent. Alij autem captivi secundum ius imperij restituantur, Cum ipse imperator legatum suum in lombardiam pro pace reformanda inter discordes duxerit destinandum. Constitutiones vero leges et statuta ab ecclesia romana et romanis imperatoribus ac specialiter ab ipso imperatore contra hereticos receptatores defensores credentes et fautores eorum hactenus promulgata vel in inposterum promulganda recipiant et observent inviolabiliter et efficaciter exequantur, Constitutionibus municipalibus editis contra tales nihilominus in suis locis firmiter observandis. Potestates autem Consules et rectores civitatum aliorumque locorum quocumque nomine censeantur iurent quod illa fideliter observabunt, idque suos iurare faciant successores, ponentes ea in statutis civitatum aliorum que locorum illa inde nequaquam inposterum deleturi. Statuta omnia communia et particularia facta contra ecclesias et ecclesiasticam libertatem penitus revocent de suis constitutionibus deleant et ea vel eis similia decetero non resumant, lateranensis quoque statuta concilij et constitutiones a nobis et leges ab ipso imperatore super hijs editas observent et iurent inposterum observare, suos

quoque iurare faciant successores Porro predictos quadrigentos milites in eundo morando redeundo sub nostra et speciali apostolice sedis protectione suscipimus cum omnibus bonis suis, hij denique teneantur ire in ipsius imperatoris passagio quod ab eo statutum est, et a romana ecclesia approbatum, ideoque universitati vestre per appostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus supradicta omnia pro parte vestra inconcussa servetis, Ac super hoc nobis et ipsi imperatori iuxta tenorem quem vobis transmissimus vestras patentes litteras usque ut ad proximam dominicam instantis quadragesime transmittatis, per manum publicam scriptas et nostri ac prefati Marchionis et quarumlibet civitatum de ipsa societate sigillorum appensione muritas Datum lateranensi IIII° kalendas februarij Pontificatus nostri XI.°

24. *De confirmatione investiture facte communi Astensi quam fecit dominus henricus dei gratia Mediolanensis ecclesie Archiepiscopus.* 1221. 17 Junij.

(In fronte huius decreti minio depictus est mediolanensis Archiepiscopus, elata dextera, populo benedicens. Vid. Tab. VI.)

In nomine sancte et individue trinitatis, Amen.

Henricus dei gratia Sancte Mediolanensis ecclesie Archiepiscopus omnibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Ex officio suscepti regiminis nostris suffraganeis constituti debitores eorum contractus licitos et actus legitimos nec non et transactiones rite perfectas confirmare tenemur auctoritate Mediolanensis ecclesie cui miseratione divina licet indigni presidemus. Hinc est quod nos cognoscentes concordiam seu transactionem per venerabilem fratrem nostrum Jacobum taurinensem episcopum imperialis aule vicarium, et per Guidonem de landriano potestatem Astensem legitime celebratam inter venerabilem fratrem nostrum Jacobum Astensem episcopum nomine Astensis ecclesie voluntate et capituli eiusdem consensu, ex una parte, et commune Astense ex altera, ad utilitatem Astensis ecclesie prescripte fuisse perfectam super castro quod rocha dicitur et loco Maxij et Azani et Insule, et super quarta parte comitatus serre longe auctoritate sancte Mediolanensis ecclesie, confirmamus laudamus et coroboramus, investituram quoque factam a dicto Astensi episcopo super predictis de voluntate et consensu capituli memorati similiter confirmamus laudamus et coroboramus, statuentes ordinantes et decernentes suprascriptam concordiam transactionem et investituram perpetuam optinere firmitatem, sicut in cartis inde confectis continetur, Taliter quod nec predictus episcopus nec aliquis successor ipsius possit contra predicta venire vel aliquod predictorum aliquo tempore per se vel per submixtam personam immo dictum comune omnia de quibus investituram accepit perpetuo teneat habeat firmiter que posideat sine omni contradictione cuiuscumque persone. Nulli ergo ecclesiastice vel seculari persone contra hanc confirmationis nostre paginam liceat venire, quod qui facere attemptaverit indignationem omnipotentis dei et gloriose matris eius Marie virginis et beatissimi Ambrosij confessoris se noverit incursurum. Ad cuius rei certam inposterum evidentiam presentem paginam in formam publici instrumenti redigi iussimus et sigillo nostro iussimus comuniri huius rei testes dominus Amezo de portaromana mediolanensis ecclesie ordinarius magister Rebuffus ecclesie Astensis archipresbiter dominus Petrus prepositus sancti dalmacij Taurinensis, Ubertus de Landriano, Jacobus de Sibona Bayalardus berardengus et Ardicio de

quarto Astensis Acta sunt hec apud Angleriam in palatio domini Archiepiscopi feliciter presente dicto Guidone de landriano potestate Astensi.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo Indictione nona. Die Jovis xv kal. Jullij.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui Et de Mandato dicti domini Archiepiscopi hanc cartam complevi et sic scripsi.

25. *De Concessione domini Conradi Romanorum regis possendi facere monetam.* (1140)

Conradus dei gratia romanorum rex dilectis fidelibus suis. Consulibus et universo populo gratiam et bonam voluntatem litteras et honestos ac sapientes nuncios vestros benigne recepimus et ut vestra fidelitas promeruit a nobis honorifice ad vos direximus. Monetam et enim faciendi facultatem pro fidelitate quam diuturnis temporibus regno exhibuistis et nunciorum nostrorum sapienti honestate concessimus. Et ut ea que in celebri curia Weciburg facta sunt vobis breviter intimemus saxonibus iudicio vel consilio principum hostes vindicavimus. Quibus per misericordiam dei citissime expugnatis nuncios nostros ad vos ut ad fideles regni dirigemus et quid nos simus facturi per eos vobis intimare curabimus. Vobis autem in fidelitate vestra fideliter perseverantibus In adventu nostro maiora beneficia Inpendemus.

26. *De remissione domini Frederici Imperatoris facta comuni Astensi de regalibus et possendi facere monetam* (1155-1190) [1].

Fredericus dei gratia romanorum imperator et semper augustus. Dilectis et fidelibus suis, Consulibus Astensibus et cuncto populo gratiam suam et bonam voluntatem. Noverit universitatis vestre prudentia, Quod quia fidelitatis vestre constanciam circa Imperij negocia sepissime cognovimus de regalibus nostris C. marchas hoc in anno vobis remittimus et Insuper si volueritis monetam facere ob dilectionem qua vos amplectimur vobis concedimus.

27. (*Fredericus romanorum rex causas quas cum Comuni Albe habet Oddo de Barbarisco civis Astensis, Osberto Iudici et Guillelmo Silvatico committit.* 1214. 9 Maij) [2].

Fredericus dei gratia romanorum rex semper augustus res [3] scicilie. Osberto Judici de cremona et Guielmo silvatico astensi suis gratiam suam cum bona voluntate. Causas quas habere debet Oddo de barbarisco civis astensis cum comune de alba vestre discretioni duximus comittendas, Mandantes vobis et sub obtentu gracie nostre firmiter precipimus [4] quatenus partibus convocatis predicto Oddoni super omni querimonia sua quam habuerit contra dictum comune secundum Juris ordinem satisfaciatis. Testes si partes postulaverint auctoritate nostra verum dicere secundum

[1] Ex hoc ipso Codice exscripsit Ludwig Edlbacher ediditque Friedrich Böhmer *Acta Imp.* cit. p. 153. N. 164.

[2] Diploma hoc exscripsit ex ipso Codice nostro Edlbacher ediditque Böhmer op. cit. p. 237. N. 264. — [3] l. c. *rex* — [4] *praecipientes.*

Juris formam compellatis. Jamdictum etiam comune ad Iusticiam ipsi Oddoni faciendam nullis litteris sive comissione a regali sede impetrata vel impetranda non obstante per bannum arcius constringatis. Concedimus etiam et vobis firmiter iniungimus ut sententiam quam pro eodem Oddone forte pronunciaveritis nostra regali censura executioni mandare non pretermitatis possessionem inde si opus fuerit eidem Oddoni pro predictorum observatione largientes. Quod si ambo hijs exequendis nequiveritis interesse unus vestrum nichilominus exequatur. Datum apud vormaciam VII. Idus Maij Indictione secunda.

28. (*Fredericus Romanorum rex comune Albe gravioribus minis prosequitur pro eodem Oddone de Barbarisco.* 1214. 24 Novembris) [1].

Fredericus dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Scicilie [2] fidelibus suis Petro Rotario et Petro de moneta astensibus gratiam suam et omne bonum sua nobis fidelis noster Oddo de barbarisco civis astensis insinuatione patefecit, Quod cum ipse a regia maiestate iudices Osbertum Judicem de Cremona et Guielmum silvaticum astensem contra comune Albense impetraverit, Idem nostra fulti auctoritate partibus ad suam presentiam convocatis, Comune albense contumaciter venire supersedit, Unde supradicti Judices Osbertus et Guielmus comune albense pro sua contumacia in banno ponentes prenominatum Oddonem de barbarisco in possessionem cause rei servande sue questionis posuerunt quam possessionem dictum comune in preiudicium regie maiestatis turbare nituntur. Quia vero dignum et iustum est ut contumaciter resistentibus preceptis illorum qui auctoritate regia funguntur pena taliter inflingatur ut audientes hec talia tereantur [3] et spernentes precepta a pravo proposito revocentur, Quapropter vobis mandando precipimus quatinus si vobis constiterit de premissis vos nostra auctoritate superbie et contumacie comunis albensis resistendo dictum Oddonem de barbarisco in possessione sibi de iure a Judicibus supradictis attributam [4] tueatis penam sepedicto comuni albensi Centum librarum auri purissimi imponendo si in prenominata possessione ipsum presumpserint inquietare. Cuius pene medietas camere nostre reliqua vero medietas sit iniuriam passo. Et si pretaxatum comune vestris preceptis nostra auctoritate roboratis non obtemperaverint illud in banno confirmare non pretermitatis. Datum apud basileam VIII Kal. decembris Indictione tercia.

29. (*Fredericus Romanorum rex pro supradicto Oddone ponit in bannum Comune Albe.* 1219. 28 Februarij) [5].

Fredericus dei gracia romanorum rex semper augustus et rex scicilie [6]. O. de sancto Julio fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Cognoscentes per instrumenta publica, Osbertum Judicem de Cremona et Guielmum silvaticum Judices a nostra serenitate delegatos in causa que vertebatur, Inter Oddonem de barbarisco civem

[1] Diploma hoc ex nostro Codice exscripsit Edlbacher ediditque Böhmer — op. cit. pag. 239, N. 267. — [2] Sicilie. — [3] *teneantur.* — [4] *attributa.*

[5] Diploma hoc exscriptum ex ipso Codice nostro a L. Edlbacher edidit Böhmer, op. cit. pag. 241, N. 272. — [6] l. c. *Sicilie.*

astensem fidelem nostrum ex una parte et comune Albense ex altera, dictum comune banno supposuisse nostra auctoritate eo quod semel bis et ter citatum ut veniret coram eis ipsi Oddoni facere rationem quod quidem contumaciter facere recusavit et eo quod possessionem a predictis nostris Judicibus traditam eidem Oddoni de re petita quiete tenere non permisit et eo quod similiter possessionem ex secundo decreto a predictis Judicibus dicto Oddoni traditam modis omnibus perturbavit quo a nostra maiestate per eosdem Judices cognito ad eiusdem comunis contumaciam conprimendam, Iterato Petro rotario et Petro de moneta litteris nostro sigillo sigillatis mandavimus, ut bannum datum a prioribus Judicibus confirmant[1] et penam librarum C. auri dicto comuni imponerent de quo exire non possent nisi libras C. auri solveret et possessionem datam libere et quiete dicto Oddoni tenere permitteret que omnia dictum comune sprevit et facere recusavit. Quocircha tibi precipiendo mandamus ut dictum bannum auctoritate nostra confirmes, Iniungendo dicto comuni sub pena librarum ducentum auri ut possessionem dicto Oddoni traditam libere quiete tenere et possidere permittat et libras Centum auri pro pena predicta usque ad octavam pentecostes proxime solvat medietatem dicto Oddoni et aliam medietatem Camere regis secundum formam impositionis pene. Datum apud spiram II.° Kal. Marcij Indictione septima.

Et ego Ruffinus aranchaboschus notarius has litteras scripsi.

Infrascripte sunt Rubrice Castrorum terrarum et locorum que sunt ultra tanagrum tam in feudo quam in alodio et in civibus et in terris eorum.

De Laureto.	folio	XXI	*De Monte bersario*	folio	XLIIII
De Castegnolis.	»	XXVIII t°	*De Malamorte.*	»	LXII
De Costeglolis	»	XXXII	*De Veneis*	»	LXVIIII
De Bloneis.	»	XXXIII t°	*De Villa Pozoli*	»	LXXII
De Serra mezeti que vocatur			*De Castro Trecij.*	»	LXXII t°
sanctus stephanus	»	XXXIIII t°	*De Neveis.*	»	LXXIIII
De Sancto Moyolio	»	XXXV	*De Casteno.*	»	LXXVIII t°
De Petino	»	» t°	*De Bosea*	»	LXXX t°
De Paraxolio	»	» t°	*De Vecimis*	»	» t°
De Farinerijs.	»	» t°	*De Salegio.*	»	LXXXI
De Matarello	»	» t°	*De Bergolijs*	»	»
De Caburo	»	XXXVI	*De Pezolio*	»	» t°
De Saxo.	»	XXXVI	*De Turre uzoni*	»	» t°
De Caprarolio	»	» t°	*De Gurino*	»	LXXXII
De Paruzono	»	» t°	*De Locesio*	»	»
De Monte prevederio	»	XXXVII	*De Cagna*	»	» t°
De Sparoerijs	»	»	*De Ursarolia*	»	» t°
De Plebatu pontis	»	» t°	*De Ulmo*	»	LXXXIII
De Barbarisco	»	» t°	*De Perleto*	»	»
De Viglano.	»	XL t°	*De Rocha vevrana*	»	» t°

[1] Op. cit. *confirmatum.*

Infrascripte sunt Rubrice Instrumentorum et iurium spectancium ad comune Astense.

Infrascripte sunt Rubrice Castrorum terrarum et locorum
que sunt circa tanagrum tam in feudo quam in alodio
et in civibus et in terris eorum videlicet.

In vale Verse

In Riasca

In vale Rivalti

(Hic delineata est tabula topographica quam Vid. Tab. VII).

30. *Privilegium domini Frederici secundi Romanorum Imperatoris.* 1220. 29 Decembris.

In nomine Sancte et Individue trinitatis Amen. Fredericus Secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus et Rex Sycilie. Consuevit Imperialis circumspectio fidelium suorum iustis votis facilem atque benignum suis locis prebere assensum, et in hijs que iamdudum a Regia obtinuerunt munificentia Imperialis confirmationis patrocinium obtinere. Huius igitur pagine testimonio ad noticiam presentium atque ad memoriam devenire volumus futurorum, quod nos uberiori benivolentia respicientes, fidelitatem, devotionem nec non et grata atque assidua servicia dilecti nobis comunis Astensis que ipsum comune Imperio semper exhibere consuevit, de certa scientia renovamus, atque confirmamus eidem comuni privilegium, quod nos tempore romani regni nostri, de solita benignitatis nostre gratia confere dignati sumus. Eidem comuni concedentes, donantes, largientes, atque recognoscentes ipsi Comuni tam in castris et villis quam in Comitatibus seu Jurisdicionibus atque omnibus alijs juribus et honoribus tunc temporis vel modo per ipsum comune detentis omnia que in ipso privilegio inde ei a nobis indulto continentur, seu de quibus in eo fit mentio. Volentes atque imperiali edicto sancientes ut ipsum comune et civitas astensis ea omnia de cetero habeant possideant atque detineant auctoritate imperiali sine cuiuslibet persone contradictione eisque a modo pacifice utantur, ut itaque hec renovationis atque confirmationis nostre forma Sepedictis Astensibus perpetuo sit valitura, hoc scriptum ei indulsimus sigillo nostro comunitum, unde istud privilegium dicte civitati et comuni ex certa scientia in preiudicium cuiuslibet liberaliter contulimus. Interfuerunt testes, Bertoldus Matha Aquilinus [1] Sistin [2] archiepiscopus Moguintinus, Jacobus taurus [3] episcopus, hanricus bononiensis episcopus, Bertoldus brixiensis episcopus Albertus tridentinus electus Guillelmus Marchio montisferati, Conradus et Opizo marchiones Malaspine, Anselmus de Justingen marescalchus Vernerus dapifer Imperii Cherardus de lutri et alij quam plures.

(M.) Signum domini Frederici inclitissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti et Regis Sicilie. Ego Conradus Metenus [4] et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini bertingelberti [5] Collonienis Archiepiscopi tocius Italie Archicancellarj vidi et recognovi. Acta sunt hec anno domini Millesimo cc xx. Imperante domino Frederico Secundo divina favente clementia Romanorum Imperatore semper augusto et glorioso Rege Sicilie Anno imperij ipsius primo, Regni vero Sicilie XXIII. Datum sub Monte rosulo prope Sutrium per manus henricij prepositi constantiensis Anno suprascripto tercio exeuntis decembris Indictione VIIII.

Rufinus Mutaboscus [6] exemplavit. Manfredus corena et homodeus gallus notarij subscripserunt.

[1] Sic sed rectius; *Patriarcha Aquileiensis.* — [2] *Sifridus.* — [3] *taurinensis.* — [4] *Metensis.* — [5] *Engelberti.* — [6] *Arancaboscus.*

(PARS TERCIA, CASTRA, TERRE ET LOCA ULTRA TANAGRUM).

I. De laureto et comitatu laureti et pertinencijs.

(Hic pictus est mons turri munitus. Vid. Tab. IX, n. 1).

31. *De donatione facta per dominum Guilelmum marchionem montisferati Comuni Ast de laureto et Comitatu.* 1206. 5 Maij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto, Indictione nona die veneris quinto intrante Madio. In nomine domini, dominus Guilelmus Marchio montisferrati nomine suo et nomine patris sui domini Bonefacij propter pacem et concordiam quam fecerunt homines de Ast cum predicto domino Guilelmo Marchione montisferati de guerra quam habebant adinvicem fecit donationem nichil in se retinendo ob causam predidictam domino Lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis de Aste de Castegnolis de Laureto et de comitatu laureti et de omnibus villis pertinentibus ad dictum Comitatum et ad Castegnolas vel que vise sunt pertinere, Et de omni Iure quod habebat vel videbatur habere in aliquo tempore ipse dominus Guilelmus Marchio vel dominus Bonefacius pater eius in Castagnoleis de ultra Tanagrum, et in laureto et in Comitatu laureti tam in militibus quam in rusticis feudatis vel infeudatis in Ecclesijs Capellis pascuis piscationibus venationibus, rupis Rivis, terris cultis et Incultis Aquatico et pascuatico, molendinis, Et de omni alia Iurisdicione quam habebant vel habere videbantur predicti Marchiones pater et filius in predictis locis Scilicet in Castegnoleis et in Laureto et in comitatu laureti et in villis pertinentibus ad castagnolas et ad lauretum et ad comitatum laureti aliquo tempore. Ita tamen quod predicta donatio sumat vires et efficatiam et effectum habeat insolidum alterutrius Marchionis Scilicet domini Bonefacij vel Guilelmi eius filij ex qua melius habere vel sumere potest, et ex qua persona Comune de Aste predictam donationem magis libere et absolute habere et retinere et ab alio se tueri posset. Et hanc donationem dominus Guilelmus Marchio nomine suo et nomine patris sui Bonefacij promisit domino lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis de Aste stipulantis habere firmam per se se, et nullo tempore contravenire per se se vel per suppositam personam, et ab omni homine defendere sub duplici pena, et si defendere non poterit vel per quodvis ingenium subtrahere quesierit, et comune de Ast ex aliqua predictarum causarum damnum substineret, promisit idem Guilelmus eidem lantelmo nomine comunis Astensis nomine suo eiusdem Guilelmi et nomine sui patris domini Bonefacij in duplum restituere, et inde omnia sua bona et omnia bona sui patris domini Bonefacij predicto potestati nomine comunis de Aste pignori obligando super que bona comune de Aste haberet regressum donec ex omni damno sibi inde dato causa vel iudicio vel evictione aliqua vel aliquo modo ab aliqua persona vel personis in duplum prout dictum est esset

[1] Donationis huius partem iam inseruerat F. A. ab Ecclesia in ms. opere, cui titulus; *Descrizione del Piemonte* vol. I. cap. 26, fol. 275., transcriptam ex Chronico Ogerii Alferii, postea edidere Durandi. *Piemonte Cispadano* pag. 203, in notis, et Moriondus. *Monumenta aquensia* pars IIª col. 386, N. 156.

restitutum. Ita quod predicta promissio et obligatio sumat vires et efficaciam ex persona alterutrius dictorum Marchionum Scilicet domini Bonefacij et domini Guilelmi ex qua melius sumeret et habere potest. Quam quidem donationem dictus Guilelmus Marchio comuni de Aste fecit secundum predictum tenorem. Tali modo ut comune de Aste teneat habeat quoque possideat absque contradictione ipsius Guilelmi Marchionis et sui patris Bonefacij seu alterius persone. Preterea si contingeret quod dominus Bonefacius pater ipsius Guilelmi aliquo tempore veniret promisit ipse dominus Guilelmus marchio domino Lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis de Aste stipulanti, facere quod pater eius dominus Bonefacius dictam donationem ut supra legitur ex sua parte de novo tunc temporis quando venerit confirmare et auctoritatem dicte donationi ex sua parte prestabit. Et hanc confirmationem fieri faciet infra unum mensem ex quo pater eius dominus Bonefacius venerit in Montemferratum. Et si contingeret quod pater ipsius domini Guilelmi Marchionis predictam confirmationem prout dictum est non faceret promissit dictus Guilelmus dicto Lantelmo nomine comunis de Aste stipulanti dare eidem nomine pene Mille marchas argenti et inde omnia sua bona habita, et habenda, et omnia bona patris sui habita et habenda nomine suo et nomine sui patris, dicto lantelmo nomine comunis Astensis pignori obligavit. Ita quod ista obligatio pignoris sumat et habeat vires et efficatiam ex persona alterutrius Marchionis ex qua melius habere et sumere potest. Ad hoc predictus Guilelmus Marchio promisit dicto potestati nomine comunis de Aste stipulanti restituere eidem potestati omnia instrumenta que facta fuerunt patri suo domino Bonifacio vel eidem Guilelmo de Castegnolis et de Laureto et de comitatu eius. Et confessus fuit idem Guilelmus Marchio, comune de Aste esse in possessionem de Castegnolis et de laureto et de eius comitatu sua promissione sua voluntate et suo consensu ipsius Marchionis nomine supradicte donationis. Item confessus fuit idem Guilelmus Marchio quod inde non fecerat aliquam donationem vel venditionem vel aliquam alienationem aliquo modo alicui persone sub aliquo ingenio usque ad hanc diem. Actum est hoc Aste, In ecclesia Sancti Johannis de domate in credentiam per nuncios et campanam congregatam. Testes fuerunt ibi Albertus rusus, Comes grassus, Comes Gotofredus, Asaglitus de sancto nazario, Guilelmus malus ocellus, Ogerius capitaneus de Valentia, Raynerius de grana Mandrutio vardalos Enricus soldanus, Guilelmus ratio, petrus cicia, Raynerius de Valferaria, Raynerius advocatus, Raynerius de Razano, Belengerius laureti Guilelmus sicardus, Rolandus cazo et multi alij. Et otto bassus notarius scripsit.

32. *De fidelitate facta Comuni Astensi per homines de Laureto.* 1188. 8 Augusti [1].

In nomine domini nostri yesu christi. Ad honorem dei et beate Marie virginis et beati Secundi martiris et omnium sanctorum et sanctarum dei, et ad honorem et servicium imperatoris Frederici et filij eius regis henrici, dominus Bonefacius Marchio de curtemillia veniens urbe Aste in comuni credentia presentia consulum astensium

[1] Huius instrumenti particulam jam inseruerat F. A. ab Ecclesia in opere suo manuscripto; *Descrizione del Piemonte* vol. I, cap. 19. fol. 136, eamdemque postea edidere, ad fidem eiusdem exempli Durandi. *Piemonte cispadano antico* pag. 203; — Moriondus. *Monumenta Aquensia* pars II[a] col. 351, N. 100; — S. Quintino. *Osservazioni critiche etc.* pars II[a] pag. 277, N. CI, et summatim Manuel di S. Giovanni. *Dei Marchesi del Vasto etc.* pag. 81-2.

quorum nomina sunt Rolandus balbus, homedeus torsellus, Jacobus de curia, Opizo iudex, Gribaldus de porta et Opizo calchaneus et presentia Credendariorum eorum quorum nomina subtus leguntur, Confessus fuit quod Otto marchio quondam frater eius olim dederat consulibus Astensibus nomine et vice tocius comunis Astensis suam partem que est medietas Castri et ville et tocius curtis et comitatus laureti cum omnibus ipsius Castri et curtis pertinentibus, et quod Astenses consules eidem Ottoni Marchioni fratri suo eandem medietatem castri laureti et curtis et comitatus dederunt in feudum. Et confessus fuit idem Bonefacius quod hec suprascripta medietas est feudum et quod ipse Bonefacius hanc eandem medietatem Castri laureti et curtis et comitatus cum omnibus pertinencijs tenet et posidet Ita ut Otto Marchio quondam freter eius olim faciebat et ibidem ipse Marchio Bonefacius hanc eandem medietatem Castri et ville et tocius curtis et comitatus laureti recepit a predictis consulibus in feudum et inde fecit eis fidelitatem sicut vasallus facit domino suo sub tali modo et tali pacto quo dominus Otto olim fecerat Astensibus consulibus pro comuni, observando ex parte sua consulibus et comuni Astensi pacta et conventa olim habita inter Astenses consules pro comuni et Marchionem Ottonem. Et predicti consules ibidem promiserunt ipsi Marchioni Bonefacio attendere sibi ea conventa de quibus olim tenebantur Marchioni Ottoni. Anno domini Millesimo centesimo LXXXVIII Indictione VI[a] die Martis VIII intrante Augusto. Actum urbe Aste in domo comunis et in comuni credentia Interfuerunt credendarij quorum nomina sunt hec, ubertus iudex de plathea, Guilelmus silvatichus, hebbula arnaldus de plathea, Enricus de sancto Johanne, Otto vola, Opizo de vivario, Petrus cicia Bartolomeus de porta, Gandulfus cencelarius Baiamondus de plathea, Albertus oculusbovinus, Vivianus de fonte, Rodulfus durnaxius, Rolandus crivellus, Ubertus de cario, Guilelmus miscensuinum, Manfredus cavazonus, Gualla gattus, Mamfredus de plathea, Petrus rastellus, Baiamondus carocius, Guilelmus vardalos Mamfredus marronus, Rolandus berardengus Gualla valletus, Scarampus Nicolaus Gardinus, Mandrogius Vardolos Rodulfus turrellus, Obertalius culorius, Robaldus mastrochius, Jacobus borlotus, Gandulfus de porta Ypolitus cambitor, Gallus de turre, Guilelmus rotarius, Graphagnus otinus, Guala de pusterna Saracenus de plathea Gandulfus cacarius, Obertus vacha, Obertus de sancto Jullio, Cunradus calcaneus Appeloius filius quondam petri villani, Jacobus iudex, Rolandus bergogninus, Jacobus palius, Guala boyanus, Gandulfus buchanigra, Enricus soldanus, Guilelmus gardinus, Jacobus corigiarius, Guilelmus calvus, Guidatius faletus, Guilelmus monachus, Berardus bertramus, Antonius berardengus, Jacobus tomas uliverius malcapucius, Marchisius cavicula.

Et Jacobus boviculus notarius scripsit.

33. *De fidelitate facta comuni Astensi de laureto et comitatu, et de Castagnolis.* 1197. 13 Februarij.

Anno domini M° C° LXXXXVII° quod fuit Idus februarij Indictione XV[a]. In nomine domini nostri yesu christi. Investituram nomine gentilis feudi in masculis et feminis fecit dominus Anselmus qui dicitur Marchio mollis filius domini Guilelmi de ceva in manibus lanfranci nielli nominative de tota sua parte Castagnolarum et laureti et tocius eius comitatus quam videbatur habere et tenere in Castello et villa Laureti

et Castagnolarum et de omnibus villis et castellis tocius comitatus, et omnibus hominibus ipsius comitatus iuste vel iniuste terris cultis et incultis, vineis pratis et nemoribus zerbis aquatibus pascuis et iurisdicionibus et potestatibus. Tali modo quod ipse lanfrancus et eius heredes masculi et femine et cui dederint habeat et teneat totum predictum feudum idest similiter totam quartam partem medietatis tocius comitatus Laureti et Castagnolarum et omnium aliorum Comitatus locorum. Silicet illius medietatis que quondam fuit domini Bonefacij de curtemilia que pars evenerat in parte domino Guilelmo et Bonefacio de Cravexana ex hereditate dicti Bonefacij, et ipse Lafrancus ex inde quicquid voluerit faciat secundum legitimum ac consuetum feudorum morem sine contradictione dicti Anselmi et heredum suorum, et ita ipse Anselmus ab omni homine defendere promisit. Quod si defendere noluerit vel non potuerit vel quovis ingenio subtrahere quesierit, Tunc omne evictionis interesse contingens, dicto Lafranco et eius heredibus aut cui dederit dictus Anselmus restituere promisit, similiter omnia sua bona. Preterea ipse Anselmus non debet se intendere in aliquibus de predicto feudo nisi tantum servicio persone ipsius lafranchi. Sed homines comitatus et Castagnolarum a modo teneantur de hijs in omnibus et per omnia ipsi lafrancho et heredibus eius respondere In quibus hactenus ipsi Anselmo respondebant. Insuper ipse Anselmus fuit confessus se recepisse a predicto lafranco nomine investiture ipsius feudi cxxx libras astenses renunciando exceptioni non numerate pecunie. Preterea dictus Bonefacius Marchio de Monteferato, et dominus Manfredus de busca promiserunt dicto lafranco ipsum feudum ab omni homine defendere et eum de omni damno liberare. Preterea prefatus Anselmus fuit confessus dictum Guilelmum patrem suum et dominum Bonefacium suum patruum sibi donasse predictum feudum. Actum est hoc in curte Petri constancij albe. Interfuerunt testes rogati, Manfredus de drua, Otto de poblice, Petrus costancius Girardus eius filius, Raymondus cunradengus Carlo de donaboio, Otto rapa, Robaldus de poblice, et Anselmus eloca scripsit.

34. *De venditione facta comuni Astensi per Marchionem lanciam de laureto et comitatu et de castagnolis, et certis locis.* 1206. 4 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto Indictione nona, Die dominico quarto intrantis Junij Cartam venditionis fecit dominus Manfredus lancea Marchio precepto consensu et voluntate domini Guilelmi Marchionis ibi presentis dato ei suo nomine et nomine Bonefacij Marchionis patris sui a quolibet insolidum gratis et sua spontanea voluntate in manibus domini Lantelmi de landriano potestatis Astensis nomine et vice comunis Astensis nominatim de Castro et villa castagnolarum et de pertinentijs ipsius Castri silicet de fererijs et de Matarello, de Petino et de sancto Maiolio et de omnibus alijs pertinentijs que pertinent et pertinere videntur ad ipsum Castrum. Et de castro et villa laureti et de Comitatu laureti silicet de Cavuro et de Saxo et de monte prevederio de Bloneis et de hominibus habitantibus in plebatu pontis et de sparoarijs et de cravayrolio, Et de hominibus serre Mezeti que vocatur sancti Stefani et de paruzono et de Paraxolio et Arduinarum et Castagnolarum, et de omnibus iurisdicionibus et pertinentijs que pertinent vel pertinere videntur ad ipsa Castra et Comitatu laureti, cum omni honore iurisdicione et districtu et cum militibus et

hominibus feudatis et infeudatis cum ecclesijs et Capellis cum terris et vineis cultis et incultis, cum silvis et nemoribus pratis et Serbis cum fluminibus et pascuis cum piscationibus et venationibus cum rupis et rupibus cum rivis et ruinis, cum aquaticu et ripatu cum furnis et molendinis cum drictis et fictis et cum omnibus alijs rebus que ad predicta Castra et iurisdicionem pertinent vel pertinere videntur ullo modo nichil in se retinendo pro precio librarum quatuor Millia Astensis monete de quibus pagatum et quietum se tenuit renunciando exceptioni pecunie non numerate et precij non recepti, promittendo predicto domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste hoc precium in aliquo tempore per se nec per aliam personam non repetere, nec ex eo homines de Aste pro comuni vel pro diviso in aliquo tempore convenire nec inquietare seu impedire vel disturbare in avere vel in personis. Tali modo ut predictus dominus lantelmus potestas Astensis et Consules in Aste per tempora existentes et homines de Aste et comune de Aste, aut cui dederint amodo predicta Castra et omnia ad ea pertinentia ut supra legitur, cum omnibus supradictis ad proprium et in alodium et ad dominium habeant teneant et libere et quiete iure proprietario pro suo posideant, et exinde quicquid voluerint faciant sine omni contradictione ipsius Manfredi marchionis lancee et heredum eius et omnium aliarum personarum pro eo. Quam venditionem sicuti pro tempore fuerit meliorata aut valebit sub extimatione precij in consimili loco dictus Manfredus Marchio pro se et pro suis heredibus predicto domino Lantelmo Astensi potestati nomine comunis de Aste stipulanti sibi et comuni de Aste eorumque heredibus aut cui dederint ab omni homine sub dupli pena defendere nec contra hanc venditionem venire ratione dupli nec aliqua alia ratione promisit. Et si defendere non poterit aut per quodvis ingenium subtrahere quesierit, tunc in duplum predictam venditionem cum omnibus predictis restituere promisit. Insuper si dicta venditio vel aliquod pertinens ad predictam venditionem ullo tempore molestatum esset dicto domino lantelmo potestati Astensi vel potestati et Consulibus per tempora existentibus vel hominibus de Aste et comuni de Aste, et damnum aliquod comuni de Aste veniret in causa vel in Iudicio aut alio modo promisit ipse Manfredus Marchio dicto domino Lantelmo Astensi potestati stipulanti nomine et vice comunis Astensis in integrum restituere et resarcire. Preterea predictus Manfredus Marchio fuit confessus et predicto lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste promisit quod ipse non vendidit nec donavit nec infeudavit nec aliquo modo alienavit predicta Castra et omnia ad ea pertinentia ut supra legitur excepto Bonefacio montisferati, et eo excepto quod in Bloneis dederat Guilelmo lanzavetule in feudum et quicquid dominus Guilelmus Marchio montisferati filius Bonefacij Marchionis montisferati fecit cum predicto domino lantelmo potestate Astensi nomine comunis de Aste de predictis Castris et de omnibus ad ea pertinentibus ut superius legitur, firmum et ratum in integrum habebit, et nec ullo tempore contravenire promissit. Item predictus Manfredus Marchio confessus fuit dominum Lantelmum de landriano potestatem astensem nomine et vice comunis de Aste esse in possessione predictorum Castrorum et omnium ad ea pertinentium ut supra legitur et ea posidere permissione et voluntate et consensu dicti Manfredi. Insuper predictus Manfredus Marchio promisit dicto domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis Astensis refutare fidelitates hominum Castegnolarum costeliolarum et Laureti et de comitatu laureti. Et

omnia predicta fecit predictus Manfredus Marchio lancea, salvo eo si comune de Aste antequam huiusmodi contractus celebraretur aliquam rationem vel aliquod jus habebat in comitatu laureti vel in Castagnolis prout superius dicta Castra sunt determinata silicet ratione pignoris vel ypotece vel jure proprietatis vel alio modo quod ita possit se tueri juvare causari experiri a qualibet persona et adversus quamlibet personam quemadmodum poterat antequam huiusmodi contractus esset perfectus seu celebratus, et pro hijs omnibus observandis et complendis predictus Manfredus Marchio omnia bona sua habita et habenda ipsi domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste pignori obligavit. Insuper prefatus Manfredus Marchio omnia predicta ut supra legitur attendere et observare et firma tenere, et ita esse vera ad sancta dei evangelia iuravit. Item predictus dominus Manfredus Marchio de busca fecit pacem et finem domino Lantelmo de Landriano potestati Astensi nomine comunis de Aste de omnibus maleficijs incendijs et malefactis ipsi Manfredo Marchioni et suis hominibus et sue parti in avere et in personis ab hominibus de Aste, et ab hominibus ex eorum parte. Et hanc pacem et finem prout supra legitur promisit domino Lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis de Aste per se et per suos heredes perpetuo firmam tenere et nullo tempore contravenire et sic ut supra legitur ad sancta dei evangelia iuravit attendere et observare. Item promisit et iuravit predictus Manfredus marchio domino Lantelmo de landriano potestati Astensi nomine et vice comunis de Aste pacem et concordiam factam inter dominum Guilelmum Marchionem montisferati, et inter dominum Lantelmum de landriano potestatem Astensem nomine et vice comunis de Aste firmam tenere et observare et dare fortiam et virtutem ut dominus Guilelmus Marchio montisferati ipsam pacem et concordiam firmam teneat. Actum urbe Aste in publica contione in mercato de domate. Interfuerunt Testes Ubertus de plathea, dominus Systus, dominus Qualia de garzano, Guilelmus Gardinus, Guilelmus salvaticus, Jacobus roath, Anselmus pulixellus de moratio, Buzzus de laureto, Petrus cicia, Ottacius graseuertus, Nicolaus gardinus, Rolandus gardinus, Gandulfus notarius hostachinus et Carraya nuncij comunis, Grassus zavaterius et plures alij.

Et Jacobus Vetullus notarius scripsit.

35. *De quitatione facta comuni Ast de precio laureti.* 1206. 4 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Sexto Indictione nona. Die dominico quarto intrantis Junij, presentia infrascriptorum, dominus Manfredus Marchio de busca, qui lancea cognominatur, confessus fuit quod dominus Lantelmus de landriano potestas Astensis nomine comunis de Aste suo precepto et sua voluntate Aquietaverat domino Guilelmo Marchioni montisferati libras MMC, minus libras IIII^or ex libris MMMM quas pro comuni de Aste ei dare debebat de precio laureti et comitatus laureti et Castagnolarum et Costelliolarum et pertinencijs eorum que omnia vendiderat comuni de Aste, ut in carta inde a Jacobo abreviata et facienda ab eo continetur. Item confessus fuit, quod suo precepto et sua voluntate et de eodem precio aquietaverat Manfredo de solario et Rolando cazo et Tome notario libras M astenses, et Guilelmo de azarro libras CCC astenses et Manfredo provinciali, libras CC astenses, et Manfredo de solario et Guilelmo donneto astenses libras CCCC et Petro cicie libras IIII^or Astenses

que omnia sunt in suma librarum MMMM astensium de quibus quietum et pagatum se tenuit. Et insuper ipse dominus Manfredus Marchio de buscha, predicto domino lantelmo de landriano potestati astensi stipulanti quod ex hiis libris MMMM astensibus quietum et pagatum se tenebit omni tempore, et quod ex eis non appelabit nec conveniet per se nec per aliam personam comune de Aste nec homines de Aste pro comuni nec pro diviso in aliquo tempore. Actum in Ecclesia Sancti Johannis de domate. Testes dominus Sistus de concorezo Mandrolius vardalos, Gandulfus de aqua, Obertus tavanus, heustachius, anselmus Gallelus Bayamondus de curia.

Et Jacobus bovelus notarius scripsit.

36. *De quitatione facta ut supra de precio laureti.* 1206. 14 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona. Die Sabati XIIII intrantis decembris. Confessus fuit dominus Guilelmus donnetus se recepisse nomine Comitis grassi qui constitutus erat procurator et nuncius a domino Guilelmo de Monteferato marchione ad recipiendum precium venditionis Comitatus Laureti et de Castagnolis quod Comune de Aste eidem Marchioni solvere debebat, a Rachivelo libras Centum astenses. Interfuerunt testes, Systus de cocorezio et Guilelmus rotarius, Girardus de porta et Obertus sinistrarius. Actum in urbe de Aste in Buthea Maynfredi de solario. Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

37. *De quitatione facta ut supra de precio laureti.* 1206. 14 Decembris.

Item eodem die et in eadem buthea. Confessus fuit Manfredus de solario exceptioni pecunie non numerate renuncians se recepisse ab Ottone gagla nomine Comitis grassi procuratoris et Missi domini Guilelmi marchionis de Monteferato, de predicto precio Comitatus laureti et de castagnolis libras CCL astenses. Interfuerunt testes, Sistus, Villelmus Rotarius, Girardus de porta, Thomas notarius.

Gandulfus de fossato notarius scripsit.

38. *De quitatione facta ut supra de precio Laureti.* 1206. 14 Decembris.

Eodem die et in eadem buthea. Confessus fuit Mamfredus de solario et Guilelmus donnetus se se recepisse nomine Comitis grassi de predicto pagamento a Jacobo careotio libras L. Interfuerunt testes Sistus, Rolandus cazo, Guilelmus rotarius, Enricus de montebersario, Jacobus de sibona, Jacobus notarius de fossato, Gandulfus de fossato notarius scripsit.

39. *De quitatione facta ut supra de precio laureti.* 1206. 14 Decembris.

In eadem buthea et eodem die. Confessus fuit Guielmus donnetus se recepisse nomine Comitis grassi de predicto pagamento a Gandulfo cacarano libras CC astensium. Interfuerunt testes dominus Sistus, Jacobus de sibona, Guilelmus notarius et Obertus Cassanus.

Gandulfus de fossato notarius scripsit.

40. *De quitatione facta ut supra de precio laureti.* 1206. 14 Decembris.

In eadem buthea. Confessi fuerunt Manfredus de solario et Guilelmus donnetus se recepisse nomine Comitis grassi de iamdicto pagamento a Bunio de sancto Sisto

libras CCLXIIII^or astenses. Interfuerunt testes, Sistus et Guilelmus rotarius, Girardus de porta, Azarius aldus, bernardengus, Obertinus de curtemillia.
Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

41. *De quitatione facta ut supra de precio laureti.* 1206. 14 Decembris.

In eadem buthea et eodem die. Confessi fuerunt Mamfredus de solario, et Guilelmus donnettus se se recepisse a comuni de Aste nomine Comitis grassi procuratoris et missi domini Guilelmi marchionis de Monteferato ad recipiendum id quod dictus Marchio montisferati recipere debebat a comuni de Aste de precio comitatus Laureti et castagnolarum libras MDCCCCL astenses. Interfuerunt testes Mamfredus de drua, Ubertus de novello, Guilelmus bossia, Thomas notarius, Girardus de porta, Guilelmus rotarius, Guilelmus de ulmo, Amedeus de Cumignano, Jacobus de fossato notarius. Oppizo assinarius et multi alij. Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

42. *De quitatione facta de pretio laureti.* 1206. 14 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto. Indictione nona die dominico XIII° intrantis decembris in solario condam Rollandi vace , confessus fuit dominus Lantelmus de landriano potestas Astensis ex parte comunis de Aste quod Thomas notarius solverat Manfredo de solario et Guilelmo donneto nomine Comitis grassi de precio comitatus laureti et Castagnolarum libras CCLXXXVIII astenses et Azaro libras duodecim de eius voluntate. Interfuerunt testes, Systus de cocorizo Jacobus cassanus Arnaldus pulsavinus, Otto gagla.
Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

43. *De quitatione facta ut supra de dicto precio laureti.* 1206. 19 Novembris.

Eodem anno. Die dominico XIII° kal. decembris in solario quondam Rollandi vace, confessus fuit, dominus Lantelmus de landriano potestas astensis, quod Otto gagla pro Ruffino de ripa solverat Azaro libras L. de precio comitatus laureti et Castagnolarum, quod precium Manfredus lancea pro iamdicto comuni recipere debebat. Interfuerunt testes, Systus de cocorezo, Jacobus cassanus et Arnaldus pulsavinus.
Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

44. *De quitatione facta ut supra de dicto precio Laureti.* 1206. 18 Novembris.

Eodem anno. Die Sabati XIIII° kal. decembris. In buthea Manfredi de solario in urbe de Aste. Confessus fuit Systus de cocoregio gerens vicem domini Lantelmi de landriano potestatis Astensis in hac parte quod Bunius de sancto sisto, Ubertus laiolius et Petrus de troya comuni de aste solverunt libras CCCX astenses quas comuni de aste dare debebant pro emptione monete et de quibus Bunius de sancto systo solverat Manfredo de solario et Guilelmo donneto nomine comitis grassi de solutione precij Comitatus laureti et Castagnolarum libras CCLXIIII. Et sibimet Bunio retinuit pro eo quod comune de aste sibi dare debebat libras XLVI de suo debito de libris D. Interfuerunt testes Guilelmus rotarius Girardus de porta, Azarus et Jacobus tonsus. Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

45. *De quitatione facta ut supra de dicto precio laureti.* 1206. 18 Novembris.

Eodem anno et die ut supra in urbe de Aste in Buthea Manfredi de solario. Confessus fuit Systus de cocorezo gerens vicem domini lantelmi de landriano potestatis Astensis nomine comunis in hac parte quod Oppizo assinarius solverat comuni de aste de precio fodri villarum quod a comuni de Aste emerat libras DLX. astenses de quibus solverat Manfredo de solario et Guilelmo donneto pro eo quod recipere debebant a domino Manfredo Marchione de buscha pro eorum redemptione libras CCCC et libras CLX dederat eidem Manfredo de solario et Guilelmo donneto nomine comitis grassi de precio comitatus laureti et Castagnolarum quod recipere debebat Marchio Guilelmus Montisferati. Interfuerunt testes Manfredus de drua, Guilelmus rotarius, Girardus de porta, Jacobus notarius, Thomas notarius, Amedeus de cumignano, Gualla alferius. Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

46. *De obligatione facta per Manfredum de busca de parte Laureti et Castagnolarum.* 1197. 19 Marcij.

Anno domini Millesimo centesimo LXXXXVII° Indictione quintadecima quod fuit XIII° exeuntis Marcij in presentia suprascriptorum testium. Confessus fuit Manfredus de busca Marchio debere dare mutui ex causa, Droco palio et Robaldo fratri suo et Ottoni de poblis et eius fratribus et lafranco nielo et eius filio Anselmo et Ottoni baldello et Jacobo pultilgle, et Sysmondo de morocio et eius filiis et Raymondo cunraengo MXXXIII libras bonorum denariorum ianuensis monete Ita quod exceptioni non numerate pecunie renunciavit, cuius debiti erat capitale Drochi et Robaldi librarum CCCCL ianuensium preter libras L quas ipse Marchio confitebatur aliunde ipsi Drocho debere et solidos C feudi. Quam pecuniam iamdictus Manfredus marchio promisit persolvere creditoribus supranominatis de DCC unciis auri, quas dominus Enrichus romanorum imperator erat ei donaturus ad quod aurum recipiendum precepit ipse Marchio Robaldo palio ire pro se et participibus debiti ad casum Marchionis atque venire donec in aste cum auro vel Albam veniret, verumtamen si Robaldus suscepto auro ab Imperatore vel eius nuncio illud alicui daret mutuo vel luderet seu in mercadendiam daret tunc non esset cassus Marchionis nisi forte merchadendia per violentiam et rapinam in itinere fuerit ablata quia si eam per rapinam perderet tunc marchio teneretur Robaldo et sociis debiti eam restaurare sine ullo damno quod inde deberent substinere Si autem aurum non daret Robaldo, Marchio predictus obligavit pignori iamdictis creditoribus medietatem de Castagnolis Castelli et ville et hominum loci et medietatem comitatus Laureti que ei obvenerat ex parte domini Bonefacii Marchionis de curtemilia preter quartam quam obligaverat lafranco niello soluto autem debito isto a Marchione vel tradito auro ut supra legitur et tracto in Aste vel Alba, Marchio et eius securitates absolverentur, et qui inde tenebantur, et qui inde pro Marchione tenebantur, et si interim Marchio acquietaret Manfredum de solario et Rogerium de curia et Guilelmum sycardum de eo propter quod Marchio dicebatur obligasse medietatem de castagnolis et tocius comitatus laureti, deinde iamdicti creditores eius de Alba haberent exinde fodrum hoc est de Castagnolis et comitatu

siliect de medietate in solutum debiti, de alia vero medietate haberent godiam feudi nomine nec eam possit eis Marchio in sortem compensare nec in usuram imputare nec querimoniam facere inde que eis obesset et si vasalli Marchionis et homines de laureto se concordarent cum eo de eo ere quod darent Marchioni teneretur ipse unam medietatem prefatis creditoribus eius de Alba dare in solutum debiti. Si vero se non concordarent, et illi de Alba vellent iuvare Marchionem de vera, tunc haberent ipsi medietatem godimentorum illorum pro godia et pro auxilio quod ei darent. Castella quoque et fortia locorum teneretur Marchio supra nominatis Albensibus tradere expedite ubi vellent, et a semetipso et ab omni homine deffendere supra cetera bona sua et facere eis fieri fidelitatem ab hominibus locorum, et quot custodes ibi ponere voluerint ponant, et Marchio totidem si voluerit, sed Albensibus prohibere non possit quando custodes ponant, quando et quot voluerint, hec omnia asseverabat Marchio se iurasse quod ita prosequeretur et attenderet ut supra dicitur. Acta sunt hec salvis conventionibus et pactionibus et securitatibus omnibus quas Marchio prius fecerat et dederat iamdictis creditoribus pro isto debito preter Robaldum palium qui dicebatur ab eis inde absolvi in Alba supra voltas Sancti laurentii. Preterea dominus Bonefacius Marchio montisferati tocius predicti debiti debitorem et pagatorem et pignoris defensorem creditoribus prefatis se obligavit et exinde acquietare promisit et pignus ab omni homine et nominatim a prenominato Manfredo de Buscha defensare et expedire. Et si defendere et expedire non posset teneretur eis dare MXXIII libras Januinorum et restituere eis omne damnum quod ipsi se dicerent verbo sine sacramento exinde substinuisse, et exinde eis de toto se obligavit supra bona sua. Actum Albe supra voltas sancti Laurentii. Interfuerunt ibi rogati et convocati testes, Otto vicedominus, Rogerius cayroxus, Lotarius, Anselmus bonus petrus, Sismondus de Morocio, Leo de saviglano, karolus de doliano, henricus de palatio, Ogerius cerratus, Enricus canellus, Anastaxius, Rebellinus, Guilelmus palea, Johannes fantinus, Gandulfus filius eius, Valla borxia, Jacobus de maliano. Et Ugo notarius scripsit.

47. *De venditione facta comuni Astensi per lafrancum Niellum de comitatu laureti.* 1202. 10 Decembris.

Anno domini Millesimo CC° II° Indictione V.ª quod fuit tercio kal. Januarj. In presentia Richoboni assesoris domini Ingonis Longi potestatis Albensis aliorumque virorum nomina quorum subter leguntur, Lafrancus Niellus, dedit cessit atque mandavit Magistro Petro bechario, Atque domino guilelmo silvatico nomine comunis Astensis omnia iura et omnes rationes et actiones reales et personales utiles et directas que et quas habebat cum eius pertinenciis et in universo comitatu laureti pro dono et investitura sibi facta ab Anselmo dicto Marchione Molli filio domini Guilelmi de ceva prout continetur in instrumento facto anno domini, Millesimo CLXXXX° VII°. Indictione quintadecima Idus februarii, ab Anselmo eloca notario tali modo ut comune Astense a modo in antea uti possit et debeat ex eis rationibus predicti lafranci agendo experiendo defendendo et excipiendo adversus predictum Anselmum et res ipsius et adversus quamlibet aliam personam, ut ipse lafrancus poterat, insuper ipse lafranchus promisit prefato Petro bechario et Guilelmo silvatico procuratoribus constitutis a domino

Guione de pirovano potestate Astensi nomine et vice comunis Astensis, ut in quodam publico instrumento continetur facto a philippo notario, VII° kal. Januarij quod si comune Astense evinceretur de parte illa quam Anselmus Marchio mollis dedit ipsi lafranco que est supra totum quarta pars medietatis tocius comitatus Laureti et Castagnolarum et omnium aliorum comitatus locorum silicet illius medietatis que quondam fuit domini Bonefacij de cortemillia quod ipse lafrancus redderet et daret prefatis viris Petro bechario et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis aut comuni Astensi CXXX libras astenses quas pro hac cessione erat a comuni Astensi habiturus, et pro illis CXXX libris obligavit omnia sua bona comuni Astensi quod nisi faceret et observaret Paganus de argnello et Petrus constancius de Alba et robaldus affricanus se obligaverunt supra sua bona de predicta pecunia prefatis viris Petro becario et Guillelmo silvatico nomine comunis Astensis et comuni Astensi et solvere promiserunt, silicet Paganus de argnello libras LX et Petrus constancius libras XXXV et Robaldus affricanus libras XXXV, iamdictis petro et Guilelmo nomine comunis Astensis aut comuni Astensi. Et pro hiis omnibus observandis obligaverunt eis et comuni Astensi omnia bona sua. In quibus omnibus comune Astense regressum haberet donec predicta pecunia sibi ex integro restitueretur.

Actum in Cancello ecclesie sancti Silvestri Albe, Interfuerunt ibi rogati testes Baialardus laurenciorum de Aste, Johannes brandolus, Johannes fantinus, Soldanus de ponte, Raymondus cunraengus Albertus cunraengus Berrutus albertus, Ayfredus bonefacius rigallus, Otto badellus. Et Ugo notarius scripsit.

48. *De quadam procura dicti lafrancij et filiorum ad vendendum dictum locum seu Comitatum laureti.* 1201. 11 Decembris.

Anno domini MCCI. Indictione IIII^a quod fuit III° Idus Decembris. In presentia domini Ricoboni assesoris Ingonis longi Albanensis potestatis, aliorumque testium, nomina quorum subtus leguntur. Lafrancus niellus et Anselmus filius eius, et Sismondus de morocio, Nicolaus filius eius pro se et pro nepotibus suis filiis quondam Uberti de morotio quorum ipse tutor erat et Jacobus pultigla et Robaldus de presober et Guilelmus de plobis pro se et pro nepotibus suis filiis quondam Boni quorum ipse tutor erat, ordinaverunt et constituerunt dominum Drochum et Ottonem de plobis procuratores suos in Asto ituros ante dominum Guidonem de pirovano potestatem Astensem et sapientes eius consilij , ut dent et cedant ipsi potestati Astensi nomine comunis Astensis , iura et actiones reales et personales que et quas habent adversus Manfredum lanceam vel alium in comitatu laureti et Castagnolarum pro sua parte debiti quam habebant in debito quod constabat MCLXIII, librarum astensium. Tali modo quod comune de Aste ita possit agere et experiri et ab alio se tueri sicut poterant supranominati creditores, et quicquid inde fecerint, hoc est de ipsa cessione, ratum et firmum habebunt, insuper constituerunt eos ad recipiendum et cartam et promissiones pro eis ab ipso potestate et consiliarijs nomine comunis Astensis de debitorum solutione quam facere debet comune Astense predictis viris occaxione debitorum comitatus laureti et Castagnolarum, prout disposuerunt IIII^or sapientes, videlicet Petrus beccarius et Guilelmus falvarus et Theobaldus de braia , atque lotharius. Actum in claustro sancti laurentii Albe. Interfuerunt ibi rogati testes Ruffinus iudex,

Bonefacius iudex, Obertus ferramenta. Obertus natarellus, laurentius niellus, Burgus cerratus. Et Ugo notarius scripsit.

49. *De venditione et cessione factis Comuni Astensi de certa parte Comitatus laureti et Castagnolarum.* 1201. 15 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione IIII' die sabati quintodecimo intrantis decembris, presentia infrascriptoram. Drocus palius et Otto de poblice constituti et ordinati procuratores a Lafranco niello et ab Anselmo filio eius a Sismundo de morocio et Nicolao eius filio pro se et nepotibus suis filiis quondam Uberti de morotio quorum ipse tutor erat, et a Jacobo pultigla et Robaldo de poblice et Guilelmo de poplice pro se et pro nepotibus suis filiis quondam Bonini quorum ipse tutor erat in presentia domini Richiboni assesoris domini Ingonis longi Albanensis potestatis ituri in Aste ante dominum Guidonem de pirovano potestatem Astensem et sapientes eius consilij, ut dent et cedant ipsi potestati nomine comunis Astensis Jura et actiones reales et personales que et quas habent adversus Manfredum lanceam et alium in comitatu Laureti et in Castagnolis pro sua parte debiti quam habebant in debito quod constabat libris MCLXIII Astensibus sicut in carta inde facta per manum Ugonis notarii in Alba in claustro sancti laurentii anno MCCI.° Indictione quarta quod fuit III° ydus decembris continetur, suo nomine et nomine supradictorum creditorum, dederunt cesserunt et mandaverunt domino Guidoni de pirovano potestati Astensi nomine et vice comunis Astensis, omnia iura et omnes rationes et actiones reales et personales que et quas habebant adversus Manfredum lanceam vel alios debitores, et adversus comitatum laureti et Castagnolarum pro debito librarum MXXXIII Januensium sicut in carta inde facta per manum Ugonis notarij, In anno Millesimo C°LXXXVII° indictione XV^{a}, quod fuit XVI kal. Marcii in Alba supra voltas sancti laurentii continetur quam cartam et omnes alias cartas quas pro hoc debito habebant ipsi Guidoni de pirovano potestati Astensi nomine comunis de Aste, dederunt et reddiderunt. Tali modo quod comune de aste ita possit agere et experiri intentare excipere et movere predicta iura et actiones et rationes predictas reales et personales sicut ipsi Creditores facere poterant et ex hijs ab allio se tueri et defendere sicut ipsi omnes supradicti creditores facere poterant adversus predictum Manfredum lanceam et quemlibet alium debitorem et adversus res comitatus laureti et castagnolarum, pro qua donatione cessione et mandatione et predicti Drocus et Otto de poplice nomine eorum et nomine predictorum creditorum Albensium confessi sunt se debere recipere a potestate de Aste, libras DCCCC, minus libras VII per illos terminos quos Guilelmus silvaticus et Petrus becharius loterius et Thebaldus de vitue ordinaverunt qui sunt hij videlicet ad octavam anni novi proximi libras CC et in alia octava anni novi libras CC et in alia octava anni novi alias libras CC. et in alia octava anni novi libras CC. et in alia sequenti octava anni novi libras C. minus libras VII. Quorum denariorum predicti Drochus et Otto confessi fuerunt quod pars drocci et Robaldi erat librarum DXLVIIII. et solidorum V. astensium, et quod pars eiusdem drocchi et Ottonis de popblice et lafranchi nielli ex alia parte est librarum CXVIIII, minus solidos VIII. Et quod pars Ottonis de poplice et fratrum suorum et nepotum est librarum LXXXX. et solidorum III. et quod pars lafranchi nielli est librarum XXXI et quod pars Jacobi

pultigle est librarum LXX et solidorum X. Et quod pars Sismundi de morotio et Nicolai filij sui et nepotum eius est librarum XXXVIII et solidorum X. Astensium. Insuper si comune astense in aliquo tempore evinceretur quod pars Robaldi et fratris sui non esset librarum DXLVIIII et solidorum V, de capitali, ipsi ambo Drocus silicet et Robaldus promiserunt domino Guidoni de pirovano potestati Astensi nomine comunis de Aste stipulanti pecuniam illam restituere, et proinde ipsi potestati nomine comunis de Aste omnes eorum res pignori obligaverunt. Et si hoc non facerent Ubertus palius et Azo palius promiserunt eidem Guidoni potestati Astensi se ei nomine comunis de Aste teneri pro iamdictis Droco et Robaldo pecuniam illam restituere et proinde ipsi potestati nomine comunis de Aste omnes eorum res pignori obligaverunt. Actum Urbe Aste in domo comunis. Interfuerunt testes dominus Ingo longus potestas Albensis, Riccobonus eius Judex, Loterius et Cloccea de Alba, Ubertus de plathea, Baiamundus de plathea, magister petrus becharius, Jacobus porreta, Guilelmus silvaticus Ubertus laiolius, Enricus soldanus, Enricus de Valleriano, Guilelmus ratio et petrus currellus. Et Jacobus boviculus scripsit.

50. *De renunciatione facta per Marchionem montisferati de fidelitatibus quas habebat in laureto et in Castagnolis.* 1206. 5 Januarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona. Die lune quinto intrantis Januari in loco de Castagnolis ante domum petri de laureto. Dominus Guilelmus marchio montisferati suo nomine et nomine domini Bonefacij patris sui pro unoquoque in solidum et dominus Manfredus marchio de busca convocatis militibus et hominibus Castagnolarum coram eis et coram lantelmo de landriano potestate Astense abrenunciaverunt omnibus sacramentis et fidelitatibus eorum tam militum quam peditum eorum nomine et nomine omnium aliorum hominum laureti et comitatus laureti Castagnolarum et pertinentium eorum, de quibus eis vel domino Bonefacio Marchioni montisferati patri ipsius Guilelmi tenebantur, eisque preceperunt, ut domino lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis de Aste fidelitatem facerent et per quoddam lignum possessionem in qua homines de Aste erant de laureto et de comitatu laureti et de castagnolis et de omnibus pertinentijs eorum eidem domino lantelmo nomine comunis de Aste confirmaverunt dederuntque, insuper predictus dominus Manfredus Marchio de buscha dedit eidem domino lantelmo nomine comunis de Aste, omnes redditus et omnes godias quos et quas homines laureti et comitatus per octo annos sicut dicebat ei tenuerunt. Interfuerunt testes dominus Sixtus de cocorezio, Rodulfus durnaxius, Petrus durnasus, Ypolitus, Rolandus cazo, Henricus Aytropus et Ottacius grasovertus et plures alij. Et Jacobus boiculus notarius scripsit.

51. *De simili Renunciatione facta per predictum Marchionem et Marchionem de Busca.* 1206. 5 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto. Indictione nona die lune quinto intrantis Junij, in villa Castagnolarum subtus domum pavonum inter duas vias, dominus Guilelmus marchio Montisferati suo nomine et nomine et vice domini Bonefacij patris sui pro unoquoque in solidum et dominus Mamfredus de buscha marchio, convocatis militibus et hominibus de castagnolis coram eis et coram domino lantelmo

de landriano potestate Astensi, abrenunciaverunt sacramentis et fidelitatibus eorum tam militum quam aliorum hominum nomine eorum, et nomine omnium aliorum hominum Castagnolarum et pertinentium illius loci de quibus eis et domino Bonefacio Marchioni montisferrati patri ipsius Guielmi tenebantur eisque preceperunt, ut domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste fidelitates facerent et possessionem Castagnolarum et pertinentium illius loci quam homines de Aste habebant, eidem domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste per quoddam lignum confirmaverunt et dederunt. Interfuerunt testes, dominus Sistus de cocorezo, Rodulfus durnasus petrus durnassus Rolandus cazo, Ypolitus henricus Aytroppus, Ottacius grasvertus et plures alij.

Et Jacobus boviculus notarius scripsit.

52. *De quodam instrumento donationis facto comuni Astensi per Marchionisam de lancia de salucia.* 1065. 12 Maij [1].

Anno ab incarnatione domini nostri yhesu christi. Millesimo Sexagesimo quinto. duodecimo die mensis Madij. Indictione v.ª Ecclesie sancte dei genitricis Virginis Marie de episcopatu Infrascripte civitatis Aste. Nos Berta comitissa et Manfredus et Bonifacius atque Anselmus Marchiones et henricus et Otto germani mater et filij qui professi sumus nos mater et filij ex natione nostra lege vivere salica. Offertrix et offertores. donatrix et donatores a presenti die a parte iam dicte ecclesie sancte Marie quisquis in sanctis ac venerabilibus locis aliquid ex suis contulerit rebus Iuxta actoris vocem. In hoc seculo centuplum accipiet et insuper quod melius est vitam posidebit eternam. Ideoque nos qui supra Mater et filij donamus et offerimus a presenti die a parte predicte ecclesie sancte Marie Id sunt curtem quatuor cum castris et capellis cum muris et fossatis circumdatis cum omnibus ad ipsas curtem pertinentibus Juris nostri mater et filij quam habere visi sumus in Castagnolis et laureto et montaldo atque rocha de flexio que sunt iste quatuor curtem cum castris et omnibus rebus que ad ipsas curtem pertinent. sunt insimul inter sidimina et terras arabiles seu vineas atque prata et boschos sive herbas. et omnibus adiacentijs et pertinencijs insimul per mensuram justam jugias duo millia et quicquid ad istam curtem pertinere amplius inventum fuerit nostri iuris quam ut supra mensura legitur. per hanc cartam offersionis a parte predicte ecclesie sancte Marie persistat potestate proprietario iure. que autem istas curtem iuris nostri supradictas una cum accessionibus et ingressionibus earum, cum superioribus et inferioribus suis in integrum ab hac die pars predicte ecclesie sancte Marie. donamus et offerimus a presenti die proprietario iure habendum confirmamus. Insuper per cultelum festucum notatum vvantonem et vasonem terre atque ramum arboris nos exinde foris expulimus varpimus et absentes nos facimus. et pars predicte ecclesie sancte Marie habendum proprietario iure confirmamus faciendum exinde a presenti die iure proprietario nomine quicquid volueritis. sine omni et heredum ac pro heredum contradictione. vel repetitione. Siquis vero quod

[1] Huius donationis mentionem fecit Theod. Wüstenfeld in quadam epistola ad C. Desimoni, ubi, summa instrumenti allata, quam multum ad historiam Aleramicœ Domus illustrandam conferat, monet. Vid. *Giornale ligustico di Archeologia, storia e belle arti* ecc, Fascicolo IX e X, 1875, pag. 368, et seq.

facturum esse non credimus. si nos qui supra mater et filius quod absimus. aut ullus de heredibus aut pro heredibus seu quelibet nostra apposita persona. contra hanc cartam offersionis ire quandocumque tentaverimus aut eam per quodcumque ingenium irrumpere quesierimus. tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulerimus mulcta quod est pena auri optimi uncias mille argenti ponderis duomillia. Et quod reppetierimus. vendicare non valeamus sed presens carta offersionis diuturnis temporibus firma permaneat atque persistat et annos quoscumque. Berta comitissa et Manfredus et Bonefacius atque Anselmus et Otto alricus germani Mater et filij una cum nostris heredibus ac proheredibus predicte ecclesie sancte Marie qualiter supra legitur inintegrum ab omni homine deffensare. quod si defendere non potuerimus aut si aliquid exinde per quodvis ingenium subtrahere quesierimus. tunc in duplum pars ecclesie sancte Marie instrumenta offersionis restituamus qualiter pro tempore fuerint meliorate aut valuerint sub extimatione in consimilibus locis et bergamenam cum attramentario de terra elevaverunt paginam Benzo notarius sacri palacij tradidit et scribere rogavit. in qua subter confirmandam testibusque obtulit roborandam. Actum iuxta predictam ecclesiam sancte Marie feliciter signum † † † † † manibus istorum. Berta comitissa. et Manfredus et Bonefacius. Atque Guilelmus et Otto Alricus germani Mater et filij qui hanc cartam offersionis fieri rogaverunt eorumque relecta est. signum † † † † † manibus Amalbertus et Millo et paganus signifer seu Anselmus atque Rodulfus testes. signum. † † † manibus Anselmi et oberti seu Ottonis. et richardo lege salica testes. Benzo notarius scripsit.

53. *De donatione quam fecit dominus Manfredus marchio de buscha comuni Astensi de tota sua terra*[1]. 1196. 3 Novembris[2].

Anno ab incarnatione domini nostri yhesu christi Millesimo centesimo nonagesimo sexto indictione quartadecima quod fuit tercio die intrante Novembre. Donationem et cartam donationis facio ego Manfredus marchio de buscha comes laureti tibi Bonefacio montisferati Marchioni, dono et trado tibi totam meam terram quam habeo teneo et posideo in lombardia, silicet Castrum dolliani cum burgo cum villa cum hominibus cum vassalijs domicilijs cum mancipijs pascuis pratis agris cultis et incultis, nemoribus aquis stratis introytibus, et cum omnibus que videntur ibi pertinere ad comoditatem habitancium Et eodem modo dono tibi partem meam totam comitatus laureti et partem totam Castri et ville burgi sancti stephani et Coxani et Rochete et de faureis, et totam aliam terram meam excepto bozolasco et Niella et Recisio et boves. Et ego Bonifacius Montisferati marchio recipio a te Manfredo Marchione de buscha Comite loreti hoc dono, reddo tibi omnia supradicta loca que mihi dedisti pro directo feudo, tali siquidem pacto quod tu Manfredus marchio iamdictus teneas et posideas hec supradicta loca per directum feudum per me et per meos heredes post vero obitum

[1] Haud recte, quoniam non *comuni Astensi*, verum *Marchioni Montisferrati* cessio facta est.

[2] Epitomen huius instrumenti inseruerat F. A. ab Ecclesia; *Descriz. del Piemonte* ms. pars I^a cap. 24, fol. 166, quam edidit Moriondus; *Mon. aquens.* T. II. col. 638. N. 41. Postea Instrumentum ipsum, sed imperfectum edidit San Quintino; *degli Antichi Marchesi di Busca*, *Mem. dell'Accad. delle scienze di Torino* II. 15. p. 263. N. XII.

tuum terra iamdicta cum Castris et cum villis et cum omnibus suprascriptis mihi revertatur meisque heredibus. Ut ego meique heredes teneamus et posideamus post obitum tuum omnia suprascripta loca cum castris et cum villis et cum omnibus redditibus suprascriptis sicuti hactenus tu Manfredus tenuisti et posedisti. Et ego Manfredus marchio omnia predicta loca confiteor tenere pacto supradicto per directum feudum per te Bonefacium iamdictum Marchionem et per tuos heredes et fidelitatem inde tibi feci, et fidelitatem inde tibi fecerunt homines et vassalli supradictorum locorum tuisque heredibus et confiteor, Ego Manfredus marchio iamdictus exceptioni non numerate pecunie seu non solute renuncians recepisse, pro hac donatione, a te Bonefacio montisferati Marchione quinque millia uncias auri et bene quietum inde me tenui. Actum fuit hoc feliciter in turri dollanij. Ibi fuerunt testes rogati Manfredus marchio de salucijs, Otto de carceto Marchio, Sivolator de laneriis, Ogerius ratus, Otto de canello, Rogerius cataneus, Guielmus de lanriano, Raynerius de vallentia, Raynerius de grana, Albertus de canello Guilelmus ferarius, Antellmus de quillano, Raymondus frater eius, Carola de dollanio, Obertus et Arnaldus fratres sui Girardus de costamagna Ubertus de montarono, et multi alij. Et Petrus notarius scripsit.

54. *De investitura quam fecit. d. Otto boverius in comune Astensi de loco laureti et de comitatu.* 1149. 12 Marcij [1].

Anno dominice incarnationis, Millesimo Centesimo, Quadragesimo nono duodecimo Marcij [2] indictione XII^a [3] presentia bonorum hominum [4] quorum nomina subter leguntur [5]: dominus Otto boverius Marchio, investivit et dedit Astensibus consulibus vice tocius populi, quorum nomina sunt hec, Ribaldus [6] curialis, Enricus pulmo, Conradus de plathea [7], Robaldus Judex Pipinus de sancto Julliano, Nominative de sua parte que est medietas de castro laureti et comitatu et curte, et cum omnibus ad supradictam curtem pertinentibus, videlicet [8] castris villis et capellis pascuis et herbis [9] ripis rupinis [10] aquarum [11]. Aquarumque ductibus [12] mollendinis piscationibus venationibus et cum omnibus usibus quos [13] habere visus est tam in castris et villis quam de fodris [14] ad supradictam curtem pertinentibus et comitatu [15] in solidum. Ita ut supradicti consules et eorum successores atque Astensis populus habeant et teneant firmiterque possideant et faciant exinde secundum pacti tenorem quicquid voluerint sine contradictione dicti [16] Ottonis bovarii marchionis et suorum heredum Insuper promisit suprascriptus marchio una cum suis heredibus iamdictis Consulibus suisque successoribus supradictum Castrum et Comitatum ab omni [17] defensare quod si defendere non poterint [18] aut per quod visinge-

[1] Tria alia exempla huius instrumenti occurrunt in Codice ad numeros 56, 58, 61. Eorum titulis tantum, suo quoque loco, brevitatis gratia, servatis, hic varias uniuscuiusque cum hoc collati subiungimus lectiones:

[2] N. 56. 61. Duodecimo *Kal.* Marcij. — [3] N. 58. Hinc incipit; N. 56. 58. 61. *in* presentia. — [4] N. 58. bonorum *virorum.* — [5] N. 58. Deest *quorum nomina subter leguntur.* — [6] N. 58 *Rollandus.* — [7] N. 58. 61. Addunt *Robaldus Gardinus.* — [8] N. 56. *in* Castris *et*; N. 58. *castri et ville capellis;* N. 61. *id. id. capelle.* — [9] N. 56. *cerbis;* N. 58. *zerbis;* N. 61. *gerbis.* — [10] N. 61. *rupis* Rupinis. — [11] N. 61. Deest *aquarum.* — [12] N. 56. 58 *aquarum ductibus.* — [13] N. 56. *quas.* — [14] N. 56. 58. 61. de *foris.* — [15] N. 61. *comitatum.* — [16] N. 56. 58. 61. *domini.* — [17] N. 56. 58. 61. ab omni *homine.* — [18] N. 56. 58. *potuerint;* N. 61. *potuerit.*

nium subtrahere quesierint[1] tunc in duplum supradictum Castrum et Comitatum eis restituere debent[2] sicut pro tempore fuerit melioratum vel valuerit sub extimatione in consimilibus locis. Et ne illi liceat ullo tempore[3] nolle quod voluit, Sed quod ab eis semel factum vel conscriptum est sub iureiurando inviolabiliter conservare promisit cum stipulatione subnixa. Tenor pacti talis est, quod homines laureti debent facere fidelitatem contra omnes homines comuni Astensi et salva fidelitate Astensium facient fidelitatem, Ottoni marchioni, et ipse Marchio debet accipere ab[4] eis pro feudo et facere fidelitatem contra homines[5]. Et si aliquis Castellanus erit ibi consilio Astensium consulum debet esse et faciat eis fidelitatem contra omnes homines. Et neque Marchio neque Castellanus debet eis vetare Castrum laureti[6] Consulibus Astensibus pro facienda guerra contra omnes homines. Et[7] si civitas Astensis ad dacitum pervenerit, loretum[8] et comitatum dabit Astensi comuni libras viginti[9] astensis monete Et quocienscumque Consules per locum[10] aut per comitatum transierint cum quinque socijs albergariam accipere debent. Et ipse dominus Otto boverius remittet[11] totum pedagium et condiciones totius sue terre hominibus de Aste[12]. Actum est hoc[13] in Aste[14] in parlamento coram populo ipso laudante et confirmante. Interfuerunt testes Ottolinus grignola Manasedus balbus Obertus de alferio viazzio de belserio[15], Girbaldus, Guielmus de mercato, Bonus iohanes de vivario, Oppizo de plathea, Bonus iohannes[16] silvaticus, Brandullus carnegrassa, Lafrancus Vercius, Guido de razzo, Segnorinus barrachinus, Robaldus calcaneus, Aynardus gastaldus[17] et multi alij interfuerunt[18]. Eustachius notarius autenticum inde scripsit Jacobus boviculus notarius exemplavit, et postea dictus Eustachius subscripsit et Tomas notarius subscripsit.

55. *De pacto et Concordia comunis Astensis et domini Raymondi de belengerijs de Busca.* 1229. 2 Junij.

Anno domini, Millesimo ducentesimo vigesimo nono indictione secunda die sabati secundo intrantis Iunij, hec est forma pacti et concordie comunis Astensis et domini Raymondi Bellengerij de buscha. In primis dictus dominus Raymondus fecit pacem finem et refutationem, et pactum de non petendo domino homario segaglolie potestati Astensi nomine comunis Astensis de omni iure et actione quod et quam haberet vel videretur habere in comitatu Laureti et Castagnolarum et in pertinencijs eorumdem, et in turrem et sedimen terre venearum, promittendo dicto potestati nomine predicto

[1] N. 61. *quesierit* — [2] N. 61. *debet.* — [3] N. 56. Deest *ullo tempore.* — [4] N. 58. deest *ab.* — [5] N. 56. 58. 61. *comuni de Aste* (N. 58. 61. *comuni Astensi*) contra *omnes* homines. — [6] N. 61. *loreti.* — [7] N. 56. Deest *Et* — [8] N. 56. dacitum *per comune venerit lauretum;* N. 58. dacitum pervenerit *per comune laureti;* N. 61 id. id. *lauretum.* — [9] N. 56. 58. 61. *cum comitatu fodrum* dabit Astensi comuni *librarum* XX. — [10] N. 56. 58. 61. Consules *Astenses per lauretum* (N. 61 *loretum*) — [11] N. 56. 58. 61. Otto boverius (N. 56. *bovarius*) *remittit.* — [12] N. 58. Quod sequitur deest. — [13]. N. 61. Deest *hoc* — [14] N. 61. Deest *in Aste;* N. 56. in Aste *civitate.* — [15] N. 56. *Viazo de Alferio.* — [16] N. 61. *Salvaticus*, desunt nomina reliquorum testium. — [17] N. 56. *Arnaldus* Gastaldus, *Ursus* ecc. — [18] N. 56. *Ego* Eustachius *Astensis notarius interfui et scripsi. Ego Iacobus boviculus notarius palatinus, Autenticum huius instrumenti vidi et legi et sicut in eo continebatur nichil addens nichilque mutans vel minuens preter formam litterarum vel forte ex ignorantia punctum vel litteram plus minusve parcium significatione retenta sic in isto exemplavi et scripsi;* N. 61. *Ego Eustacus Astensis notarius hanc cartam scripsit.*

dictam pacem finem refutationem et pactum firmam et firmum tenere perpetuo et nullo tempore contravenire per se nec per aliam personam suppositam. Insuper dictus dominus Raymondus debet facere et fieri facere guerram et pacem et stratas defendere pro comuni Astensi inimicis omnibus comunis Astensis de tota sua terra et suis homnibus. Et specialiter de loco sancti Stephani, Coxani, Rochete et faurerum, et quod ex illa guerra non facient pacem vel treuguam absque parabula dicti comunis Astensis. Dictam autem pacem et guerram debet facere dictus Raymondus ut supra salvis suis dominis in feudis eorum. Ad hec debet ita facere dictus Raymondus quod comune Astense potestatem habeat et bayliam de turre et loco faurearum ita quod inde offendere possit dictum comune Astense omnibus inimicis comunis Astensis. Insuper dictus dominus Raymondus debet iuvare defendere manutenere comune Astense et homines eiusdem comunis in avere et in persona per totam suam terram et debet facere iurare homines quos haberet in loco venearum salvare custodire et defendere contra omnes homines, Turrem et Castrum et homines venearum ad honorem et comodum comunis Astensis. Et sicut superius legitur in omnibus et per omnia dictus dominus Raymondus promisit et supra dei evangelia iuravit attendere et observare et conplere bona fide et sine fraude. Comune vero de Aste debet dare pro predictis, dicto domino raymondo libras ducentas astenses, libras L silicet usque ad festum sancti Iohannis de Iunio et alias libras CL usque ad festum sancte Marie de augusto, de quibus comune Astense dare debet Petro laurentio libras centum pro domino Raymondo, et has solutiones teneatur facere dictum comune precise et sine tenore Et debet dictum comune dictum dominum Raymondum et eius terram salvare defendere et manutenere bona fide et sine fraude ad honorem et comodum dicti domini Raymondi. Et si contingeret quod dictum comune Astense habuerit bayliam turris et Castri Favyrearum tempore alicuius guerre, dictam turrim et Castrum eidem domino Raymondo reddet quandocumque ad pacem venerit de dicta guerra. Item dictum comune non debet recipere aliquem hominem dicti Raymondi pro citaino vel pro habitatore absque voluntate dicti Raymondi, eo salvo quod possit eum recipere pro habitatore et cive, tali forma quod ille qui voluerit esse civis vel habitator in Aste deserat seu relinquat dicto domino Raymondo terram et domos quas haberet in eius posse et insuper mobile quod dictus dominus Raymondus ei posuisset in saximento prius quam veniret ad habitandum in Aste. Item si contingeret quod aliquis homo dicti Raymondi aliquem hominem interficeret in eius terra vel de sua terra vel aliquod maleficium committeret, dictum comune Astense non debet illum qui occidisset vel maleficium comisisset, recipere pro habitatore vel pro cive ullo tempore sub aliquo ingenio, quousque ille qui occidisset vel maleficium comisisset ad concordiam venisset cum dicto Raymondo. Item comune debet facere iurare Castellanum venearum salvare custodire et manutenere homines quos dominus Raymondus vel alius pro eo habet vel tenet cum ratione loco venearum et pertinencijs, et in castro et in villa et in hominibus ad honorem et comodum domini Raymondi, et si contra fecerit, potestas possit et debeat eidem Castellano penam auferre quam proinde sibi imposuisset. Insuper dictum comune Astense, non debet substinere imo deffendere teneatur ne Bovarinus vel eius homines vel res eorum impedirentur vel impediantur in Aste nec in posse in avere vel in persona pro aliquo debito vel alia de causa

nisi esset principalis debitor vel fideiussor. Item comune de Aste non debeat facere pacem vel treuguam absque parabula domini Raymondi, de eo quod pro comuni Albe tenet in feudum in loco faurearum et venearum, quousque comune Albe absolvisset dominum Raymondum, et cum hoc factum fuerit dictus dominus Raymondus debet recipere et tenere pro comuni Astensi illud quod habet in predictis locis. Item comune Astense non debet compellere ullo tempore dictum dominum Raymondum ut solvat debitum aliquod quod dare debeat hominibus Albe. Et si ex hac causa quod non solveret, Comune Albe guerram faceret domino Raymondo tunc comune de Aste, debet illum dominum Raymondum de illa guerra adiuvare bona fide et sine fraude usque ad finem pacis, et illam guerram comune de Aste incipere teneatur infra mensem post quam fuerit denunciatum a domino Raymondo illud quod sibi foret ablatum pro illa guerra. Insuper si dominus Raymondus diceret vel denunciaret comuni de Aste se habere aliquem inimicum qui non esset iuratus comunis Astensis hodierna die, comune Astense teneatur illum inimicum licentiare et prohibere ne veniat in Aste vel in posse. Et ex illa die in antea dictus dominus Raymondus possit eum capere in Aste et posse. Eodem modo teneatur dictus dominus Raymondus versus comune de Aste. Insuper debet apponi in brevi comunis Astensis supra quod potestas vel consules iuraturi sunt, quod omnia predicta observabuntur pro comuni Astensi in perpetuo et quod in dicto brevi non possit apponi capitulum aliquod per quod aliquid ex predictis vicietur in toto vel in parte, et si foret appositum sit cassum et inutile. Et sicut superius legitur in omnibus et per omnia dictus dominus homarius potestas comunis Astensis nomine et vice comunis Astensis, voluntate et consensu tocius Astensis credentie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte octo exceptis promisit attendere et observare et complere bona fide et sine fraude. Preterea omnes credendarij promiserunt dare fortiam et virtutem, consilium et auxilium ut predicta in solidum attendantur compleantur et fiant. Actum Aste in pleno consilio in ecclesia sancti Iohanis de domate. Testes interfuerunt dominus Ubertus de sancto Stephano, Jacobus greotus et Ruffinus aranchabosus inde cartam fecit,

56. *De investitura facta in Comune Astensi per dominum Ottonem boverium marchionem de medietate castri laureti.* 1149. 18 Februarij.

(Omisimus quia jam est ad Num. 54. Vid. quae in nota animadvertimus).

57. *De donatione facta per suprascriptum dominum Ottonem boverium Comuni Astensi, de dicta medietate.* 1148. 16 Februarij[1].

Anno domini MCXLVIII[2]. Indictione XII.ª quartodecimo kall. Marcij. Breve recordationis ad memoriam tenendam[3] perpetuam de pacto et donatione facta ab Ottone boverio cum Consulibus Astensibus quorum nomina declarantur inferius. Donat enim dominus Otto boverius medietatem castri et ville laureti, et medietatem Comitatus, Comuni Astensi, et debet refutare fidelitates hominum, et ipsi homines debent facere

[1] Instrumentum hoc iterum occurrit in Codice ad N. 62. sub diversa anni nota (MCXLVIIII); huius inscriptione suo loco retenta hic satis erit varias afferre lectiones. — [2] *Millesimo* C°XLVIIII°. — [3] *retinendam.*

fidelitates contra omnes homines comuni Astensi, et salva fidelitate Astensium facient fidelitatem. Ottoni marchioni. Et ipse Marchio debet recipere ab eis pro feudo et facere fidelitatem eis contra omnes homines, et si aliquis Castellanus erit ibi cum [1] consilio consulum Astensium, debet esse et faciet fidelitatem eis contra homines omnes et neque Marchio neque Castellanus debet vetare castrum loreti, Consulibus Astensium pro facienda guerra contra omnes homines et si civitas Astensis per [2] comune ad dacitum pervenerit [3] Loretum cum comitatu fodrum dabit Astensi comuni usque viginti libras Astensis monete. Et quociescumque [4] Astenses per loretum aut per comitatum transierint cum quinque socijs debent accipere albergariam, et ipse Marchio remittit totum pedagium tocius sue terre hominibus Astensibus, conditiones similiter omnes tocius sue terre que veniunt in suam canevam remittit hominibus Astensibus. Tempore guerre debet manere Marchio in civitate Astensi cum quatuor socijs militibus per tres menses cum suis sumptibus et perditis, in tempore pacis debet manere per unum mensem ut voluerit nisi remanserit per absolutionem consulum. Et semel cum hominibus sue terre tocius debet facere exercitum quando consulibus placuerit, suis perditis et sumptibus omni tempore semper cum consulibus placuerit debet facere cum hominibus sue partis loreti et comitatus, similiter suis sumptibus et perditis. Quando milites sine peditibus duxerit in servicium Astensium suis perditis [5] et sumptibus Astensibus stratam ipse et frater eius henricus usque in mare per totam suam terram debent tueri, et res et personas hominum Astensium debet [6] salvare. Et dominus Otto [7] debet tenere et facere iusticiam ecclesie sancti Secundi de possessionibus quas eadem ecclesia habet in sua potestate et [8] in festivitate sancti Secundi ad honorem martiris et tocius civitatis cum cereo ipse Marchio debet interesse nisi iusto impedimento et licencia consulum remanserit, sive autem venerit sive non cereum autem semper [9] ad festivitatem mittere debet, hec supradicta observare debet marchio ex sua parte bona fide. Consules vero Astenses et comune civitatis debet reddere securum Marchionem, ut non auferant ei hoc feudum sine offensa et si facta fuerit offensa in laude [10] curie Astensis infra XL dies debet emendari guerram saxi aut auferre aut adiuvare bona fide debent. De guerra quam habent [11] cum Marchione Guillelmo debent eum iuvare bona fide hoc tamen modo, ut non cogant suos cives consules [12] emere equos, sed cum illis militibus quos civitas habebit. Exercitum in hoc consulatu Astenses [13] non coguntur facere alio vero tempore quando Marchio exiget consules debent facere marchioni exercitum semel, hoc modo ut si exercitum fecerint pro Marchione omne lucrum quod fecerint dividatur per medium. Et sicut Marchio faciet suum auxilium sine [14] militibus solis et peditibus, erga Astenses, sic Astenses erga Marchionem se habebunt silicet in sumptibus et in perditis et omnem terram, unde est ipse saxitus et investitus debent eum adiuvare et tenere bona fide si aliquam aliam guerram inceperit sine consilio Astensium Consulum non coguntur adiuvare, si vero cum consilio eorum coguntur. Et si Marchio Otto sine filijs decesserit, Frater eius henricus debet habere hoc feudum sicut dominus Otto, et ipse dominus henricus remittit [15] omne pedagium rationes [16] conditionesque suas sicut

[1] Deest *cum.* — [2] *pro.* — [3] *venerit.* — [4] *consules Astenses.* — [5] Additur *ducet.* — [6] *debent.* — [7] Additur *Marchio.* — [8] Deest *et.* — [9] Additur *ad civitatem.* — [10] *in laudem.* — [11] *habet.* — [12] Deest *consules.* — [13] Additur *Marchioni.* — [14] *sive solis militibus aut militibus.* — [15] *remittet.* — [16] Deest *rationes*, additur *et omnes.*

dominus Otto fecit et tocius [1] sue terre usque in [2] iugum, et Astenses consules debent eum adiuvare usque ad iugum, et si dominus henricus decesserit sine liberis [3] unus ex aliis fratribus habere debet hoc feudum, sed ugo vielmus [4] in ultimo loco sed Guilelmus omnino [5] sit ultimus, et consules Astenses non debent adiuvare hos fratres nisi de loreto et comitatu, hec omnia observabuntur a consulibus Astensibus [6] salvo iureiurando, quod homines Astenses fecerunt [7] alijs hominibus suis et dominis. Ipse vero dominus Otto non cogitur de terra sezarij adiuvare Astenses nec Astenses adiuabunt eum. Et cum homines laureti et comitatus ceperint crescere et multiplicare Consules astenses accipient fidelitates eorum quando eis placuerit et consules Astenses in unoquoque anno reddent eum securum per eorum nuncium [8] in unoquoque decimo anno facient eis securitatem [9]. Nomina consulum sunt hec, Robaldus iudex, Cunradus de platea Ribaldus curialis, Robaldus filius Ottonis Gardini Anricus pulmo, Pipinus.

58. *De investitura facta in comune Astense per dictum dominum Ottonem boverium marchionem de medietate Castri laureti.* (1149).

(Omisimus quia jam est ad Num. 54. Vid. quae in nota animadvertimus).

59. *De notificatione facta Marchioni montisferati de venditione laureti.* (1194. 8 Maij) [10].

Guilelmus cathena, Rollandus bergogninus et Iacobus Iudex Ambaxiatores comunis et domini Iacobi stricti potestatis Astensis nomine et vice comunis Astensis in presentia domini Tome noni Castellani notificantes dixerunt domino Bonifacio Marchioni montisferati, quod medietas laureti tocius comitatus et castri erat comunis Astensis. Et hoc ex donatione quam dominus Otto boverius Marchio fecerat comuni Astensi de predicta medietate, et que donatio fuit facta et confirmata, postea a domino Bonefacio Marchione de curtemilia, et inde duo instrumenta inde composita et publice comfecta sibi ostenderunt et legi fecerunt coram eo. Et predicti Guilelmus et Rollandus et Iacobus ibidem contradixerunt predicto domino Bonefacio Marchioni Montisferati, ut ipse medietatem Castri predicti et comitatus ab aliquo homine et precipue a domino Manfredo marchione de busca nullo tempore accipiat nec de ea saxiret nec investiret, nec fidelitatem hominum illius terre acciperet, et hoc ex parte domini Imperatoris et potestatis Astensis et tocius comunis Astensis et sub debito fidelitatis quam fecerat comuni Astensi. Insuper contradixerunt domino Manfredo predicto ne de predicta medietate laureti et comitatus donum alicui faceret nec aliquo modo alienaret. Cui contradictioni predictus dominus Bonefacius marchio montisferati sic respondit dicens quod aliquod ius comunis Astensis non accipiebat nec voluntatem habebat accipiendi et dominus Manfredus de busca dixit quod non dabat Marchioni montisferati nisi suum alodium.

[1] l. c. *facit dominus Otto tocius.* — [2] *ad.* — [3] *filijs.* — [4] Ugo et Guilelmus. — [5] *omni modo.* — [6] Deest *Astensibus.* — [7] *fecerint.* — [8] Additur *et.* — [9] Reliqua desunt.

[10] Notificatio haec iterum occurrit in Codice ad N. 63, additis tamen formulis tabelionalibus; unde conficitur hic primam perscriptionem, illic instrumentum integrum allatum fuisse: quare hoc quoque suo loco totum afferendum duximus.

60. *De fidelitate henrici maleti de loco laureti.* 1207. 8 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo Indicione Nona. die Mercuri octavo Intrantis Novembris, presentia infrascriptorum testium, dominus lantelmus de landriano potestas Astensis a parte comunis Astensis, salvo suo sacramento et salvis pactis et conventis hominum habitancium in Costeglolis, investivit Enricum maletum de suo recto feudo quod habebat in comitatu Laureti. Qui dictus Enricus ibidem iuravit fidelitatem predicto potestati nomine comunis de Aste sicut facit vassallus seniori dicens quod non debebat facere hominiscum. Interfuerunt Testes dominus Nicolaus de cellis Manfredus presbiter de aglano, Sistus de cocoregio et obertus capra de neveis. Actum in urbe de Aste in portile quondam follini vace feliciter.

Ego Gandulfus notarius hanc cartam scripsi.

61. *De investitura facta per dominum Ottonem boverium marchionem de medietate Castri laureti.* 1149. 18 Februarij.

(Omisimus quia jam est ad Num. 54.)

62. *De donatione facta comuni Astensi per dominum Ottonem boverium de medietate castri laureti et ville ac comitatus eiusdem.* 1149. 16 Februarij.

(Omisimus quia jam est ad Num. 57.)

63. *De notificatione facta Marchioni montisferati de venditione laureti.* 1194. 8 Maij [1].

Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo quarto indictione duodecima. Die dominico octavo die intrante Madio Guilelmus de cathena Rolandus bergogninus. Jacobus iudex ambaxatores domini Jacobi stricti potestatis Astensis et vice comunis Astensis. In presentia domini Thome Nonii castellani, Notificantes dixerunt domino Bonifacio marchioni Montisferati quod medietas laureti tocius comitatus et Castri erat comunis Astensis, et hoc ex donatione quam quondam dominus Otto boverius marchio fecerat comuni astensi de predicta medietate et que donatio fuit confirmata, postea a domino Bonefacio marchione de curtemilia et inde duo instrumenta inde composita et publice confecta sibi ostenderunt et legere fecerunt coram eo, et predicti Guilelmus Rolandus et Jacobus ibidem contradixerunt predicto domino Bonifacio marchioni Montisferati ut ipse medietatem predicti Castri et comitatus ab aliquo homine et precipue domino Manfredo marchioni de busca nullo modo acciperet nec de ea se saxiret nec investiret, nec fidelitatem hominum illius terre acciperet, et hoc ex parte domini Imperatoris et potestatis Astensis et tocius comunis Astensis et sub debito fidelitatis quam fecerat comuni Astensi. Insuper contradixerunt domino Manfredo predicto ne de predicta medietate laureti et comitatus donum alicui faceret nec aliquo modo eam alienaret. Cui contradictioni predictus dominus Bonefacius marchio Montisferati sic respondit, dicens quod aliquod ius comunis Astensis non accipiebat nec voluntatem habebat accipiendi, et dominus Manfredus de busca dixit quod non dabat marchioni montisferati nisi suum alodium. Actum in villa de

[1] Huius instrumenti prima, ut credimus, perscriptio jam est ad N. 59. Vid. quae in nota monuimus.

castagnolis ultra tanagrum iuxta treuvinam sancti petri ecclesie illius ville. Interfuerunt testes, Ruffinus de gorgiano, Jacobus de mezeto presbiter de aglano, Raynerius de corsenbrando, Basinus de Alba Ogerius curaengus, lafrancus mellus, Petrus constancius, Ogerius bellina, Drocus palius omnes de Alba preter quatuor primos, Ottolinus de sicardo Baldrachus Mayfredus de solerio Merlus de cumignano Robaldus faxolius, Albertus cicia et multi alij.

Et philipus scarindie sacri palacij notarius interfuit et scripsit.

64. *De quitatione facta Comuni Astensi per dominum Marchionem montisferati de facto Laureti.* 1206. 19 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona, die dominico XIII kal. decembris in solario quondam Rolandi vace in civitate Astensi presentia infrascriptorum, dominus Lantelmus de landriano potestas Astensis, denunciavit et dixit domino Uberto comiti grasso nuncio et procuratori domini Guielmi Marchionis montisferati ad recipiendam solutionem illius pecunie quam comune de Aste ei dare debebat de emptione comitatus laureti quod paratus erat conducere ei illam pecuniam pro comuni de Aste usque ad Costegnolas vel ad Calianum vel ad thongum sicut promiserat et tenebatur et ibidem ipse dominus Ubertus comes grassus dixit quod nolebat et ab hoc ipsum domiuum lantelmum absolvit. Testes Azo palius consul de iusticia mandrolius vardalos, Mayfredus de drua Ubertus de novello, Guielmus Azarrus, Anselmus de niellis, henricus cozzia de caraxono, Petrus laurencius, Guilelmus donnetus Mussus trossellus, Girardus de porca, Guilelmus rotarius, Tomas notarius, Jacobus tonsus et Gandulfus notarius. Preterea in eodem die et loco in presentia eorum testium Idem dominus Ubertus comes grassus de cocanato nuncius et procurator domini Guilelmi marchionis Montisferati ad recipiendam solutionem illius pecunie quam comune de Aste ei dare debebat, de emptione Comitatus laureti, confessus fuit quod receperat a comune de Aste totam illam pecuniam quam comune de Aste dicto Marchioni ad octavam Sancti Martini dare debebat, et de ea quietum et pagatum se tenuit. Et insuper domino lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis de aste stipulanti et faciendo cum eo pactum de non petendo promisit quod ipse nec Marchio Guilelmus nec alius pro eis non appellabit comune de aste nec alium pro eo de illa supradicta pecunia in aliquo tempore et cartam que ipsi Marchioni a dicto lantelmo nec comuni de Aste facta fuerat ipsi domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste reddidit, quam cartam postea in eodem loco presente ipso comite grasso et Guilelmo mondrulio, Azone palio Petro laurentio, Guilelmo veroblo et Guilelmo azarro, Girardo de porta, Guilelmo rotario, Toma notario, Jacobo ton o et Gandulfo notario, lecta et in partem incisa et canzelata fuit. Et Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsit.

65. *De procura Comitis Uberti ei facta per supradictum Marchionem ad certa agenda.* 1206. 15 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo VI.° die Mercuri XVII. kal. decembris indictione nona. Ego quidem Guilelmus Montisferati Marchio, Instituo comitem Ubertum grassum de coconato missum et vicarium meum de tota illa quacunque pecunia

quam potestas Astensis Lantelmus de landriano mihi tenetur et astringitur sacramento pro Comuni de Aste, et precipue pro venditione terre Marchionis lancee, eo modo ut meo nomine ipsam pecuniam recipiat, et quicquid predictus comes Ubertus grassus inde fecerit etc. ipse potestas statuerit et si instrumenta finis meo nomine fecerit rata et firma in omnibus et per omnia usque in sempiternum observabo. Actum in camera Ottonis de grafagno de clevaxio ubi fuerunt testes omnes rogati et appelati, Mandronus et frater eius paniaza, Otto de graphagna, Guilelmus de aquabella Pappa de Verruta, Guarrus de mezadio et alij satis.

Et Petrus notarius sacri palacij affuit et iussu Guielmi Marchionis hoc breve tradidit et scripsit.

66. *De citaniatico Manfredi et Rodulfi de laureto.* 1242. 3 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione quintadecima. Die mercuri tercio intrantis Septembris. In concilio Credendariorum Astensium utriusque credentie et rectorum societatum. Manfredus filius quondam henrici de salucijs nomine fratris sui Rodulfi habuit ratas et firmas illas venditiones et investituras et cessiones rationum quas fecerunt dominus Iacobus de laureto et fratres eius, et Guilelmacius de laureto et fratres eius, Obertono de insula sindico comunis astensis nomine ipsius comunis, de Castro laureti et alijs ut continetur in cartis inde factis. Et fecit eidem Ubertono nomine comunis Astensis, donum finem refutationem et remissionem et pactum de non petendo nec molestando cum stipulatione firmatum nomine suo et dicti Rodulfi de omni ratione et iure et actione quod et quam habebant et ullo modo viderentur habere in dicto castro laureti ipse et frater eius predictus et occaxione ipsius Castri, et in dictis investituris et venditionibus et cessionibus et eorum occaxione propter quod donum finem refutationem remissionem et pactum de non petendo nec molestando, dominus Guido marracius de sancto nazario potestas Astensis pro comuni et a parte comunis Astensis voluntate et consilio credendariorum utriusque credentie et rectorum societatum per campanam et nuncios more solito congregatorum et interogatorum ore ad os scriptorum. Et ipsi Credendarij et rectores societatum nomine comunis eiusdem receperunt dictum Manfredum nomine suo et fratris sui Rodulfi et pro ipso Rodulfo in civem Astensem, eo modo ut ipsi Manfredus et Rodulfus de cetero sint cives et abitatores Urbis Astensis cum heredibus suis et rebus suis faciendo stallum et habitaculum in Aste cum familia sua et tali modo ne ipsi dent fodrum nec dacitum nec scufias aliquas faciant pro comuni preter exercitum et cavalchatas usque ad annos viginti. Sed a viginti annis in antea dent fodrum et dacita et scufias faciant, de toto eo quod habuerint sicut alij cives Astenses. Tali modo quod comune Astense non teneatur eis defendere possessiones quas habent in loco vel locijs de quibus venerint ad habitandum in Aste, et hec omnia promissit nomine suo et fratris sui predicti dicto potestati nomine comunis Astensis attendere et observare, et pro sic attendendo omnia bona sua ipsi potestati nomine comunis pignori obligavit. Actum Aste in domo comunis. Interfuerunt testes Homodeus palidus, Guilelmus de pozolasco notarius et Bonus iohannes robertus. Ego Bonus infans de valfenaria notarius palathinus interfui et iusu dicti potestatis plura instrumenta huius tenoris quorum presens fit pro dicto comuni sic scripsi.

Item dominus henricus Marchio de Sagona fecit donum Comuni Astensi de sextadecima parte laureti et Castagnolarum, ut patet sub rubrica de dono facto per prefatum dominum henricum marchionem Comuni Astensi de tota illa terra que fuit Marchionis Bonefacij de curtemilia tam in Curtemilia quam in alijs locis Capitulo primo posito sub rubrica de Castro de Curtemilia, folio.

Item inspiciatur sub titulo et Rubrica terrarum et locorum Astexij, sub quibus sunt descripta certa capitula iurium et instrumentorum spectantium ad dictum Castrum et locum laureti.

67. *De quadam cofessione facta per infrascriptos versus Drocum palium de certo debito occasione comitatus laureti.* 1201. 21 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta quod fuit undecimo kal. decembris. Cum Albenses creditores debiti comitatus laureti, videlicet Nicolaus de morocio, Otto de poblice et Guielmus eius frater, Drocchus palius, et Rollandus eius frater, lafranchus niellus, et Iacobus pultilia, simul sese congregassent, pro computatione facienda, quod quisque dictorum Creditorum in debito Comitatus de laureto exigere valebat, ibidem confessi fuerunt Drocum palium habere una cum Ottone de poblice et lafranco niello in debito comitatus de laureto de eorum societate, libras ccx. minus solidos viii eiusdem monete, que in eorum instrumento pro omnibus predictis composito continetur Quas dictus Drochus, et Otto de poblice, et lafranchus niellus petere possent sine eorum contradictione. Actum in Alba. In domo Iacobi pultigle. Ubi fuerunt testes rogati, Otto brucillus, Guielmus recagnus et plures alij.

Et ego Guielmus notarius cognomine vocatus hanc cartam scripsi.

68. *De quadam alia confessione facta per infrascriptos versus lafranchum Niellum de certo debito Comitatus laureti.* 1201. 22 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta quod fuit decimo kal. decembris. In presentia infrascriptorum testium quorum nomina subter leguntur. Drochus palius, Robaldus eius frater, Otto de plobice, Vilielmus eius frater, Iacobus putigla, et Nicolaus de morocio fuerunt confessi, lafrancum Niellum habere pro se tantum in debito comitatus de laureto libras clxi eiusdem monete que continetur in istrumento pro omnibus predictis inde composito et ordinato, quas dictus lafranchus, et eius heredes, sine eorum contradictione postulare et exigere possit. Actum in Alba in domo Iacobi pultigle, ubi fuerunt testes Otto brizullus, Guielmus recagnus et plures alij.

Et ego Guielmus cognomine vocatus, hanc cartam scripsi.

69. *De quadam alia confessione facta per infrascriptos versus Ottonem de poblice de certo debito Comitatus laureti.* 1201. 21 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta quod fuit xi° kal. decembris. In presentia infrascriptorum testium, quorum nomina subter leguntur. Nicolaus de morocio, Drocus palius, Robaldus eius frater lafranchus niellus, et Iacobus putigla, fuerunt comfessi Ottonem de plobice, et fratres eius, habere in debito comitatus de laureto Nonaginta libras et tres solidos eiusdem monete, que in istrumento pro omnibus predictis composito continetur, quas dictus Otto et fratres eius, de cetero

exigere et postulare possint sine eorum contradictione. Actum in Alba in domo Iacobi pultigle, ubi fuerunt testes, Otto bruzillus, Guielmus recagnus et plures alij.

Et ego Guielmus notarius, cognomine vocatus, hanc cartam scripsi.

70. *De quadam alia confessione facta per infrascriptos versus Drochum palium de certo debito Comitatus laureti.* 1201. 21 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta quod fuit undecimo kall. decembris. In presentia subscriptorum testium, quorum nomina subter leguntur. Confessi fuerunt, videlicet Nicolaus de morocio, lafrancus niellus, Otto de plobice, Guielmus eius frater Robaldus palius, et Iacobus putigla, drocum palium habere pro se tantum in debito comitatus de laureto libras ccccliiii^or^, eius monete, que continetur in instrumento pro omnibus supradictis inde composito et ordinato, quas dictus drocus et eius successores de cetero possit exigere et postulare sine eorum contradictione. Actum in alba in domo Iacobi putigle, Ubi fuerunt testes Otto bruzilus, Guielmus recagnus et plures alij.

Et ego Guielmus notarius cognomine vocatus hanc cartam scripsi.

71. *De quadam alia confessione facta per infrascriptos versus Robaudum palium de certo debito comitatus laureti.* 1201. 21 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta quod fuit xi kal. decembris. In presentia infrascriptorum testium quorum nomina subter leguntur. Confessi fuerunt, videlicet Nicolaus de morozio, Otto de plobice, et Guielmus eius frater, lafrancus niellus, Drocus palius et Iacobus putigla, Robaudum palium habere in debito comitatus de laureto libras nonaginta quinque et solidos quinque eiusdem monete que continetur in instrumento pro omnibus prenominatis constituto et ordinato, quas dictus Robaldus de cetero possit exigere et postulare sine eorum contradictione. Actum in Alba in domo iacobi putigle, ubi fuerunt testes rogati, Otto bruzillus et Guielmus recagnus, Obertus anna et plures alij.

Et ego Guielmus notarius cognomine vocatus hanc cartam scripsi.

72. *De quadam confessione facta per infrascriptos versus Iacobum putiglam de salucijs Occasione laureti.* 1201. 21 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta, quod fuit xi° kal. Decembris. In presentia infrascriptorum testium, quorum nomina subter leguntur. Confessi fuerunt videlicet, drocus palius, et Robaudus eius frater, Otto de poblice et Guielmus eius frater, lafrancus Niellus, et Nicolaus de morocio, Iacobum putiglam de salucijs habere in debito Comitatus de laureto, lxv libras et x solidos eiusdem monete que continentur in istrumento pro omnibus prenominatis inde composito et constituto, quas predictus Iacobus et eius heredes a modo petere et exigere possit sine eorum contradictione. Actum in Alba in domo dicti Iacobi, ubi fuerunt testes rogati Otto bruzillus, Guielmus recagnus et plures alij.

Et ego Guielmus notarius cognomine vocatus hanc cartam scripsi.

73. *De alia confessione facta per infrascriptos versus Nicolaum de morocio, occasione laureti.* 1201. 21 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta quod fuit undecimo kal. decembris. In presentia infrascriptorum testium quorum nomina subter leguntur Confessi fuerunt, videlicet Iacobus putigla, lafrancus niellus, Otto de plobice et Guielmus eius frater, Drochus palius, et Robaldus eius frater, Nicolaum de morozio habere in debito comitatus de laureto XXXVIII, libras et X solidos eiusdem monete, que continetur in istrumento constituto et statuto pro omnibus supradictis, quas dictus Nicolaus petere de cetero possit et exigere sine eorum contradictione. Actum in alba in domo dicti iacobi ubi fuerunt testes rogati, Otto bruzillus et Guielmus recagnus et plures alij.

Et ego Guielmus notarius cognomine vocatus hanc cartam scripsi.

74. *De quadam confessione facta per Marchionem Montisferati versus comune astense.* 1293, 4 Februarij.

Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo tercio indictione undecima. VI kal. Marcij. Confessus fuit dominus Bonefacius montisferati Marchio se recepisse plenam solutionem de Mille centum libris astensibus et de LXXXII libris papiensibus a Toma scriptore et biloso notario Iacobi stricti potestatis Astensis pro redemptione prede illius Iacobi et omnes securitates idem habebat cum instrumentis sive in instrumentis plenarie absolvit, et instrumenta de predicta redemptione sive de manulevatione irrita sint, et ea reddere promisit predictis Thome et Biloso nomine predicti potestatis. Actum in monte calvo. Interfuerunt, Gregorius de montebello, Manaria de brayda Bonifacius de patano.

Et Rodulfus notarius hanc cartam scripsit.

II. De Castagnolis.

Castrum et villa Castagnolarum est de locis novis Comunis Astensis et homines dicte ville sunt cives Astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives Civitatis Astensis.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 2).

75. *De quitatione facta hominibus Castagnolarum per Marchionem de busca.* 1197. 4 Novembris.

Anno domini M°C° nonagesimo VII° in kalendis Novembris indictione XV^a^ placuit michi Manfredo de busca et Comiti de laureto bona voluntate hominibus Castagnolarum et omnibus eorum heredibus et pro heredibus in perpetuum relinquere omne annuale fodrum quod solitus eram olim habere a vobis prenominatis hominibus Castagnolarum, ut a modo in antea semper ero tacitus et quietus a peticione prefati fodri sed neque per me neque per aliquem nec aliquam submissam personam ex petitione fodri vos inquietabo ullo tempore salvo meo iure in omnibus annualibus redditibus et servicijs que mihi soliti estis facere. Item relinquo vobis successiones patris ad filium fratris ad fratrem nepotis ad patruum. Relique successiones sint mee. Item

de banno furti et adulterij et scucazarie erunt sub mea mercede usque ad solidos LX. de homicidio erit sub mea mercede quantum mihi placuerit. Item si quis percusserit alium sit pena solidorum X. et si ceciderit in bannum sine percussione sit pena solidorum V. Item de fideiussionibus item non debeo vos constringere ultra vestram voluntatem si autem ullo tempore ego Manfredus marchio nollem omnia supradicta observare, vos prefati homines habeatis ius defendendi a me cum ratione omnibus modis. Eapropter Nos homines de Castagnolis in presenti damus tibi domino Manfredo libras LXXX denariorum astensium et modios XL anone et modios XX furmenti et non faciemus coniurationem contra te nec exhibimus habitare alium locum sine vestro precepto. Et taliter promisit Marchio manfredus ut supra legitur et homines castegnolarum similiter, et iurabit Mamfredus observare ut supra legitur et homines Castegnolarum iurabunt sic. Item Bonefacius marchio montisferati in eodem loco bona voluntate confirmavit omne quod superius presenti pagina scriptum est et promissum a domino Manfredo Marchione, ut a modo in antea Bonefacius marchio per se et suos heredes omni tempore firmum et ratum habebit, et omne quod superius est promissum hominibus de Castagniolis, et nec inquietabit ullo tempore predictos homines aliter quam ut supra scriptum est neque per se neque per suos heredes, et hoc observabit et promissit hominibus Castagnolarum et toti Castellonie. Acta sunt hec in ponte sturie coram Alberto malaspina et Comite grasso et Ardizone de plozasco et Guilelmo cappa et Petro caligario de dollano testibus rogatis. Scopulus notarius fecit inde instrumentum. Thomas notarius exemplavit.

Iacobus boviculus et Gandulfus de fossato subscripserunt.

76. *De venditione facta comuni Astensi per Marchionem lanceam cum consensu Marchionis Montisferati de castro et villa Castegnolarum.* 1206. 4 Januarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona die dominico quarto intrantis Januarij. Cartam venditionis fecit dominus Manfredus marchio lancea precepto consensu et voluntate domini Guilelmi marchionis Montisferati ibi presentis dato ei suo nomine et nomine Bonefacij marchionis patris sui a quolibet in solidum gratis et sua spontanea voluntate in manibus domini lantelmi de landriano potestatis Astensis nomine et vice comunis Astensis, Nominatim de Castro et villa Castagnolarum et de pertinencijs ipsius Castri, silicet de farinarijs et de Mattarello de pethino de sancto maiolio et de omnibus alijs pertinencijs que pertinent vel pertinere videntur ad ipsum Castrum, et de Castro et villa laureti et de comitatu laureti silicet de Cavuro de saxo de monte prevedero et de Bloneis, et de hominibus habitantibus in plebatu pontis et de Sparoarijs, et de Cravayrolio, et de hominibus Serre meceti que vocatur sancti Stephani. Et de paruzono et de fauxolio et arduinarum et Costeglolarum, et de omnibus iurisdicionibus et pertinencijs que pertinent vel pertinere videntur ad ipsa Castra et Comitatum laureti cum omni honore et iurisdictione et districtu et cum militibus et hominibus feudatis et infeudatis, cum ecclesijs et capellis cum terris et vineis cultibus et incultibus, cum silvis et nemoribus, cum pratis et yerbis, cum fluminibus et pascuis cum piscationibus et venationibus, cum ripis et rupibus cum rivis et ruinis, cum aquaticu et ripatu, cum furnis et molendinis, cum drictis et fictis et cum omnibus alijs rebus que ad predicta Castra et iurisdiciones pertinent vel

pertinere videntur, ullo modo nichil in se retinendo pro precio librarum quatuor millia Astensis monete de quibus pagatum et quietum se tenuit renuncians exceptioni non numerate pecunie et precij non recepti promittendo predicto domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste hoc precium in aliquo tempore per se nec per aliam personam non repetere nec ex eo homines de Aste pro comuni vel pro diviso in aliquo tempore convenire nec inquietare seu impedire vel disturbare in avere vel in personis. Tali modo ut predictus dominus lantelmus potestas Astensis nomine comunis astensis et potestas et Consules in Aste per tempora existentes et homines de Aste, et Comune de Aste aut cui dederint a modo predicta Castra et omnia ad ea pertinentia ut supra legitur cum omnibus supradictis ad proprium et in alodium et dominium habeant et teneant libere et quiete iure proprietario pro suo posideant et exinde quicquid voluerint faciant sine omni contradictione ipsius Manfredi marchionis lancee et suorum heredum et omnium aliarum personarum pro eo. Quam venditionem sicut pro tempore fuerit meliorata vel valebit sub extimatione precij in consimili loco dictus Manfredus marchio pro se et pro suis heredibus predicto domino lantelmo Astensi potestati nomine comunis stipulanti sibi et comuni de Aste et hominibus de Aste eorumque heredibus aut cui dederint ab omni homine sub pena dupli, nec contra hanc venditionem venire ratione dupli nec aliqua alia ratione promisit. Et si defendere non poterit aut per quodvis ingenium subtrahere quesierit, tunc in duplum predictam venditionem cum omnibus predictis restituere promisit. Insuper si predicta venditio vel aliquid pertinens ad predictam venditionem ullo tempore molestatum esset dicto Lantelmo potestati astensi vel potestatibus et Consulibus in Aste per tempora existentibus vel hominibus de Aste et comuni de Aste et dampnum aliquod comuni de Aste eveniret in causa vel in iudicio vel alio modo promisit ipse Manfredus marchio dicto domino Lantelmo Astensi potestati stipulanti nomine et vice comunis de Aste in solidum restituere et resarcire. Preterea predictus Manfredus marchio fuit confessus et predicto domino Lantelmo potestati astensi nomine comunis de aste promisit quod ipse non vendidit nec donavit nec infeudavit nec aliquo alio modo alienavit predicta Castra et omnia ad ea pertinentia ut supra legitur excepto Marchione Bonefacio montisferati, et excepto quod in Bloneis dederat Guilelmo lanzavetule in feudum. Et quicquid dominus Guilelmus marchio Montisferati filius Bonefacij marchionis Montisferati fecit cum predicto domino Lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste de predictis Castris et de omnibus ad ea pertinentibus ut superius legitur firmum et ratum in solidum habebit et nec ullo tempore contravenire promisit. Item predictus Manfredus marchio confessus fuit dominum Lantelmum de landriano potestatem astensem nomine et vice comunis de aste esse in possessione predictorum Castrorum et omnium ad ea pertinentium ut supra legitur et ea possidere permissione voluntate et consensu dicti Manfredi. Insuper predictus Manfredus marchio promisit domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste refutare fidelitates hominum Castagnolarum et Costeglolarum et laureti et de comitatu laureti. Et hec omnia predicta fecit predictus Manfredus lancea marchio salvo eo si comune de Aste antequam huiusmodi contractus celebraretur aliquam rationem vel aliquod ius habebat in comitatu laureti vel in Castagnolis prout superius dicta Castra sunt determinata silicet ratione pignoris vel

ypotece vel iure proprietatis vel aliquo modo, quod ita posset se tueri iuvare causari experiri a qualibet persona et adversus quamlibet personam quemadmodum poterat antequam huiusmodi contractus esset perfectus seu celebratus, et pro hijs omnibus observandis et complendis predictus Manfredus marchio omnia sua bona habita et habenda ipsi domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis Astensis pignori obligavit. Insuper prefatus Manfredus marchio omnia predicta ut supra legitur attendere et observare et firma tenere et ita esse vera ad sancta dei evangelia iuravit. Insuper predictus dominus Manfredus marchio de busca fecit pacem et finem domino lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis de aste de omnibus maleficijs incendijs et malefactis factis ipsi Manfredo Marchioni et suis hominibus et sue parti in avere et personis ab hominibus de aste, et ab hominibus ex eorum parte, et hanc pacem et finem prout supra legitur promisit domino lantelmo de landriano potestati Astensi nomine comunis Astensis per se et per suos heredes perpetuo firmam tenere et nullo tempore contravenire. Et sic ut supra legitur ad sancta dei evangelia iuravit attendere et observare. Item promisit et iuravit predictus Manfredus marchio domino lantelmo de landriano potestati astensi nomine et vice comunis de Aste pacem et concordiam factam inter dominum Guilelmum marchionem montisferati et inter dominum lantelmum de landriano potestatem Astensem nomine comunis de Aste firmam tenere et observare, et dare fortiam et virtutem ut dominus Guilelmus marchio Montisferati ipsam pacem et concordiam firmam teneat. Actum urbe Aste in publica contione in mercato de domate. Interfuerunt testes Ubertus de plathea, dominus Sistus, dominus Quatula de gorzano, Guilelmus gardinus, Guilelmus silvatichus, Jacobus rohath, Anselmus pulixellus de morocio, Buzus de laureto, Petrus cicia, Ottacius grasvertus, Nicola gardinus, Robaldus gardinus, Gandulfus notarius, Heustachius et Cararia nuncij comunis, Grassus zavaterius et plures alij. Et Jacobus Vetullus notarius inde cartam fecit, cuius hoc est exemplum quod Ruffinus aranchaboschus notarius ex autentico exemplavit, et cui Guilelmus trotonus notarius et Bonus infans de Valfenaria subscripserunt.

77. *Investitura facta per comune Ast in dominum Oddonem de paucapalea in rectum feudum de certa parte Castagnolarum.* 1216. 4 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo sextodecimo Indictione quarta die martis quarto intrantis octubris, dominus Resonatus zacius iudex et gerens vicem domini Ruffini de olevano potestatis Astensis investivit dominum Odonem de paucapalea cum consilio maioris partis credencie per campanam congregate ut confessus fuit in rectum feudum et nomine recti feudi pro sua parte sicut dominus Guilelmus olim tenebat in castagnolis de ultra tanagrum. Qua investitura facta, dictus Oddo fecit fidelitatem dicto domino Resonato nomine comunis Astensis talem qualem facit Vassallus dicto domino suo, et postea sicut homo facit hominiscum. Actum Aste in solario Jacobi curialis. Interfuerunt Testes. Guilelmus pillosus, Jacobus de mandra Guilelmus rebuinus, Jacobus bovicullus et Obertus de Razano.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et iussu predictorum domini Resonati zazij et oddonis scripsi.

78. *De fidelitate Certorum hominum de Castagnolis.* 1204. 30 Januarij.

Anno domini M° CC° IIII°. Indictione VII^a die veneris IIII° kal. februarij, presentia infrascriptorum. Odo pavonus, Anselmus siccus Anselmus rabies, Otto de ecclesia, Oglerius secca, Obertus de poetino, Odonus de rupe, Azo arimanus, Guilelmus de valle, Baldus gramaticus, Rollandus de monte Valfredus alzatus, Dulcis gambaldus, Petrus florenus Mamfredus covatus, Albertus textor, Danius murator, Guillelmus bonus petrus, Johannes siccus omnes de castagnolis, iuraverunt supra sancta dei evangelia quisque eorum esse fideles semper comuni de aste contra omnem hominem, et adiuvare et manutenere et defendere hominibus de aste omnem terram de qua sunt saxiti et investiti et de qua saxiti fuerunt et investiti et specialiter castrum et turim et villam castagnolarum et Astenses vel eorum adiutores ibidem in guardia existentes, et quod non erunt in consilio nec in facto nec in auxilio quod comune de aste aliquam terram amittat et si sciverint quod contra comune de Aste aliquid de supradictis facere voluerit bona fide vetabo si potero et potestati seu consulibus in aste per tempora existentibus quam cicius potero manifestabo. Et si comune de aste aliquam terram amitteret et specialiter Castrum et turrim et villam castegnolarum quod absit, quod dabunt fortiam et virtutem consilium et auxilium ut eam et illud recuperet et salvare et custodire et adiuvare potestatem et consules de aste per tempora existentes et reliquos homines de aste ubique in avere et personis. Item iuraverunt facere iurare tale sacramentum quale superius legitur omnes homines de castagnolis a quindecim annis supra et a septuaginta infra bona fide et sine fraude, usque ad diem dominicum proximum et antea si poterunt nisi absolutione potestatis remanserit. Actum Urbe Aste in solario Guillelmi donneti. Testes dominus Rogerius de Vico mercato et philipus notarius.

Ego Jacobus vetullus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

79. *De cessione data Comuni Astensi, adversus dominum Manfredum lanceam Marchionem, occaxione Castagnolarum.* 1202. 29 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo II° Indictione V^a quod fuit IIII° kal. Januarij in presentia Richoboni assesoris ingonis longi albanensis potestatis aliorum que virorum nomina quorum subtus leguntur, Oddo badellus, dedit cessit atque mandavit omnia iura sua et omnes actiones et rationes reales et personales utiles et directas, Petro de becario et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis procuratoribus ad huiusmodi rationes et actiones recipiendas constitutis a domino Guidone de pirovano potestate Astense que et quas habet ipse et habere sperat et debebat adversus dominum Manfredum lanceam Marchionem et alium debitorem vel aliam personam adversus res ipsius in Castagnolis et eius pertinentijs et in comitatu laureti, Ita ut comune Astense de cetero possit et debeat uti huiusmodi rationibus et actionibus agendo experiendo defendendo et excipiendo adversus predictum Manfredum et aliam quamlibet personam et adversus res eius ut ipse Odo poterat pro LXXXXI libris astensis monete quas ipse Odo habebat in Castagnolis et in comitatu laureti. Quam pecuniam ipse Odo badellus debebat a comuni astensi habere pro hac cessione per terminos qui ordinati fuerunt et constituti erant ab ipsis petro bechario et a Guilelmo silvatico et

Tebaldo de brayda et latario, sed ipse Odo badellus voluit et iussit ut Odo de plobis has LXXXXI libras astenses a comuni astensi vice et nomine ipsius odonis badeli reciperet. Unde ipse odo badellus et Odo de plobis pro eo promissit prefatis petro bechario et Guielmo silvatico nomine comunis Astensis evinceretur a predicto Manfredo de busca vel ab alio ipsum Odonem badellum non habere nec habere debere in debito comitatus laureti et Castagnolarum LXXXXI libras de capitali et hinc ipse Odo de poblis pro Odone badello obligavit omnia bona sua prefato petro et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis et comuni astensi et observare promisit ut supra legitur. Et insuper odo badellus obligavit inde omnia sua bona comuni astensi. Actum albe in canzello ecclesie sancti Silvestri. Interfuerunt ibi vocati testes Baalardus laurentinorum, Johannes blandolus, Soldanus, Berrutus et Raymondus et Albertus conraengus, Albertus ayfredus Bonifacius ritigalius.

Et ego hugo notarius palathinus interfui et rogatus scripsi.

80. *De cessione data Comuni Astensi adversus predictum dominum Manfredum lanceam marchionem occaxione Castagnolarum.* 1202. 29 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo II°, indictione v^a quod fuit IIII° kal. Januarij. In presentia Richoboni Assesoris ingonis longi Albensis potestatis aliorunque virorum nomina quorum subter leguntur, Raymondus curadengus, dedit et cessit atque mandavit omnia iura sua omnes rationes et actiones reales et personales utiles et directas magistro petro bechario et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis procuratoribus ad huiusmodi rationes et actiones recipiendas constitutis a domino Guidone de pirovano potestate Astense, que et quas habet et habere debebat ipse Raymondus versus dominum Manfredum lanziam marchionem et alium debitorem vel aliam personam et adversus res ipsius in Castagnolis et eius pertinentijs et in comitatu laureti. Ita ut comune astense de cetero possit et debeat uti huiusmodi rationibus et actionibus, agendo defendendo et excipiendo adversus predictum Manfredum et aliam quamlibet personam et adversus res eius ut ipse poterat pro XLVIIII libris astensis monete, quas ipse Raymondus habebat in Castagnolis et comitatu laureti, quam pecuniam ipse Raymondus sperabat se habiturum pro hac cessione a comuni Astensi per terminos constitutos a prefatis Petro becario et Guilelmo silvatico et loterio et Tebaldo de brayda unde ipse Raymondus promisit pretaxatis viris, Petro becario et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis aut comuni astensi reddere et restituere XLVIIII libras si comune de aste, a Manfredo marchione de busca prefato vel aliquo alio unquam evinceretur ipsum Raymondum non habere nec habere debere in debito comitatus laureti, XLVIIII libras de sorte vel tantum minus XLVIIII libras quantum comuni astensi evinceretur ipsum Raymondum in ipso debito non habere debere de sorte in debito Comitatus laureti et castagnolarum pro ipsis XLVIIII libris vel tanto minus ipsius in quantum comune Astense evinceretur ipse Raymondus obligavit omnia sua bona prefatis Petro bechario et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis et etiam universo comuni Astensi. Quod nisi attenderet, Obertus vercius, Albertus cunraengus fratres ipsius raymondi cum stipulatione subnixa et per singula capitula ut supra dictum est promiserunt attendere et observare prefato Petro et Guilelmo silvatico et comuni Astensi, et pro hijs omnibus obligaverunt eis nomine

comunis Astensis omnia eorum bona. Actum in cancello ecclesie sancti Silvestri albe. Interfuerunt ibi rogati testes baialardus laurentiorum de aste, Johannes brandol Johanes fantinus, Soldanus, Berrutus, Albertus ayfredus, Bonifacius rinaglius.

Et ego Hugo notarius palatinus interfui et rogatus scripsi.

81. *De promissione facta comuni Astensi, per Sysmondum de Morocio et eius filium et nepotes, occaxione Castagnolarum et laureti.* 1202. 29 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo II.° Indictione v^a^ quod fuit IIII° kal. Januarij in presentia suprascriptorum testium, Sismondus de morocio et Nicolaus filius eius pro se, et pro nepotibus suis quorum tutor erat cum stipulatione subnixa, promiserunt magistro petro bechario et Guilelmo silvatico procuratoribus et sindicis comunis Astensis nomine ipsius comunis astensis eis vel comuni astensi reddere et restituere XXXVIII libras et X solidos astensis monete, si comune astense a Marchione Manfredo de busca vel ab aliquo alio umquam evinceretur ipsos Sismondum et Nicolaum cum nepotibus suis quorum tutor erat non habere nec habere debere in debito comitatus laureti et Castagnolarum, XXXVIII libras et X solidos de sorte de tanto minus quod exinde comune Astense convinceretur tenerentur ei, Sismondus et Nicolaus, et de predictis XXXVIII libris et X solidis evincerentur comuni Astensi restaurare supra bona sua. Quod nisi facerent, lotarius de alba se obligavit inde pro eis cum stipulatione subnixa prefatis petro et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis, et etiam comuni astensi, omnia bona sua pignori obligavit eis, et hinc et solvere promisit. Actum Albe in canzello sancti Silvestri. Interfuerunt ibi rogati Testes Baialardus de laurentijs de Aste Johannes brandol Johannes fantinus, Soldanus de ponte, Raymondus et Berrutus et Albertus curaengus, Albertus ayfredus, Bonifacius Rinaglius et Richebonus assesor potestatis Albensis.

Et ego hugo notarius palathinus interfui et rogatus scripsi.

82. *De promissione facta comuni Astensi per Odonem de plobis Robaldum et Guilelmum et certos alios Occaxione Castagnolarum et laureti.* 1202. 29 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo II° Indictione V.^a^ quod fuit IIII° kal. Januarij in presentia testium nomina quorum subter leguntur. Oddo de plobis et Robaldus atque Guilelmus pro se et pro nepotibus suis quorum ipse Guilelmus tutor erat promiserunt magistro petro becario et Guielmo salvatico procuratoribus et sindicis comunis Astensis nomine comunis Astensis eis vel comuni de Aste reddere et restituere LXXXX libras et III solidos astensis monete si comune de Aste a Manfredo marchione dicto de buscha vel ab aliquo alio umquam evinceretur ipsos Oddonem et robaldum et Guillelmum de plobis pro se et pro nepotibus suis quorum tutor erat non habere nec habere debere in debito comitatus laureti et castagnolarum, LXXXX libras et III solidos astenses de sorte et si de minus evinceretur de tanto minus quod evinceretur de predictis LXXXX libris et III solidis tenerentur restituere prenominati fratres, Oddo et Guillelmus et robaldus, comuni Astensi, promiserunt enim ipsi Oddo et Guillelmus atque Robaldus hoc ita attendere prefatis viris petro bechario et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis ut a comuni Astensi, et exinde obligaverunt omnia bona sua comuni Astensi. Insuper Albertus aiffredus se obligavit

inde pro eis, comuni Astensi et attendere et observare pro hijs omnibus cum stipulatione subnixa promisit et hinc obligavit omnia bona sua prefatis petro becario et Guilelmo silvatico nomine comunis Astensis et universo comuni astensi. Actum Albe in Cancello ecclesie sancti Silvestri interfuerunt rogati testes, Baialardus de laurencijs de aste, Johannes brandolus, Johannes fantinus Soldanus de ponte, Raymondus et albertus et Berrutus curraengus, Bonifacius rinaglius et Richobonus assessor potestatis albensis.

Et ego hugo notarius palathinus interfui et rogatus scripsi.

83. *De Citaniatico illorum de buscha, sicut sunt Cives Astenses.* 1202. 4 Martij.

Anno domini Millesimo ducentesimo II° indictione V^{a} Die lune quarto intrantis Marcij, presentia infrascriptorum dominus Guido de pirovano potestas Astensis, cum consilio credencie per campanam congregate et per nuncios ut confessus fuit, fecit donum a parte comunis de aste in manibus domini Bellengerij marchionis de buscha et domini Guielmi filij sui, ut ipsi et heredes eorum sint cives et habitatores urbis Astensis in perpetuum. Ea propter ipsi dominus Bellengerius et dominus Guilelmus eius filius per se et per suos heredes promiserunt ipsi Guidoni de pirovano potestati Astensi nomine comunis de Aste stipulanti et ad sancta dei evangelia iuraverunt esse cives Astenses in perpetuum et dare a modo fodrum in Aste de libris C Astensibus quociens civitas astensis ad fodrum venerit et pro hijs libras centum mores et consuetudines civitatis astensis, sicut alij cives Astenses, de extimatione centum librarum fecerunt sine aliqua equatione et emenda quam habent a comuni de aste et specialiter tempore guerre stare in Aste per duos menses continuo eorum expensis et ammissionibus si a potestate vel a Consulibus in Aste per tempora existentibus vel ab eorum misso pro eis de hoc requisiti fuerint nisi eorum absolto et eorum credentie per campanam congregate tociusque maioris partis remanserint. Item promiserunt et iuraverunt salvare custodire adiuvare et defendere omnes homines de Aste, et de virtute et de iurisdictione Astensi ubicumque poterint bona fide et sine fraude contra omnes homines et facere pacem et guerram pro hominibus de aste cum ipsis hominibus de aste et sine eis de omnibus locijs et de omnibus eorum castellis villis et de omnibus eorum hominibus contra omnes homines preter contra eorum dominos contra quos non tenentur facere guerram pro hominibus de Aste de illis locis nec de illis hominibus quos vel quas tenent pro eis. Item promiserunt et iuraverunt reducere homines de Aste guarnitos et scharitos pro comuni et pro diviso in omnibus eorum Castellis et locis et villis si eis necesse fuerit, et si ipsi Astenses voluerint, et permittere ipsis hominibus de Aste guarnire si voluerint eorum Castella et loca que ipsis Astensibus pro aliqua eorum guerra necessaria fuerint et facere ex eis guerram et pacem omnibus eorum adversarijs et guerrerijs salvis eorum dominis silicet quisque pro suo feudo. Item promiserunt et iuraverunt si potestas de Aste aliquid eis in credentia dixerit illud privatum tenere nec manifestare donec palam fuerit nisi eius absolto remanserit et dare ei consilium bona fide si ab eis illud pecierint. Quapropter dominus Guido de pirovano potestas Astensis nomine et vice comunis Astensis, promisit pretitulatis domino Belengerio et domino Guilelmo filio suo ipsum dominum Belengerium sicut civem et vasallum comunis de Aste et dominum Guilelmum

filium suum et heredes eorum et eorum homines et eorum terram salvare et custodire adiuvare et defendere, et eundem dominum Belengerium adiuvare ac defendere et manutenere omnes suos homines villas et castella et totam terram de qua est saxitus et investitus et de qua a modo saxitus cum ratione et investitus fuerit sicut nunc tenet et posidet et ubi nunc tenet et posidet bona fide et sine fraude nisi eius voluntate remanserit, sicut dominus tenetur Vassallo, et sicut potestas de Aste tenetur alicui civi Astensi. Actum urbe Aste in domo comunis in credentia per campanam et per nuncios congregata, Testes Rollandus bergogninus potestas Saviglani, Otto sarazenus Otto leriante, henricus beiamus omnes de savilliano, Guillelmus pillosus de manciano, Manfredus anima de manciano, Cunradus de drua de tomarusio et plures alij. Et ego Jacobus boviculus notarius palathinus interfui et iussu domini Guidonis de pirovano potestatis Astensis scripsi.

84. *De quadam inventione certorum iurium fictorum prestandorum, et que comune Astense habet in Casteglolis.* 1207. 2 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo indictione decima die dominico secundo intrantis septembris. In nomine domini hec sunt ea que saracenus de plathea et Anriacius de teglolis inquisitores rationum comunis de Aste invenerunt quod Comune de aste habet in Castagnolis et in pertinencijs per hemptionem quam comune de Aste fecit de castagnolis et de comitatu laureti. In primis cognoverunt per sacramentum Jordani pavoni, Ogerii secce, Guilelmi bogle Gandulfi bogle, Oddonis de ecclesia et Baldi gramati, quod dominus Manfredus marchio de busca habebat et capiebat omni anno in castagnolis et in posse libras quadraginta astenses pro fodro et modios XX grani et modios quadraginta annone omni anno ad minam Albensem. Et dixerunt quod dictus Marchio habebat in eodem loco libras VII. piperis, de quibus Guilelmus de farinerijs dabat libras duas domus silvaticorum libram unam, heredes Arinberti libram unam Jacobus girebinus libram unam, Guilelmus furrinus libram unam Ubertus moicius libram unam. Item dixerunt quod heredes manesedi dant omni anno pro ficto denarios duodecim astenses. Manfredus ferrarius denarios XII vel quatuor ferros equi omni anno. Item dixerunt quod comune de Aste habet in eodem loco spatulas XXXVI et ova XXXVII, et gallinas XXXIIII, et dicunt quod illi qui solvunt predictas libras XL et granum et annonam dant predictas spatulas et gallinas et ova. Item dixerunt quod solidos VIII et denarios IIII^or^ debentur comuni in eadem villa de sediminibus que sunt de comuni, de quibus Bergogninus dat denarios VI, Rollandus de tinella denarios XII, Bazanus denarios XII, Guilelmus lacusta denarios XII, Garbella denarios XII, Guielmus bulla denarios VII, Johannes guercius cum sororibus denarios XII, Sedimen Arnaldi littani denarios XII, Naalinus denarios VIII, Corva denarios VIII, Petrus guercius denarios VII. Item dixerunt quod in eadem villa comune habet decem capones de quibus Guilelmus gallera et consortes dant duos capones, Ganbaldi et consortes duos capones, Bellinus duos capones, Giulia de mongualdono duos capones, Bravus duos capones, Guilelmus gentilis duos capones et duos panes. De hijs interfuerunt testes, Sacerdos Johannes ecclesie Sancti petri de castagnolis, Sacus, Gandulfus de cumignano, Johanes bugla, Mamfredus follus,

Reverditus et Manfredus coriacus. Hec acta fuerunt in cimiterio ecclesie sancti petri de castagnolis.

Et ego Gandulfus de fossato notarius, hanc cartam scripsi.

Hec sunt Masa que in predicto loco dant spatulas gallinas et ova.

Masum oddonis de ecclesia dat spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum maiolice spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum Manfredi de stephana spalam unam et dimediam et gallinam unam et dimidiam et ovum unum et dimidium.

Masum henrici de cane spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Berta borella spatulam unam.

Masum Consortorum spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum Alberti spinelli spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum bugnacorum spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum gualteriorum spatulam unam gallinam unam et ovum unum.

Raymondus de rupe medietatem unius spatule unius galline et unius ovi.

Masum de visogatte spatulam unam gallinam unam et ovum unum.

Masum boverij canonici spatulam unam et dimidiam et galinam I et dimidiam et ovum I et dimidium.

Masum Iordani de Ninellulis medietatem unius spatule et unius galline et unius ovi.

Masum Andre spatulam unam et gallinam unam et duo ova.

Iohannes eustachius duas partes unius spatule unius galline et unius ovi.

Masa Draconis cum Consortibus spatulas duas gallinas duas et duo ova.

Masa Oddonis Vandi spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum Caroli spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum Iohannis binelli spatulam unam gallinam unam et ovum unum.

Masum Petri sanij spatulam unam gallinam unam et ovum unum.

Masum Aycardi calvi duas partes unius spalle et unius galline et unius ovi.

Bertolotus cum consortibus bironum unum pro maso Iohannis hometi.

Masum Rollandi de tinella spatulam unam gallinam unam et ovum unum.

Literdus medietatem unius spatule unius galline et unius ovi.

Masum orengorum spatulam unam gallinam unam et ovum unum.

Massum stoxorum spatulam unam gallinam unam ovum unum.

Masum ambroxorum spatulam unam et nona pars unius et gallinam unam et ovum unum.

Alaxa pissastoiza medietatem unius spalle et unius galline et unius ovi.

Guilelmus de gallera cum consortibus tres partes unius spalle.

Azzo cum consortibus spatulam unam gallinam unam et ovum unum.

Terra Guilelmi Gentilis spatulam unam et duos capones.

Guilelmus de gallera duos capones.

Masum Anselmi frontis spatulam unam gallinam unam et unum ovum.

Massum gramaticorum spatulam unam gallinam et ovum unum.

Masum Petri florencij spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.

Masum bigotorum spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.
Masum Mamfredi covati spatulam unam et gallinam unam et ovum unum.
Domus armanorum spatulam unam.
Masum Uberti bubulci spatulam I gallinam unam et ovum unum.
Masum Alberti ferandi spatulam unam gallinam unam et ovum unum.
Ganbarrera terciam partem unius spalle et unius galline et unius ovi.
Massum bellardorum spatulam unam gallinam unam et ovum unum.
Corbelle spatulam unam.
Porcellane medietatem unius spalle et unius galline et unius ovi.
Sibilia bochina terciam partem unius spalle et unius ovi et unius galline.
Masum de panere spallam unam gallinam unam et ovum unum.
Item Iordanus pavonus in sacramento quod fecerat, dixit quod pluries habuit et recepit in Castagnolis et in Laureto modios quinquaginta annone quam homines de treso dabant Marchioni, sed utrum sit de comitatu laureti vel castagnolarum nescit.
Idem Oddo de ecclesia et Gandulfus bogla et Baldus dicunt quod viderunt ducere predictam annonam in Castagnolis sed nesciunt si sit de comitatu laureti vel non. Item Gandulfus bogla dicit quod vidit, eam ducere in laureto.

85. *De quadam confessione certorum fictorum repertorum comuni Astensi spectantium.* 1207. 4 Septembris.

Anno domini M° CC° VII° indictione X^a die Martis quarto intrantis septembris in loco de costeliolis ante domum farulforum presentia infrascriptorum testium Confessi fuerunt Saraxenus de platea, Arriacius de teglolis, rationum comunis inquisitores, quod per sacramentum Iordani pavonis de Castagnolis, et Oddonis de ecclesia et Gandulfi bugle cognoverant quod dominus Manfredus marchio de busca habebat in Sparoarijs omni anno modios XIIII annone ad minam astensem et quod ipsam receperant pro Marchione. Interfuerunt testes Manfredus bocacius filius quondam Alberti de teglolis Guilelmus scribanus de monte prevelaro, Guilelmus de monte prevelaro, Guilelmus Cassina et gana de monte de saxo.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

86. *De quadam confessione prout supra.* 1207. 4 Septembris.

Eodem anno et indictione et eodem die et loco et testibus prenominatis presentibus. Confessi fuerunt sarazenus de platea et Anriacius de teglolis inquisitores rationum comunis Astensis, quod per sacramentum Iordani pavonis de Castagnolis et Oddonis de ecclesia et Gandulfi bogle quod habuerant et receperant pro Marchione, Modios quinquaginta quinque annone ad minam albensem pro albergaria et sestarios tres in saxo cavurro, et in monte prevedero et in blonex, et dicebant quod hec annona incidebatur per illas villas sicut illis tribus videbatur.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

87 *De quadam alia confessione prout supra.* 1207. 4 Septembris.

Eodem anno et eodem die et loco et testibus prenominatis presentibus. Confessi fuerunt Sarazenus de platea Anriacius de teglolis Inquisitores rationum comunis de Aste qui cognoverant per sacramentum Iordani pavonis et Oddonis de ecclesia quod in monte prevelero dabantur solidi tres pro ficto, de quibus Marchi dabant et nepotes dabant denarios VIII, Obertus copatosa denarios, VI. precepta denarium I[um], Odo clericus denarios III, Odo mullis denarios VI, et copatosa tenet res eius. Item in eadem villa dabantur Marchioni due spalle in duobus annis, de quibus Amicus calearius dabat unam in duobus annis, et Obertus de maliano dabat aliam in duobus annis et illi de luco dabant omni anno duos panes et duos capones, et capacie dabant similiter omni anno duos capones et duos panes, Domus Manfredi de paraxolio denarios XII pro ficto omni anno similiter, Domus ferroglarum omni anno solidos VII. et dimidium.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius scripsi.

88. *De quadam alia confessione prout supra.* 1207. 4 Septembris.

Eodem die et anno et testibus prenominatis presentibus. Confessi fuerunt sepedicti Inquisitores rationum comunis quod per sacramentum Iordani pavonis et oddonis de ecclesia cognoverunt quod in Bloneis, Bavacij dabant pro ficto omni anno in sancto Stephano solidos tres. Filius Manfredi coppe libram unam cere omni anno. Obertinus de fregana denarios XII pro ficto. Arnaldus de senechio denerios XII pro ficto. domus Toscani libram unam piperis. Enricus de vigla denarios XII et minas IIII[or] annone, Carsij denarios VI.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

89. *De quadam alia confessione prout supra.* 1207. 4 Septembris.

Eodem anno et eodem die et testibus prenominatis presentibus, prenominati Inquisitores rationum comunis de Aste fuerunt confessi quod cognoverant per sacramentum Iordani pavonis, et Oddonis de ecclesia in laureto, Guilelmus de pulia dabat omni anno minam unam annone, Burdela Minam unam annone, Guilelmus macharius libram unam piperis, Anexina labona Minam unam annone.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

90. *De quadam alia confessione prout supra.* 1207. 4 Septembris.

Eodem anno et eodem die et loco et testibus iam dictis presentibus. Confessi fuerunt prefati Inquisitores rationum comunis de Aste, quod per sacramentum Iordani pavonis et Oddonis de ecclesia cognoverant quod in Caburro, domus quondam petri boni dabat omni anno Marchioni pro ficto solidos X et duos capones. In tercio anno, Rollandus rura dabat libram unam piperis et quartum de terra que est iuxta sanctam Margaritam, Anfossus duos panes et duos capones.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

91. *De quadam alia confessione prout supra.* 1207. 4 Septembris.

Eodem anno et eodem die et loco et prefatis testibus presentibus. Confessi fuerunt prefati inquisitores rationum comunis de Aste, quod per sacramentum Iordani pavonis et Oddonis de ecclesia cognoverant quod in Saxo domus laurencij omni anno dabat spatulam unam vel denarios XII et prati medietatem de Iarano de feno madij, et quartum de pecia una terre, Bonus et bellus libram unam piperis, Pizamolla duos panes et duos capones et ferarius duos panes et duos capones, Robaldus de comforcijs duos panes et duos capones, Oddo bursa duos panes et duos capones, Joannes berra duas gallinas Rizaldinus bursa duos panes et duos capones. Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

92. *De fidelitate facta comuni Astensi, per dominum henricum de pauca palea et dominum Murutum fratrem eius, occaxione feudi quod tenet a comuni Astensi in costeglolis.* 1216. 12 Septembris[1].

Anno domini Millesimo ducentesimo sextodecimo indictione quarta. Die lune XII° intrantis septembris, dominus Resonatus zacius Iudex domini Ruffini de Olevario[2] potestatis astensis et vicem eius gerens. Cum conxilio maioris partis et fere tocius credentie per campanam congregate ut confessus fuit, dominum henricum de pauca palea et dominum Murutum fratrem eius, investivit eorum nomine et nomine Ottonis eorum fratris et nomine Guilelmi nepotis eorum filij quondam domini guilelmi eorum fratris in rectum feudum et nomine recti feudi de eorum parte illius feudi quod pater eorum olim tenebat in Castagnolis de ultra tanagrum, sicut ipse tenebat. Qua investitura facta, predicti fratres, silicet henricus et Murutus fecerunt ipsi domino Resonato fidelitatem nomine comunis Astensis talem qualem vasalus seu vasallij faciunt domino suo. Et promiserunt ei nomine comunis facere fieri fidelitatem dictum guilelmum eorum nepotem[3], cum ad etatem legitimam pervenerit sicut ipsi fecerunt et confessi fuerunt, quod pater eorum faciebat hominiscum[4] de hoc feudo. Et quod unus eorum vel aliorum fratrum eorum debet facere hominiscum[4].

Actum Aste in domo comunis Astensis. Testes dominus Guilelmus pillosus, Ubertus de Revello, Alionus scarampus et Jacobus boviculus.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus Interfui et iussu dicti Iudicis et predictorum fratrum scripsi.

III. De Costeglolis.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 3).

93. *De concordia pactione et fidelitate illorum de Costeglolis facta cum Comuni Astensi.* 1198. 13 Jullij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo Indictione prima, die lune XIII. intrantis Jullij. In nomine domini. Hec est forma concordie et pactionis et vicinitatis Astensium et hominum habitantium in Costeglolis, quam omnes infrascripti

[1] Instrumentum huius fidelitatis iteratur in quarta Codicis parte, eiusdem prorsus sententiae; quare suo loco, inscriptionem tantum ad N. 655 servavimus, hic lectiones varias adnotamus.

[2] *Olevano.* — [3] *dicto Guillelmo eorum nepoti.* — [4-4] *hominischum.*

iuraverunt supra dei evangelia sicut infra legitur observare. Iuro ego supra dei evangelia, quod a modo ero civis Astensis, et quod de cetero faciam omnia ea que alij cives Astenses facient secundum quod ordinatum fuerit pro comuni a potestate vel a Consulibus Astensibus per tempora existentibus vel ab eorum missis utpote de fodro solvendo de banno et pena comissa tribuenda de oste et itinere et sucursu pro comuni faciendo de iusticia et ratione et pace et guerra pro comuni facienda, de guardijs et consuetudinibus et schufijs civitatis Astensis et de omnibus alijs rebus pro comuni faciendis quas alij cives Astenses faciunt pro comuni. Item iuro salvare et custodire adiuvare et manutenere ac defendere homines de Aste et de posse astensi pro comuni et pro diviso in personis et in havere ubique contra omnes homines omni tempore. Item iuro salvare et custodire locum de Costeglolis ad honorem et comodum et utilitatem et proprium comunis Astensis contra omnes homines, et facere cum ipsis Astensibus et sine eis pacem et guerram de costeglolis cuicumque homines de aste voluerint nec vetare ipsis Astensibus guarnitis nec scaritis locum de Costeglolis quin faciant inde pacem et guerram cuicumque voluerint; et si contingerit quod comune de Aste in aliquo tempore locum de Costeglolis perderet quod deus nolit, Iuro adiuvare eos bona fide ad illud recuperandum et recuperatum adiuvare illum et eos predicto modo tenere contra omnes homines. Item si potestas vel consules de Aste per tempora existentes pro comuni a me cosilium pecierint iuro eis illud dare bona fide et sine fraude, et credentiam quam michi dixerint privatam tenere nec manifestare donec palam fuerit nisi absolto potestatis vel consulum Astensium remanserit. Item iuro bona fide salvare et custodire omnes res et rationes quas comune de Aste habet vel habuerit in costeglolis et in posse in aliquo tempore, et eas quas potestas vel consules de Aste per se vel per suum missum ibi pro aliquo facto alicui saxierint ad utilitatem et comodum comunis Astensis, et ex eis furtum non faciam nec facienti consentiam. Et si sciero qui faciat potestati vel consulibus de Aste quam cicius potero manifestabo. Item iuro quod in loco de costeglolis furtum non faciam nec facienti consentiam in aliquo tempore et si sciero qui faciat potestati vel consulibus Astensibus quam cicius potero manifestabo. Item iuro quod in aliquo tempore non habebo Consules vel potestatem nisi illum potestatem vel illos Consules quem vel quos potestas vel Consules de Aste pro comuni michi dederint, et illum potestatem vel Consules quem vel quos michi dederint pro potestate et Consulibus tenebo et eius precepta observabo. Et si a potestate vel a consulibus astensibus michi requisitum fuerit ut faciam sacramentum quod alij cives facient pro comuni et illud faciam et observabo. Item iuro salvare et custodire ad proprium Comunis Astensis furnos et mollandinos et pedagia et mercatum et sestarios et mensuras et curadiam et placita Costeglolarum omni tempore salva ratione mollandini Ogerij farufi si aliquam ibi habet. Item iuro quod in aliquo tempore non ero in conscilio nec in facto ut Bucius et Obertus Scurza Troia et filius et Guido de lintignano et filius eius et Otto de gorrea et filij eius sunt cives nec habitatores Costeglolarum in aliquo tempore. Item iuro de omni alia persona de qua a potestate vel a consulibus Astensibus pro tempore existentibus michi esset preceptum vel prohibitum. Item iuro quod in aliquo tempore non vendam nec dabo nec permutabo nec obligabo nec infeudabo neque legabo sedimen quod habebo in Costeglolis alicui

Marchioni vel Comiti neque alicui persone sub aliquo ingenio, qui Marchio vel Comes vel que persona sit contrarius vel contraria comuni de Aste, nisi cum consilio potestatis vel Consulum Astensium et eorum Credencie per campanam congregate tocius vel maioris partis. Et hoc totum quod supra legitur iuro supra dei evangelia attendere et observare bona fide et sine fraude omni tempore salvis rationibus dominorum meorum. Idest salvis fictis et redditibus terrarum, et si in aliquo tempore michi requisitum fuerit a potestate vel a consulibus Astensibus pro comuni ut hoc sacramentum reficiam iuro illud reficere attendare et observare. Nomina eorum qui iuraverunt ut supra legitur omni tempore observare sunt hec dominus Azo de Castellino, Johannes eius filius, Ruffinus de monte prevedero, Albertus de lu, Berardus, Simeon, Cavacia Ansaldus de la valle, henricus grossus, Guilelmus ceca, Manfredus de lu, henricus de ypolito, Albertus de ecclesia, Johanes de maglano, Obertus de maglano, Curadus Guilelmus ritius, Ottobellus, Guilelmus gretonus, Petrus binellus, Augustus, Gallus omnes de monte prevedero. Ogerius farulfus, Ardicio morandus, Stopacius, Petrus de teglolis, Petrus de la porta, Jacobus rex, Ardicio de ayralio, Gracianus, Robaldus danduncius, Guilelmus de burrijs, Anriocius, Pagnionus, Robaldus Farolfus, Petrus petronellus, Jacobus Niellus Ardicio philipus omnes de loreto. Item dominus Johannes de saxo, Gandulfus de laporta, Johannes de consurcijs, Johannes sapiens, Otto de sparoaria, Guilelmus bruxa porcus omnes de saxo. Item de Cavurro, Guilelmus de ursino monte, Guilelmus scalerius et Bellinus. Actum in loco de costeglolis in domo Ogerij farulfi, presentia domini Alberti de fontana potestatis Astensis. Interfuerunt testes Petrus turrellus, Arnaldus Guinonus et Gandulfus de sancto Johanne.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et precepto domini Alberti potestatis Astensis scripsi.

94. *De eodem.* 1198. 14 Julij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo indictione prima, die Martis XIIII° intrantis Julij. In urbe Aste. in Credentia per campanam congregatam, omnes isti quorum nomina sunt hec iuraverunt idest, Arnaldus bolzonus, Anselmus garganus et Jacobus de lapetra de cavuro, Baiamundus de archu, Guilelmus vicius, Johannes de pomis, Crescencius, Valla de valcagnasca, Guilelmus malabucha, Otto vacarius, Ribaldus turta, Sicardus tagla fava, Ansaldus ferratius anfussus, Johannes cavacia, Ogerius de montaldo, Enzelbertus, Bernardus de luvaria de saxo, Guilelmus de rodello de monte prevedero, Ubertus Cavacia, Jacobus bellotus, henricus niellus, et petrus ferarius de bleonis Ubertus bovacius petrus de monte bersario, Ogerius de muascha.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et scripsi.

95. *De citaniatico concesso per Comune Astense hominibus de Costeglolis.* 1198. 14 Julij.

Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo octavo indictione prima. Die martis XIIII° intrantis Julij, dominus Albertus de fontana potestas Astensis fecit cartam donationis a parte comunis de Aste in manibus Ogerij farulfi et Ardicionis de

Ayralio et Johannis de castellino et Rufini de monte prevedero et Johannis de confurcio et Guilelmi de rodello et Guilelmi nicij et Ottonis vacarij et Uberti bovacij et Ogerij de muasca eorum nomine et nomine omnium hominum qui habitant et qui habitabunt in Costeglolis, et eorum heredes habitando et stando in Costeglolis sint cives Astenses imperpetuum solvendo fodrum faciendo exercitum et cavalchatas et omnes Consuetudines et mores et schuphia civitatis Astensis sicut alij Cives Astenses facient imperpetuum, ut in carta eorum sacramenti que de habitatione Costeglolarum et conventu eorum Astensibus facta est continetur. Actum urbe Aste in publica credentia per campanam simul posita. In ecclesia sancti Johannis de domate presentibus credendarijs quorum nomina subtus leguntur, qui omnes iuraverunt ibidem supra dei evangelia tenere pro civibus Astensibus omnes homines qui habitant et qui habitabunt in Costeglolis et eorum heredes omni tempore sicut cives astenses porte archus et de omnibus alijs portis et de Aste, et iuraverunt quod in aliquo tempore non erunt in consilio nec in facto ut Buzus et Manfredus frater eius et Obertus scurza troya et filius eius et Guido de lintignano et filius eius, et Otto de lagorea et filij et eorum heredes ut sint cives vel habitatores de Costeglolis in aliquo tempore et iuraverunt bona fide dare operam, et consilium et auxilium ut in brevi supra quod iuraverunt potestas vel consules nuper intrantes ponatur et contineatur, quod iurent salvare et custodire et pro civibus tenere Astensibus omnes homines qui habitant vel habitaverint in Costeglolis et eorum heredes tamquam illi de porta archus, et quod non recipient, nec facient Buzium, et Manfredum fratrem eius nec aliquos supradictos nec filios eorum cives vel habitatores de Costeglolis in aliquo tempore, et quod idem Consules vel potestatem post eos intrantes iurare facient eo modo, quod ipsi alios consules vel potestas post eos intrantes idem iurare faciant Ita ut sic semper imposterum de anno in annum hoc idem iurent potestas vel consules Astenses usque in perpetuum. Nomina eorum credendariorum et aliorum qui ibidem hoc iuraverunt, sunt hec, Otto monacus, Rollandus cazo Jacobus filius Robaldi de vivario, Raymondus laiolius Marchisius cavicula, Baiamondus carocius, Jacobus largabursa, Otto Rotarius, Otto grassus, Gillelmus, Manfredus cavazonus, Baialardus de berrardengis Obertus oculus bovinus, henricus soldanus, Oppizo de becharijs, Gandulfus de la porta, Otto de quaranta, Petrus cicia, Nicolaus gardinus, Raymondus alferius Obertus de vivario, Otto albricus Anselmus de curia Vivianus de fontana, Anselmus malabrancha, Jacobus ypolitus, Grafagnus ottinus, Jacobus curialis, Guilelmus monachus, Raynerius machaluffus, Jacobus palius Roba scarampus, Apolonus villanus, Surleo de Ianua Ubertus de plathea Petrus turellus, Ubertus de cario Guilelmus ratio Jacobus bovetus et sicardus brandulus. Interfuerunt testes henricus qui fuit filius Manfredi preconis Arnaldus bolzonus, Jacobus de la petra, Baiamondus de archu, Anfusus, Cirscencius Guilelmus de rodello Ubertus cavazia, Ottellus, Jacobus bellotus et petrus de montebersario et plures alij de costeglolis. hoc uno brevibus sunt scripta tenere duobus.

Ego Jacobus boviculus notarius palathinus interfui, et precepto domini Alberti de fontana potestatis Astensis scripsi.

Eodem die et loco. Jacobus de stoarda iuravit presentibus eisdem testibus. Item die Martis, v° Augusti, Guilelmus silvaticus, Otto cappa, Manfredus de plathea

Guilelmus monachus, Jacobus thomas baiamondus Carocius, Otto Albricus, Manfredus de solario, Robaldus nasellus, Bonus petrus corigiarius henricus de Valleriano, Ruffinus de ripa, Guilelmus gardinus, Guilelmus de becharia omnes iuraverunt idem.

Preterea omnes isti iuraverunt idest de loreto, Amedeus sapiens de cavurio Uliverus de brolio, Guilelmus de montaldo, Ubertus de valcagnasca, Albertus de brolio Ubertus bellinus, Guilelmus de valcagnasca, Guibertus murator, henricus pellacia, Petrus mantengus, Guilelmus de cerbo et Sycardus capella de saxo, Guielmus de rodello, Johannes blanchus, Obertus ferandus Jacobus gastaldus de monte prevedero, Ardicio carbonus, Guilelmus de bosco, Anselmus de la rocha Arimundus de andrea, Guilelmus de planatulis, Manfredus alamannus, Robaldus saccus et Trocherius cavacia. Actum in costeglolis.

Ego idem Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et scripsi.

96. *De fidelitate Uberti palij facta Comuni Astensi.* 1207. 20 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo Septimo indictione decima Die dominico tercio decimo kal. Septembris, dominus Oliverius isenbardus potestas Astensis nomine comunis Astensis et salvo sacramento de quo potestas astensis tenetur pro comuni de Aste, Comuni et hominibus Costeglolarum, investivit Ubertum palium de suo recto feudo et ipse Ubertus iuravit et fecit fidelitatem ei in quo sacramento continetur posuit et iuravit a modo esse fidelis domino Oliverio ysenbardo potestati astensi et alijs potestatibus de Aste dum in regimine Astensis civitatis extiterit et Consulibus de aste et hominibus de Aste pro comuni et non erit in consilio et facto ut perdant vitam vel membrum mentem vel sensum, vel quod habeant captionem aliquam contra eorum voluntatem, et si scierit eorum malum omnibus modis prohibebit ne fiat. Et si illud prohibere non poterit per se vel per suum missum vel per suas litteras eis denunciabit Credentiam quam potestas vel Consules de Aste sibi dixerint privatam tenebit nec eam ad damnum eorum alicubi manifestabit contra eorum voluntatem, donec palam fuerit Costegnolis et alia terra de qua sunt saxiti et investiti et totam aliam terram de qua saxiti et investiti fuerint cum ratione adiuvabit eos tenere et defendere contra omnes homines et si eam perdiderint ad eam tenendam et recuperandam eos adiuvabit, et recuperatam adiuvabit eos tenere contra omnes homines, et si quid aliud in fidelitate quam quisque vasallus facit domino suo continetur illud observabit. Actum Aste supra planchile de dompnetis. Interfuerunt Testes, dominus Guido butigiella Iudex, Nicolaus gardinus, Baialardus laurentius.

Ego Otto notarius palatinus interfui, et precepto domini Oliverij ysenbardi potestatis Astensis plura instrumenta in uno tenore inde scripsi.

97. *De fidelitate Guilelmi de Momprevellis facta comuni Ast occaxione Costeglolarum.* 1207. 25 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo indictione decima die Sabati octavo kal. Septembris dominus Oliverius Isenbardus potestas Astensis et salvo sacramento de quo potestas de Aste tenetur nomine comunis de aste, pro comuni de aste Comuni et hominibus Costeglolarum, investivit Guilelmum de monprevellis, de suo recto feudo, Et ipse Guilelmus iuravit et fecit ei fidelitatem, in quo sacramento posuit et iuravit

a modo esse fidelis domino Oliverio ysenbardo potestati Astensi et alijs potestatibus de aste dum in regimine Astensis civitatis extiterit et consulibus et hominibus de aste pro comuni, et non erit in consilio vel facto ut perdant vitam vel membrum mentem, vel sensum vel quod habeant captionem aliquam contra eorum voluntatem et si scierit eorum malum omnibus modis prohibebit ne fiat, et si illud prohibere non poterit per se vel per suum missum vel per suas litteras eis denunciabit. Credentiam qualem potestas vel Consules de aste sibi dixerint privatam tenebit nec eam ad damnum eorum alicui manifestabit contra eorum voluntatem donec palam fuerit Costegnolis. Totam illam terram de qua sunt saxiti et investiti et totam aliam terram de qua saxiti et investiti fuerint cum ratione adiuvabit eos tenere et defendere contra omnes homines Et si eam perdiderint ad eam tenendam et recuperandam eos adiuvabit et recuperatam adiuvabit eos tenere contra omnes homines et si quid aliud in fidelitate quam Vassallus facit domino suo continetur illud observabit. Actum Ast supra planchile de dompnetis. Interfuerunt testes Nicolaus gardinus Petrus laurentius, Silibonus de porta, Buzius de laureto, henricus bolserius.

Et ego Otto notarius palatinus interfui et precepto predicti domini Oliverij ysenbardi potestatis Astensis plura instrumenta uno tenore inde scripsi.

98. *De investitura facta per comune Astense ad rectum feudum in Odonem de grassis de lanerio quod tenet in costeglolis et de eius fidelitate.* 1207. 27 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo indictione decima die lune sexto kal. septembris. dominus Oliverius ysembardus potestas astensis nomine comunis astensis et salvo sacramento de quo potestas de aste nomine comunis Astensis tenetur comuni et hominibus Costeglolarum, investivit Oddonem de grassis de lanerio de suo recto feudo Et ipse Oddo iuravit et fecit ei fidelitatem. In quo sacramento posuit et iuravit a modo esse fidelis domino oliverio ysenbardo potestati astensi et alijs potestatibus de Aste, dum in regimine civitatis astensis extiterit, et Consulibus et hominibus de aste pro comuni et non erit in consilio vel facto ut perdant vitam vel membrum, mentem vel sensum vel quod habeant captionem aliquam contra eorum voluntatem, et si scierit eorum malum omnibus modis prohibebit ne fiat et si illud prohibere non poterit per se vel per suum missum, vel per suas litteras eis denunciabit. Credenciam quam potestas vel Consules de aste sibi dixerint privatam tenebit nec eam ad damnum eorum alicui manifestabit contra eorum voluntatem, donec palam fuerit Costeglolas et aliam terram de qua sunt saxiti et investiti fuerint cum ratione adiuvabit eos tenere et defendere contra omnes homines et si eam perdiderint ad eam tenendam et recuperandam eos adiuvabit, et recuperatam adiuvabit eos tenere contra omnes homines. Et siquid aliud in fidelitate quam Vassallus facit domino suo continetur illud observabit. Actum Aste supra planchile de donetis. Interfuerunt testes Robaldus faxolius, Bonefacius crivellus, Guilelmus de beccharia.

Et ego Otto notarius hanc cartam scripsi.

99. *De fidelitate Raymondi cunraengi de Alba facta comuni Astensi occasione costeglolarum.* 1207. 20 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo indictione decima Die dominico terciodecimo kal. Septembris. Dominus Oliverius ysenbardus potestas astensis nomine comunis Astensis et salvo sacramento de quo potestas astensis tenetur pro comuni de aste comuni et hominibus Costeglolarum, investivit Raymondum cunradengum de alba de suo recto feudo, et ipse Raymondus, iuravit et fecit ei fidelitatem. In quo sacramento posuit et iuravit a modo esse fidelis domino Oliverio ysenbardo potestati astensi et alijs potestatibus de aste, dum in regimine civitatis astensis extiterit, et Consulibus de aste et hominibus de Aste pro comuni, et non erit in consilio vel facto ut perdat vitam vel membrum mentem vel sensum vel quod habeant captionem aliquam contra eorum voluntatem, et si scierit eorum malum omnibus modis prohibebit ne fiat et si illud prohibere non poterit per se vel per suum missum vel per suas litteras eis denunciabit. Credenciam quam potestas vel Consules de Aste sibi dixerint privatam tenebit, nec eam ad damnum eorum alicubi manifestabit contra eorum voluntatem, donec palam fuerit. Costeglolas et aliam terram de qua sunt saxiti et investiti et totam aliam terram de qua saxiti et investiti fuerint cum ratione adiuvabit eos tenere contra omnes homines. Siquid aliud in fidelitate quam vasallus facit domino suo continetur illud observabit. Actum Aste supra planchile de dompnetis. Interfuerunt testes, dominus Guido butigiela Judex, Nicolaus gardinus, Baialardus laurencius.

Et ego Otto notarius palatinus interfui, et precepto domini Oliverij ysenbardi potestatis astensis plura instrumenta in uno tenore inde scripsi.

IV. De villa Blonearum.

(Hic picta est arx, quam Vid. Tab. IX, n. 4).

Villa Blonearum fuit de Comitatu laureti et est de posse Costeglolarum. Et aspiciatur ad secundum capitulum contentum sub Rubrica de Castagnolis. In quo capitulo continetur de alienatione dicti loci Blonearum.

Item est feudum Comunis Astensis ut patet in titulo laureti in capitulo de vendicione facta comuni Ast per Marchionem lanceam de laureto et comitatu laureti et certis alijs locis.

100. *De venditione heredum domini Jacobi lanceavegia de Alexandria de eo quod habebant in villa et posse de Bloneis.* 1288. 24 Januarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo octavo Indictione prima, die Sabati xxIIII° mensis Januarij. Actum Alexandrie in palatio novo comunis Alexandrie. In pleno et generali Conscilio comunis Alexandrie. Testes interfuerunt Francischus blanchus, Ruffinus de baudo, Girardus de Ozimiano, Guillelmus culcavagnus, Oddinus de alexandria, Oddinus de salucijs et Guilelmus silvanus. Quorum presentia, Cum lis

sive questio seu contentio, iamdiu esset et fuerit seu esse posset vel esse speraretur, inter comune Astense ex una parte, et dominos Micaellem lanzavegiam, Jacobum et Guilelmum fratres filios quondam domini Manfredi lanzavegie, Manuellem et Girardum filios condam domini Uberti lanzavegie nepotes dictorum dominorum Micaellis jacobi et Guillelmi omnes nepotes et heredes dominorum Guilelmi et Jacobi lanzavegiarum, eorum nomine et nomine aliorum omnium heredum predictorum Guilelmi et Jacobi lanzavegiarum et si qui alij sunt eorum heredes occasione cuiusdam investiture olim facte per dominos Manfredum marchionem lanciam et Guilelmum marchionem Montisferati, quondam de loco et pertinencijs bloneis, domino Guilelmo lanziavegie predicto quondam nomine recipienti et gentilis feudi, de qua quidem investitura existit publicum instrumentum factum a Stephano sacri palacij notario, Anno domini Millesimo cc°.v. indictione octava die dominico XII exeunte Madio. Item occaxione alterius investiture de eodem loco cum pertinencijs facte domino Jacobo lanzavegie predicto quondam per dominum Manfredum Marchionem lanziam sacri Imperij tunc Vicarium generalem a papia superius, de qua etiam extat publicum instrumentum factum sive traditum et abreviatum per Jacobum feramuscam imperialis aule notarium et in publicam formam redactum, iussu dicti Jacobi per salvum notarium sacri palacij. Anno dominice incarnationis M.CC°.XL. Indictione XIII^a^ die Sabati, octavo exeunte Januario. Item occaxione cambij dicto domino Jacobo lanzavegie concessi et consilio et comuni Alexandrie occasione predictarum questionum de bloneis contra Comune et homines Astenses de libris MD. astensibus occaxione contenta in instrumento ipsius cambij facto a Bergognono de pillo notario, anno domini M.CC°.XLVI. Indictione V.^a^ die dominico XI exeunte octubre. Item occaxione alicuius Cambij librarum CCC. eidem domino Jacobo lanzavegie concessi predicta occaxione contenta in instrumento ipsius cambij, prout continetur in eo de quo cambio etiam extat publicum instrumentum factum a Mazabove notario MCC°.LVIII.° Indictione prima die lune tercio exeunte Augusti. Et etiam quampluribus alijs occaxionibus quibus predicti petebant et se ius habere dicebant in predicto loco de Bloneis et pertinencijs et ipsum locum ad se pertinere dicebant. Et etiam occaxione dicti locij et predictorum cambiorum, adversus comune et homines Astenses. Ecce quod predicti domini Michael, jacobus et Guilelmus fratres filij quondam domini Manfredi lanzavegie, Manfredus et Girardus filij quondam domini Uberti lanzavegie nepotes proximi dictorum dominorum, Michaelis Jacobi et Guilelmi, Nepotes sive pronepotes atque abnepotes et ex descendente linea heredes legitimi predictorum dominorum Guilelmi et Jacobi lanzavegiarum, Ut ipsi fatentur expresse eorum nomine et nomine omnium aliorum et singulorum de lanzavegijs vel ab ipsis causam habentium quorum interest vel interesse posset predictis et alijs quibuscumque occaxionibus, ex una parte. Et Tomas de alfiano sindicus comunis Astensis ad hoc solemniter constitutus nomine ipsius comunis ex altera, volentes ab omni lite et litibus et questionibus et controversijs que sunt vel esse possent quocumque modo predictis occaxionibus et quibuscumque alijs que dici vel excogitari possent occaxione Blonearum. Ita quod petitio et transactio generales sint quantum est occaxione blonearum, Ut plus possunt inter partes predictas omnino discedere, atque pro bono concordie partium predictarum, de predictis et super predictis et predictorum occaxione eorum nominibus et quo supra taliter transegerunt, ac talem

transactionem fecerunt ad invicem eorum nominibus et quo supra. Et hoc in generali consilio civitatis Alexandrie per campanam et nuncium more solito congregato super palacio Alexandrie precepto domini Sturionis bellexij Aquensis potestatis Alexandrie voluntate consilio et consensu domini Maieni de Maienis iudicis et vicarij predicti domini potestatis et Credendariorum Civitatis predicte. Qui iudex Anziani, et Credendarij qui in dicto consilio aderant numero sufficienti atque legitimo nomine et vice comunis Alexandrie Consenserunt transactioni predicte et omnibus et singulis suprascriptis et infrascriptis, Renunciantes consulte et ex certa scientia predicto sindico recipienti nomine et vice comunis Astensis omnibus iuribus eidem comuni Alexandrie quocumque modo pertinentibus et competentibus in loco predicto Blonearum et pertinencijs si quod eis ius competeret vel competere posset predictis occaxionibus vel quibuscumque alijs occaxionibus blonearum tantum quod non fatetur dictus Sindicus nomine supradicto quod eidem comuni Alexandrie ius aliquod competeret in predictis. Eo salvo et hoc intelecto et expresse addito et acto ante hunc contractum et post et in presenti contractu inter ipsos iudicem Ancianos et Credendarios Alexandrie nomine ipsius Comunis Alexandrie ex una parte et predictum Sindicum predicto nomine comunis Astensis ex altera, quod predicta transactio et predictus consensus quem fecerunt predicti Credendarij, In eo quod consenserunt transactioni predicte. Et etiam predicta renunciatio quam fecerunt seu aliqua que superius dicta sunt nullum faciant preiudicium nec preiudicent in aliquo predicto comuni Alexandrie in aliquibus alijs factis vel iuribus propter quam in facto Blonearum et in loco blonearum, nec etiam inteligitur per ipsam transactionem nec per ipsam renunciationem seu per alia que superius dicta sunt Comune Alexandrie in aliquo fore obligatum versus dictum sindicum nomine predicto nec etiam versus dictum comune Astense. Dederunt namque cesserunt et mandaverunt ex causa transactionis predicte et omni iure et modo quo melius potuerunt Lanzavegie supradicti omnes et singuli eorum nominibus et quo supra iam dicto sindico recipienti nomine dicti comunis Astensis omnes eorum et cuiuslibet eorum actiones rationes et iura reales et personales, utiles et directas, Realia et personalia utilia et directa et mixta eis et cuilibet eorum competentes et copetencia predictis et quibuscumque alijs occaxionibus in predicto loco blonearum et posse si qua iura vel actiones habent seu habebant, vel eis competebat, in eodem loco et posse, quod etiam non fatetur Sindicus predictus nomine dicti comunis Astensis, ipsos in eodem loco et eius posse iura aliqua habere. Tali modo quod de predictis iuribus, Rationibus et actionibus idem Sindicus nomine iamdicti comunis Astensis et ipsum comune astense ita possit agere petere causari defendere, excipere replicare et modis omnibus uti quemadmodum predicti de lanzavegijs ante presentem cessionem et contractum facere poterant vel melius facere possent si presens contractus factus non esset. Constituendo ipsum Sindicum nomine comunis Astensis in predictis et circha predicta et quolibet predictorum procuratorem ut in rem suam. Et post predictam cessionem iurium predicti de lanzavegijs omnes et singuli eorum nominibus et predictis promittentes se se facturos et curaturos cum effectu, quod alij omnes et singuli de eorum hospicio, qui predictis vel quibuscumque alijs occaxionibus aliquid seu ius aliquod petere possent vel potuissent in predicto loco de bloneis et posse predicta et infrascripta rata et firma habebunt et tenebunt, et nullo tempore contra facient vel venient, per se se vel per alios aliquo modo vel

ingenio sub pena damnorum et expensarum et interesse proinde factarum et habitarum quocumque modo si contra facerent vel venirent, seu facere attentarent solemniter stipulantes a dicto Sindico nomine iamdicti comunis Astensis Et renunciaverunt predicti de lanzavegijs, eorum et predictis nominibus iamdicto sindico recipienti nomine comunis Astensis et omnium et singulorum quorum interest vel intererit omnibus iuribus eisdem quocumque modo competentibus predictis occaxionibus vel quibuscumque alijs in predicto loco et posse de bloneis. Et promiserunt eidem sindico nomine supradicto stipulanti, quod in predictis vel aliquo predictorum ius aliquod non petent, nec proinde predictum comune astense, vel aliquam personam Comune vel universitatem, non appellabunt inquietabunt vel molestabunt predictis vel quibuscumque alijs occaxionibus, que dici vel excogitari possent aliquo modo vel ingenio. Et pro predictis Cessione et renunciatione, et alijs omnibus et singulis suprascriptis et infrascriptis fuerunt confessi predicti de lanzavegijs, videlicet domini Michael, Jacobus et Guilelmus, Manuellus et Girardus eorum nominibus et quo supra se se transactionis nomine habuisse et recepisse a predicto sindico nomine predicti comunis et de pecunia ipsius comunis libras tricentas Astenses, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte in integrum quantitatis pecunie supradicte. Et quod non possent dicere se se lesos vel deceptos in presenti cessione et transactione et contractu ultra dimidiam iusti precij vel in aliqua parte ipsius precij, doli mali in factum, Et exceptioni conditioni sine causa vel ex iniusta causa et omni alij exceptioni et iuri. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis predicti de lanzavegijs omnes et singuli, omnia eorum bona eidem Sindico recipienti nomine et vice comunis Astensis pignori obligantes.

Et ego Bartolomeus bucha clausa notarius palathinus predictum instrumentum abreviavi et tradidi, et iussu ac voluntate dictarum parcium interfui et sic scripsi.

V. De Serra Meceti que vocatur Sanctus Stephanus.

(Hic pictus est mons moenibus et turribus munitus. Vid. Tab. IX, n. 5).

101. *De abrenunciatione domini Raymondi Marchionis de busca de fidelitate Castri et loci sancti Stephani.* 1216. 17 Aprilis [1].

Anno domini M°CC°XVI°. Indictione IIII^a die dominico XV kall. madij presentia subprascriptorum [2] testium dominus Raymondus marchio de busca coram presentia domini Ruffini de Olevano potestatis Astensis, abrenunciavit fidelitati domini Guilelmi de Castello pro se et nomine aliorum omnium suorum hominum de sancto Stephano. Et ei precepit tam pro se quam pro omnibus alijs suis hominibus eiusdem loci ut ipse faciat et alij facere debeant fidelitates predicto potestati nomine comunis de Aste pro parte quam habet in eodem Castro et in pertinencijs. Actum in claustro ecclesie sancti Gaudencij de sancto stephano. Interfuerunt testes. Ogerius ceratus de alba, Anselmus de boseis de Calocio, magister Petrus becarius, Baialardus berardengus, Obertus de cayalupa, Silibonus de porta, Mussus filius Iacobi boviculi.

[1] Instrumentum hoc iterum occurrit in Codice; quapropter servata tantum suo loco, ad N. 530, inscriptione, hic lectionem variam subjungimus. — [2] *subscriptorum.*

Ego Ruffinus arancaboscus notarius palathinus interfui et iussu predicti domini Raymondi Marchionis sic scripsi.

102. *De fidelitate illorum de sancto Stephano facta comuni Ast occaxione dicti loci.* s. a[1].

Hec sunt nomina virorum qui fecerunt fidelitates Comuni de Aste videlicet in manibus Ruffini aranchabosci notarij comunis Astensis, precepto et voluntate domini Raymondi Marchionis de busca, dominus Guilelmus de Castello, Anselmus teoglatus, Arnaldus teoglatus[2], Arnaldus de Caxinis, Gualla de anfusso, Bortelinus, Iohannes, peolotus, Anselmus de antiazio, Petrus ferarius, Cannacius Guilelmus de izella, Ogerius nona vrautir[3], Ginetus, Alblicus de noxeto, Iohannes zopus[4], Belengerius de serra, Iohannes baiardus, Guilelmus bravetus, Anfussus Guielmacius, Pelletrus, Iacobus de gorzolis, Marchisius, garganglanus, Albertus de laureto Guielmetus, Polverolus, Anselmus de valbella, Paltronus, Peolotus[5] Restagnus de simbaldo.

103. *De dono et investitura facta per dominum Belengerium marchionem de busca comuni Ast de medietate Castri sancti Stephani.* 1188. 5 Maij[6].

In nomine domini nostri yesu Christi. Ad honorem dei et beatissime Marie semper virginis, et beati Secondi martiris christi, Et ad honorem et servicium Frederici Romanorum Imperatoris et semper augusti et serenissimi regis henrici filij eius Et ad honorem utilitatem et proficuum tocius Astensis comunis, et omnium amicorum suorum. Donum et investituram fecit dominus Bellengerius marchio de busca in manibus Rodulfi vardalos consulis comunis Astensis, sibi et socijs suis quorum nomina sunt, Rollandus balbus, homodeus[7] trosellus Alexander sinistrarius, Iacobus de curia, et consulum iusticie comunis quorum nomina sunt, Opizo Iudex, Giroaldus[8] de porta et Opizo, Calcaneus[9] nomine tocius Astensis comunis, Nominative de parte sua, que est medietas castri sancti stephani et ville in simul tenentis, cum omni eo quod habet tenet et posidet iuste vel iniuste in Castro et villa infra fines sancti stephani pro predicta medietate in ecclesijs in Capellis in militibus[10] feudatis et infeudatis in rusticis et ceteris hominibus illius loci in terris cultis et incultis in pratis in zerbis et vineis in silvis et nemoribus in piscationibus et venationibus in acquaticis et pascuis in Rupibus ruinis in ripatibus in drictis et fictis et in omnibus alijs usibus et rebus quas prefatus bellengerius pro ipsa medietate habet in predictum Castrum et villam[11] sancti Stephani et hactenus habere visus est et infra fines illius loci. Tali modo ut predicti consules et eorum successores a parte comunis Astensis aut cui dederint faciant de predicto Castro et villa cum omnibus prenominatis rebus quicquid facere voluerint[12] et precipue pacem et guerram cui facere voluerint[12] sine omni

[1] Id quoque instrumentum iteratur in Codice. Inscriptionem solam afferemus ad N. 531, hic vero lectiones varias. — [2] Deest *Arnaldus teoglatus.* — [3] *Vrantir.* — [4] *zoppus.* — [5] *Pellotus.*

[6] Itidem instrumentum hoc denuo occurrit in Codice; servata itaque inscriptione suo loco ad N. 529, satis erit lectiones varias hic attulisse. — [7] *dictus.* — [8] *Giraldus.* — [9] *Opizo Calcaneus.* — [10] addit *et in hominibus.* — [11] *in predicto castro et villa.* — [12-12] Deest. —

contradictione prefati bellengerij et heredum eius, Insuper predictus bellengerius per se et per heredes suos, promisit predictis Consulibus et eorum successoribus aut cui dederint nomine tocius Astensis comunis prefatam donationem et Investituram ut supra legitur in solidum abrenunciando fidelitatibus militum rusticorum et universorum hominum predicti locij in predicta medietate manentium infra fines sancti Stephani ab omni homine defensare per stipulationem subnixam quam si defendere non potuerint[1], aut per quodvis ingenium subtrahere quesierit, tunc in duplum eandem donationem et investituram ut superius legitur in solidum eis restituere debet sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione[2] in consimilibus locis. Preterea supradictus Bellengerius marchio promisit et iuravit corporaliter manu propria sacrosanctis tactis evangelijs predictam donationem et investituram ut supra legitur in solidum perpetuo habere et tenere firmam nec molestare seu removere in aliquo tempore sub aliquo ingenio, nec per se nec per suos heredes, sed ab omni viro et muliere defensare. Et quod predictum Castrum et villam non vetabit Consulibus Astensibus pro comuni scaritis sive guarnitis in aliquo tempore sub aliquo ingenio, et quod faciet fieri fidelitatem predictis Consulibus a parte comunis Astensis tocius a Castellano predicti Castri et ab alijs omnibus et ceteris hominibus illius loci in predicta medietate manentibus Et quod semper in capite x annorum faciet fidelitatem fieri ab illis hominibus predicti loci de predicta medietate qui fidelitatem non fecerint Astensibus consulibus tunc existentibus nomine comunis Astensis. Insuper iuravit supra dei evangelia quod in predicto Castro nec in loco sancti Stephani non capiet per se nec per alium nec capi faciet parte sua pedagium aliquod nec aliud schuffium ab aliquo viro Astensis civitatis vel de eius posse sub aliquo ingenio, nec proinde pro occaxione istius in aliquo alio loco capiet nec capi faciet nec capi permittet sub aliquo ingenio aliquo quoquo modo. Actum est hoc in teritorio[3] Insule presentibus bone memorie testibus, Quorum nomina sunt, Iacobus de mezadio, Guilelmus eius filius, Manfredus presbiter de aglano, Gandulfus de Neveis, Et sub quadam nuce. Anno Millesimo Centesimo LXXX°VIII°. Indictione sexta. Die Iovis quinto intrante madio.

Ego Thomas notarius palathinus, Rogatus a donatore interfui et huius carte[4] donationis scriptor et actor extiti.

Require in titulo laureti ubi continentur alia Instrumenta spectancia ad dictum castrum et locum.

VI. De sancto Mayolio.

(Hic picta arx in summo monte. Vid. Tab. IX, n. 6).

De sancto Maiolio. Homines dicte ville sunt de posse Castagnolarum. Et inspiciatur in secundo capitulo contento sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de alienatione et venditione dicti loci factis per dominum Manfredum lanceam Comuni Astensi.

[1] L. c. *potuerit.* — [2] add. *precij.* — [3] *terratorio.* — [4] *in huius carta.*

VII. De petino.

(Hic picta arx in summo monte. Vid. Tab. IX, n. 6).

De petino. Homines dicte ville sunt de posse Castagnolarum. Et inspiciatur secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione dicti loci petini facta Comuni astensi per dominum Manfredum marchionem de lancea.

VIII. De castro paraxoli.

(Hic pictae sunt arx et turres. Vid. Tab. IX, n. 7).

De Paraxolio. Castrum paraxoli est feudum comunis Astensis, ut patet sub titulo et rubrica laureti in capitulo posito sub Rubrica de venditione facta comuni Astensi per Marchionem lanceam de laureto et comitatu laureti et Castegnollis et certis alijs locis.

IX. De Farinerijs.

(Hic picta arx in summo monte. Vid. Tab. IX, n. 6).

De Farinerijs. Homines dicte ville sunt de posse Castagnolarum. Et inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continentur de venditione dicti loci de Farinerijs facta Comuni Astensi per dominum Manfredum marchionem de lancea.

X. De Castro Matarellij.

(Hic quoque picta est arx in monte. Vid. Tab. IX, n. 6).

De Matarello. Castrum Matarelli est feudum comunis Astensis ut patet sub titulo et Rubrica laureti in capitulo posito sub rubrica de vendicione facta comuni Astensi per Marchionem lanceam de laureto et comitatu laureti et Castegnolis et certis alijs locis.

XI. De Caburo.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

De Caburo. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione dicti loci de Caburo facta Comuni Astensi per dominum Manfredum marchionem de lancea.

Item est feudum comunis astensis ut patet in titulo Castri laureti. In Capitulo posito sub Rubrica de vendicione facta comuni astensi per Marchionem lanceam, de laureto et Comitatu laureti et Castegnolis et certis alijs locijs.

XII. De Saxo.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

De Saxo. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione dicti loci de Saxo facta per dominum Manfredum marchionem de lancea,

Item est feudum comunis astensis ut patet in titulo Castri laureti. In Capitulo posito sub Rubrica de vendicione facta comuni astensi per Marchionem lanceam, de laureto et Comitatu laureti et Castegnolis et certis alijs locis.

XIII. De Caprarolio.

(Hic picta est arx cum munimentis. Vid. Tab. IX, n. 9).

De Caprarolio. Homines sunt in villa Insule. Inspiciatur in secundo capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum de lancea Comuni Astensi de dicto loco Caprarolij.

104. (*De albergaria et alijs, debitis per homines de Caprarolio* 1207. 4 Septembris.)

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo Indictione decima Die Martis IIII° intrantis Septembris. In ecclesia sancti Petri de Insula, presentia infrascriptorum testium. Confessi fuerunt Saracenus de platea et Anriacius de teglolis inquisitores rationum comunis de Aste, Quod per sacramentum Iordani pavonis et Odonis de ecclesia, et Gandulfi bugle invenerunt quod homines de Caprarolio, dabant Marchioni lancee, per Albergariam omni anno ad Minam astensem Modios XXIIII annone, quam comune de Aste debet habere pro emptione comitatus laureti. Interfuerunt testes, Sacerdos Iohanes minister ecclesie sancti Petri de Insula, Sacerdos Bonus Iohanes de Dego, Robaldus celloria, Calamandrana et Ogerius de sancto stephano.

Ego Gandulphus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

Eodem anno et eodem die in predicta ecclesia et predictis testibus presentibus. Confessi fuerunt dicti Saracenus de platea, et Anriacius de teglolis inquisitores rationum comunis de Aste Quod cognoverant per sacramentum Ruffini Savarini de paruzono, quod Amedeus ferreglius, dabat Marchioni cum consortibus solidos VII. Iacobus spata cum barbano omni anno, duas foacias et duos capones.

Item est feudum comunis Astensis ut patet sub titulo Castri laureti. In capitulo posito sub Rubrica de venditione facta comuni Astensi per Marchionem lanceam. De laureto et comitatu laureti et Castegnolis, et certis alijs locis.

XIV. De Paruzono.

(Hic pictae sunt arces. Vid. Tab. IX, n. 10).

De paruzono. Inspiciatur in secundo Capitulo posito sub rubrica de Castegnolis. In quo Capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum Marchionem de lanzea comuni Astensi de dicto loco paruzonij.

Item est feudum comunis Astensis, ut patet sub titulo Castri laureti, in capitulo posito sub Rubrica de vendicione facta comuni Astensi, per Marchionem lanceam. De laureto et Comitatu laureti et Castegnolis, et certis alijs locis.

XV. De Monte prevederio.

(Hic picta turricula in summo monte. Vid. Tab. IX, n. 11).

De Monte prevedero. Inspiciatur in secundo Capitulo posito sub Rubrica de Castagnolis, In quo Capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum lanceam Comuni Ast Consensu et voluntate domini Guielmi Marchionis Montisferati, de dicto loco Montis prevederij.

Item est feudum comunis Astensis, ut patet sub titulo Castri laureti, In capitulo posito sub Rubrica de vendicione facta comuni Astensi, per Marchionem lanceam, de laureto et Comitatu laureti, et Castegnolis, et certis alijs locijs.

XVI. De Sparoerijs.

(Hic pictae sunt arces. Vid. Tab. IX, n. 10).

De sparoerijs. Inspiciatur in secundo Capitulo posito sub Rubrica de Castagnolis, In quo capitulo continetur de venditione facta per dominum Manfredum de lancea Marchionem de dicto loco de Sparoarijs Comuni Astensi.

Item est feudum comunis Astensis, ut patet sub Rubrica seu titulo laureti, In capitulo posito sub Rubrica de vendicione facta comuni Astensi, per Marchionem lanceam, de laureto et comitatu laureti et Castegnolis et certis alijs locis.

XVII. De Plebatu pontis.

(Hic pictum est templum. Vid. Tab. VIII, n. 1).

De hominibus habitantibus in plebatu pontis, Inspiciatur in secundo Capitulo posito sub rubrica de Castagnolis in quo capitulo continetur de venditione facta Comuni Astensi per dominum Manfredum Marchionem lanceam, de loco plebatus pontis.

Item est feudum comunis Astensis, ut patet in titulo Castri laureti, in capitulo posito sub rubrica de vendicione facta comuni Astensi, per Marchionem lanceam, De laureto et comitatu laureti et Castegnolis et certis alijs locis.

XVIII. De Barbarisco.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 12).

105. *De sentencia arbitrali lata inter comune Albe et Bonefacium de Revello et certos alios in eorum favorem.* 1201. 15 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta die mercuri in festo sancte Marie de medio Augusto de lite et controversia que vertebatur inter dominum

Bonefacium de revello Guilelmum de revello, Rogerium de cortasono et Albertum de cortasono et Ottonem de desya ex una parte, Et ex altera, Ottonem de poblice sindicum et procuratorem comunis Albe, ventilata sub domino Nicolao gardino, et domino Anselmo musso civibus Astensibus et domino Anselmo Bono petro et Oppezone de strata ex utraque parte arbitris ellectis. Tenor cuius cause talis erat. Petebant siquidem predicti Bonefacius et Guielmus de revello et Rogerius et Albertus de cortasono et Otto de desaya a predicto Ottone de poblice nomine comunis Astensis quatinus eis dimitteret et expediret tres partes possessionis pro indiviso Castri turris et ville cum omni contili posse et districtu Barbariscij, et cum omnibus fructibus inde perceptis et percipiendis, et quos percipissent si eis possidere licuisset, et cum damno eis illato ibi. Quarum trium partium supradictarum ponebant in novem partes quarum IIII^{or} esse debebant domini Bonefacij, due domini Alberti et Rogerij de cortasono, una domini Guilelmi et domini Martini et eorum nepotum, Altera domini Ottonis de desaya et Petri drolie, et Altera Guilelmi de barbarisco, damnum ponebat dominus Bonefacius sue domus librarum XX damnum ponebant dominus Albertus et dominus Rogerius de cortasono eorum domus et nemora in libris C. et damnum fructuum ponebant omnes insimul in libris CC. Et quod dicta possesio ad eos pertineret et sibi deberet restitui, et damna similiter, Et quod Comune Albense iniuste teneret et posideret et contra eorum voluntatem, et quod predictum damnum eis dedisset per multos testes conati sunt probare. Et e contra predictus Otto de poblice nomine comunis Albensis respondebat et alegabat Comune Albense iuste posidere, et ipsam possesionem ab Oberto qualea qui eam totam habebat, eam habuisse, unde tam de possesione restituenda quam de damno non teneri viriliter respondebat, et hoc per testes conatus probare. Nos Nicolaus gardinus et Anselmus mussus de Curia Cives Astenses, visis et auditis utriusque partis rationibus instrumentis et alegationibus testibusque diligenter receptis, et causa similiter cum maxima deliberatione subtiliter examinata, habito etiam consilio super hijs plurium sapientissimorum virorum, ipsum Ottonem de poblice sindicum et procuratorem Albensem nomine comunis Albe ad restitutionem possesionis Castri predicti Turris et Contillij per sententiam condemnamus usque ad octo dies, Bonefacio et Guielmo de revello, Rogerio et Alberto de cortasono et Ottoni de desaya. De possesione vero ville et damnis datis et petitis, quia pro indiviso petebant, et ipsi probaverunt eam villam pro indiviso et predia et nemora posidere, Ideo de ville possesione et damnorum restitutione, ipsum Ottonem de poblice nomine comunis Albensis per sententiam absolvimus. Lata in pratis sub barbarisco interfuerunt testes, Ruffinus de ripa, Iacobus porreta, Manfredus presbiter de aglano, Ogerius marengus de Niveis, Anselmus eius filius, presbiter Ogerius de barbarisco, Martinus de revello, Otto Roba, Salamonus nuncius comunis Astensis, Nigerlonus, Guilelmus berdunus, Otto brancha, Boverius Guilelmus Carlevarius, Anselmus pamfilius Guielmus de ruffino, Guido altissimus et multi alij.

Et Otto de montebersario notarius scripsit.

106. *De venditione facta comuni Ast per Nicolaum qualiam de certa parte Barbarischi.* 1222. 16 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigessimo secundo indictione decima, die Sabati XVI die intrantis iullij, Cartam venditionis et venditionem fecit, Nicolaus filius quondam Oberti qualie de barbarisco, In manibus domini Guidonis de landriano potestatis Astensis, vice et nomine comunis Astensis recipienti, de quodam Sedimine quod habebat intus Castrum Barbariscij ante portam Castri coherentibus via, porta Castri illi de desaya et de duodecima parte turris et ville Barbariscij et contilij. Insuper de toto eo quod ipse Nicolaus vel alius pro eo hactenus visus est iuste vel iniuste habere modo aliquo tenere vel quasi posidere in castro et villa Barbariscij et in toto pertinenti videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis in gerbis pratis vineis et nemoribus in rupibus et ruinis. In drictis fictis in furnis et molendinis, In aquaticis et piscuis in venatione piscatione, et alijs rebus omnibus et iurisdicionibus sibi et predicte venditioni pertinentibus nichil in se retinens. Tali modo quod ipse dominus Guido potestas et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis Astensis, omnia supradicta iure proprietario in alodium habeant teneant firmiterque posideant Et ex predictis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant absque omni contradictione prefati Nicolay et eius heredum, et omnium aliarum personarum. Insuper prefatus Nicolaus per se et per suos heredes promisit predicto domino Guidoni nomine et vice comunis Astensis suisque in regimine successoribus nomine et vice comunis Astensis predictam venditionem qualiter supra legitur in solidum sicut per tempora fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defensare sub pena dupli preterea prefatus venditor renunciavit exceptioni non numerate pecunie, et eo iuri quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij fuit confessus se accepisse a comuni Astensi pro precio venditionis predicte, libras quinquaginta astensis monete de quibus se tacitum tenuit et pagatum. Et si quid habet in predicto Castro et villa iuris sui ultra predictam venditionem dicto potestati pura donatione inter vivos nomine Comunis de Aste dedit. Renunciando ei iuri, quod donatio inter vivos facta ultra quingentos solidos non valeat sine insinuatione. Et constituit se posesorem de predicta venditione et donatione nomine comunis Astensis quousque potestati vel eius certo nuncio ipsius comunis tradiderit corporalem possessionem que omnia suprascripta dictus Nicolaus firma tenere et nullo tempore contravenire propria manu ad sancta dei evangelia iuravit. Actum Aste sub porticu domus quondam Raynerij calcanei fratris sui Jacobi. Interfuerunt testes, dominus Jacobus de populo Judex, Guilelmus carocius, Ypolitus ypolitorum Silihanus de porta, Ruffinus de ripa. Item eodem die et anno predicto et indictione et loco, coram antedictis testibus dictus Nicolaus pro pura et mera donatione inrevocabili inter vivos dedit cessit atque mandavit supradicto domino Guidoni vice et nomine comunis Astensis recipienti universa iura sua realia et personalia utilia et directa et omnes actiones et rationes reales et personales utiles et directas, que et quas habebat et exigere poterat aliquo modo versus comune

Albe, seu versus potestatem vel consules pro tempore existentes in regimine civitatis Albe et nomine et vice illius comunis seu versus aliquam personam specialem Albe occaxione unius instrumenti facti a guilelmo notario cognomine vocato de pruneto in anno domini M.C.LXXXX VIII Indictione prima quod fuit II intrantis iunij. Tali videlicet modo, quod dictus dominus Guido potestas Astensis vice et nomine comunis Astensis per se et per successores suos in regimine civitatis per tempora existentes, ex hijs iuribus et actionibus possit se movere agere intentare et experiri realiter et personaliter utiliter et directe versus comune Albe vel potestatem seu Consules in regimine illius civitatis existentes nomine et vice illius comunis et versus quamlibet personam specialem de alba occaxione supradicti instrumenti seu pro illo instrumento sicut ipse Nicolaus facere poterat ante. Quam cessionem et donationem perpetuo firmam tenere et nullo tempore nec per supositam personam contravenire, dictus Nicolaus ad sancta dei evangelia iuravit.

Et Philipus durcus notarius scripsit.

107. *De venditione facta comuni Ast de* XII^{a} *parte Barbarischi et Nevearum.* 1222. 25 Iulij.

Anno domini. M.°CC.°XXII° indictione X^{a} die Sabati VIII. kal. augusti, Cartam venditionis et venditionem fecerunt, Guilelmus pilosus, et Guilelmus de revello, de duodecima parte tocius Contillij et districtus Barbariscij, et petrus turcus de Niveis de vicessima quarta parte tocius contilli districtus eiusdem Castri in manibus domini Guidonis de landriano Astensis potestatis recipientis. Insuper de toto eo quod ipsi tenebant vel alius pro eis hactenus nisi erant iuste vel iniuste aliquo modo tenere habere vel posidere in castro et villa Barbarisci et in toto pertinenti videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In terris cultis et incultis in zerbis pratis et vineis nemoribus et rupibus in ruinis in drictis et fictis, furnis Molendinis in aquaticis et pascuis in venatione et piscatione et alijs rebus omnibus et iurisdictionibus predicte venditioni pertinentibus nichil in se se retinentibus. Tali modo quod ipse dominus Guido potestas Astensis et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis Astensis omnia supra dicta iure proprietario in alodium habeant teneant firmiterque posideant et ex predictis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant absque omni contradictione predictorum Guilelmi pilosij de revello et petri turchi et eorum heredum et omnium aliarum pro eis personarum. Insuper predictus Guielmus pillosus et Guillelmus de revello et Petrus turchus per se et per suos heredes promiserunt predicto domino Guidoni nomine et vice comunis Astensis, suisque in regimine civitatis successoribus nomine et vice comunis Astensis predictam venditionem qualiter supra legitur in solidum sicut fuerit pro tempore meliorata aut voluerit sub extimatione precij in consimili loco, ab omni homine defendere quilibet pro parte sub pena dupli. Preterea predicti venditores renunciaverunt exceptioni non numerate pecunie, et illi iuri quod non sint decepti ultra dimidiam iusti precij, fuerunt confessi predicti Guilelmus pillosus, Guillelmus de revello se se accepisse a comuni Astensi pro precio venditionis predicte libras viginti octo Astensis monete. Et Petrus turcus fuit confessus se recepisse a dicto

comuni pro precio iamdicte venditionis libras quatuordecim Astensis monete. de quibus se se tacitos tenuerunt quietos et pagatos. Et si quid habent in predicto Castro et villa et contilli ultra predictam venditionem sui iuris, dicto potestati pura donatione inter vivos nomine comunis de Aste dederunt facta ultra quingentos solidos sine insinuatione non valeat, et constituerunt se se possessores de predicta venditione et donatione nomine comunis Astensis quousque potestati vel eius nuncio certo ipsius comunis tradiderint corporalem possessionem. Actum Aste in domo Raynerij calcanei et fratris sui Jacobi. Interfuerunt testes dominus Jacobus de populo Judex, Ruffinus de ripa Ubertus burinus, Girardonus et Robaldus cicia notarij comunis.

Et philipus durchus notarius scripsit.

108. *De venditione facta Comuni Astensi per Jacobum de Agliano de certa parte Barbarischi.* 1222. 26 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigessimo secundo indictione decima die Mercuri sexto exeunte Augusto. Cartam venditionis et venditionem fecit Jacobus de Aglano in manibus domini Guidonis de landriano potestatis Astensis nomine et vice comunis Astensis recipientis. Nominatim de sexta parte Turris et ville et Castri Barbarisci et Contilij, et de toto eo quod ipse Jacobus et alius pro eo hactenus visus est iuste vel iniuste aliquo modo habere tenere vel posidere in castro et villa Barbarisci, et in toto pertinenti, videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In terris cultis et incultis in zerbis pratis vineis et nemoribus in rupibus et ruinis in venatione et piscatione et omnibus alijs rebus et iurisdicionibus sibi et predicte venditioni pertinentibus nichil in se retinens. Tali modo quod ipse dominus Guido potestas eiusque successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis Astensis omnia suprascripta iure proprietario in alodium habeant teneant firmiterque possideant et de predictis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant absque omni contradictione prefati Jacobi, et eius heredum et omnium aliarum personarum pro eo. Et insuper dictus Jacobus per se et per suos heredes, proinde predicto domino Guidoni nomine et vice comunis Astensis eiusque in regimine civitatis successoribus nomine et vice tocius comunis Astensis, predictam venditionem qualiter supra legitur in solidum, sicut pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione preci in consimili loco ab omni homine defendere promisit sub pena dupli. Preterea iamdictus venditor renunciando exceptioni non numerate pecunie et illi iuri quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij fuit confessus se accepisse a comuni de Aste pro precio venditionis predicte libras sexaginta Astensis monete, et de quibus se tacitum tenuit et pagatum Et si quid habet in predicto castro et villa et Contili ultra predictam venditionem et iuris sui dicto potestati nomine comunis de Aste pura donatione inter vivos dedit, renunciando illi iuri quod donatio inter vivos ultra quingentos solidos sine insinuatione non valet. Et constituit se possesorem de predicta venditione et donatione nomine comunis de Aste quousque potestati vel eius certo nuncio et ipsius comunis tradent corporalem possesionem, que omnia suprascripta dictus Jacobus firma tenere et nullo tempore contravenire imperpetuum propria manu ad sancta dei evangelia iuravit. Actum Ast in ecclesia sancti Systi. Testes

interfuerunt Guala pelleta, Guilelmus carcocius et dominus Guiscardus miles potestatis. Et hanc venditionem fecit dictus Jacobus voluntate et consensu Gatti de aglano et Nicolai de cellis.

Et Guilelmus Trodonus notarius scripsit.

109. *De litteris presentatis ex parte comunis Ast comuni Albe occaxione Barbarischi.* 1219. 24 Marcij.

Anno domini Millesimo cc.° nonodecimo indictione septima, die dominico nono kal. Aprilis Robaldus cicia nuncius comunis ex parte Oberti de sancto Julliano dedit litteras et porexit domino Carlevario de ozola potestati Albensi missas a predicto Uberto predicto domino Carlevario et universo Comuni Albensi prout in litteris illis continebatur. Tenor quarum talis erat ut infra declaratur. Viro nobili et discreto C. de ozola potestati Albensi. O. de sancto Julliano civis Astensis salutem et omne bonum. Ex parte Frederici regis Romanorum et semper augusti et Regis sicilie litteras recepimus in hac forma [1]. Fredericus dei gratia Romanorum rex et rex Sicilie, O. de Sancto Julliano fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Cognoscente per instrumenta publica Obertum Judicem Cremone et Guilelmum silvaticum civem Astensem iudices a nostra serenitate delegatos in causa que vertebatur inter O. de barbarisco civem fidelem nostrum ex una parte, et Comune Albense ex altera dictum comune banno supposuisse nostra auctoritate, eo quod semel et ter citatum ut veniret coram eis, ipsi O. facere rationem quod quidem contumaciter facere recusavit, et eo quod possessionem a predictis nostris Judicibus traditam eidem O. de re petita quiete tenere non permisit, et eo quod similem possessionem ex secundo decreto a predictis Judicibus, dicto O. traditam modis omnibus perturbavit quo a nostra maiestate per eosdem Judices cognito ad eiusdem comunis contumaciam comprimendam, Iterato petro rotario et P. de moneta litteris nostro sigillo sigillatis Mandavimus ut bannum datum a prioribus confirmarent et penam librarum c. auri dicto Comuni imponerent de qua exire non possent nisi libras c. auri solverent, et possessionem datam libere et quiete dicto Oberto tenere permitterent. Que omnia dictum Comune sprevit et facere recusavit. Quocircha tibi precipiendo mandamus, ut dictum bannum confirmes iungendo comuni sub pena librarum ducentum auri ut possessionem dicto O. traditam tenere permittat et libras. c. auri pro pena predicta usque ad octavam pentecostes solvat medietatem dicto Oberto et aliam medietatem camere regis secundum formam impositionis pene datum apud spiram II exeuntis Marcij Indictione VII^a^ Pateat igitur tam singulis quam universis per litteras prescriptas, Cum dominus Fredericus Rex romanorum et semper augustus et rex scicilie nobis precipiendo commisserit possessionem O. de barbarisco civi Astensi contra vos atributam per dominum Os iudicem de Cremona et Guilelmum silvaticum civem Astensem et ex secundo decreto ad vestram contumatiam comprimendam ab eisdem iudicibus confirmatam et Iterato a P. rotario et P. de moneta civibus Astensibus sub pena librarum c. auri confirmata In bonis quondam Bonefacij de revello in neveis intresio.

[1] Litteras quae sequuntur, at meliore lectione rectaque temporis nota, iam vidimus inter privilegia Imperatorum ad N. 29.

In consortito quod vobis tam singulis quam universis auctoritate regię maiestatis confungimur et sub eodem banno vos confirmando commonemus et precipimus, quatenus eidem. O. suprascriptam possessionem sine molestia posidere permitatis et libras c. auri pro pena a suprascriptis Judicibus vobis imposita usque ad octavam pentecostes solvatis, medietatem dicto O. et aliam medietatem camere regis, et hoc sub pena librarum cc auri sub banno regali, Vobis precipiendo mandamus. Qui dominus carlevarius litteris receptis eas in terra proiecit et Robaldus cicia de hijs iussit mihi Jacobo notario ut inde cartam facerem, et adstantes interessent testes, et potestas michi dixit quod incideret manum si inde instrumentum facerem. Actum inter duos pontes de alba qui sunt in Tanagro, Testes Vicius squaterius de bescon, Iacobus zaderius de mediolano, Rodulfus filius busti quondam, Guilelmus margos de alba. Et ego Jacobus notarius imperialis aule interfui et scripsi.

Et ego Mussus boviculus notarius palathinus hanc cartulam autenticavi et exemplavi nichil addens mutans vel minuens preter ponctum vel litteram aut silabam plus minusve partium tamen significatione servata et subscripsi.

Ego Philipus notarius palathinus autenticum huius novi exempli vidi et legi, et sicut in eo continebatur sic et in isto novo continetur exemplo et subscripsi.

110. *De promissione facta per Comune Albe comuni Astensi occaxione possessionis Castri et ville et hominum Barbarischi.* 1201. 27 Junij.

Anno domini M°CC°I°. Indictione IIII[a] die Mercurj V° kal. Jullij presentia infrascriptorum, dominus Jngo longus potestas Albensis nomine comunis Albe promisit Bonefacio de revello, Rogerio de cortasono et Alberto fratri suo et Ottoni de barbarisco eorum nomine et nomine Ottonis desaia et Guilelmi de barbarisco stipulantibus facere eis rationem de possessione Castri et vile et hominum tocius Comitatus et tocius districtus Barbarischi usque ad proximum festum sancte Marie de medio augusto et de proprietate eorumdem usque ad proximum festum sancti Micaellis sub Nicolao Gardino et Anselmo de curia, Anselmo boni petri et Opizone de strata in comuni loco sicut ipsi IIII[or] ordinabunt sub pena Mille Marcharum argenti. Quam penam supradictam si predicta non observaverit, dictus Jngo nomine comunis Albe promisit predicto Bonifacio de revello, Guilelmo de revello Rogerio de cortasono, Alberto fratri suo et Ottoni de barbarisco eorum nomine et nomine Ottonis de desaia et Guilelmi de barbarisco stipulantibus persolvere et eis proinde omnes res comunis Albe pignori obligavit salvis rationibus utriusque partis tam predictorum quam aliorum qui hinc aliquid exigere voluerint secundum modum et tenorem pacis et concordie Astensium at Albensium sicut in cartis inde factis continetur et si dictus Jngo predicta non observaverit Petrus constancius, Anselmus censoldus, Girardus mollis Anselmus merlus, Ogerius conradengus et Jacobus putigla quisque pro rata renunciando omni consuetudini omni iuri omni capitulo presenti et futuro, omnique legum auxilio quo se tueri possent predictas Mille Marcas suprascriptis Bonifacio de revello, Guilelmo de revello, Rogerio de cortasono Alberto fratri suo et Ottoni de barbarisco eorum nomine, et nomine Ottonis de desaia et Guilelmi de barbarisco stipulantibus solvere promiserunt et proinde omnia eorum bona eis pignori obligaverunt. Actum urbe Aste in ecclesia sancti Johannis de domate interfuerunt testes Richebonus iudex

potestatis Albensis, Ruffinus de ripa, Martinus de revello, Guilelmus de montaldo, Girbaldus de montaldo, Item Jacobus de vivario, Guilelmus ratio, Ardicio Bertramus, Jacobus de stoarda et Rollandus cazo Astenses consules de comuni quorum presentia hoc actum est.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et scripsi.

111. *De sindicatu comunis Ast contra comune Albe facto occasione Barbarischi.* 1212. 20 Julij.

Anno domini Millesimo CC°XII° Indictione X^{a} die Mercurij XIII kal. Augusti presentia testium infrascriptorum, dominus Guido de landriano potestas Astensis nomine et vice comunis Astensis voluntate et conscilio Credendariorum suorum per campanam congregatorum et ore ad os interogatorum et scriptorum constituit et fecit Manfredum de sancto iohane sindicum et procuratorem comunis Astensis ad denunciandum illud novum opus quod comune de alba vel homines de alba vel potestas nomine comunis facit vel vult facere in Barbarisco et totum illud quod ipse Manfredus fecerit ratum et firmum habere promisit nomine comunis Astensis. Actum Ast in ecclesia sancti Joannis. Testes interfuerunt Gualla pelleta, Guilelmus carocius, Filipus notarius.

Et ego Guilelmus tortonus notarius interfui et iussu predicti potestatis sic scripsi.

112. *De denunciatione facta per comune Ast contra comune Albe.* 1222. 23 Julij.

Anno domini M°CC°XXII°. Indictione X^{a} die sabati X kal. Augusti presentia testium infrascriptorum. Manfredus de sancto iohane sindicus et procurator comunis Astensis a parte domini frederici imperatoris et comunis Astensis, denunciavit domino Guidoni de sporzano potestati Albe nomine comunis Albe in publica credencia Albe coadunata super voltas Ecclesie sancti laurentij ne faciat nec facere debeat aliquod novum opus in Castro de barbarisco nec in turri pro parte illa nec in ea parte quam comune Astense emerat, et illud novum opus predicti potestatis albe nomine comunis Albe contradixit ne fieri debeat. Testes fuerunt inde vocati, Oddo rapa Conradus oculus capre, dominus Oddo miles potestatis Albe et dominus at Iudex eiusdem potestatis et plures alij.

113. *De eodem.* 1222. 23 Julij.

Eodem die loco et testibus presentibus, Guilelmus bertramus Ambaxiator comunis Astensis nomine et vice comunis Astensis eandem denunciationem et contradictionem fecit et dixit predicto potestati Albe nomine et vice comunis Albe et illam confirmavit prout dixerat Manfredus de sancto Johanne Actum in civitate Albe desuper voltas ecclesie sancti laurencij.

Ego Guilelmus tortonus notarius palatinus interfui et precepto dicti Manfredi et Guilelmi bertrami sic scripsi.

114. *De eodem denunciamento seu denunciatione.* 1222. 23 Julij.

Anno domini M°CC°XXII°. Indictione X^{a} die Sabati decimo kal. Augusti. Manfredus de sancto Iohane sindicus et procurator comunis Astensis, nomine et vice

comunis Astensis et nomine comunis Albe ne in villa barbarischi aliquod novum opus fieret denunciavit et contradixit potestati Albensi nomine et vice comunis Astensis et nomine comunis Albe, ne aliquod laborerium novum facerêt in Castro de barbarisco nec in turre In parte illa quam comune Astense emerat, et quia potestas Albe non permisit ipsum Manfredum intrare in castello Barbareschi, ipse Manfredus accepit lapidem et deiecit contra laborerium castri barbarischi, dicendo et contradicendo ne novum opus ibi fieret. Actum in villa barbarischi. Testes interfuerunt, Manfredus de Vivario, Robaldus cizia dominus At Iudex potestatis Albe.

Ego Guilelmus tortonus notarius palatinus interfui et iussu predicti Manfredi sic scripsi.

115. *De absolutione comunis Albe pro Barbarisco facta per comune Astense.* 1201. 9 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo Indictione IIII^a^ die veneris nono die intrante novembris, dominus Guido de pirovano potestas Astensis, Cum conscilio credentie per campanam congregate tocius vel maioris partis ut confessus fuit absolvit Richumbonum Judicem domini Jngonis Albensis potestatis nomine comunis Albe et locherium et droccum palium Ambaxiatores Albe, quod comune de alba de cetero non teneatur facere rationem de barbarisco, Petro de dragla, Ottoni de desaia, dominis de Aglano filijs Guilelmi de Barbarisco et filijs Oberti qualie nisi voluntate comunis Albe esset pro illo capitulo quod continetur in carta pacis Aste et albe quod est de facto barbareschi, et ipsi Richinbonus lotherius et drochus confessi fuerunt quod hanc cartam et hanc absolutionem recipiebant voluntate et consilio Credentie Albe per campanam congregate tocius et maioris partis. Actum est hoc Aste in domo comunis. Testes fuerunt ibi Otto rapa, Ubertus laiolius, Manfredus de solario, Robaldus gardinus, et Credendarij simul missi per campanam. Et ego, Otto bassus sacri palacij notarius Interfui rogatus et duo Instrumenta uno tenore facere iussus sum et precepto predicti Guidonis sic scripsi [1].

116. *De quodam Juramento et promissione facta per comune Astense versus Obertum quaglam de barbarisco occasione turris barbarischi* 1198. 11 Junij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo Indictione prima quod fuit undecimo Junij. In nomine domini nostri yhesu christi amen. Cum Obertus quagla de barbarisco, voluntate domini leonardi Albensis potestatis et eius Credendariorum videlicet Anselmi boni Petri et drochi palij, et lafranchi nielli, et Rogerij Curaenghi. et Beruti, et Ogerij Judicis, et loterij et Ogerij foaze, et Petri constancij et henrici clas et Thebaudi de anriazolio et Robaldi cerrati, Thebaudi de brayda et Ottonis de poblice, et Uberti bassij, et volmani capre, et Ogerij rat, et Sismondi de morocio et Raymondi falleti, et Oberti vercij, et Nudimontois et laurencij nielli, vellet rendere castrum et turrim de barbarisco ipsi domino leonardo et consiliarijs eius nomine comunis Civitatis Albe, pro ipso tenendo et muniendo et custodiendo in eorum virtute, donec eis necesse

[1] Instrumentum hoc absolutionis ejusdem prorsus sententiae hic iteratum est in Codice, at nos ut decebat omisimus.

esse pro comuni Albe videbitur. Ipse dominus leonardus potestas et omnes predicti Consiliarij, Juraverunt nomine comunis Albe reddere Castrum barbarischi cum turri dicto Oberto quagle in sua virtute, sicut erat antequam custodes Albensium imposuisset, in ipso Castro, et tunc quia nundum eos imposuerat, sed ipsa die eos voluntate potestatis predicti inposuit. Et hoc quandocumque ipsi Oberto licitum esset et videretur a parte quod nullum damnum Albensibus, vel ipsi Oberto seu eius consortibus posset accidere. Et si forte aliquis consors dicti Oberti vel altera persona, ab hoc guerram iniret aut faceret, cum ipso Oberto, vel aliquod damnum in rebus suis teneret, dictus dominus leonardus et omnes predicti consiliarij tenentur ipsum Obertum usque in finem guerre iuvare et omne damnum quod pro inde in rebus suis susciperet de comuni resarcire. Item si aliquod comune, vel aliqua persona offenderet in personis aut rebus hominum barbarischi Ideo quod Albenses in castro et turri eiusdem loci inpositi sunt et eum munitum tenent predictus leonardus potestas et predicti Consiliarij eis nomine comunis totum restituere tenentur illis exceptis voluntate quorum hoc evenerit, et qui consilium aut auxilium dederint si aliquis esset qui hoc faceret. Item si aliquis consors predicti Oberti vellet munire partem suam Castri vel turris barbarischi, Albenses ei non debent prohibere excepto si eis videretur, quod ipsi Oberto vel Albensibus damnum posset inde accidere, nec debent consortibus ipsius Oberti quagle prohibere quin eant et redeant per Castrum et turrim Barbarischi sicuti soliti erant Item Albenses non debent aliquod munimen in Castro barbarischi facere sine consilio predicti Oberti quagle, hec omnia ut prescripta sunt, predictus dominus leonardus et predicti Consiliarij supra solarium baudinorum iuraverunt bona fide predicto Oberto attendere Postea vero in sequenti die, dictus leonardus Albensis potestas et eius consiliarij confessi fuerunt predicto Oberto quagle sicut suprascriptum est nomine comunis albe iurasse attendere et observare. Acta fuit supra voltas sancti laurencij illa confessio, ubi fuerunt testes rogati, Mussus Judex domini leonardi, Ugo scriba, Girardus de massera et plures alij. Et ego notarius Guielmus vocatus hanc cartam scripsi.

117. *De pace celebrata inter Astenses et Albenses occasione Nevearum, Trecij et Barbarischi.* 1161. 20 Junij.

In nomine domini nostri yhesu christi. Breve recordationis quod domini, Nevei, Trecij, et Barbarischi preter Oberti Montis alti, et Guielmi fratrem eius et Albenses cives obligaverunt se sub arbitrio et voluntate astensium sive consulum stare de discordia et guerra quam inter se habebant sub iure iurando facto ab utraque parte per LX viros. Nomina consulum sunt hec. Raynerius, Guielmus falzonus, Ottobonus crivellus, Valfredus culorius, Petrus ville abelloniorum de iusticia et populi, Bartolomeus Judex, Robaldus de vivario, Girbadus, Obertus de curia, Calcaneus qui dixerunt et arbitrati sunt, Quod omnia maleficia et damna prestita ab utraque parte in personis vel rebus compensentur et remittantur, sive fuerint in Barbarico vel trecio, aut Neveis aut alijs locijs, aut in vineis vel campis Albensium aut alijs locis salvo iure debiti vel feudi aut alodij, aut pecunie aut alterius mobilis de quo alter alteri tenetur iure debitoris vel iure fideiussoris. Item aliud preceptum utrique parti fecerunt, quod albenses de cetero non curant nec pergant cum aliquo amicorum suorum supra terram predictorum dominorum Nevearum, Trecij et Barbarischi, causa prestandi malum aut

damnum nec predicti domini super terram Albensium, et firmam pacem utrique inter se perpetuo teneant, Utraque pars tamen valeat adiuvare amicum suum supra terram et possessionem suam et ad domum suam, et de alijs querimonijs utraque pars elligat unum aut plures qui cognoscant super querimonijs et ad finem ducant aut ducere faciant lege vel usu aut convenientia, bona fide ut melius potuerint, et Albensium omnes homines captos absque redemptione dimittant. Item qui hanc pacem rumpere presumpserit sit in pena. c. marcarum argenti alteri parti. Et si aliqua sintula quod deus avertat inter eos emerserit, predicti ellecti, ad concordiam quam cicius poterint perducant. Item ad perpetuam memoriam, duo sunt inde brevia composita unum datum dominis de Neveis, Trecio et Barbarisco, Alterum datum albensibus.

Ego Guido notarius palatinus interfui et iussu predictorum astensium consulum scripsi.

Actum est hoc anno dominice Incarnationis Millesimo centesimo sexagesimo primo Indictione quarta die dominico duodecimo kal. Jullij Aste in domo Consulum.

Item ne occaxione aliqua discordia oriri possit inter eos hoc aliud preceptum eis fecerunt scilicet domini predicti non permittere Obertum montisalti, Nec Guielmum fratrem eius offendere de terra barbarischi, aut Nevearum. aut trecij et Albenses non offendent In rebus illorum quas habent in partibus venearum, et Trecij et barbarischi, sed eis pacem tenebunt.

XIX. De Viglano.

(Hic pictae aediculae in verticibus montium. Vid. Tab. IX, n. 13).

118. *De vendicione facta comuni Astensi, per Fredericum Azonem et Bonefacium fratres de certa parte Viglanij.* 1220. 11 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo Indictione VIII[a] die undecimo intrantis Marcij. Coram subscriptis testibus. Fredericus Azo et Bonefacius fratres filii quondam Ogerij de viglano, fecerunt pacem finem et refutationem et pactum de non petendo ex causa transactionis, domino Lafranco de Mocio potestati Astensi nomine comunis Astensis recipienti de omni damno et vasto eis vel patri eorum quondam illato vel facto a comuni Astensi vel ab alio pro comuni vel occaxione comunis, a quocumque eis fuerit illatum. Et de omnibus damnis et vastis que ipsi vel pater eius quondam substinuerunt de quibus dictum comune vel alius pro comuni vel occasione dicti comunis quoquo modo possent appelare. Et hoc sive in castro sive in Castris villa vel villis, sive in aliqua alia re mobilli vel inmobili, sive in hominibus eorum damnum substinuerint vel vastum vel eis a comuni vel occaxione comunis aliquatenus fuerit illatum. Insuper vendiderunt et tradiderunt vel quasi tradiderunt dicto potestati nomine predicto omnia iura sua et omnes suas actiones que habebant vel habere videbantur vel pater eorum quondam quo ad contile et Jurisdicionem poderium et districtum In castris Viglani et paruzoni et villis eorumdem castrorum et terratorijs ipsorum sive in aquatico et pascuatico et hominibus feudatis et infeudatis in fodro et bannis successionibus et placitis et omnibus alijs que ad contile et iurisditionem et poderium et districtum pertinere videntur, faciendo ex causa dicte vendicionis dicto potestati predicto nomine cessionem mandationem et

datum de omnibus predictis iuribus et rationibus et actionibus. Ita quod de cetero dictum comune dicta iura teneat et posideat vel quasi posideat, et ex eis utatur ad suam voluntatem contra quamlibet personam absque contradictione dictorum Fredericij et fratrum suorum et suorum heredum et cuiuslibet alterius persone pro eis, dederunt etiam facultatem dicto comuni, ut dicta Castra et villas cum pertinencijs eorumdem quo ad predicta iura teneat quiete que possideat vel quasi possideat, Itaquod dominium ex huiusmodi possesione seu tenuta de cetero habeat absque contradictione ipsorum et alicuius alterius persone. Debent igitur dicti Fredericus et fratres habere in predictis locis eorum terras donneas si quas ibi habent, et eorum rectos redditus quos habere debent in eorum hominibus tam in drictis quam in fictis et eorum directis conditionibus habendis excepto fodro et bannis et omnibus alijs superius iam ante nominatis, de quibus nichil habere debent. Insuper promiserunt facere fidelitatem comuni Astensi cum extracti fuerint de banno sicut eorum predecessores facere consueverunt. Eo salvo quod occaxione dicte fidelitatis nullum emolumentum consequatur respectu illarum rationum et iurium, de quibus cessionem et concessionem et datum fecerunt comuni Astensi et pro omnibus predictis confessi fuerunt se se recepisse a comuni Astensi libras octuaginta tres Astenses, de quibus renunciarunt exceptioni non numerate pecunie quietos et pagatos se tenuerunt Et sicut superius legitur per omnia promiserunt attendere et complere et observare et firmum tenere respectu cuiuslibet capituli superius nominati et nullo tempore contravenire per se se vel per interpositam personam, et tactis sacrosanctis evangelijs in omnibus et per omnia predicta omnia attendere iuraverunt. Actum Aste in ecclesia sancti Johanis de domate. Testes Manfredus de Insula, Baldimontus de curia Barachinus notarius, Astexianus de picena, Bricius peronus tebernarius et Blanchetus nuncij comunis Astensis.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

119. *De venditione et fidelitate factis per Aycardum de Viglano comuni Astensi de dicto loco.* 1220. 11 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo indictione octava die Martis undecimo intrantis Augusti. Coram testibus infrascriptis, Aycardus filius Bayamondi de Viglano quondam fecit pacem finem et refutationem et pactum de non petendo ex causa transactionis seu pacti domino lafranco de motio potestati Astensi nomine comunis Astensis recipienti de omni damno et vasto sibi vel patri suo quondam illato vel facto a comuni vel pro comuni vel occaxione comunis a quocumque fuerit illatum, et de omnibus damnis et vastis que ipse vel quondam pater eius substinuerunt de quibus dictum comune vel alius pro comuni vel occaxione comunis Astensis quoquo modo possent appellare, ipse vel alius occaxione hereditatis patris sui quondam, et hoc sive in Castris vel castro villa vel villis sive in aliqua alia re mobili vel immobili sive in hominibus suis damnum substinuerit vel vastum eis a comuni vel occaxione comunis aliquatinus fuerit illatum. Insuper vendidit et tradidit vel quasi tradidit dicto potestati predicto nomine omnia iura et actiones omnes que habebat vel habere videbatur vel pater eius quondam habuit quo ad contile et iurisdicionem poderium et districtum in castris Viglani et paruzoni et in villis eorumdem Castrorum et in

terratorijs ipsorum sive in aquatico et pascatico et hominibus fendatis et infeudatis in fodro et bannis successionibus et placitis et in omnibus alijs que ad contile et iurisdicionem et poderium et districtum pertinere videntur faciendo ex causa dicte venditionis ipsi potestati predicto nomine cessionem mandationem et datum, de omnibus predictis iuribus et actionibus et rationibus. Ita quod de cetero dictum comune dicta iura teneat et possideat vel quasi possideat et actiones habeat et ex eis utatur ad suam voluntatem contra quamlibet personam absque contradictione dicti Aycardi et heredum suorum et cuiuslibet alterius persone pro ipsis. Dedit etiam facultatem dicto comuni ut dicta Castra et villas cum pertinencijs eorumdem quo ad predicta iura teneat quieteque possideat, vel quasi possideat ita quod dominium ex huiusmodi possessione seu tenuta de cetero habeat absque contradictione ipsius et alterius alicuius persone. Debet igitur dictus Aycardus habere in predictis locis suas terras donneas preter in Castris, et suos redditus quos habere debet in suis hominibus tam in drictis quam in fictis et eius directis conditionibus habendis excepto fodro bannis et omnibus superius nominatis de quibus nichil habere debet et pro omnibus predictis confessus fuit se recepisse a comuni Astensi libras quadraginta astenses remisso et heredibus suis suo fodro in perpetuum dum staret in monte grosso et in posse Ita quod non possit compelli venire stare in Aste. De quibus denarijs renunciando exceptioni non numerate pecunie et illi iuri quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij quietum et pagatum se tenuit. Insuper promisit facere refutare Gascam et Ruffinam sorores suas omne jus quod haberent vel exigere possent in predictis rebus vel occaxione predictarum rerum occaxione paterne vel materne hereditatis vel aliquo quoquo modo. Consenciendo omnibus superius nominatis que facta sunt per ipsum Aycardum, promittendo omnia predicta firma tenere et nullo tempore contravenire per se nec per alium et promisit facere similiter refutare uxorem suam Helenam omne Ius quod haberet vel posset exigere in predictis ratione dotis sue vel alio modo et promittere omnia predicta firma tenere et habere et nullo tempore contravenire per se nec per aliam personam. Et sicut superius legitur per omnia insolidum promisit attendere complere et observare et firma tenere respectu cuiuslibet capituli superius nominati et nullo tempore contravenire per se vel interpositam personam, et tactis sanctis evangelijs in omnibus et per omnia predicta attendere juravit. Et de hijs que remanent penes ipsum in loco Viglani et paruzoni fecit comuni Astensi fidelitatem talem qualem Vassalus facit domino suo. Actum Aste In domo comunis in publica credentia per campanam congregata. Testes, Dominus Girardus Vasconi miles potestas petrus durnaxius Barachinus et Ardicionus ferarius.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

120. *De Investitura facta per Comune Astense in predictos Fredericum Azonem et Bonefacium de dicto loco Viglanj.* 1221. 22 Februarij.

Anno Domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo Indictione nona die lune octavo kalendas Marcij coram testibus infrascriptis dominus Guido de Landriano potestas Astensis vice et nomine Comunis Astensis et consilio credencie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte. Investivit Fredericum Azonem et Bonefacium filios quondam Ogerij de Viglano in rectum feudum et nomine recti feudi

in filios et in filias nominatim de toto eo quod pater et Antecessores et omnes sorores eorum tenebant a Comuni Astensi in feudum in Viglano et posse exceptis fodro et bannis successionibus et placitis aquatico pascuatico contili jurisdicione et Castris et omnibus alijs que continentur in cessione et donatione et venditione ab eis facta domino lafranco de mozio potestati Astensi nomine comunis Astensis ut continetur in carta inde facta per Mussum boviculum notarium, In anno Domini M°CC°XX°, Indictione VIII. die mercuri XI intrante marcio promittendo sic facere restitui omnes eorum terras donneas fructus et redditus quartos et decimas et alios eorum rationes universas quas in eorum hominibus habebant silicet que a nemine detinentur excepto contili Jurisdictione et fodro et banno et successionibus et placitis, Castris et alijs nominatis in dicta carta per Mussum notarium facta. De hijs vero que ab alio detinentur, promisit eis facere fieri rationem per se vel per suum Judicem ab illis qui illa detinuerunt vel detinere invenirentur exceptis castris et alijs in dicta carta nominatis. Qua investitura facta fecerunt fidelitatem dicto potestati nomine comunis talem qualem vasalus facit domino suo. Actum Aste In ecclesia Sancti Johannis de domate In publica credentia per campanam congregata. Testes Dominus Guilelmus de payrana miles potestas, Manfredus de Insula, Ardicio de Insula, Mussus de curia Burgensis de Insula.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

121. *De Investitura facta per comune Astense de dicto loco in dominos Anselmum Tebaldum et Ogerium de Viglano, de dicto loco Viglani.* 1192. 20 Septembris.

Anno Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo secundo Indictione decima. die dominico duodecimo kalendas octubris presentia infrascriptorum testium dominus Jacobus strictus potestas Astensis Investivit a parte comunis Astensis dominum Anselmum de Viglano et dominum Tebaldum et ogerium fratrem eius nepotes ipsius Anselmi nomine recti feudi in filijs et filiabus, Nominatim de omni eo quod ipsi Tebaldus Anselmus et Ogerius per se se vel per alium tenebant et possidebant, in Viglano et in Castro silicet et in Villa et in posse et de omni alio quod alibi tenerent in feudum a comuni Astensi si ipsi alibi aliquid tenebant. Et proinde ipsi Anselmus Tebaldus et Ogerius fecerunt fidelitatem potestati Astensi et comuni Astensi talem qualem vassalus facit domino suo. Et ibidem predictus Jacobus potestas Astensis remisit eis fodrum quod olim a predecessoribus eorum comuni Astensi fuerat constitutum, dicens quod si que cartule erant In quibus aliquid contineretur de isto fodro quantum ad illud fodrum casse et yrrite essent, et nichil ulterius valerent. In ceteris vero cartule ille firme et rate permanerent. Actum Urbe Aste in publica concione facta ante ecclesiam sancti Secondi de mercato Interfuerunt Testes Bayamondus de plathea Mussus de curia, Nicolaus gardinus, Jacopus corigiarius, Gualla rotarius Sorleonus de Janua, Manfredus de solario, Manfredus de Insula, Guarnerius de Mezadio, Otto bassus notarius et multi alij.

Et Jacobus boviculus notarius scripsit.

122. *De donatione et fidelitate facta comuni Astensi per Azonem de Viglano cum duobus filijs suis de dicto castro Viglani.* 1135. 26 Novembris.

Anno ab Incarnatione domini nostri yesu christi MCXXXV. sexto die kalendas decembris Indictione decima, dederunt Azo de Viglano una cum duobus filijs suis, Consulibus cuncto que Astensi populo in parlamento totum hoc quod habent vel aquisierunt In Castro Viglano et in Villa et in eius terratorio, et omnia et ex omnibus in solidum vel aliquis habet pro eis. Ita ut populus Astensis faciat exinde quicquid voluerit sicut Inferius declarabitur ab hac die, dono cedo confero In vobis hec omnia et ab omni homine deffendere promittimus, quod si deffendere non potuerimus, aut si aliquid subtrahere quesierimus tunc in duplum istam rem componamus et Insuper pena argenti librarum Mille. Actum in Aste in parlamento, feliciter. Signum manus istorum qui hanc cartam donationis fieri rogaverunt. Signum manus testium, Henricus berardus, Bonus petrus trossellus, heustachius et reliqui plures. Et Joseph Interfuit et scripsit. Populus Astensis una cum Consulibus donaverunt in feudum hec omnia predicta Azoni et ipse Juravit eis fidelitatem, hostem et fodrum. Consules, Gualla de platea, Petrus calcaneus Pipinus Joseph iudex.

123. *De venditione facta per Grasvertum cazafore, in Vacham caynaschum de certa parte Viglanij.* 1154. 10 Decembris.

Anno ab Incarnatione domini nostri yhesu christi MCLIIII.° decimo mensis decembris indictione II. Cartam vendicionis sub dupla deffensione fecit Grasvertus nepos Guilelmi cazafore tibi Vache caynasco, pro precio decem librarum denariorum Astensis monete Nominative ex medietate sue partis omnium rerum illarum Juris sui quas habent et sibi pertinent In loco et terretorio seu pertinente Viglani. He sunt terre aratorie, vinee de mora, cum areis earum prata sedimina terre culte et inculte, omnia sua Jura in integrum In predicto loco et in eius territorio Jam dicte medietati predicte sue partis sibi pertinentibus. Tali modo ut supradictus Vacha, ejusque heredes habeant predictam medietatem supradictarum rerum. Totum hoc quod ad predictam medietatem pertinet, teneant firmiter que posideant et faciant exinde a presenti die proprietario nomine quicquid voluerint sine omni contradictione Grasseverti et suorum heredum. Et insuper promisit ipse Grasvertus una cum suis heredibus tibi supradicto Vache tuis que heredibus aut cui dederitis suprascriptam venditionem qualiter superius legitur ab omni homine deffensare quod si deffendere non potuerint, aud per quodvis ingenium subtrahere quesiverint tum in duplum vobis eamdem restituere debent sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione in consimilibus locis. Acta in Castro viglani feliciter. Signa manum testium † † † † † † † dominus Aycardus de Castro viglani, et dominus Arnaldus de montaldo, Guilelmus de monte, Guilelmus de sancto secundo homodeus de serra, Rodulfus maynardus, Gineomus, et Gandulfus Astensis notarius scripsit. In presentia eorumdem testium, Juravit supradictus grasevertus supra dei evangelia quod ipse ab hac die In antea vel eius heredes magis non debent supradictam vendicionem removere, sed omni tempore ratam et firmam bona fide debent eam observare.

124. *De venditione facta de certa parte Viglanij per Engum de nevea in predictum Vacham et ambroxium eius fratrem.* 1161. 14 Maij.

Anno Domini MCLXI. Indictione nona, die dominico II. idus Madij. Constat me Engum de nevea accepisse in presentia testium, a vobis Ambroxio et Vacha Caynsaco, argenti denariorum bonorum Astensis monete libras L. finitum precium pro omni possessione et Jure quam habere visus sum in Viglano tam in Castro quam in Villa tam in campis quam in pratis vel nemoribus et vineis sive pascuis et Jerbis. quam autem suprascriptam possessionem juris mei, pro iam dicto precio ab hac die vobis suprascriptis ambroxio et vache cainsacho vendo trado mancipo, nulli alij vendita donata alienata obnoxiata nisi vobis, et faciatis exinde quicquid volueritis sine omni mea contradictione et heredum meorum. Et quidem spondeo atque promitto, Ego jamdictus Engus de neveis vobis jam dictis Ambroxio et Vace cainsaco jam dictam possessionem qualiter supra legitur Insolidum ab omni homine deffensare quod si deffendere non potuerimus aut si vobis exinde aliquid per quodvis Ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplum eandem venditionem ut supra legitur vobis restituemus sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij In consimili loco. Ego Engus hanc cartam fieri rogavi. Actum in domo que fuit Enricij bataglij. Testes Petrus bonus Augustus eius filius, Guilelmus bommartinus Villanus arnaldus Gilon. Et Guido notarius scripsit.

125. *De donatione facta per predictum Vacham comuni Astensi de predicto loco.* 1163. 29 Julij.

Anno Domini M° C° LXIII°. Indictione VI.ª die dominico IIII.° kalendas Augusti. Cartam donationis fecit Vacha Chainsachus In manibus Astensium Consulum de Comunis, Nomina quorum sunt, Jacobus bertramus, Gandulfus cavazonus, Rolandus durnaxius, Girbaldus, Nominative de omni Jure et parte quam habebat in Castro Viglani, que fuit Engonis de Neveis cum aquatibus et pascuis venationibus piscationibus capellis et cum omni onore predicte parti pertinentibus. Tali modo ut predicti Consules a parte Comunis Astensis et eorum successores teneant firmiter que possideant predictam partem Castri qualiter supra legitur Insolidum et deinde faciant exinde quicquid voluerint sine omni contradictione predicti Vache et heredum eius pro quo dono predicti Consules absolverunt, eumdem a milicia illius anni. Actum in publica Credentia. Interfuerunt, Careoz, Baiamondus tunc consul Justicie, Robaldus maructus tunc consul Astensis populi, Rollandus crivellus Oppizo de vivario, Obertus laurentius, Guilelmus falzonus, Merlo curialis, Ipolitus numulator, Otto cappa, Astexianus moragla, Arnaldus de platea et multi alij.
Et Guido Notarius palathinus scripsit.

126. *De quodam Concordio facto per dominum Pipinum de Viglano cum Comuni Astensi.* 1198. 23 Junij.

Anno domini M° C.° nonagesimo VIII. Indictione prima. Die Martis VIIII.° kalendas Jullij, dominus Pipinus de Viglano talem concordiam fecit cum domino Alberto de fontana potestati Astensi nomine Comunis Astensis videlicet quod jam dictus

Pipinus de cetero debet esse civis Astensis In perpetuum et debet emere domum in Civitate Astensi de precio librarum XX. Quam postea vendere donare infeudare pignorari obbligare nec ullo modo a se alienare non debet absque parabola potestatis astensis vel Consulum per tempora existentium et Credencie eorum per campanam cohadunate tocius vel majoris partis. Et debet dare fodrum in Urbe Astensi de extimatione librarum L. Januensium quando Urbs Astensis ad fodrum devenerit, et pro ea extimatione debet facere decetero omnes mores et consuetudines civitatis Astensis sicut alij Cives Astenses. Insuper idem Pipinus debet salvare custodire adiuvare et defendere homines de Aste et de Virtute Astensi in rebus et in personis in toto posse suo et alibi quo poterit bona fide et sine fraude, nec capere nec capi facere nec capi permittere aliquod pedagium tolloneum nec ullum schufium in toto territorio et in toto posse suo ab aliquo homine Astensi et de virtute Astensi, et facere debet exercitum cavalcatam et succursam hominibus de Aste totiens quotiens Potestas Astensis vel Consules per tempora existentes sibi dixerint vel mandaverint. Et non debet homines de Aste relinquere in exercitu in Cavalcata nec in obsidione Castri absque parabula potestatis Astensis vel consulum per tempora existentium et Credentie eorum per campanam congregate tocius vel maioris partis, succursam autem et cavalcatam et exercitum, Idem Pipinus hominibus de Aste facere debet propris admissionibus sumptibus et expensis. Et si forte contingeret quod homines de Virtute Astensi in tota terra et in toto posse suo Jamdicti Pipini Invenerint suum Inimicum sive debitorem vel suum fideiussorem, liceat eis illum ibi accipere et quo voluerint ducere et ipse pipinus debet eos ad hoc faciendum adiuvare. Quam concordiam ut superius legitur in integrum Jamdictus Pipinus promisit domino Alberto de fontana potestati Astensi ad partem Comunis Astensis stipulanti, et Juravit supra dei evangelia tenere firmam et eam attendere et observare bona fide et sine fraude In omni tempore salva fidelitate dominorum suorum. Ad invicem vero dominus Albertus de fontana potestas Astensis nomine tocius comunis Astensis promisit jam dicto Pipino stipulanti ipsum Pipinum salvare custodire adiuvare et defendere tamquam proprium civem astensem et quod faciet jurare potestatem vel Consules Astenses post eum Intrantes suprascriptam Concordiam tenere firmam et eam attendere et observare. Et quod ipsi facientJurare alios Consules vel potestates Astenses post illos sequentes similiter eamdem concordiam attendere et observare et firmam tenere et sic de anno in annum annatim. Ita quod hec omni tempore attendantur et observentur ut supra legitur in integrum. Salvis omnibus suis sacramentis. Actum in Romanisio in brclio ecclesie sancti Petri feliciter. Interfuerunt testes, Jacobus de roata potestas Romanisij, Conradus de drua de Romanisio, Ardicio bertramus, Guilelmus ratio magister petrus becharius, Nicolaus de sancto Joane, Petrus turtellus, Guilelmus de trancalio, Anselmus de prato, Ubertus de Cario et plures alij. Et Thomas notarius palatinus rogatus interfuit et scripsit.

127. *De feudo quod prestatur per Henricum de montebersario et eius filium, Occasione Viglani et Castri.* 1200. 29 Marcij.

Anno domini M°CC°. Indictione III.ª die Mercuri quarto kalendas Aprilis, presentia infrascriptorum testium henricus de monte bersario, et eius frater Ogerius

fuerunt confessi quod ipsi tenebant pro comuni Astensi In feudum totum illud quod ipsi et Henricus pater eorum tenebant et posidebant, aut tenent et possident per divisam et alio modo per se et per alium, In Viglano in Castro et in villa in ecclesijs et Capellis in Militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis ubicumque sint vel perrexerint in terris cultis et incultis, In rupibus et in ruinis In zerbis pratis et vineis et nemoribus In aquaticis et pascuis, In silvis in piscationibus in venationibus in furnis et mollandinis in fictis et redditibus et in ceteris usibus et rebus quas habebant tenebant et posidebant et tenent et posident Juste vel Injuste per sese et per alium alicubi in predicto loco et in eius posse et alibi ubicumque sint, et inveniri poterint cum omni honore et districtu. Ita quod pater eorum cuius hoc alodium erat comunis de aste in alodium dederat et postea a comuni Astensi illud totum sicut supra legitur In feudum receperant. De quo feudo et Jure feudi ut supra legitur, Jam dicti Henricus et Ogerius frater eius nichil in se retinentes fecerunt finem et refutationem et donationem In manu domini Nicolay de fodro potestatis Astensis nomine comunis astensis, ut predictus potestas et potestates vel Consules post eum Intrantes per tempora in Aste existentes, de cetero a parte comunis Astensis, predictum feudum ut supra legitur teneant et posideant firmiter et faciant quicquid voluerint facere sine sua et heredum suorum contradictione et de predicto jure ulterius predictum Nicolaum potestatem astensem nec potestates vel Consules per tempora in Aste existentes, nec ipsum Comune appellare convenire et inquietare non possint per se se nec per interpositam personam, quam donationem finem et refutationem ut supra legitur promiserunt eidem potestati stipulanti nomine Comunis Astensis, sibi et eius successoribus et ab omni homine deffensare supra omnia eorum bona habita et habenda que eidem Nicolao potestati Astensi nomine Comunis Astensis pro pignore obligaverunt. Quam finem refutationem donationem et promissionem et pignus ut supra sua sponte non coacti ut confessi fuerunt Juraverunt tenere firmum et firmam nec ullo tempore contravenire per sese nec per suppositam personam et ab omni homine deffendere, abrenunciando rationi dupli precij et omni alij Juri quod aliquo modo ibi habere vel exigere possent. Et quod ipsi facient abrenunciare uxorem predicti Ugerij omni Juri quod habet et exigere posset in predicta donatione sine refutatione et pro dote sua et alio modo et Jurare quod eamdem finem refutationem et donationem tenebit firmam et pignus tenere firmam et non removere per se nec per suppositam personam. Et quod faceret abrenunciare Rodulfum de monte bersario et arnaldum balzanum, pro qua fine et refutacione et donatione fuerunt confessi predicti Enricus et Ogerius frater eius sese recepisse, a predicto Nicolao potestate nomine comunis Astensis libras ccc. Astenses de quibus Juraverunt et promiserunt eidem potestati stipulanti nomine comunis dare ex istis denarijs libras ccl. in terra atione infra in posse astensi, Conscilio potestatis et Consulum per tempora existentium, et eorum Credentie tocius vel maioris partis et illam terram postea tenere in feudum a Comuni Astensi sicut supradictum est feudum tenebant a comuni Astensi et facere ex ea fidelitatem comuni de Aste. Actum est hoc Aste In curia comunis. Interfuerunt testes Baldinus de turre, Bayamundus de platea, Enricus nuncius comunis et multi alij.

Et Otto notarius palatinus rogatus interfuit et scripsit.

128. *De Vendicione Jacobi durnasij et fratrum facta Comuni Astensi de eorum parte Viglanij*. 1200. 3 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo Indictione III.ª die dominico tercio intrantis septembris. Cartam venditionis fecit Jacobus durnasius et Petrus et Otto fratres eius domino Nicolao de foro Astensi potestati nomine Comunis de Aste Nominatim de omni eo quod habebant tenebant et posidebant per se, vel per alium in Castro et in Villa Viglani In ecclesijs in hominibus in aquatico in pascuatico et in alijs rebus cum omni honore et districtu et comitatu, que in omnibus predictis habebant exceptis eorum drictis redditibus et Caponibus quos in se retinuerunt pro precio librarum XL. astensium de quibus pagatos se tenuerunt, eo modo ut ipse Nicolaus de Foro potestas astensis et successores eius per tempora existentes nomine Comunis de aste predicta omnia ad proprietatem et dominium Comunis astensis, teneat et possideat et exinde quicquid voluerint faciant sine omni Contradictione predictorum Jacobi Petri et Ottonis durnasij et heredum eorum. Insuper predicti Jacobus petrus et Otto fratres pro se et pro eorum heredibus, promiserunt domino Nicolao de Foro Astensi potestati stipulanti ei suis que successoribus potestatibus vel consulibus Astensibus nomine Comunis predictam venditionem sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine sub dupli pena defendere, et insuper dictus Otto Juravit supra dei evangelia predictam venditionem firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere, et de precio omni tempore pagatum et quietum se tenere. Actum in solario Surleonis Testes Jacobus drochus, Homodeus trusellus, Gandulfus dacij, Grossolanus brandulus, Crexencius pogisia et Barnera. Eodem die. Blasema uxor Jacobi, Otta uxor petri et Anex uxor Ottonis Juraverunt supra dei evangelia per manum Ottonis durnasij predictam venditionem firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere. Actum in domo durnasorum supradictorum. Testes Jacobus bovetus et Berardus coglalda.

Et Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsit.

129. *De donatione facta comuni Astensi per dominos Montisbersarij de medietate Castri et ville Viglanij*. 1148. Marcij [1].

Anno ab Incarnatione domini M°C° quadragesimo[2] octavo In mense[3] Marcij Indictione XI.ª Cartam donationis sub dupla[4] deffensione fecerunt domini Montisbersarij, Comuni aste nominative de eorum parte que est medietas de Castro Viglani cum villa et omni suo pertinente sicuti suprascripti domini tenent et possident cum curte et omni honore, videlicet cum capellis pascuis gerbis cultis et incultis Rupis[5], ruinis[6] aquarum aquarumque ductibus, Mollendinis piscationibus venationibus et omnibus usibus ad ipsam curtem pertinentibus in solidum. Tali modo ut suprascriptum Comune Aste habeat et teneat predictum Castrum cum omni suo pertinenti ut supra legitur,

[1] Donationis huius instrumentum iteratur ad N. 132. licet diversa temporis nota (1198. 11 *Marcij*). Lectiones variae hic notantur.

[2] *Nonagesimo.* — [3] *die undecimo mensis Marcij.* — [4] *dupli.* — [5] *ripis.* — [6] *rupinis.*

sine contradictione suprascriptorum dominorum Montisbersarij suorumque heredum ab omni homine deffendere[1] promiserunt, quod si deffendere non potuerint aut per quodvis ingenium subtrahere quesierint tunc in duplum suprascriptum Castrum cum villa et omni suo pertinenti eis restituere debent, sicut pro tempore fuerit melioratum aut valuerit sub exstimatione in consimili loco sub tali tenore, quod Consules Astenses debent eis reddere pro feudo Ita quod domini Montisbersarij debent dare pro dacito[2] regali Comuni Aste libras decem astensis monete pro fodro et si dare noluerint suprascriptum Comune Aste in Viglano capere debet. Et insuper non debent vetare predictum castrum ornatum nec scaritum Comuni Aste, vel consulibus et fidelitatem inde facere debent. Actum in Aste civitate in Cortili[3] sancti Secundi coram populo Astensi ipso laudante et confirmante. Testes interfuerunt[4], Gandulfus carina, Rollandus rabia, dulfus zinzellarius, Secondus rome[5], Petrus vassallus, Gallelus, Manfredus filius Petri Gualfredi et multi alij Interfuerunt Bartolomeus Judex, Raynerius machaluffus[6], Robaldus soldanus, Petrus trossellus, Azo sancti Johannis, Manfredus balbus qui etiam consules erant.

Ego Eustachius notarius hanc cartam scripsi. Et Otto bassus notarius hanc cartam exemplavit[7].

130. *De Venditione Aychardi de Viglano et sororis eius facta comuni Astensi de VI^a, parte Viglani et Castri.* 1239. 25 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo trigessimo nono Indictione duodecima, die dominica septimo exeunte Augusto, presentia infrascriptorum testium, Aychardus de Viglano filius quondam domini Thebaldi de Viglano et domina Jmelda soror dicti Aycardi et filia dicti domini Thebaldi, consensu et voluntate Manfredi sardi de malamorte et ipse Manfredus sardus, vendiderunt et tradiderunt seu quasi tradiderunt ad proprium et pro alodio sextam partem pro Indiviso ville et Castri et hominum contilis et jurisdictionis et terratorij et Curte viglanij exceptis terris donneis et fictis et redditibus terrarum, domino Gallarano vicario et gerenti vices domini Sturbarborij potestatis Astensis recipienti nomine comunis Astensis et ipsi Comuni precio librarum C. Astensium de quibus vocaverunt et tenuerunt se solutos et quietos, renunciantes exceptioni non numerate et tradite pecunie et doli et metus et sine causa ne possent dicere se se esse ultra dimidiam iusti precij et legibus volentibus adicientibusque venditores posse uti et non recepti precij posse uti hoc beneficio videlicet restitutionis rei vendite vel iusti precij refulxione dantes auctoritatem suprascriptis domino Gallarano recipienti nomine ipsius Comunis et ipsi Comuni vendendi distrahendi et alienandi et omnia alia faciendi in quamcumque personam seu personas de predictis omnibus et singulis dictum comune Astense voluerit sine contradictione dictorum venditorum et suorum heredum, promittentes Insuper predicti Venditores per se se et suos heredes nec per aliam submissam personam aliquo modo et facto et ingenio contra venire, et dictam venditionem deffendere et desbrigare ab omni persona collegio et collegijs, ecclesia et ecclesijs, Marchionibus Comitibus Capitaneis Vavassoribus Militibus,

[1] l. c. *deffensare.* — [2] *dacio.* — [3] *Curtina.* — [4] *fuerunt.* — [5] *romeus.* — [6] *Macharuffus.* — [7] *Et Heustachius scripsit.*

et ab omni alia persona maiori seu minori promittendo sub ypotheca rerum suarum et sub pena dupli, Si contingeret predicta vel aliquod predictorum evinci a dicto comuni in consimili loco eius quod evictum esset restituere secundum quod illud esset quod esset evictum valeret et esset pro tempore melioratum, et omnes expensas quas dictum Comune faceret causa Judicio vel alio modo eundo et redeundo victuris equorum navigij et comestionibus pro deffensione evictionis facienda et salario Judicum suprascripto domino Gallarano recipienti nomine ipsius Comunis et ipsi Comuni sub eadem ypotheca omnium rerum suarum restituere et solvere promiserunt. Renunciando privilegio fori et qui possint ubique conveniri et sub quolibet Judice, dando eidem domino Gallarano recipienti nomine dicti comunis et ipsi comuni auctoritatem et potestatem propriam et licentiam apprehendendi et capiendi bona cuiuslibet predictorum venditorum ubicumque Invenerint, sine requisitione alicuius Judicis, et Intrandi possessionem seu quasi possessionem omnium predictorum pignorum Constituendo sese posidere seu quasi posidere nomine ipsius comunis et quod comune Astense possessionem seu quasi possessionem et ipse dominus Gallaranus nomine ipsius comunis nactus est et Ingressus. Insuper supradicti Aycardus et ymolda consensu dicti Manfredi mariti sui et ipse Manfredus dederunt cesserunt atque mandaverunt, dicto domino Gallarano recipienti nomine ipsius comunis et ipsi comuni omnia Jura realia et personalia et omnes actiones reales et personales, utilles et directas que et quas habent et eis competunt vel visi sunt competere eis, In predicto Castro et villa Viglani et Jurisdictione et in omnibus pertinentibus ad ipsam venditionem et contra omnes personas et personam Collegium et collegia, Ecclesiam et ecclesias tenentes seu tenentia seu possidentia et quasi possidentes et quasi possidentia aliquid pertinentes ad suprascriptam venditionem vel spectaret et esset in dicta venditione quod dictus dominus Gallaranus nomine dicti comunis et ipsum Comune in omnibus et per omnia et in omnem causam uti predicti Aycardus et Imolda consensu dicti Manfredi mariti sui, et ipse Manfredus fecerunt pacem et finem et refutationem et omnimodam absolutionem et pactum de non petendo dicto domino Gallarano recipienti vice et nomine dicti comunis et ipsi comuni Astensi de toto eo quod petere seu exigere possent a dicto comuni Astensi, de damnis et iniuriis eis factis vel suis antecessoribus ab ipso comuni vel ab alio pro comuni ab hinc retro et specialiter in hominibus et personis et possessionibus et domibus et redditibus seu fructibus terrarum et Jurisdictionibus dicti loci Viglani. Qui venditores supra sancta dei evangelia Juraverunt predicta omnia et singula bona fide attendere et observare et complere. Actum Ast in domo Consilij comunis Astensis, Testes interfuerunt vocati et rogati, Berardus Bertramus, Henricus de Castello notarius et Rubaldus cicia et dominus Petrus mussus de aglano et Anselmus spalla notarius et Bonus Johanes Robertus.

Ego Oddo Augustus notarius palatinus interfui rogatus et sic scripsi.

131. *De Confessione solutionis precij, Emptionis Viglanij de parte Aycardi et eius sororis occaxione Viglanij.* 1239. 30 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo trigessimo nono Indictione XII.ª die Martis secondo exeunte augusto, presentia Infrascriptorum testium, Aycardinus de Viglano filius condam domini Thebaldi de Viglano et Manfredus sardus de malamorte maritus

domine Imolde filie condam dicti domini Thebaldi de Viglano et procurator ipsius domine Imolde ut patet per instrumentum factum per manus domini Guielmi becharij notarij anno domini Millesimo ducentesimo trigessimo nono Indictione XII.ª die dominico XIII. Intrante Februario Constitutus ad recipiendum precium et solutionem pro ipsa domina Imolda de venditione comunis Astensis de castro et villa et hominibus Viglani, fuerunt confessi dicti Aycardinus et Manfredus vice et nomine dicte domine Imolde se se recepisse et habuisse a domino Gallarano Judice gerente vicem domini Sturbarboti potestatis Astensis vice, et nomine Comunis Astensis et pro ipso Comuni et ab ipso Comuni libras sexaginta duas et dimidiam Astenses de precio venditionis quam fecerunt comuni Astensi sive dicto domino Gallarano nomine dicti comunis, precium cuius venditionis erat librarum C. Astensium ut patet per Instrumentum venditionis factum per me Oddonem Augustum notarium eodem anno et Indictione die dominico septimo exeunte Augusto renunciando exceptioni non numerate et tradite pecunie et non recepti precij et privilegio fori et omni alij exceptioni sed predictos denarios receperunt et habuerunt coram me Oddone augusto notario et testibus infrascriptis, et fuerant confessi tot esse, promittendo dictus Aycardus et ipse Manfredus suo et procuratorio nomine ipsum dominum Gallaranum nomine comunis Astensis nec ipsum comune nec aliquem pro comuni nec res comunis Astensis aliquo tempore non appellare. Actum est In Canonica comunis Astensis. Testes interfuerunt vocati et rogati henricus soldanus notarius, et Oddo advocatus, Et dominus Jacobus pelleta, et Berrardus monachus, Rollandus cavigla, Jacobus de valle fenaria.

Ego Oddo Augustus notarius palathinus interfui rogatus et sic scripsi.

132. *De Donatione facta Comuni Ast per dominos Montisbersarij de medietate Castri Viglanij.* 1198. 11 Marcij.

(Omisimus quia jam est ad Num. 129).

133. *De porcione data per dominum Henricum de Montebersario filijs suis in Villa Viglani.* 1200. 18 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Indictione tercia. Die Sabati, quintodecimo kalendas aprilis, presentia testium infrascriptorum dominus henricus de monte bersario volens filios suos Henricum et Ogerium a se dividere, dedit eis pro eorum porcione hoc totum quod ipse habebat et visus erat habere, In Viglano in castro, et in Villa, in Comitatu et posse et districtu, In terris cultis et Incultis, in rupibus et in ruinis cum omni honore, In ecclesijs et in capellis, In militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis ubicumque sint vel perrexerint in terris cultis et incultis, In rupibus et in ruinis, In cerbis pratis et vineis, In nemoribus et in aquaticis et pascuis, In silvis et in piscationibus et venationibus, In furnis et molendinis, In fictis et reditibus et in ceteris usibus et rebus quas habebat et visus erat habere per se vel per alium iuste vel Iniuste alicubi in predicto loco ubicumque sint et inveniri poterint in predicto loco et in eius posse cum omnibus que dici vel nominari possint. Eo modo ut ipsi Henricus et Ogerius et eorum heredes, aut cui dederint vel vendiderint, aut alienaverint, habeant teneant firmiterque possideant non obstante eis predicti domini henrici patris eorum contradictione, vel alterius persone pro eo. Et insuper

predictus dominus henricus tactis evangelijs Juravit et promisit hanc donationem et porcionem ratam et firmam habere et nullo tempore eam removere, per se nec per aliquam pro eo suppositam personam. Actum in Montebersario In Castro Juxta domum predicti domini henrici. Testes interfuerunt rogati, Jacobus ypolitus, Arimondus panparatus, Berardus de teglolis, Astexianus pulverellus Bartolomeus de montebersario et Ogerius asinarus.

Et ego Otto notarius palatinus rogatus interfui et scripsi.

XX. De Montebersario.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 14).

Villa Montisbersarij est de locis novis comunis astensis et homines dicte ville sunt cives Astenses in omnibus et per omnia sicut alij Cives civitatis Astensis habitantes in Ast.

134. *De dono facto per dominum Ansaldum de canelio et eius filium comuni Astensi de eo quod habebat in Montebersario.* 1189. 26 Novembris.

In nomine domini nostri yesu christi. Ad honorem dei et beate Marie semper virginis et beati Secondi martiris christi et omnium sanctorum et sanctarum eius et ad honorem et servicium F. Romanorum Imperatoris et semper augusti, et filij eius regis henrici et ad utilitatem et comodum urbis Astensis, et omnium hominum in ipsa civitate habitancium et omnium amicorum eorum. Dominus Ansaldus de canelio et albertus filius eius, fecerunt donum in manibus Astensium consulum de comuni, Quorum nomina sunt, Oppizo de vivario, Rollandus bergogninus, Rollandus berardengus, Guilelmus Calvus, Otto vola consulumque Justicie, Quorum nomina sunt, Petrus de sancto johanne, Ubertus de plathea et Rollandus Crivellus vice et nomine tocius comunis Astensis Nominative de omni eo quod habent et tenent et possident Juste aut Iniuste et quod acquisierunt, aut deinceps acquisierint in Montebersario et in Malamorte et Viglano, In castris et villis et in comitatibus et pertinencijs et curtibus eorum locorum, In capellis et in militibus et Rusticis et alijs hominibus feudatis et infeudatis cum omni posse et districtu, In terris cultis et incultis In pratis et vineis, in cerbis et nemoribus In silvis, In furnis et mollendinis, In aquatico et pascuatico In piscationibus et venationibus in ripis et ruinis, In fictis et redditibus et in omnibus usibus et rebus quas habent et adquisierunt et deinceps adquisierint in predictis locis et posse et Comitatu et pertinencijs et curtibus eorum et hactenus habere usi sunt. Tali modo ut predicti Consules Astenses et eorum successores nomine comunis Astensis faciant de predicto dono amodo in antea proprietario Jure ut supra legitur quicquid facere voluerint sine omni contradictione predicti Ansaldi, et predicti Alberti filij eius et eorum heredum. Insuper prefati Ansaldus de canelio et Albertus filius eius una cum heredibus promiserunt iam dictis Consulibus stipulantibus eorumque successoribus nomine comunis Astensis ab omni homine predictum donum ut superius legitur sub pena dupli deffensare sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimacione precij in consimili loco. Actum in urbe aste in publica Contione facta a suprascriptis consulibus In cimiterio sancti secundi de mercato feliciter. Anno

domini Millesimo Centesimo octuagesimo nono Indictione septima, die dominico, sexto kalendas decembris. Interfuerunt testes ad hec vocati et rogati Baiamundus de plathea, Gandulfus de porta, henricus soldanus, Mandrogius, Ottolinus sicardi, Manfredus de plathea, Obertinus culorius, Girbaldus de porta, Berardus coglanda, Obertus Crivellus, Alferius Alferiorum, Manfredus cavazonus et multi alij.

Ego Thomas notarius palatinus Interfui et huius carte doni scriptor extiti.

135. *De Investitura facta per Comune Astense in supradictos nomine feudi de dictis bonis existentibus in dicto loco.* 1189. 26 Novembris.

In Christi nomine Amen. Anno eius Millesimo centesimo octuagesimo nono Indictione septima, die dominico VI° kalendas decembris in urbe Aste In publico parlamento facto in Cimiterio sancti Secondi de mercato populo Astensi laudante concedente et confirmante. Astenses Consules de comuni quorum nomina sunt, Oppizo de vivario, Guilelmus calvus, Rollandus bergogninus, Rollandus Berardengus et Otto vola, et Consules Iusticie quorum nomina sunt, Rollandus crivellus, Ubertus de plathea, et Petrus de sancto Johane, nomine et vice comunis Astensis, Investiverunt Albertum filium Ansaldi de canelio et per masculum et per feminam nomine feudi, Nominative de omni illo dono quod ipse Ansaldus pater eius eis fecerat pro Astensi comuni, In Montebersario et Malamorte et in Viglano, sicut continetur in Instrumento composito predicti doni, Quatinus ipse Albertus et heredes eius tam masculi quam femine faciant deinceps Inde quicquid facere voluerint nomine recti feudi sine omni contradictione predictorum Consulum et successorum eorum. Et insuper idem Albertus possit donare predictum feudum ut supra legitur filijs fratrum et sororum suarum et filijs filij fratris eius et filio henrici de Montebersario salvo comuni Astensi, et illis proinde facientibus comuni Astensi fidelitatem talem qualem facit vassalus suo domino. Et insuper predictus Albertus, accepta Investitura predicta feudi fecit fidelitatem comuni Astensi in manibus predictorum Consulum sicut vasalus facit domino suo. In qua fidelitate facta ab eo precepto Ansaldi patris sui, Iuravit supra dei evangelia Locum Montisbersarij et Malemortis et Viglani tam castra quam villas eorum a presenti die in antea jam dictis Consulibus et eorum successoribus et comuni Astensis munita vel scarita non vetare quin inde faciant pacem et guerram cuicumque voluerint. Nam sic inter se bona comvenit voluntas. Interfuerunt testes Girbaldus de porta, Baiamundus de plathea, henricus soldanus, Mandrogius, Ottolinus Sicardi, Manfredus de platea, Obertacius culorius, Berardus coglanda, Obertus crivellus, Manfredus cavazonus et multi alij.

Ego Thomas notarius palatinus interfui ibidem et precepto predictorum consulum sic scripsi.

136. *De venditione facta comuni Astensi per dominum Merlum de Montebersario, de XVI^a parte Montisbersarij.* 1209. 4 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo nono. Indictione duodecima die lune secundo intrante Marcio in presentia infrascriptorum testium dominus Merlus de montebersario fecit venditionem in manibus domini henrici zazij potestatis Astensis nomine comunis Astensis ad partem et nomine comunis Astensis nominative de

sextadecima parte Montisbersarij Castri et ville Montisbersarij et tocius posse et districtus Castri et ville Montisbersarij et de omni eo quod ipse Merlus per se et per alium in predicto Castro iuste et iniuste pro predicta sextadecima parte et omni alio mòdo nichil in se retinens In Castro silicet et in villa ipsius loci, In ecclesijs et in capellis et in militibus Rusticis et ceteris homnibus feudatis et infeudatis in terris cultis et incultis In pratis vineis zerbis et nemoribus et rupibus et ruinis, In aquaticis et pascuaticis In venationibus et piscationibus, In silvis et furnis et mollendinis, In drictis et fictis et in omnibus rebus quos et quas idem Merlus habebat tenebat et posidebat, Juste vel Iniuste hactenus tenere visus est in predicto et in eius posse et districtu pro predicta sextadecima parte et omni alio modo nihil in se retinens pro precio librarum decem et novem et solidorum decem Astensium, de quo precio ipse Merlus vocavit se quietum et solutum, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et omni legum auxilio. Tali modo ut prefatus domiuus potestas astensis de cetero nec Comune astense per se et per successores suos predictam venditionem ut superius legitur In integrum habeant teneant firmiter que possideant, et Inde jure proprietario faciant quicquid facere voluerint sine omni contradictione predicti Merli et heredum eius. Insuper predictus Merlus per se et per suos heredes promisit predicto potestati ad partem et nomine comunis de aste stipulanti sibi et suis successoribus aut cui dederint suprascriptam venditionem sicut superius legitur insolidum ab omni homine deffensare sub pena dupli sicut pro tempore meliorata fuerit aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locis et eandem venditionem firmam tenere nec contravenire ullo modo neque ratione ulla, quod ipsa venditio sic vendita seu tradita minus dimidia iusti precij et precij non soluti neque alio Jure sine aliqua consuetudine nec aliquo alio modo. Preterea idem Merlus constituit ibidem se possessorem de predicta venditione nomine comunis Astensis et Juravit et promisit sacro sanctis evangelijs tactis propria manu eamdem venditionem ut supra legitur firmam tenere nec removere seu contravenire ullo tempore neque ratione quod sit tradita pro minus dimidia iusti precij neque ullo alio Iure nec ulla consuetudine neque aliquo alio modo per se nec per suos heredes, nec per aliam pro eis personam suppositam. Et quod de predicta sexta decima parte predicti loci ut supra legitur insolidum non fecerat alicui persone ullam alienationem nec ullam venditionem preter comuni Astensi ut supra legitur et henrico de Montebersario expresim predicto Merlo in predicta venditione ut supra legitur facienda consensit, et omni Juri suo renunciavit. Insuper predictus Merlus promisit predicto potestati nomine comunis Astensis dare ei vacuam possessionem omnium predictorum qualiter supra legitur, et facere abrenunciare omni juri ypotecario et omni Juri uxoris sue In predictis locis et rebus et jurare tenere firma hec omnia et promisit abrenunciare fidelitati suorum hominum, et facere fieri fidelitatem eos predicto potestati nomine comunis. Acta est in domo Manfredi de solario condam. Testes Jacobus laiolius Clavarius comunis, Jacobus bovetus, heustachius Garogia, henricus montisbersarij, Robaldus Gardinus, Guilelmus de cario.

Item eodem anno et eadem Indictione, die dominica VI. kalendas madij. In castro de viginti In domo baiamundi et uberti Marchisij domina Giulia soror domini Merli predicti in manibus Philipi misi notari et nomine comunis Astensis, fecit finem et refutationem remissionem et absolutionem et pactum de non petendo per stipulationem

firmatum de sua parte que erat medietas tocius predicte venditionis et omnium predictorum, et de omni alio Jure quod aliquo modo in predictis habebat et exigere posset ullo tempore. Et promissit et juravit omni Juri renuncians sua sponte ut confessa fuit omnia predicta perpetuo tenere firma et non contravenire ullo modo. Testes sunt isti Inde Nicolaus rubeus de viginti, henricus bosus, ubertus moycius, Marchisius, Guala bosus, leonus, Ottolinus motius. Ego Philipus notarius palatinus Interfui et hijs omnibus et Iussu et voluntate parcium sic scripsi.

137. *De donatione facta per dominum Albertum de lanerio et eius filium comuni astensi de sua parte Montisbersarij, Malemortis et Viglanij.* 1189. 26 Novembris.

In nomine domini nostri yesu christi. Ad honorem dei et beate Marie semper virginis, et beati secondi martiris christi, et omnium sanctorum et sanctarum eius, et ad honorem et servitium F. Romanorum Imperatoris, et semper Augusti et filij eius regis henrici, et ad utilitatem et comodum urbis astensis et omnium hominum de ipsa civitate habitancium et omnium amicorum eorum, dominus ansaldus de Lanerio et Albertus eius filius fecerunt donum Astensibus Consulibus de comuni, Quorum nomina sunt, Oppizo de vivario, Rollandus bergogninus, Rollandus berardengus, Guilelmus calvus, et Otto vola et consules iusticie, quorum nomina sunt, Petrus de sancto Johane ubertus de platea et Rollandus crivellus vice et nomine tocius comunis Astensis, Nominative de omni eo quod habent tenent, et possident iuste aut Iniuste et quod acquisierunt et deinceps acquisierint In Montebersario et in Malamorte et in Viglano in Castris et in villis et in comitatibus et pertinencijs et in curtibus illorum locorum In capellis et militibus et rusticijs et alijs hominibus feudatis et infeudatis cum omni posse et districtu, In terris cultis et Incultis, In pratis et vineis In zerbis et nemoribus, In silvis in furnis et molendinis, In acquatico et pascuatico In piscationibus et venationibus, In rupibus et ruinis, In fictis et redditibus et in omnibus usibus et rebus quas habent et acquisierunt in predictis locijs et posse comitatu et pertinencijs et curtibus eorum et hactenus habere usi sunt. Tali modo ut predicti consules Astenses, et eorum successores nomine comunis Astensis faciant de predicto dono a modo in antea proprietario Jure ut supra legitur in solidum quicquid facere voluerint sine omni contradictione predictorum Ansaldi et Alberti filij sui et eorum heredum. Insuper predicti Ansaldus et albertus filius eius una cum heredibus eorum, promiserunt Iam dictis Consulibus stipulantibus eorumque successoribus nomine comunis Astensis ab omni homine predictum donum ut supra legitur insolidum sub pena dupli deffensare sicut pro tempore fuerit melioratum, aut valuerit sub extimatione in consimilibus locis. Actum Aste in publica contione facta supradictis Consulibus, In cimiterio sancti Secondi de mercato feliciter. Anno domini Millesimo Centesimo octuagesimo nono Indictione VII.ª, die dominico sexto kalendas Decembris. Interfuerunt testes ad hoc vocati et rogati Baiamondus de platea, Gandulfus de porta, henricus soldanus, Mandrogius, Ottolinus sicardus, Manfredus de platea, Obertacius Culorius, Girbaldus de porta, Berardus coglauda, Obertus crivellus, Alferius alferiorum, Manfredus cavazonus et multi alij. Ego Thomas notarius sacri palacij interfui et huius carte doni scriptor extiti.

138. *De investitura facta per dominum Gualfredum de montebersario In dominum Albertum de canelio de tota sua parte Montisbersarij etc.* 1187. 7 Decembris [1].

Anno domini Millesimo centesimo octuagessimo septimo. Indictione quinta, septimo die Intrante decembri [2], dominus Gualfredus frater condam Bonefacij de montebersario, Investivit dominum Albertum filium domini Ansaldi de Canellio, In presentia multorum nobilium et bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, et donum fecit de tota terra et omni honore et tota parte sua que sibi contingebat In montebersario et in Viglano [3] et in Malamorte tam de alodio quam de feudo in castris [4] in villis in terris et vineis in pratis [5] In pascuis in aquaticis in ruinis [6] in zerbis [7] cultis et Incultis ubicumque sint, Sicuti dominus Gualfredus predictus tenebat et possidebat. Ita dominus Albertus Jure proprietario post decessum suprascripti Gualfredi libere teneat et possideat per se et per heredes suos sine omnium hominum contradictione, hanc itaque donationem per presentem cartam pro futuris temporibus Inviolabiliter observaturus suprascriptus Gualfredus promisit atque firmavit. Ita silicet ut quod semel placuit iterum sibi displicere non possit. Inde fuerunt testes Nicolaus de barberio, Ruffinus de Alexandria [8], Petrus, de cassinis, Arnaldus busnardus, Robaldus zimbus, Corbellarius de canelio, Dedo de tum henricus bayardus, Petrus vicinus, Anfusus Ardicio de gurta, Ubertus marchisius et alij multi.

Ego henricus notarius hanc cartam scripsi. Et ego Otto bassus exemplavi [9].

139. *De refutatione et fine factis per Gualfredum de montebersario comuni Astensi de omni Jure quod habebat In montebersario.* 1189. 22 Novembris.

Anno domini Millesimo centesimo octuagesimo nono Indictione septima, die Martis decimo kallendas decembris, Gualfredus frater condam Bonefacij de montebersario fecit finem et refutationem In manibus Oppizonis de vivario consulis Astensis de comuni vice et nomine tocius comunis astensis de omni eo Jure quod habebat vel exigere poterat per se vel per aliam personam in aliquo tempore in hoc quod habebat in Montebersario et in Viglano et in Malamorte quod dederat Alberto de canelio pro dono. Actum in domo ecclesie sancti dionixij de Montebersario, iuxta Castrum, Testes Otto vola consul astensis de comuni, Rollandus crivellus et petrus de sancto Johane consules astenses de Justicia, et dominus henricus de montebersario, Sivolotus de lanerio, Girbaldus de porta, Otto de sicardo et plures alij.

Ego Jacobus boviculus hanc cartam scripsi et

Ego Otto bassus exemplavi.

[1] Huius investiturae instrumentum iterum occurrit in Codice hoc ipso capite; servata itaque sola inscriptione suo loco ad N. 185, hic satis erit lectiones varias attulisse. — [2] addit, *feria secunda.* — [3] *Viliano.* — [4] *et.* — [5] add. *in nemoribus.* — [6] *rivis.* — [7] *cerbis.* — [8] *et plures alij. Actum fuit hoc in castro de Montebersario, in domo domini Alberti.* — [9] Confirmatio Ottonis Bassi deest.

140. *De Inductione et Restitutione possessionis factis per dominum Marchionem montisferati comuni Ast de eo quod dictum comune habet In castris et Villa Montisbersarij.* 1206. 17 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto Indictione nona, die Mercuri, xvj. kalendas Junij, presentia Infrascriptorum testium dominus Guilelmus Marchio Montisferati, posuit et restituit dominum Lantelmum de landriano potestatem Astensem nomine comunis Astensis, possessionem et tenutam in possessione et In tenutam de omni eo, et in omni eo quod comune de Aste habebat vel solitus erat habere in Castro et villa et posse et dominio et hominibus Montisbersarij secundum quod In carta pacis et concordie facta inter ipsum dominum Guilelmum Marchionem et Comune de Aste continetur, et specialiter posuit eum in sedimine quod est juxta belfredum maiorem nomine omnium aliarum rerum. Actum in Castro Montisbersarij in domeniono Juxta ecclesiam sancti Andree Interfuerunt testes Jacobus porreta, Ruffinus de ripa, Rollandus cazo et plures alij.

Et ego Otto notarius hanc cartam scripsi.

141. *De absolutione fidelitatis hominum de Montebersario facta per predictum dominum Marchionem In comune Astense.* 1206. 17 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto Indictione nona, die Mercuri, xvj. kalendas Junij presentia infrascriptorum testium dominus Guilelmus marchio Montisferati, absolvit homines de Montebersario qui sunt de parte comunis de Aste ut ipsi sacramentum vel fidelitatem seu promissionem sibi vel alij per se fecerint, quod amodo sibi non teneantur et quod fidelitatem faciant comuni de Aste, et ibidem, Nicolaus de foro fecit eandem absolutionem dictis hominibus de montebersario qui sunt de parte comunis de aste, si sibi vel alij per se sacramentum vel promissionem aliquam fecerint. Actum in Montebersario supra marcaile in quodam sedimine domini henrici. Interfuerunt testes Jacobus Porreta, Ruffinus de ripa Rollandus cazo, Rollandus berardensis, Guilelmus gardinus, Guilelmus donetus et plures alij.

Et ego Otto Notarius hanc cartam scripsi.

142. *De vendicione facta per homines Montisbersarij In comune Astensi de loco Montisbersarij.* 1277. 1 Octobris.

Anno domini m°cclxxvij° Indictione quinta die Veneris primo mensis octubris, Actum Ast sub palatio de sancto in pleno consilio comunis Astensis. Testes interfuerunt, Thomas bellonus notarius, Guilelmus de gorzano notarius, Brunacius de tongo nuncius et Jacobus de cita nuncius quorum presentia domini Ogerius Alferius, Thomas alferius et Johannes alferius fratres, et Rollandinus, alferius filius condam uberti alferij suo nomine et nomine fratris sui Antonini pro medietate, dominus henricus alferius, et Ruffinetus alferius fratres pro alia medietate, vendiderunt et ex causa venditionis tradiderunt et quasi tradiderunt, et vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessi fuerunt domino Hosmondo solomoni potestati Astensi, domino Ottolino de mandello capitaneo populi et rectoribus societatis Militum et populi et aliarum societatum, et Credendarijs generalis

credentie civitatis astensis recipientibus nomine et vice comunis astensis, Contictum segnoritum, merum et mistum imperium et Jurisdicionem omnimodam, Aquaticum pascuaticum ripaticus et molegia atque fornagia Tononea atque pedagia et piscationes et Jus piscandi ac venationes et Jus venandi, exceptis In eorum doneis et possessionibus ut Inferius continetur, Atque omnia alia Jura spectancia et pertinentia eisdem alferiorum et cuilibet eorum, In Mombersario et In hominibus Infrascriptis et quibuscumque alijs in fodris taleis successionibus Aconzamentis, exercitibus et cavalcatis, rosijs et caregijs et Castellanis, et generaliter eisdem et cuilibet eorum, scharaguaytis guaytis fossatis atque spinatis et quibuscumque claustris et Castellanis et generaliter eisdem et cuilibet eorum spectancia et pertinentia tam in predictis quam in Infrascriptis hominibus quam in quibuscumque alijs cuiuscumque conditionis existant tam actionibus suprascriptis quam feudi seu feudorum et fidelitatum, et generaliter omnia pertinentia ad segnoritum, contictum et dominium In Montebersario, videlicet in castro villa et posse, et quibuscumque hominibus loci predicti Montisbersarij, Nichil de predictis in loco predicto, hominibus et posse In se se penitus retinentes, Et hoc pro precio et pro precio librarum duo millium astensium. Quod precium librarum MM. predicti Ogerius, Thomas, et Johanes et Rollandinus suo nomine et nomine fratris sui Antonini pro medietate, Et domini henricus et Ruffinetus pro alia medietate fuerunt confessi se se habuisse et recepisse a predictis potestate Capitaneo et rectoribus et Credendarijs nomine et vice comunis Astensis Integraliter et complete. Renunciando exceptioni non numerate et habite pecunie et precij predicti integre non recepti et habiti, Et quod non possint dicere vel alegare se se deceptos in contractu presenti ultra dimidiam Justi precij vel In aliqua parte ipsius precij, et se se nescisse vel ignorasse verum valorem predictorum venditorum ut supra doli et Infactum exceptioni et conditioni sine causa et ex Iniusta causa omnique Capitulorum et Juris beneficio, et generaliter omni alij exceptioni et Juri. Tali modo facta est dicta venditio, quod predicti potestas, Capitaneus, Rectores et Credendarij nomine dicti comunis et ipsum comune omnia et singula supradicta ut supra vendita, habeat teneat quieteque possideat et quasi possideat, et cum omnibus Iuribus Ipsis Rebus et bonis venditis, vel ipsis venditoribus ratione ipsarum quocumque modo pertinentibus sine contradictione predictorum venditorum vel causam habentium ab eisdem. Et volentes predicti venditores in iam dictos potestatem, Capitaneum, Rectores et Credendarios nomine predicto dominium et possessionem seu quasi possessionem transferre, predicti venditores ut supra constituerunt se se tenere et possidere seu quasi possidere predicta vendita nomine predictorum potestatis Capitanei Rectorum et Credendariorum nomine dicti comunis et pro dicto comuni, donec de hijs predicti Potestas Capitaneus Rectores et Credendarij, pro predicto comuni seu ipsum comune vel alius pro eo de predictis, possessionem seu quasi possessionem apprehendiderint quam eisdem predicto nomine apprehendere liceat et apprehensa uti, quia sic actum extitit in presenti contractu quandocumque voluerint sine licentia et auctoritate alicuius potestatis Judicis vel alicuius magistratus et sine contradictione dictorum venditorum et habentium causam ab eis, Cedentes ei causa predicta et precio predicto, predicti Potestas et Capitaneus Rectores et Credendarij nomine dicti comunis omnes eorum rationes actiones et Jura eisdem competentes et competencia, In predictis prout supra continetur Et facientes

dictos potestatem, Capitaneum rectores et Credendarios nomine predicti comunis In predictis et circha predicta procuratores ut in rem suam. Que quidem vendita prout superius continetur, predicti venditores, pro partibus supradictis, promiserunt predictis Potestati Capitaneo rectoribus et Credendarijs stipulantibus nomine predicto deffendere desbrigare et auctorizare ab omni persona et personis colegio et universitate. Quod si facere nolent aut non possent, tunc secundum quod predicta vendita valerent sub extimatione precij In consimili loco facienda cum damnis omnibus expensis et Interesse proinde factis et habitis causa Iudicio mutuo premio vel alio modo credendo de hijs, In eius simplici verbo predicto nomine sine sacramento et qualibet probatione, Eisdem potestati, Capitaneo rectoribus et Credendarijs predicto nomine restituere et resarcire promiserunt qualibet eisdem predicto nomine denunciandi appellandi necessitate remissa per pactum Et pro predictis omnibus et singulis attendendis observandis complendis et non contraveniendis, predicti venditores pro partibus supradictis eisdem potestati Capitaneo Rectoribus et Credendarijs nomine suprascripto omnia eorum bona pignori obligaverunt. Hoc acto in presenti contractu Inter predictos venditores ex una parte et predictos potestatem Capitaneum Rectores et Credendarios supradicto nomine ex altera specialiter et expresse in principio medio et in fine, et etiam ante et post contractum predictum, quod predictis Alferijs et cuilibet eorum non obstantibus predictis vel aliquo predictorum remaneant libere et absolute infrascripta in dicto loco et posse Montisbersarij sine eo quod occaxione presentis contractus eisdem impediri Inquietari vel modo aliquo molestari possint vel debeant quocumque modo vel occaxione quacumque. Imprimis Castrum eorum Montisbersarij cum sediminibus et edificijs et turrim ipsorum. Item Sedimina etiam et singula que ipsi et quilibet eorum habent et habere visi sunt in villa seu villario et alibi ubicumque sint in posse dicti loci. Item omnes eorum possessiones donee, videlicet terre vinee prata, Nemora gerbi, et generaliter omnes eorum alie possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnia ficta que eisdem vel alicui eorum debentur in dicto loco et posse, occaxione aliquarum terrarum et possessionum prout predicta et quidlibet predictorum predicti venditores et quilibet eorum nunc et tenere et possidere et quasi possidere visi sunt. Ita quod occaxione venditionis presentis nullum in predictis ut supra retentis predictis venditoribus vel eorum alicui preiudicium generetur. Sed ea omnia et singula ut supra retenta predicti venditores habeant teneant quieteque possideant ita libere et absolute sicut ea nunc tenent et possident et quasi possident non obstantibus supradictis, vel hactenus tenere et possidere et quasi possidere visi sunt. Tali modo et hoc acto in presenti contractu specialiter et expresse, Quod aliquis predictorum et Infrascriptorum hominum, vel aliquis seu aliqui habentes causam ab aliquo eorum non possint Jus aliquod petere vel modo aliquo postulare In aliquibus terris domibus vel quibuscumque possessionibus vel sediminibus, vel quibuscumque hedificijs vel aliquibus fictis vel alijs quibuscumque que predicti alferij retinent et tenebant a medio Augusti proxime preteriti retro in predicto loco et posse prout superius continetur, nec etiam predicta vel aliquod predictorum petere a predictis vel aliquo eorum vel causam habentibus ab eis vel eisdem, causam seu questionem movere vel Incipere quomodocumque, predicti Alferij predicta per eos ut supra retempta habeant vel habuerint sive ex successione sive ex banno vel emptione vel insolutum dacionis vel quocumque alio modo

predicta habuerint vel aliquod predictorum a predicto tempore retro. Ita quod tam presens potestas et eius Judices et Judices Iusticie comunis Astensis quam alij per tempora existentes in regimine civitatis Astensis, teneantur precise et sine tenore et vinculo sacramenti nec audire nec Audientiam vel examen prebere alicui predictorum vel habentibus causam ab eis vel aliquo eorum, In predictis Ius aliquod petenti vel postulanti seu predicta vel aliquod predictorum petenti vel habere volenti seu Acceptanti. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum, remaneat venatio et omne Ius venandi Integre et complete sicut illud nunc habent et tenent et possident seu quasi possident in eorum dumtaxat doneis et proprijs terris vineis boschis et quibuscumque possessionibus ipsorum et cuiuslibet eorum. Item actum est In presenti contractu specialiter et expresse, Quod predicti Alferij possint tenere, videlicet predicti domini Ogerius alferius et fratres pro medietate et dominus henricus et fratres pro medietate alia laboratores seu masarios In dicto Castro et villa et posse montisbersarij ubicumque voluerint et sicut voluerint occaxione faciendi laboreria terrarum et possessionum suarum, Et hoc usque in quantitate decem Qui quidem decem Masarij compelli non possint modo vel occaxione quacumque tempore pacis vel tempore guerre vel quocumque tempore habitare vel habitaculum facere seu habitaculum ad habitandum ire ad villam plani Casalis vel alibi nisi de ipsorum Alferiorum procederit voluntate. Hoc intellecto quod predicti laboratores seu Masarij sint sub Jurisdicione et potestaria ville predicte, et eiusdem ville condiciones et scuffia facere teneantur sicut alij homines ville predicte. Ita tamen quod de stallo faciendo modo aliquo in villa predicta compelli non possint dum steterint pro massarijs predictorum Alferiorum ibidem. Item actum est in presenti contractu specialiter et expresse, quod predictis non obstantibus vel aliquo predictorum, predicti et Infrascripti homines omnes ac singuli, teneantur solvere predictis Alferijs et cuilibet eorum omnia et singula debita que eisdem dare tenentur et debent. Item actum extitit, Quod predicti Alferij, predictis non obstantibus vel aliquo predictorum uti possint pascuis aquis et alijs rebus omnibus existentibus In dicto loco et posse sicut facere possunt comuniter alij cives Astenses. Que omnia et singula suprascripta prout superius continentur, predicti potestas, Capitaneus rectores et Credendarij nomine et vice comunis Astensis promiserunt predictis Alferijs solempniter stipulantibus attendere et observare et complere atque rata et firma habere et nullo tempore contrafacere vel venire per se vel per alios aliquo modo vel Ingenio, que si nec facerent et non observarent se contra predicta vel aliquod predictorum facerent vel venirent, Et proinde predicti Alferij vel aliquis eorum damnum aliquod substinerent expensas facerent seu Interesse Incurerent quocumque modo vel occaxione quacumque tunc illud et illas nomine et vice predicti comunis eisdem Alferijs restituere et resarcire promiserunt, Credendo de hijs in eorum verbo simplici sine sacramento et qualibet probatione. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et complendis et non contraveniendis, predicti Potestas Capitaneus, et Rectores et Credendarij omnia bona comunis Astensis predictis Alferijs pignori obligaverunt que salvo sacramento potestatis possint obligari. Et insuper Capitulantes de novo, predicti potestas capitaneus rectores et Credendarij, nomine et vice comunis Astensis statuerunt et ordinaverunt omnia, et singula suprascripta prout superius continetur rata et firma esse et perpetuo

attendi et observari debere, Cassantes et irritantes ex certa scientia Capitulum quod legitur quod Justicia fiat et Jus reddatur cuilibet civi Astensi et de posse Astensi quod est sub Rubrica . . . . .

Quod Jncipit, Et generaliter omnia alia Capitula statuta et ordinamenta et consilia publica et privata que essent contraria predictis vel alicui predictorum, In aliquo derogarent vel contradicerent quantum In hoc quod predictis essent contraria vel alicui predictorum. Item statuerunt et ordinaverunt, Quod potestas vel Judex vel Vicarius, vel quicumque alius existens In regimine vel administratione aliqua comunis Astensis seu pro comuni Astensi qui contra predicta vel aliquod predictorum facerent vel venirent seu non attenderent et observarent prout superius continetur, Amittant potestates et Judices et Judices Justicie comunis Astensis et vicarij et officiales quocumque nomine censeantur de suo proprio salario libras centum tociens quociens contra facerent vel venirent et non attenderent et observarent, ut supra, et quilibet cuiuscumque conditionis existat qui contra predicta vel aliquod predictorum faceret diceret alegaret vel arengaret, Amittat et amittere debeat pro pena libras xxv. quarum penarum sit tercia pars potestatis qui eas exigeret et tercia pars comunis et alia tercia pars dictorum Alferiorum. Et de predictis fiat Capitulum speciale et apponatur In libro capitulorum civitatis Astensis, de quo non possit aliquo modo canzellari moveri vel modo aliquo aboleri. Et si de facto canzellaretur vel amoveretur quod non ammoto et canzellato penitus habeatur et semper attendatur et observetur presens instrumentum. Et omnia que continetur in ipso sicut capitulum speciale. Insuper dictus Rollandinus alferius filius dicti Uberti quondam, promisit dictis potestati Capitaneo Rectoribus et Credendarijs nomine et vice comunis Astensis ita facere et curare quod Anthonius eius frater predictam venditionem et omnia et singula suprascripta rata et firma habebit et tenebit inperpetuum et non contraveniet, et quod similem venditionem faciet quando inde fuerit requisitus quando de carceribus fuerit relasatus, quod si non faceret et proinde dictum comune aliquod damnum substineret, expensas faceret seu Jnteresse Incureret causa Judicij vel alio modo, tunc illud et illas, eisdem potestati, Capitaneo, Rectoribus Et credendarijs nomine et vice comunis Astensis restituere et resarcire promisit sub obligatione omnium bonorum suorum que proinde eisdem nomine comunis astensis pignori obligavit. Preterea Ruffinetus Alferius et dictus Rollandinus quia videbantur minores anni xxv. Juraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia predictam venditionem et omnia et singula supradicta rata et firma habere et tenere et nullo tempore contrafacere vel venire occaxione minoris etatis vel aliqua alia ocaxione Renunciando privilegio minoris etatis et omni Juri. Nomina hominum quos predicti Alferij vendiderunt ut supra sunt hec In Montebersario et de montebersario, Primo Nomina hominum domini Ogerij alferi predicti sunt hec, In primis filij et heredes Thome patelle et mater, Filij et heredes Rollandi rognoni, Henricus de valmenzono Ruffinus de Valmenzono et Nepos, heredes sive filij Aycardi ballochi, facius marenchus, Albertinus marenchus et frater, Maracius de Vetula, heredes sive filij henrici rive sive posse, Conradus Fornj, Guielmus Jordanus heredes sive filij Manfredi perroze, Mussus de medio pane, Petrus guarnerius, henricus de perrozia, Calva de careis. Nomina hominum Thome alferij sunt hec de dicto loco, primo Ottonus guercius Obertus guercius, Guilelmus guercius et dona cesaria, Manfredus rognonus,

Bonefacius carrellus, Jacobus pairelius, et heredes sive filij henrici paireli, heredes sive filij Jacobi balochi, heredes sive filij Guilelmi bovis, Guielmus tonsus, Aycardus gallus, Petrus de costeglolis, Albertus balochus et sorores, heredes sive filij Johanis de viginti, Guielmus musca et frater, Oddo berrutus et uxor Raymondi borsoti. Nomina hominum Antoninj et Rollandini filiorum condam Uberti alferij de dicto loco sunt hec. Imprimis Albertinus sucinus Amedeus rognonus, Oddo mostellus, Manfredus mostellus, Freaza riva et frater sive posse, Raymondus vallenzanus, Paganus mazochus, Jacobus pignanus, Oliverius de anfoso, heredes sive filij henrici corbelle, heredes sive filij laysij, heredes sive filij Guidonis marenchi, Manfredus de puteo Arnaldus cagnacius, Filij berardi vallenzani sive posse. Nomina hominum dicti Johanis alferij de dicto loco sunt hec, Martinus bastardus, Obertus bastardus, Guielmus bastardus, Ruffina de ruffino de coreto, heredes sive filij, Oddini coreti et mater, Guielmus corbella, Jacobus corbella, facius corbella henricus corbella, Manfredus corbella, Petrus corbella, heredes sive filij, talercij henricus lingua de os et uxor, Divicia filia Anselmi rive, Arnaldus Joria et uxor et sorores, heredes sive filij petri coreti, Alayna filia odonis berruti. Nomina hominum dicti domini henrici alferij de dicto loco sunt hec. Imprimis Jacobus de trevesino Guielmus de trevesino, heredes sive filij Ascherij de trevesino, Guielmus Jorius, heredes sive filij robandi de trevesino, Astensis trosellus, Guielmus trosellus, Petrus nola, Villanus vola, Cresta guercius, Anfosus de careto, Petrus de careto heredes sive filij Uberti de valibus, heredes sive filij Petri paierij, heredes sive filij guilelmi filiberti, henricus malchabrinus, heredes sive filij Oppizini Verdilij, heredes sive filij giugloni verdili, Guielmus tutu heredes sive filij barditinorum, Oddo rubeus, Manfredus rubeus, Ascherius rubeus Albertus res et frater, heredes sive filij henrici et Alberti sachi, Albertinus barberius, heredes sive filij gabatoris, Guielmus Sucinus, Raymondus sucinus, Baindanus, perotus de guigla. Nomina hominum dicti Ruffineti de dicto loco sunt hec. Imprimis heredes sive filij guilelmi rubei henricus canavosa, Nicolaus da Cara, Mussus de trevexino et frater, Anselmus de trevexino, heredes sive filij cauzacanis, heredes sive filij germani burgensis, heredes sive filij guilelmi truite, heredes sive filij Calvini burgensis, heredes sive filij Marenchi de carcis, Manfredus de mascaro, Guielmus bonanatus, Guielmus paxerius, Gandulfus filibertus, Ruffinus grua et uxor, Bussacius et uxor et filij, heredes sive filij Mussi de Castellana, heredes sive filij Martini berrete, henricus grixolius et frater, heredes sive filij Guielmi de Nicia et frater, Jacobus barberius, et Petrus binellus.

Nomina Credendariorum qui fuerunt In dicto consilio sunt hec . . . . .
. . . .

143. *De venditione Balzanorum de eorum parte Montisbersarij.* 1189. 11 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono Indictione secunda, die sabati XI. Junij presentia testium Infrascriptorum, Manuelus balzanus et Fredericus balzanus filij domini robaldi balzani eorum proprijs nominibus et nomine Bonefaci balzani et Jacobi balzani fratrum filiorum condam domini Arnaldi balzani quorum procurator est dictus Manuelus et a quibus habet generalem administrationem unde est instrumentum procurationis factum per Bartolomeum mangassum notarium MCCLXXXVIII. Indictione prima, die dominico tercio exeunte Novembri, vendiderunt et ex causa

venditionis tradiderunt et quasi, et vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessi fuerunt domino Ogerio Alferio et Thomo de alfiano habentibus bayliam a comuni Astensi emendi et acquirendi a quocumque homine et persona dominium Contitum et Jurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat In Montebersario et posse et In villa malemortis et posse, de qua baylia factum est instrumentum, per Manfredum pexinum notarium anno domini MCCLXXXVIII. Indictione prima, die veneris terciodecimo mensis Aprilis ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis, contitum et segnoritum merum et mixtum imperium et Jurisdictionem omnimodam, Aquaticum pascuaticum ripatus et molegia atque fornagia Tononea atque pedagia et piscationes et Ius piscandi, Et venationes et Ius venandi exceptis in eorum doneis possessionum ut Inferius continetur, Atque omnia alia Jura spectancia et pertinenctia eisdem balzanis et cuilibet eorum In Montebersario et in hominibus Infrascriptis et quibuscumque alijs in fodris talleis successionibus aconzamentis exercitibus et cavalcatis rosijs et caregijs guaytis scaraguaytis fossatis atque spinatis et quibuscumque clausuris et Castellagijs, Capellanis in ecclesijs patronatus, et generaliter eisdem et cuilibet eorum spectancia et pertinencia tam in predictis quam in Infrascriptis hominibus quam in quibuscumque alijs cuiuscumque conditionis existant tam actionibus supradictis quam feudi seu feudorum et fidelitatum, et generaliter omnia pertinentia ad segnoritum Contitum et dominium In Montebersario videlicet in castro villa et posse et quibuscumque hominibus loci predicti Montisbersarij nichil de predictis in loco predicto hominibus et posse in se se suo nomine et predictorum penitus retinentes. Et hoc precio et pro precio librarum tricentarum quinquaginta astensium quod precium librarum tricentarum quinquaginta astensium, predicti Manuel et Fredericus eorum proprijs nominibus et nomine dictorum Bonefacij et Jacobi quorum procurator est dictus Manuel ut superius fuerunt confessi se se habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio et Thoma nomine et vice comunis Astensis et de pecunia ipsius comunis integraliter et complete, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et habite et precij predicti integre non recepti et habiti, et quod non possint dicere vel allegare se se suo nomine et predictorum deceptos in contractu presenti ultra dimidia iusti precij vel in aliqua parte ipsius precij et se se nescisse vel ignorasse verum valorem predictorum venditorum ut supra doli et infactum exceptioni conditioni sine causa et ex Iniusta causa omniumque capitulorum et Iurium beneficio et generaliter omni alij exceptioni et Iuri. Tali modo facta est dicta venditio quod predicti dominus Ogerius et Tomas nomine dicti comunis et pro ipso comuni et ipsum comune omnia et singula supradicta ut superius vendita, habeant teneant quieteque possideant et quasi possideant cum omnibus Iuribus ipsis rebus et bonis venditis vel ipsis venditoribus ratione ipsarum quocumque modo pertinentibus sine contradictione predictorum venditorum vel causam habentium ab eisdem. Et volentes predicti venditores eorum nominibus et predictorum in Iamdictos dominos Ogerium et Thomam nomine predicto dominium et possessionem seu quasi possessionem transferre venditorum ut supra constituerunt se se eorum nominibus et predictorum tenere et possidere seu quasi possidere predicta vendita nomine predictorum emptorum nomine dicti comunis et pro dicto comuni, donec de eis predicti emptores pro dicto comuni, seu ipsum comune vel alius pro eo de predictis possessionem

apprehendiderit quam eis predicto nomine apprehendere liceat et apprehensa uti, Quia sic actum est in presenti contractu quandocumque voluerit sine licentia et auctoritate alicuius potestatis Iudicis vel alicuius magistratus et sine contradictione predictorum venditorum suo nomine et predictorum et habentium causam ab eis cedentes ex causa predicta et precio predicto eorum nomine et predicto Emptoribus predictis recipientibus nomine dicti comunis omnes eorum rationes actiones et jura et competentes et competencia In predictis prout superius continetur. Et facientibus eorum nominibus et predicto dictos emptores nomine predicti comunis In predictis et circha predicta procuratores ut in rem suam. Que quidem vendita prout superius continetur predicti venditores eorum nominibus et predictorum et quilibet eorum in solidum renunciando novis constitutionibus epistole que divi adriani et omni Juri promiserunt predictis emptoribus stipulantibus nomine quo supra deffendere disbrigare et auctorizare ab omni persona et personis collegio et universitate. Quod si facere nolent aut non possent, tunc secundum quod predicta vendita valerent sub extimatione precij in consimili loco facienda cum damnis omnibus et expensis et Interesse proinde factis et habitis causa iudicio mutuo premio vel alio modo, Credendo de hijs in eorum simplici verbo predicto nomine sine juramento et qualibet probatione eisdem emptoribus predicto nomine stipulantibus restituere et resarcire promiserunt, qualibet eisdem predicto nomine denunciandi appellandi necesitate remissa per pactum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis observandis complendis et non contraveniendis, predicti venditores eorum nomine et predicto supradictis emptoribus recipientibus nomine supradicto omnia eorum bona et bona predictorum Bonefaci et Jacobi pignori obligaverunt, hoc acto in presenti contractu Inter predictos contrahentes eorum nomine et predictorum ex una parte, et predictos emptores predicto nomine et altera specialiter et expresse In principio medio et in fine. Et etiam ante et post dictum contractum, quod predictis Balzanis et cuilibet eorum non obstantibus predictis vel aliquo predictorum remaneant libere et absolute Infrascripta In dicto loco et posse Montisbersarij sine eo quod occaxione presentis contractus eisdem Impediri Inquietari vel modo aliquo molestari possint vel debeant, quocumque modo vel quacumque causa. Imprimis eorum domus que est in castro Montisbersarij prope turrim comunis Astensis, et omnes alie domus et sedimina cum hedificijs, que et quas habent ipsi Balzani et quilibet eorum et habere visi sunt in villa seu villario et alibi ubicumque sint in posse dicti loci. Item omnes eorum possessiones donee videlicet terre vinee, prata nemora gerbi et generaliter omnes alie eorum possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnia ficta que eisdem debentur in dicto loco et posse occaxione aliquarum terrarum et possessionum. Item tercij quarti et quinti qui debentur eisdem in dicto loco et posse Montisbersarij ocaxione quacumque, prout predicta et quodlibet predictorum predicti venditores nunc tenent et tenere et possidere visi sunt. Ita quod occaxione venditionis presentis nullum in predictis ut supra retentis predictis venditoribus vel alicui ipsorum preiudicium generetur. Sed ea omnia et singula ut supra retenta, predicti venditores habeant teneant quieteque possideant ita libere et absolute, sicut ea nunc tenent et possident et quasi possident non obstantibus supradictis vel hactenus tenere et possidere et quasi possidere visi sunt. Tali modo et hoc acto in presenti contractu specialiter et expresse quod aliquis

predictorum et Infrascriptorum hominum vel aliqui seu aliquis causam habentes ab aliquo eorum non possint Jus aliquod petere vel modo aliquo postulare in aliquibus terris domibus vel quibuscumque possessionibus, vel sediminibus vel quibuscumque hedificijs vel aliquibus fictis vel alijs quibuscumque que predicti Balzani retinent et tenebat a festo pascatis proxime preterito retro in predicto loco et posse prout superius continetur. Nec etiam predicta vel aliquod predictorum petere a predictis vel aliquo eorum vel causam habentibus ab eis vel eisdem causam seu questionem movere vel incipere quocumque modo predicti Balzani predicta per eos ut supra retenta habeant vel habuerint sive ex successione sive ex banno sive ex emptione vel in solutum dacione vel quocumque alio modo predicta habuerint vel aliquod predictorum a predicto tempore retro. Ita quod potestates per tempora existentes in regimine civitatis Astensis et eorum Judices, et Judices Justicie comunis Astensis, teneantur precise et sine tenore et vinculo Juramenti non audire nec audientiam vel examen prebere alicui predictorum, vel alicui causam habenti ab eis, In predictis Jus aliquod petenti et postulanti, seu predicta vel aliquod predictorum petenti vel petere volenti, seu attentanti. Item actum extitit in predicto contractu specialiter et expresse, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum, Remaneat venatio et omne Jus venandi Integre et complete sicut illud nunc habent et tenent et possident seu quasi possident in eorum dumtaxat doneis et proprijs terris vineis boschis e quibuscumque possessionibus ipsorum et cuiuslibet eorum. Item actum est in presenti contractu specialiter et expresse, quod predicti balzani possint tenere unum laboratorem seu masarium sive masnatam masariciam in dicta villa et posse Montisbersarij ubicumque voluerint et sicut voluerint occaxione faciendi laborerium suarum possessionum et terrarum qui quidem Masarius compelli non possit modo aliquo vel occaxione quacumque tempore pacis vel tempore guerre habitare vel habitaculum facere seu ad habitandum ire ad villam plani Casallis, vel alibi nisi de ipsorum balzanorum processerit voluntate. Hoc intelecto quod predictus laborator seu massarius sit sub Jurisdicione et potestaria ville predicte et eiusdem ville condiciones et scuffia facere teneatur sicut alij homines dicte ville. Ita tamen quod de stallo predicto faciendo in dicta villa modo aliquo compelli non possit dum steterit pro massario predictorum balzanorum ibidem. Item actum est in presenti contractu specialiter et expresse, quod predictis non obstantibus vel aliquo predictorum, predicti et Infrascripti homines omnes et singuli teneantur solvere predictis balzanis et cuilibet eorum omnia et singula debita que eis dare tenentur et debent. Item actum extitit quod predicti balzani predictis non obstantibus vel aliquo predictorum uti possint pascuis aquis et alijs rebus omnibus existentibus in dicto loco et posse sicut facere possunt comuniter alij cives Astenses. Que omnia et singula suprascripta prout superius continetur predicti emptores nomine et vice predicti comunis promiserunt predictis balzanis solemniter stipulantibus suo nomine et predictorum attendere et observare et complere atque rata et firma habere et nullo tempore contrafacere vel venire modo aliquo vel ingenio, que si non facerent et observarent seu contra predicta vel aliquod predictorum facerent vel venirent, Et proinde predicti balzanij damnum aliquod substinerent expensas facerent seu Interesse Incurrerent quocumque modo vel causa tunc illud et illas nomine et vice comunis predicti eisdem balzanis stipulantibus eorum nomine et predicto restituere et resarcire

promiserunt credendo in eorum verbo simplici sine sacramento et qualibet alia probatione. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et non contraveniendis, predicti Emptores nomine comunis auctoritate predicta omnia bona comunis predicti, predictis Balzanis recipientibus suo nomine et predicto pignori obligaverunt que salvo sacramento potestatis possunt obligari. Et insuper capitulantes de novo predicti emptores auctoritate predicta nomine dicti comunis, statuerunt et ordinaverunt omnia et singula suprascripta prout superius continetur rata et firma esse et perpetue attendi et observari debere cassantes et yrritantes ex certa scientia et auctoritate predicta Capitulum quod loquitur quod Iusticia fiat et Ius reddatur cuilibet civi Astensi et de posse Astensi, Et generaliter omnia alia capitula statuta et ordinamenta et consilia publica et privata que essent contraria predictis vel alicui predictorum et in aliquo derogarent vel contradicerent quantum in hac parte quod predictis essent contraria vel alicui predictorum. Item statuerunt et ordinaverunt quod potestas vel Judex vel Vicarius vel quicumque alius existens in regimine civitatis Astensis qui contra predicta vel aliquod predictorum facerent vel venirent seu non servarent predicta ut superius continetur amittant de suo proprio salario libras Centum Astenses tociens quociens contrafacerent vel venirent. Et quicumque cuiuscumque condicionis existat qui contra predicta vel aliquod predictorum faceret diceret vel attemptaret, Amittat et amittere debeat pro pena libras xxv. astenses quarum penarum tercia pars sit potestatis qui eas exigeret et excuteret et tercia pars comunis et alia tercia pars dictorum balzanorum. Et de predictis fiat capitulum speciale quod apponatur In libro Capitulorum civitatis astensis de quo non possit modo aliquo canzellari removeri vel aboleri. Et si de predicto canzelaretur vel amoveretur, pro non amoto et canzellato penitus habeatur et semper attendatur presens instrumentum et omnia que continentur in ipso sicut capitulum speciale. Nomina autem hominum predictorum balzanorum quos vendiderunt ut superius sunt hec, Petrus caxius, Margarita filia Girardi presbiteri, Obertus scribanus frater et nepotes, Guielmus preinus, Purpura scribanda, Berrardus de porta et fratres, Conradus Galexius, Alaxia de flore et eius filia hellena Giuglina uxor condam Galerij, pro se et Agnete uxore rabalij, Bonus Johanes de tidono et Bortolinus eius filius, Manuel de bona Guala vignatius, henricus morinus et Ascherius morinus, heredes Ruffini de trono, Petrus Sina et frater, Gigolonus nexa, Johanes de bechario, Aycardus gallus, Oliverius de talergio, henricus de talergio et frater, Mayfredus Obertolatus et frater Alaxina feraria, Petrus de valle, Roffinus sina, Anselmus de Vignacio, hellena filia Alberti berrardi Bonus Johanes ferarius, Jordanus gonella Albertus taxius, heres Ghischi, Ottillia gonela heres Guilelmi bovis, Albertus morinus, Mayfredus morinus, Alasia de ogerazio, Jacobus de perinex, Arnaldus scribanus, Capella morinus, et omnes alios homines quos habent vel habere visi sunt In quacumque parte vel loco dummodo sint homines vel pertineant vel pertesum fuerint de segnoria Montisbersarij. Et inde unum instrumentum et plura, pro dicto comuni et pro dictis venditoribus fieri michi notario Iussa sunt. unum quorum hoc est factum pro dicto comuni. Actum Ast in domo domini Ogerij Alferij. Testes, Obertinus Alferius, Alotanius bergognignus, Antonius alferius, Facinus alferius, Bertoldus monachus, Germanus bernardus Guilelmus de canellis magistri manarie.

Et ego Jacobus malbecus notarius palatinus Interfui et sic scripsi.

144. *De confirmatione et Ratificatione Venditionis facta per Bonefacium et Jacobum de Balzanis videlicet facte per Manuelem et alios eius consortes.* 1289. 12 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono Indictione secunda, die dominico XII° Junij presentia testium infrascriptorum. Apparebat per Instrumentum unum factum per me Jacobum Malbecum notarium hoc anno et Indictione, die Sabati XI. Junij, quod Manuel balzanus et Fredericus balzanus filij condam domini Robaldi balzani eorum proprijs nominibus et nomine Bonefaci balzani et Jacobi balzani fratrum filiorum condam domini Arnaldi balzani quorum procurator est dictus Manuel generalis et a quibus habet generalem administrationem unde est instrumentum procure factum per Bartolomeum mangosum notarium M°CC°LXXXVIII°. Indictione prima die dominico tercio exeunte Novembri, vendiderunt et ex causam venditionis tradiderunt et quasi, et vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessi fuerunt domino Ogerio Alferio et Thome de alfiano habentibus bayliam a comuni Astensi emendi et acquirendi a quocumque homine et persona. dominium contitum et Iurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse et in villa Malemortis et posse de qua baylia factum est instrumentum per Manfredum peroxinum notarium anno domini MCCLXXXVIII. Indictione prima, die veneris terciodecimo mensis aprilis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis Contitum et segnoritum merum et mixtum imperium et Iurisdicionem omnimodam, Aquaticum pascuaticum ripatus molegium atque fornagia, Thononea atque pedagia et piscationes et jus piscandi, et venationes et jus venandi exceptis in eorum doneis possessionibus ut inferius continetur atque alia Jura spectancia eisdem balzanis et cuilibet eorum In Montebersario et hominibus in presenti Instrumento contentis et quibuscumque alijs, In fodris talleis successionibus aconzamentis exercitibus et cavalchatis rosijs et caregijs, guaytis et scaraguaytis fossatis atque spinatis et quibuscumque clausurijs et Castelagijs capellanijs in ecclesijs patronatus et generaliter eisdem et cuilibet eorum spectancia et pertinentia tam in predictis quam in hominibus et alijs quibuscumque cuiuscumque condicionis existant tam actionibus supradictis quam feudi seu feudorum et fidelitatum, et generaliter omnia pertinentia ad segnoritum contitum et dominium in Montebersario, videlicet In castro villa et posse et quibuscumque hominibus loci predicti montisbersarij, Nichil de predictis in loco predicto hominibus et posse, In se se suo nomine et predictorum penitus retinentes. Et hoc precio et pro precio librarum trecentarum quinquaginta Astensium quod precium fuerunt confessi habuisse suo nomine et predictorum a predictis emptoribus, ut hec et alia plura In dicto Instrumento plenius continetur. Ecce quod predicti domini Bonefacius balzanus et Jacobus balzanus fratres ex certa scientia pensate et voluntate spontanea eis lecto instrumento predicto et hijs omnibus que in ipso instrumento continentur, Confirmaverunt Ratificaverunt et approbaverunt venditionem prescriptam et omnia ea et singula que in ipsa venditione continentur confitentes eisdem fore satisfactum Integre pro eorum partibus de precio venditionis predicte et ad cautelam predicti et uterque eorum insolidum fecerunt venditionem Bartolomeo Alferio filio domini Ogerij et michi notario Infrascripto tamquam publice persone recipientibus Insolidum nomine et vice comunis

Astensis, de dictis Castro Villa hominibus Juribus predictis et actionibus, Contitu segnoritu Jurisdictione et omnimoda mero et mixto imperio, et omnibus et singulis pertinentibus ad ea vel ad aliquod eorum et cum omni usu et Ingressionibus et egressionibus et Iuribus dictis rebus venditis pertinentibus in omnibus et per omnia ut superius dictum est preter exceptata in dicto instrumento prout in dicto instrumento continetur, et excipiuntur precio supradicto tenentes se se de precio predicto tacitos et contentos et sibi fore solutum, facientes integraliter ut suprius Promiserunt enim dicto Bartolomeo et mihi notario, Recipientibus nomine comunis ut supra, habere et tenere firma et rata omnia et singula supradicta et omnia et singula contenta in Instromento dicte venditionis, et ipsum Instrumentum Imperpetuum et nullo tempore contrafacere vel venire de Iure vel de facto sub obligatione omnium bonorum suorum, que proinde ipsi Bartolomeo et michi notario recipienti nomine comunis insolidum pignori obligaverunt, Renunciando exceptioni doli et infactum condicioni sine causa et ex iniusta causa et omni alij exceptioni et Juri. Et volentes transferre dominium et possessionem de predictis rebus venditis in dictos Bartolameum et me notarium nomine comunis et in ipsum comune seu per ipsum comune constituerunt se se tenere et possidere predicta vendita et quodlibet eorum et quasi possidere donec ipsi vel alius certus nuncius per ipsum comune ingressi fuerint possessionem corporalem vel quasi, dando eis nomine dicti comunis et per ipsum comune licentiam et auctoritatem Ingrediendi et Apprehendendi corporalem possessionem quando voluerint nomine comunis et per ipsum comune sua propria auctoritate sine licentia Judicis potestatis et cuiuslibet magistratus contradictione alicuius persone non obstante ad que omnia facienda ipsos nomine comunis et per ipsum comune procuratores eorum constituerunt. Et inde michi notario unum instrumentum et plura unius tenoris composita fieri precepta sunt pro partibus supradictis. Quorum istud est factum pro dicto comuni. Actum in Montebersario Juxta turrim comunis Astensis. Testes Morellus de Castelleto et henricus rubeus et Romundus bursotus.

Et ego Jacobus malbechus nctarius palatinus Interfui et sic scripsi.

145. *De fidelitate hominum balzanorum facta Comuni Astensi occaxione Montisbersarij.* 1289. 13 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono Indictione secunda, die lune XIII° Junij, presentia testium infrascriptorum Manuel balzanus et Fredericus balzanus filij condam domini Robaldi balzani eorum nominibus et nomine Bonefacij balzani et Jacobi balzani fratrum filiorum condam domini Arnaldi balzani quorum procurator est dictus Manuel ut patet per Instrumentum unum procure factum per Bartolomeum mangossum notarium, Anno domini MCCLXXXVIII. Indictione prima, die dominico tercio exeunte Novembri, In manibus domini Ogerij Alferij et Thome de alfiano habentium bayliam a comuni Recipientium nomine comunis Astensis, Abrenunciaverunt fidelitati eorum hominum et cuiuslibet eorum et fidelitatibus ipsorum et cuiuslibet eorum renunciaverunt eorum nominibus et predictis precipientes Infrascriptis eorum et predictorum hominibus qui presentes erant quod eisdem dominis Ogerio et Thome procuratoribus et nomine comunis fidelitatem faciant et jurent, et quod a modo eis procuratoribus et ipsi comuni in omnibus debeant obedire et comuni Astensi et

comune Astense recognoscere eorum dominum et pro eorum domino, qui homines omnes et singuli volentes obedire et annuere Iussioni ipsorum Manuellis et Frederici eorum nomine et predictorum ipsi domino Ogerio et Thome et in manibus ipsorum fidelitatem fecerunt nomine Comunis et pro Comuni et Juraverunt ad sancta dei evangelia fidelitatem quam fidelitatem et omnia et singula que in fidelitate continetur attendere et observare promiserunt et Juraverunt tactis scripturis. Nomina illorum qui fecerunt fidelitatem sunt hec, Aycardus Gallus, Bonus iohanes de tiono, Obertus scribanus, Richebonus eius frater, Bonus iohanes ferarius, Mayfredus Oberteletus, Oliverius anfusus, Berrardus de porta, Guilelmus primus, Guilelmus gallexius, Conradus gallexius, Ascherius morinus, Petrus sina, Albertus sina, henricus morinus, Albertus morinus, dona purpur scribanda, helena de flore, Manuel de bona, Guala vignatius, Anna filia, Roffini de tiono condam Chiglonus noxa, Iohanes beccus de castronovo, henricus de talergio, Alaxina feraria, Petrus de valle qui stat in Montaldo, Jordanus gonella qui stat Aglani, Et inde michi notario precepta sunt fieri unum instrumentum et plura pro partibus supradictis quorum istud est factum pro dicto comuni Astensi. Actum Ast in domo domini Ogerij Alferij, Testes dominus Marengus cazo, Iohanes de solario filius Franceschi, Germanus bernardus, Guilelmus de canellis magristri manarie et Guielmus gallus de montebersario.

Et ego Jacobus malbecus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

146. *De citaniatico hominum bolzanorum de Montebersario.* 1289. 15 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono Indictione seconda, die Mercuri xv Junij. Cum comissa esset baylia et liberum arbitrium a Consilio generali civitatis Astensis domino Ogerio alferio, et Thome de alfiano emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium contitum et Jurisdictionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse et in villa Malemortis et posse, et recipiendi in cives Astenses sicut eisdem videretur omnes et singulos ex illis dominis et personis qui vel que habeant Jurisdictionem dominium contitum et segnoritum vel homines aliquos In Montebersario et posse et in Malamorte et posse et qui vendicionem facerent predictis domino Ogerio et Thome de alfiano procuratoribus Astensium de illa eorum partem quam habent in dicto eorum contitu segnorito dominio et Jurisdicione Montisbersarij et Malemortis ad voluntatem ipsorum domini Ogerij et Thome de qua baylia factum est instrumentum per Manfredum pexinum notarium anno domini MCCLXXXVIIJ. Indictione prima, die veneris XIIJ. mensis Aprilis. Cumque Manuel balzanus suo proprio nomine et nomine Bonefacij et Jacobi balzanorum quorum procurator est, ut patet per instrumentum factum per Bartolomeum mangossum notarium anno domini MCCLXXXVIIJ. Indictione prima die dominico tercio exeunte novembri, et Fredericus balzanus, vendiderint et ex causa venditionis fuerint confessi se tradidisse vel quasi, domino Ogerio Alferio et Thome de alfiano predictis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis Contitum Jurisdicionem dominium et segnoritum et homines Montisbersarij et Jurisdicionem ut in instrumento venditionis facto per me notarium hoc eodem anno et Indictione die sabati XI Junij plenius continetur, et hoc ad voluntatem dicti domini Ogerij et Thome certo precio in ipso Instrumento venditionis contento. Cumque

ipsi dominus Ogerius et Thomas officiales Iam dicti promisissent ipsis Balzanis dummodo venditionem facerent de predictis quod ipsos reciperent in cives Astenses solvendo fodrum comuni Astensi de certa quantitate. Ecce quod predicti dominus Ogerius et Thomas de alfiano officiales jam dicti, volentes observare promissionem quam fecerant Jam predictis balzanis, Et volentes uti ipsa eorum baylia maxime in illo puncto sive articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui venditionem facerent de contitu et Jurisdictione Montisbersarij et Malemortis auctoritate et ex vigore predicte baylie et omni alio modo quo melius potuerunt nomine et vice comunis Astensis predicti, Receperunt Manuelem et Federicum balzanos filios domini Robaldi balzani condam eorum nomine et nomine Bonefacij el Jacobi patruorum suorum balzanorum et per ipsos Bonefacium et Jacobum quorum procurator est ipse Manuel ut patet per Instrumentum unum factum per Bartolomeum mangossum notarium anno domini MCCLXXXVIIJ. Indictione prima die dominico tercio exeunte Novembri, In cives civitatis Astensis, Ita quod ipsi per se se et eorum heredes et ipsi et eorum heredes Imperpetuum sint cives civitatis Astensis, sicuti alij cives civitatis Astensis, habitantes in civitate Astensi et burgis coherentibus civitati et quod possint uti et utantur omni beneficio et officio atque privilegio ceteroque alio iure quibus utuntur alij cives civitatis astensis habitantes in civitate Astensi faciendo pro comuni Astensi pacem et guerram exercitus itinera et cavalcatas condiciones que alias civitatis Astensis, sicuti alij cives civitatis astensis habitantes in civitate Astensi faciunt, et in ceteris alijs sint et esse debeant veluti alij cives civitatis astensis, solvendo imperpetuum per sese et suos heredes semper et quocienscumque civitas Astensis ad fodrum pervenerit de libris decem Astensibus et ultra de possessionibus quas acquirerent de cetero, ultra vero quantitatem predictam solvere non teneantur fodrum prestum taliam dacium vel collectam miliciam nec equationem miliciarum nisi solo modo respectu dicte quantitatis nec eis imponi possit ultra predictam quantitatem onus aliquod pro comuni nec facio. Qui Manuel et fredericus suo nomine et predicto Juraverunt tactis scripturis ad sancta dei evangelia in manibus ipsius domini Ogerij recipientis sacramentum pro parte comunis Astensis et facere et curare cum effectu, quod predicti Bonefacius et Jacobus predictum citaniaticum ratificabunt et ratum habebunt et tenebunt perpetuo atque Jurabunt. Et inde michi notario precepta sunt fieri unum et plura Instrumenta unius tenoris composita pro comuni et pro predictis quorum istud est factum pro dicto comuni Astensi. Actum Ast in domo domini Ogerij Alferij. Testes Roffinetus alferius Nicolinus alferius et henricus gallus de montebersario qui dicitur Asparellus.

Et ego Jacobus malbecus notarius palatinus Interfui et sic scripsi.

147. *De refutatione fidelitatis hominum Jacobi et Morelli de Castelleto occaxione Montisbersarij.* 1289. 28 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagentesimo nono Indictione secunda, die dominico XXVIIJ mensis Marcij presentia testium infrascriptorum, Johannes de castelleto pro se et fratre suo Guielmo pro medietate, et Morellus de casteleto pro quarta parte et pro parte fratris sui Aycelini condam quam ei obvenerat et tenebat ex successione dicti Aycelini, Fecerunt pacem finem refutationem et omnimodam absolutionem de ulterius non petendo nec amplius molestando, et modis omnibus quibus

melius potuerunt, Refutaverunt et abrenunciaverunt In manibus domini Ogerij alferij et Thome de alfiano recipientium nomine et vice comunis Astensis et pro ipso comuni fidelitates suorum hominum quos habebant In Montebersario et posse, Et ipsis hominibus preceperunt ut facerent fidelitatem predictis domino Ogerio et Thome nomine et vice comunis Astensis et pro ipso comuni, et preceptis eorum obedire in omnibus et per omnia prout ipsis placuerit ad eorum liberam voluntatem, tali modo et forma, quod predicti dominus Ogerius et Thomas nomine et vice comunis Astensis, et ipsum comune et habentes causam ab eo per se et suos successores predictos homines et suos heredes et ab eis descendentes Imperpetuum habeant teneant quiete que possideant cum omnibus Juribus rationibus et actionibus eisdem hominibus pertinentibus vel spectantibus seu ipsis dominijs pertinentibus et spectantibus in ipsis hominibus quocumque modo et ab inde In antea faciant de ipsis hominibus et in ipsis quicquid facere voluerint nomine et vice comunis Astensis, et ipsum comune similiter ut predictum est sine contradictione et voluntate dictorum Johanis de casteleto et Morelli et suorum heredum et habentium causam ab eis et generaliter omnium aliarum personarum cuiuscumque condicionis existant, promittentes predicti Johanes de castelleto pro se et fratre suo Guilelmo pro medietate, et Morellus de castelleto pro quarta parte et pro parte Aycellini fratris sui, predictis domino Ogerio alferio et Thome de alfiano quod ipsos homines aliquo tempore occaxione alicuius fidelitatis seu hominisci non appellabunt molestabunt, Inquietabut modo aliquo sub aliquo ingenio, Sed ipsos homines absolverunt ab omni fidelitate et hominisco quod et quam habuissent et petere possent in predictis hominibus secundum quod visi fuerant ante quam venditionem ipsorum fecissent. Et fuerunt confessi predicti Johanes pro se et fratre suo Guilelmo pro medietate, et predictus Morellus pro quarta parte, et pro parte, Aycellini fratris sui condam sese habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio alferio et Thoma de alfiano nomine et vice comunis Astensis et de pecunia ipsius comunis libras XL. astenses. Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie, fori privilegio, doli mali et Infactum condicioni sine causa vel ex Iniusta causa, et omni alij exceptioni et Juri. Nomina illorum et quorum hominum sunt hec. Jacomellus gattus, Jacomellus qui dicitur Oreglonus, heredes montisgrossi, Ruffinus filius vivaldi, heredes Jacobi Arizij, Cita de aglano heredes Manfredi de obertella, scaparonus Guielmus tutu Jacobus de bono homine, Manfredus de bono homine, Alexander mascarus pro hereditate Guilelmi ceborij cui dicebatur texius pro medietate, henricus filius henrici morini pro dicta hereditate guilelmi ceborij cui dicebatur texius pro alia medietate. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij, Testes Bartolomeus alferius Ruffinetus alferius Facinus alferius, Oddonus de castello et Martinus de Viginti.

Et Ego Guilelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

148. *De fidelitate hominum Jacobi et Morelli de Castelleto occaxione Montisbersarij.* 1289. 27 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono Indictione secunda, die dominico XXVIJ mensis Marcij, presentia testium infrascriptorum, Infrascripti homines de Montebersario qui erant homines dominorum Johanis de casteleto et fratris sui Guilelmi qui habebant medietatem pro Indiviso in dictis hominibus, et Morelli de

castelleto pro parte Aycellini fratris sui condam, quam partem ei obvenerat et tenebat ex successione dicti Aycellini, ex testamento ipsius Aycellini qui habebat quartam partem ipsorum hominum Fecerunt et Juraverunt fidelitatem domino Ogerio alferio et Thome de alfiano recipientibus nomine et vice comunis Astensis, et Juraverunt ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis salvare custodire manutenere et defendere comune Astense et omnes homines de ast et de posse et districtu astensi in personis et rebus in Castro villa et posse Montisbersarij et alibi ubicumque pro eorum posse bona fide et sine fraude et custodire et defendere et manutenere Castrum et villam et posse Montisbersarij pro eorum posse contra omnes personas et facere pro ipso comuni exercitus et cavalcatas Itinera et succursus fossata caregia et pacem et guerram contra omnes personas et omnes alias scuffias ceterasque conditiones comunis Astensis sicut faciunt alij homines qui sunt homines comunis astensis et homines districtus Astensis et quod non erunt in loco nec in stallo aliquo ubi comune Astense et homines districtus astensis, Amittat vel amittant membrum vitam nec aliquid sui honoris. Et si scirent aliquod malum vel ad aures eorum pervenerit quod aliquid diceretur fieret tractaretur vel machinaretur quod sit contra honorem vel decus vel honestatem comunis Astensis et hominum de posse et districtu civitatis Astensis cicius quam potuerint notum facient et scire pro se se vel pro eorum nuncijs et disturbare toto posse bona fide et sine fraude, et manutenere Jura et rationes et terram totam comunis Astensis ubicumque habeat vel habere videtur et acquirere posset defendere totis viribus et modis quibus poterunt, et perditum ad recuperandum adiuvare, et talem fidelitatem fecerunt qualem facit vassalus domino suo. Nomina quorum hominum qui fecerunt fidelitatem predictam sunt hec, Jacobus gattus, Oddinus qui dicitur oreglonus heredes montisgrossi, Ruffinellus filius vivaldi, heredes Jacob arizij, Cita de Aglano, heredes Mayfredi de obertela, Scaparonus, Guilelmus tutu, Jacobus de bono homine, Mayfredus de bono homine, Alexander Mascharus pro hereditate Guilelmi Zeborij cui dicebatur texius pro medietate, henricus filius henrici Morini, pro hereditate Guilelmi Zeborij cui dicebatur texius pro medietate. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij. Testes Bartolomeus alferius, Ruffinetus alferius, Facinus alferius, Oddonus de Castello, et Martinus de Viginti.

Et Ego Guilelmus de passatore notarius palatinus Interfui et sic scripsi.

149. *De vendicione facta comuni Astensi per Johanem et Morellum de castelleto de certa parte Montisbersarij.* 1289. 16 Aprilis.

Anno domini Millesimo duecentesimo octuagesimo nono Indictione secunda, die Sabati, XVJ. mensis Aprilis presentia testium Infrascriptorum. Apparebat per Instrumentum unum factum per francescum de benengo notario, In anno domini MCCLXXXVIIJ. Indictione prima, die Mercuri XXIJ.° mensis decembris, Quod cum Johanes spelta de castelleto de montebersario suo proprio nomine et insolidum, Et nomine et vice Guielmi fratris sui de Castelleto, et Manuel de Castelleto qui dicitur morellus, vendiderunt et ex causa venditionis tradiderunt, et fuerunt confessi sese tradidisse domino Ogerio Alferio, et Thome de alfiano habentibus bayliam a comuni Astensi emendi et acquirendi Contitum Jurisdicionem et segnoriam ac dominium quod et quam aliqua persona habeat in monte bersario et malamorte, et mutuo sumendi et recipiendi pecunia pro dicto comuni

et nomine comunis Astensis de qua baylia est publicum instrumentum factum per manuelem pexinum notarium, hoc eodem anno et Indictione die Veneris. XIII. mensis Aprilis, ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis, medietatem et quartam partem duodecime partis contiti segnoriti et dominij Jurisdicionis, meri et misti imperij et hominum feudatorum et non feudatorum, Aquatici pasquatici venationis et piscationis, decimarum rosiarum carogiorum spiayroliorum, furnorum molegiorum et omnium aliorum ad segnioriam et dominium pertinencium, Castri et ville et posse Montisbersarij quilibet eorum pro partibus contentis in Instrumento dicte venditionis, Et quod instrumentum predicte venditionis factum fuit per Franciscum de benengio notarium hoc eodem anno Indictione die et mense. Ecce quod predicti dominus Ogerius alferius et Thomas de alfiano officialles Jamdicti et habentes bayliam a comuni Astensi ut superius continetur pecuniam recuperandi et mutuo sumendi pro comuni ut supra, fuerunt confessi nomine et vice predicti comunis Astensis, auctoritate et ex vigore predicte baylie sese pro dicto comuni nomine et vice ipsius comunis astensis dare debere predictis Johani spelte de castelleto de montebersario suo nomine et nomine predicti Guielmi de castelleto fratris sui et Manuelis de castelleto qui dicitur Morellus de precio et pro precio predicte venditionis predicti contiti segnoriti dominij et segnorie et aliorum predictorum Castri et ville et posse Montisbersarij libras XL. Astenses, Quos denarios promiserunt eisdem venditoribus dare et solvere ad certum terminum prout in ipso instrumento inde facto plenius continetur, Ecce quod predicti Johanes spelta de castelleto de montebersario suo proprio nomine et Insolidum, et nomine et vice fratris sui Guilelmi de castelleto et Manuel de Casteleto qui dicitur morellus, fuerunt confessi et contenti se se habuisse et recepisse a predicto domino Ogerio alferio suo nomine et nomine Thome de alfiano soci sui recipientium nomine et vice comunis Astensis et de denarijs ipsius comunis libras XL. Astenses. Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepte, fori privilegio et epistole divi adriani, doli mali et Infactum condicioni sine causa vel ex Iniusta causa, et omni alij exceptioni et Jurij, Confitentes predicti se se habuisse et recepisse integram solutionem et satisfactionem, a predicto domino ogerio recipienti nomine et vice comunis Astensis predicti et de denarijs ipsius comunis, de predicto debito superius memorato renunciando exceptioni non numerate et non habite predicte solutionis et satisfactionis nec in aliquo opponere vel contradicere occaxione predicta. Et de predictis fecerunt pacem finem quietationem remissionem et omnimodam absolutionem et pactum de amplius non petendo nec ulterius molestando In manibus predicti domini Ogerij recipientis nomine et vice predicti comunis Astensis, promittentes etiam Insuper predicti debitores predicto domino Ogerio recipienti nomine predicto, quod ipsum dominum Ogerium nomine predicti comunis nec ipsum comune vel habentes causam ab ipso comuni ocaxione predicta aliquo tempore sub aliquo Ingenio vel modo non appellabunt molestabunt nec Inquietabunt per se se vel per alios, Sed de predictis tenuerint se se solutos tacitos et quietos et contentos de predicta solutione, et solutos et pagatos tacitos et contentos se se vocaverunt et tenuerunt de solutione predicta occaxione predicte venditionis quam fecerunt et tradiderunt dicto domino Ogerio nomine et vice comunis Astensis ut superius continetur, Et si contra facerent vel venirent, et dictum debitum aliquo modo vel tempore peterent vel requirerent, et dictum comune

Astense proinde aliquod dampnum substineret Incurreret vel veniret, promiserunt eidem domino Ogerio recipienti nomine predicti comunis, restituere omnes expensas damnum et Interesse quod et quas proinde fecerit vel substinuerit, eundo redeundo stando causa Iudicio mutuo premio vel aliquo alio modo quoquo, Credendo eidem domino Ogerio recipienti nomine predicto et eius verbo simplici sine sacramento et qualibet testium probatione. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis, predicti Johanes spelta nomine et vice dicti Guilelmi fratris sui, Et Manuel qui dicitur morellus omnia eorum bona eidem domino ogerio recipienti nomine et vice ipsius comunis et ipsi comuni pignori obligaverunt. Actum est in domo domini Ogerij alferij Testes Bartolomeus Alferius, Guilelmus gallus et Johanes calocius de montebersario.

Et ego guilelmus de passatore notarius palatinus Interfui et sic scripsi.

150. *De venditione facta comuni Astensi per Jacobum speltam de Castelleto de sua parte Montisbersarij.* 1289. 10 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono. Indictione secunda die Martis, decimo mensis madij, presentia testium infrascriptorum Jacobus spelta de castelleto de montebersario, vendidit et ex causa venditionis fuit confessus se tradidisse vel quasi domino Ogerio alferio suo nomine et nomine Thome de Alfiano soci sui recipienti nomine et vice comunis Astensis, quibus concessa est baylia a comuni Astensi et habentibus bayliam predictam a dicto comuni emendi et acquirendi a quocumque homine et persona dominium contitum et Jurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habebat In Montebersario et posse et in villa malemortis et posse de qua baylia factum est Instrumentum per Manuelem pexinum notarium anno domini MCCLXXXVIIJ. Indictione prima, die Veneris. XIIJ. mensis Aprilis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis, terciam partem duodecime partis et totum illud Jus et plus tantum quod posset ei evenire pro hereditate et successione fratris sui Aycelini condam. Qui Aycelicus habebat terciam partem prout confitebatur dictus Jacobus contiti segnoriti, dominij Jurisdicionis meri et misti imperij et hominum infrascriptorum omnium feudatorum et non feudatorum Aquaticij pascuatici venationis piscationis decimarum roxiarum, Caregiorum spiayroliorum, furnorum molegiorum, pedagiorum et omnium aliorum ad dominium et segnioriam pertinentium Castri et ville et posse Montisbersarij, et omnia alia infrascripta et totum Jus omnemque retionem quod et que sibi videtur pertinere vel acquisitum et acquisita sit vel alio modo ad ipsum pertinet vel pertinere posset vel pertinere videatur, aliquo modo titulo vel causa ex successione fratris sui Ruffini qui dicebatur Aycelinus, cui Ruffino ipse Jacobus dicebat et asserebat se Jus habere in predicto contitu segnoritu dominio Jurisdicione mero et mixto imperio Castri et ville et posse Montisbersarij, et hominum quos habebat in Montebersario ex successione et hereditate predicti Aycelini fratris sui, Et generaliter omnia Jura et rationes ei competentes et competencia in predicto contitu dominio et segnoria, et alijs omnibus supradictis. Salvo et excepto in presenti contractu et venditione quod predictus Jacobus retinuit in se venationes sive cazam suorum propriorum boscorum et omnes eius terras domos et possessiones et ficta et sedimina que et quas habet in montebersario et posse. Ita quod ista superius exceptata non inteligantur esse in venditione predicta. Et predicta omnia eidem domino Ogerio recipienti et ementi nomine

predicto vendidit et tradidit precio librarum Quindecim astensium quod precium predictus venditor fuit confessus se habuisse et recepisse a predicto domino Ogerio solventi nomine et vice comunis Astensis et de pecunia ipsius comunis et de ipso precio vocavit et tenuit se solutum et quietum tacitum et contentum. Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie et non habiti et non recepti precij, fori privilegio doli mali et infactum conditioni sine causa et ex iniusta causa et quod non possit dicere seu opponere se fore deceptum, In dicta venditione ultra dimidiam iusti precij, vel in aliqua parte ipsius precij vel dolum huic contractui intervenisse vel causam dedisse et omni alij Juri et exceptioni, Tali modo et forma facta est predicta venditio predicte tercie partis predicte duodecime partis, Contiti Segnoriti ac dominij et hominum predictorum predicti Castri et ville Montisbersarij, sive predictarum rerum venditarum, Quod predictus dominus Ogerius nomine predicti comunis Astensis sive predictum comune astense, predictam terciam partem predicte duodecime partis contiti segnoriti ac dominij et Jurisdicionis predicti castri et ville Montisbersarij et predictos homines Jura et rationes predicta et predictas sive predictas res venditas habeat teneat quieteque possideat vel quasi libere et absolute imperpetuum per se et habentes seu habituros causam a dicto comuni jure proprio et in alodium, cum omnibus Juribus actionibus et rationibus egressionibus et Ingressionibus et cum omnibus usibus publicis et privatis et cum omnibus servitutibus realibus et personalibus rusticis et urbanis et omnibus alijs predicte tercie parti duodecime partis Contiti dominij segnoriti et Jurisdicionis et aliorum omnium predictorum ac predictorum hominum sive predictarum rerum superius venditarum, et ipsis rebus venditis modo aliquo pertinentibus et competentibus sive pertinentibus predicto venditori contra aliquam personam occaxione ipsarum rerum venditarum. Et ex ipsis et qualibet ipsarum quicquid voluerit ipsum comune et eidem comuni placuerit faciant pleno Jure sine contradictione predicti venditoris et suorum heredum et omnium aliarum personarum pacifice et quiete. Et volens predictus venditor transferre dominium et possessionem vel quasi de predicta tercia parte predicte duodecime partis predicti contiti segnoriti dominij et Jurisdicionis Castri et ville montisbersarij, et de omnibus supradictis sive de predictis bonis et rebus venditis et qualibet ipsarum et de omnibus alijs superius nominatis et scriptis et Juribus supradictis, In predictum dominium Ogerium Alferium nomine dicti Thome recipienti et recipienti nomine et vice comunis Astensis, et nichil In se de predictis penitus retinendo sed in ipsum nomine predicto et ipsius comunis totaliter transferendo constituit se predictam terciam partem predicte duodecime partis, Contiti segnoriti Jurisdictionis, et dominij Castri et Ville et posse Montisbersarij et homines predictos sive predictas res venditas et Jura predicta et alia supradicta tenere et possidere vel quasi nomine ipsius comunis quousque predictus dominus Ogerius nomine ipsius Thome et nomine comunis astensis sive ipsum comune vel alius pro ipso comuni, ex ipsis rebus venditis et qualibet earum et ex ipsis Juribus et rationibus corporalem apprehendiderit possessionem vel quasi quam ei apprehendere liceat quando voluerit sua propria auctoritate sine licentia et auctoritate alicuius Iudicis potestatis vel alterius magistratus aut presidis cuiuscumque et sine contradictione predicti venditoris et cuiuslibet alterius persone. Ad quam apprehendendam vel quasi constituit ipsum dominum Ogerium nomine ipsius Comunis procuratorem ut in rem suam propriam. Et insuper predictus venditor et in alodium pro

tercia parte predicte duodecime partis predicti contiti segnoriti et Jurisdicionis Castri et ville predicti et omnium aliorum bonorum et rerum predictarum et pro tercia parte dicti Aycellini patris sui ex successione ipsius que ei obvenit si qua in ipsa tercia parte habet dicti Contiti segnoriti et jurisdicionis Catri et ville predicti ex causa venditionis predicte et pro precio suprascripto dedit cessit atque mandavit predicto domino Ogerio alferio recipienti nomine et vice comunis Iamdicti omnes suas rationes et actiones et Jura reales et personales utiles et directas realia et personalia utilia et directa, que et quas habet vel habere videtur, ratione vel occaxione aliquorum instrumentorum cartarum vel aliorum Jurium vel aliqua alia occaxione ratione Jure vel modo in predicta tercia parte predicte duodecime partis predicti contiti, Jurisdicionis segnoriti et dominij predicti Castri et ville Montisbersarij, et In predictis hominibus, et In omnibus alijs superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum et versus quamcumque personam vel personas occaxione predictarum rerum et bonorum venditorum. Tali modo quod predictus dominus Ogerius emptor nomine predicti comunis et ipsum comune sive alius pro ipso comuni et singuli alij habentes causam a dicto comuni vel habiturj de predictis Juribus actionibus et rationibus et de omnibus et singulis Instrumentis et cartis et Juribus ad predicta bona vendita et res venditas spectantibus vel modo aliquo pertinentibus cum omnibus et singulis pactis et conventionibus in ipsis instrumentis conprehensis possit nomine dicti comunis uti in Judicio et extra et posse predicto nomine agere causari experiri, excipere replicare intentare et has actiones movere deffendere et tueri dictum comune, et modis alijs omnibus uti adversus quamcumque personam vel personas que vellent aliquod Jus petere in predictis rebus superius venditis, vel dictum comune turbare in possessionem et tenutam ipsarum rerum venditarum realiter et personaliter utiliter et directe ad defensionem tenutam et retemptionem dominij et possessionis rerum predictarum, et In casu evictionis si a possessione ipsarum rerum caderet contra quascumque personas et res predictas, et predictas res habere tenere et possidere vel quasi quemadmodum predictus venditor facere poterat ante Jurium cessionem venditionem vel ante presentem contractum, etsi presens contractus factus non fuisset. Et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda, et In predictis Juribus et actionibus melius exercendis et utendis, et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis predictus venditor constituit predictum dominum Ogerium alferium nomine et vice ipsius comunis et ipsum comune procuratorem ut in rem predicti comunis quam quidem terciam et aliam terciam partem predicti Aycelini rerum predictarum sive quas res superius venditas, predictus venditor et in alodium pro tercia parte predicte duodecime partis predicti contiti Jurisdicionis segnoriti et dominij et omnium aliorum suprascriptorum predicti castri et ville Montisbersarij, promisit per se et suos heredes Imperpetuum eidem domino Ogerio suo nomine et predicto stipulanti et recipienti nomine et vice predicti comunis Astensis et pro dicto comuni In omnibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto comuni defendere disbrigare et auctorizare ab omni persona et personis collegio et universitate sub pena dupli secundum quod predicte res vendite et Jura predicta nunc sint et valent vel pro tempore meliorata fuerint aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco. Quam penam dupli predictus venditor et Insolidum et pro parte dicti Aycelini fratris sui que est tercia pars predicti Contiti, dominij Jurisdicionis et

hominum eidem domino Ogerio alferio nomine et vice predicti comunis recipienti. dare et solvere promissit si dicte res vendite et Jura predicta Insolidum evincerentur pro ea parte pro qua evincerentur cum omnibus expensis, et Interesse que et quas faceret vel substineret dictum comune vel alius pro dicto comuni seu Incureret occasione predicta ullo modo evictione in causa Judicio mutuo premio eundo redeundo stando vel alio quoquo modo, Credendo in verbo simplici dicti comunis de damnis et expensis et Interesse sine sacramento et qualibet probatione. Et ad defensionem rerum predictarum et omnia alia et singula faciet que postulat ordo Juris, et ad dictatum unius sapientis Juris periti. Hoc acto inter predictos dominum Ogerium alferium nomine et vice predicti comunis Astensis et auctoritate predicte baylie ex una parte, et Jacobum speltam predictum de castelleto ex altera in presenti contractu specialiter et expressim In principio in medio et in fine dicti contractus, quod ipse Jacobus et alij habentes causam ab eo liberentur et absolvantur et pro absolutis habeantur omnino et omnimode omni pena et banno in quam et quam incurissent, vel que et quod ab eis peti et aufferri posset vel inferri ea occasione quod non renovaverunt comuni Astensi fidelitatem de feudo Montisbersarij post mortem suorum antecessorum, Et quod non fecerunt ea que circha predicta facere debebant comuni predicto, Et ea occaxione quod non emerunt quandam possessionem quam emere debebant ipsi vel dominus henricus moycius vel sicardi a quibus causam habent vel habet de quibusdam libris CCL. astensium quas dictus dominus henricus habuit de precio viglani, et de quibus denarijs emere debebant certas terras et possessiones in posse Astensi per pactum expressim et sub certis penis et bannis. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et complendis et non contraveniendis predictus Jacobus omnia sua bona Insolidum eidem domino Ogerio alferio recipienti nomine et vice comunis Astensis predicti pignori obligavit. Renunciando in omnibus et singulis supradictis novis constitutionibus et condicionibus sine causa vel ex Iniusta causa doli et Infactum et omni alij exceptioni et Juri. Nomina quorum hominum quos vendidit sunt hec, Jacobus gattus, Alexander gattus cui dicitur mascarus, Oddinus Gattus cui dicitur oreglonus, Damixela uxor condam Mussij carellij, Guilelmus tutu, Scaparonus, Ruffinus gattus filius vivaldi, Gabriellus filius condam Jacobi arichij, henricus Morinus filius condam henrici morini, Jacobus de bono homine, Manfredus de bono homine, Petrinus filius condam Guilelmi reverditi. Et inde duo Instrumenta unius tenoris michi notario fieri preceperunt et plura unum quorum istud est factum pro dicto comuni Astensi. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij, Testes Obertinus alferius facinus Alferius, Guilelmus de canellis Secondus de valle mediana, et Reverteatus murator.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus Interfui et sic scripsi.

151. *De citaniatico Jacobi spelte de Montebersario.* 1289. 10 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono Indictione secunda, die Martis decimo mensis Madij, presentia testium Infrascriptorum. Cum concessa esset baylia et liberum arbitrium a consilio generali civitatis Astensis, domino Ogerio alferio et Thome de alfiano emendi et acquirendi a quocumque homine et persona dominium contitum et Iurisdicionem et homines, quod et quam et quos aliqua persona habebat in montebersario et posse et In villa malemortis et posse, et recipiendi in

cives Astenses sicut eis videretur omnes et singulos ex illis dominis vel personis qui vel que habebant Iurisdicionem dominium contitum et segnoritum vel homines aliquos in Montebersario et posse, et In Malamorte et posse, et qui venditionem facerent predictis domino Ogerio, et Thome de alfiano pro comuni astensi de illa eorum parte quam habent in dicto eorum contito segnorito dominio et Iurisdicione Montisbersarij et Malemortis, ad voluntatem ipsorum domini Ogerij et soci, de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium Anno domini, Millesimo ducentesimo lxxxviij. Indictione prima, die veneris xiij. mensis Aprilis, Cumque Iacobus spelta de castelleto de montebersario suo nomine proprio et Insolidum vendiderit et ex causa venditionis fuerit confessus se tradidisse vel quasi, domino Ogerio alferio suo nomine et nomine Thome de alfiano soci sui recipienti nomine et vice comunis Astensis terciam partem duodecime partis et totum illud Ius et plus tantum quod posset ei evenire pro hereditate et successione fratris sui Aycelini, qui Aycelinus habebat terciam partem prout confitebatur dictus Iacobus Contiti segnoriti dominij iurisdicionis meri et mixti imperij et omnium hominum feudatorum et non feudatorum aquatici pascuatici, venationis piscationis, decimarum rosiarum caregiorum spiayroliorum, furnorum molegiorum pedagiorum et omnium aliorum ad dominium et segnoriam pertinentium Castri et ville et posse Montisbersarij pro ipsa parte contenta in instrumento venditionis predicte, et quod instrumentum venditionis predicte factum est per me Guillelmum de passatore notarium Anno Indictione die et mense, et hoc ad voluntatem ipsorum domini Ogerij alferij et Thome de alfiano certo precio contento in instrumento venditionis predicte. Cumque ipsi dominus Ogerius et Thomas officiales iamdicti promisissent ipsi Iacobo quod dummodo venditionem faceret quod ipsum reciperent in civem Astensem solvendo fodrum communi Astensi omni anno de certa quantitate, Ecce quod predictus dominus Ogerius officialis predictus volens observare promissionem quam fecit ipsi Iacobo, et volens uti ipsa eius baylia et maxime in illo puncto sive articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui venditionem facerent, auctoritate et ex vigore predicte baylie, et omni alio modo quo melius potuit nomine et vice predicti communis Astensis recepit predictum Iacobum speltam de montebersario de Castelleto in civem civitatis Astensis ita quod ipse per se et suos heredes et sui heredes imperpetuum sint cives astenses sicut alij cives habentes in civitate et burgis coherentibus civitati astensi habitationem et quod possit et possint uti et utantur et utatur omni beneficio et officio ceteroque alio iure quibus utitur et utuntur alij cives civitatis astensis et habitantes in civitate Astensi, faciendo pro comuni astensi pacem et guerram exercitus itinera et cavalcatas et godias et guardias guaytas et scharguaytas et alios mores ceterasque condiciones civitatis Astensis sicut alij cives civitatis Astensis, et in ceteris alijs sint et esse debeant et debeat velut alij cives civitatis Astensis, Solvendo omni anno imperpetuum, per se et suos heredes semper et quocienscunque civitas ad fodrum pervenerit, fodrum de quantitate librarum decem astensium, Et ultra de acquisitis possessionibus et acquirendis. Qui Iacobus Juravit ad sancta dei evangelia tactis scripturis in manibus ipsius domini Ogerij recipientis pro parte et nomine communis Astensis predictum citaniaticum et esse fidelis civis astensis imperpetuum. Et inde precepta sunt michi notario plura instrumenta unius tenoris. Actum est in

domo domini Ogerij alferij. Testes obertinus alferius, Facinus alferius, Guillelmus de canellis, Secondus de Vallemediana et reverteatus murator.

Et ego guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

152. *De fidelitate hominum Iacobi de castelleto facta comuni Astensi occaxione Montisbersarij.* 1289. 11 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono indictione secunda, die Mercurii XI mensis Madij, presentia testium infrascriptorum. Apparebat per instrumentum unum factum per Guillelmum de passatore notarium hoc eodem anno et indictione, die martis X mensis Madij, Quod Iacobus spelta de castelleto de montebersario vendidit et ex causa venditionis fuit confessus se tradidisse vel quasi, domino Ogerio alferio suo nomine et nomine Thome de alfiano soci sui recipienti nomine et vice comunis quibus concessa est baylia a communi Astensi et habentibus bayliam a predicto communi emendi et acquirendi a quocunque homine et persona dominium contitum et iurisdicionem et homines quod et quam et quos aliqua persona habet in Montebersario et posse et in villa malemortis et posse de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium Anno domini MCCLXXXVIII Indictione prima, die veneris XIII mensis Aprilis, ementi et recipienti nomine et vice communis Astensis terciam partem duodecime partis et totum illud Ius et plus tantum quod posset ei evenire pro hereditate et successione fratris sui Aycellini quondam Qui aycellinus habebat terciam partem prout confitebatur dictus Iacobus, contiti segnoriti, domini iurisdicionis meri et mixti imperij, et omnium hominum feudatorum et non feudatorum, aquatici pascuatici venationis, piscationis, decimarum, rosiarum caregiorum, spairoliorum, furnorum molegiorum pedagiorum et omnium aliorum ad dominium et segnoriam pertinentium, castri et ville et posse montisbersarij certo precio, prout hec et alia que in ipso instrumento contenta continentur. Ecce quod ad postulationem et requisitionem dicti domini Ogerij alferij suo nomine et nomine Thome de alfiano eius socij recipientis nomine et vice communis Astensis, dictus Iacobus spelta de Castelleto de Montebersario, Refutavit et renuntiavit in manibus domini Ogerij Alferij recipientis nomine quo supra fidelitates et hominiscum quas et quem habet et habere posset et habere videtur in hominibus predicte tercie partis predicte duodecime partis, et in alia tercia parte ipsius Aycelini fratris sui quondam Castri et ville et posse Montisbersarij, presentibus ipsis hominibus, Et precepit ipsis hominibus quod facerent et faciant fidelitatem dicto domino Ogerio alferio nomine et vice communis Astensis et de predictis fidelitatibus et hominisco, dictus Iacobus fecit pacem finem quietacionem remissionem et omnimodam absolutionem, et pactum de ulterius non petendo nec amplius molestando occaxione predicta. Qui homines incontinenti precepto et voluntate dicti Iacobi domini sui, et volentes obedire et annuere iussioni ipsius, fecerunt et iuraverunt fidelitatem in manibus domini Ogerij alferij suo nomine et nomine Thome de alfiano soci sui recipientis nomine et vice communis Astensis, et pro ipso communi, Et iuraverunt ad sancta dei evangelia fidelitatem, quam fidelitatem et omnia et singula que in fidelitate continentur attendere et observare promiserunt et iuraverunt tactis scripturis. Nomina illorum hominum qui fecerunt predictam fidelitatem sunt hec. Iacobus gatus, Alexander gattus qui dicitur mascharus, Oddinus gattus qui dicitur oreglonus et damexella

uxor quondam Mussi carelli. Et, inde michi notario precepta sunt unum instrumentum et plura fieri pro partibus supradictis unum quorum istud est pro dicto communi Astensi. Actum est in domo domini Ogerij alferij. Testes Antonius alferius, Iohanes de bozolasco, Iacobus de vineis sartor, et guillelmus de canellis.

Et ego Guilelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

153. *De quadam alia fidelitate facta per certos alios homines dicti locij.* 1289. 11 Maij.

Eodem die et loco, Testes Jacobus de Veneis sartor, Guillelmus de canellis, et Oddonus de playa, quorum presentia isti similiter iuraverunt et fecerunt fidelitatem pro predicto Iacobo spelta qui erant homines ipsius precepto et voluntate ipsius in manibus predicti domini Ogerij. Nomina quorum sunt hec, Guillelmus tutu, Scaparonus Ruffinus gattus filius vivaldi, Gabriellus filius quondam Jacobi Arizij.

154. *De quadam alia fidelitate certorum aliorum hominum.* 1289. 11 Maij.

Eodem die et loco. Testes Jacobus de Veneis, Guillelmus de canellis et Iacobinus claverius. Iste fecerunt et iuraverunt fidelitatem domino Ogerio alferio qui erant homines ipsius Jacobi spelte, henricus morinus, Jacobus de bono homine et Manfredus de bono homine.

155. *De quadam aliam fidelitate.* 1289. 11 Maij.

Eodem die et loco. Testes Bartolomeus alferius et Jacobus de veneis. Iste fecit et iuravit fidelitatem domino Ogerio alferio qui erat homo ipsius Iacobi spelte, Petrinus filius quondam Guillelmi reverditi.

156. *De venditione facta comuni Astensi per illos de sbaratis et de pavexijs de eorum parte Montisbersarij.* 1190. 8 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo Indictione tercia, die sabati octavo mensis Aprilis, presentia testium infrascriptorum, Iacobus et Ascherius sbarati fratres filij quondam domini Ascherij sbarati cui dicebatur dens, et henricus pavexius filius quondam Guillelmi pavexij, et domine Pavexie sororis quondam predicti domini Ascherij, eorum proprijs nominibus et insolidum, et dictus henricus suo proprio nomine et nomine Oppizonis guale et Bonefaci fratrum ipsius henrici filiorum quondam predicti domini Guillelmi pavexij, et domine Pavexie quondam, vendiderunt et ex causa venditionis tradiderunt et quasi, et vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessi fuerunt, domino Ogerio alferio, et Thome de alfiano habentibus bayliam a communi Astensi emendi et acquirendi a quocunque homine et persona dominium contitum et iurisdictionem et homines, quod quam et quos aliqua persona habeat in montebersario et posse, et in villa malemortis et posse, de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium, Anno domini MCCLXXXVIII Indictione prima, die veneris, XIII mensis Aprilis, ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis eorum sextam decimam partem Castri et ville et posse et hominum Montisbersarij, et eorum sextam decimam partem Castri et ville et posse et hominum Malemortis, tocius contiti segnoriti, meri et mixti imperij et hominum infrascriptorum

omnium feudatorum et non feudatorum, Aquatici pasquatici, venationis piscationis, ripatus, molegiorum furnorum, pedagiorum decimarum, rosiarum caregiorum spyaroliorum et omnium aliorum ad dominium et segnoriam pertinentium et spectancium, Et generaliter omnia eorum iura et rationes eis competentes et competencia in predicto Contitu, dominio et segnoria et omnibus aliis supradictis exceptis eorum doneis possessionibus et venationibus, quod predicti venditores in se retinent venationem sive cazam seu ius venandi suorum propriorum boschorum, et omnes eorum terras et domos et possessiones et ficta et sedimina, que et quas habent in Montebersario et posse, et in Malamorte et posse, ita quod ista superius exceptata non inteligantur esse in venditione predicta, Aque omnia alia Iura spectancia et pertinentia eisdem venditoribus et cuilibet eorum in Montebersario et in Malamorte et in hominibus infrascriptis ipsorum locorum et quibuscunque alijs, in fodris prestitis talleis successionibus aconzamentis exercitibus et cavalcatis, rosijs et carregijs, guaytis scharaguaytis, fossatis atque spinatis et quibuscumque clausurijs, et castellagijs, capellanis iure patronatus, et generaliter eisdem et cuilibet eorum spectancia et pertinencia tam in predictis quam in infrascriptis hominibus quam in quibuscumque alijs cuiuscumque conditionis existant, tam actionibus supradictis quam feudi seu feudorum et fidelitatum, Et generaliter omnia pertinentia ad segnoritum contitum et dominium in Montebersario et Malamorte, videlicet in castris et villis et posse et quibuscumque hominibus locorum predictorum Montisbersarij et Malemortis, Nichil de predictis in predictis locis et hominibus et posse in se suo nomine et predictorum penitus retinentes. Et predicta, vendiderunt predictis domino Ogerio et Thome recipientibus et ementibus nomine predicti communis precio librarum Centum sexaginta Astensium, Quod precium predicti venditores eorum proprijs nominibus et nomine dictorum Oppizonis, Gualo et Bonefacij fuerunt confessi se se habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio et Thoma nomine et vice communis Astensis et de pecunia ipsius communis integraliter et complete. Renunciantes exceptioni non numerate pecunie et habite, et precij predicti integre non recepti et habiti, et quod non possint dicere vel allegare sese suo nomine et predictorum fore deceptos in contractu presenti ultra dimidiam iusti precij vel in aliqua parte ipsius precij, Et se se nescivisse vel ignorasse verum valorem predictorum venditorum ut supra, doli et infactum, exceptioni conditioni sine causa, omnique capitulorum et iuris beneficio et generaliter omni alij exceptioni et iuri. Tali modo facta est dicta venditio, Quod predicti dominus Ogerius et Thomas nomine dicti communis et pro ipso communi et ipsum commune omnia et singula supradicta ut supra vendita habeant teneant quieteque possideant et quasi possideant cum omnibus iuribus ipsis bonis et rebus venditis, vel ipsis venditoribus ratione ipsarum quocumque modo pertinentibus faciant quicquid facere voluerint sine contradictione predictorum venditorum vel habentium causam ab eisdem. Et volentes predicti venditores eorum nominibus et predictorum in iamdictos dominum Ogerium et Thomam nomine predicto, dominium et possessionem seu quasi possessionem transferre venditorum in ipsos emptores nomine predicto ut supra constituerunt se se eorum nominibus et predictorum tenere et possidere seu quasi possidere predicta vendita nomine predictorum emptorum nomine dicti communis et pro dicto communi donec de eis predicti emptores pro dicto comuni seu dictum commune vel alius pro eo de predictis

possessionibus seu quasi possessionibus possessionem apprehendiderint, quam eis predicto nomine apprehendere liceat, et apprehensa uti quamdocumque voluerint ad suam propriam voluntatem et auctoritatem sine licentia et auctoritate alicuius iudicis potestatis vel decreti vel alicuius magistratus aut presidis cuiuscumque, et sine contradictione predictorum venditorum vel alicuius ipsorum, et cuiuslibet alterius persone, ad quam apprehendendam vel quasi, constituerunt ipsos dominos Ogerium et Thomam nomine ipsius communis procuratores ut in rem suam propriam. Et insuper dicti venditores et insolidum predicti Contiti, segnoriti Iurisdicionis et hominum Castrorum et villarum predictarum, et ex causa venditionis predicte et pro precio predicto, dederunt cesserunt atque mandaverunt predictis domino Ogerio alferio et Thome ementibus et recipientibus nomine et vice iam dicti communis omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas realia et personalia utilia et directa, que et quas habent vel habere videtur vel que sibi competunt vel competere posse videtur ratione vel occaxione aliquorum instrumentorum cartarum vel aliorum iurium vel aliqua alia occaxione ratione iure vel modo in predicta venditione dictarum sexte decimarum parcium predictorum castrorum et villarum et hominum, et in omnibus alijs superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum, et versus quascumque personas occaxione predictarum rerum et bonorum venditorum. Tali modo quod predicti dominus Ogerius et Thomas emptores nomine predicti communis et ipsum commune sive alius pro ipso communi, et singuli alij habentes causam a dicto communi, vel habituri de predictis iuribus actionibus et rationibus, Et de omnibus et singulis instrumentis et cartis et iuribus ad predicta bona vendita et res venditas spectantibus vel modo aliquo pertinentibus, cum omnibus et singulis pactis et conventionibus in ipsis instrumentis comprehensis, possint nomine dicti communis uti in iudicio et extra, et possint nomine predicto agere causari experiri excipere replicare intentare et has actiones movere defendere et tueri dictum commune et modis alijs omnibus uti adversus quamcumque personam vel personas, que vellent aliquod ius petere in predictis rebus superius venditis, vel dictum commune turbare in possessionem et tenutam ipsarum rerum venditarum realiter et personaliter, utiliter et directe, ad deffensionem et tenutam et receptionem dominij et possessionis rerum predictarum, et in casu evictionis si a possessione ipsarum rerum caderet, contra quascumque personas et res predictas, et predictas res habere tenere et possidere vel quasi quemadmodum predicti venditores facere poterant si ante quam iurium cessionem et venditionem vel ante presentem contractum, et si presens contractus factus non fuisset. Et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda, et in predictis iuribus et actionibus melius exercendis et utendis, et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis predicti venditores constituerunt ipsos dominos Ogerium et Thomam nomine et vice ipsius communis et ipsum commune procuratores ut in rem predicti communis propriam, Que quidem vendita predicti venditores et insolidum eorum nominibus et predictorum et quilibet ipsorum promiserunt per se se et suos heredes imperpetuum predictis emptoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice predicti communis in omnibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto communi defendere disbrigare et autorizare ab omni persona et personis colegio et universitate sub pena dupli

secundum quod predicte res et iura predicta nunc sunt et valent vel pro tempore meliorata fuerint aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco facienda cum omnibus damnis et omnibus expensis et interesse factis et faciendis et habitis causa iudicio mutuo premio vel alio modo credendo de hijs in eorum simplici verbo sine sacramento et qualibet probatione eisdem emptoribus predicto nomine stipulantibus restituere et resarcire promiserunt qualibet eisdem predicto nomine denunciatione appelandi necesitate remissa per pactum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et non contraveniendis et complendis, predicti venditores eorum nominibus et predicto nomine supradictis emptoribus recipientibus nomine supradicto omnia eorum bona et predictorum Oppizonis, Guale et Bonefacij pignori obligaverunt. Hoc acto in presenti contractu inter predictos contrahentes eorum nomine et predictorum ex una parte, et predictos emptores predicto nomine ex altera specialiter et expresse in principio medio et in fine et etiam ante et post dictum contractum, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum non obstantibus predictis vel aliquo predictorum remaneant libere et absolute infrascripta in dictis locis et posse Montisbersarij et malemortis sine eo quod occaxione presentis contractus eisdem impediri inquietari vel aliquo modo molestari possint vel debeant quocumque modo vel quacumque occaxione et causa. Inprimis eorum domus que sunt in castro et villa Montisbersarij et Malemortis, et omnes alie domus et sedimina cnm hedificijs que et quas habent ipsi venditores et quilibet eorum, et habere visi sunt in villis seu villarijs et alibi ubicumque sint in posse dictorum locorum. Item omnes eorum possessiones donee, videlicet terre vinee prata nemora gerbij ronchi culte et inculte, et generaliter omnes eorum alie possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnia ficta que eisdem debentur in dictis locis et posse occaxione aliquarum terrarum et possessionum. Item tercij, quarti et quinti qui debentur eisdem in dictis locijs et posse Montisbersarij et malemortis occaxione quacumque, prout predicta et quodlibet predictorum predicti venditores nunc tenent et tenere et possidere visi sunt ita quod occaxione venditionis presentis, nullum in predictis ut supra retentis in predictis venditoribus vel aliquo ipsorum preiudicium generetur sed omnia ea et singula ut supra retenta predicti venditores habeant et teneant quieteque possideant ita libere et absolute sicut ea nunc tenent et possident et quasi possident non obstantibus supradictis, vel hactenus tenere possidere et quasi possidere visi sunt. Item actum extitit in predicto contractu specialiter et expresse quod predictis venditoribus et cuilibet eorum remaneat venatio et omne ius venandi integre et complete sicut illud nunc habent et tenent et possident seu quasi possident in eorum dumtaxat doneis et proprijs terris vineis boschis et quibuscumque possessionibus et cuilibet eorum. Nomina autem predictorum sbaratorum et pavesiorum quos vendiderunt ut supra sunt hec, Rollandus de noxeto, Ogerius de noxeto, Manfredus de noxeto, henricus de noxeto, francischus de noxeto, Filij quondam Roffini de noxeto, Jacobus de noxeto, Fredericus de noxeto Bayamondus de noxeto et Ruffinetus de noxeto, Filij quondam Petrini de noxeto, Conradus de la feretra qui dicitur rubeus, Peronus filius seghini, Roffinus de seghino, heredes barillis, Paganus calocius, Johannes calocius, Jacobus calocius, Filij quondam Calocij, Jordanus gonella qui moratur apud aglanum. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse, Quod predicti venditores et quilibet ipsorum promiserunt stipulantibus predictis

emptoribus nomine et vice communis Astensis, ita facere et curare modis omnibus quibus poterunt, quod eorum uxores in dicto contractu iurisdicione et hominibus et Castris dictorum locorum Montisbersarij et malemortis, renunciabunt ratificabunt et firmum habebunt et approbabunt predictam venditionem infra xv dies postquam a predictis emptoribus vel a communi Astensi vel ab altero pro communi inde fuerint requisiti. Similiter vero dictus henricus promisit stipulantibus predictis emptoribus nomine et vice communis Astensis, ita facere et curare modis omnibus quibus poterit, Quod Oppizio, Guala et Bonefacius fratres ipsius henrici Ratificabunt confirmabunt et approbabunt venditionem predictam et omnia ea et singula que in dicto instrumento sunt contenta, et quod venditionem facient de predictis et de omnibus hijs que in dicto instrumento continentur, infra xv dies postquam predictis emptoribus vel a communi Astensi vel ab altero pro communi inde fuerint requisiti. Et inde unum instrumentum et plura pro dicto communi et pro dictis venditoribus fieri mihi notario iussa sunt unum quorum hoc est factum pro dicto communi. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij. Testes Ruffinetus alferius, Bertolomeus Alferius, Ubertus de alba, Foxanus, Johanes filius Gandulfi alferij, Rollandus de noxeto, Ogerius de noxeto, et Oddonus de furno de playa.

Et ego Guillelmus de passatore notarius pallatinus interfui et sic scripsi.

157. *De fidelitate facta comuni Astensi per homines illorum de sbaratis et de pavexijs de Monte bersario.* 1290. 8 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo Indictione tercia, die Sabati VIII mensis Aprilis, presentia testium infrascriptorum. Iacobus et Ascherius sbarati fratres filij quondam domini Ascherij sbarati qui dicebatur dens, et henricus pavexius filius quondam guillelmi pavexij, et domine Pavexie sororis quondam predicti domini Ascherij, eorum proprijs nominibus et insolidum, et dictus henricus suo proprio nomine et nomine Oppizonis gualle et Bonefacij fratrum ipsius henricij filiorum quondam predicti domini Guillelmi pavexij, et Pavexie, abrenunciaverunt in manibus domini Ogerij alferij et Thome de alfiano habentium bayliam a communi Astensi recipientium nomine et vice communis Astensis fidelitatem eorum hominum et cuiuslibet eorum et fidelitatibus ipsorum et cuiuslibet eorum renunciaverunt eorum nominibus et predictis, Precipientes infrascriptis eorum et predictorum hominibus qui presentes erant, quod eisdem dominis Ogerio et Thome pro communi et nomine communis fidelitatem faciant et iurent, et quod amodo eis pro communi et ipsi communi in omnibus et per omnia debeant obedire et servire et commune Astense recognoscere eorum dominium et pro eorum dominio. Qui omnes homines et singuli volentes obedire et annuere iussioni ipsorum Jacobi et Ascherij sbarati et henrici Pavexij eorum nomine et predictorum, ipsi domino Ogerio et Thome et in manibus ipsorum fidelitatem fecerunt nomine communis Astensis et pro communi. Et iuraverunt ad sancta dei evangelia fidelitatem, quam fidelitatem et omnia et singula que in fidelitate continetur attendere et observare promiserunt et iuraverunt tactis scripturis. Nomina illorum hominum qui fecerunt fidelitatem sunt hec, Rollandus de noxeto, Ogerius de noxeto, Manfredus de noxeto, Francischus de noxeto, filius quondam Ruffini de noxeto, Fredericus de noxeto, Peronus filius seghini.

Actum Ast in domo domini Ogerij alferij. Testes Ruffinetus alferius, Bartolomeus alferius et ubertus de alba.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

158. *De citaniatico Iohannis Guillelmi et Morelli de castelleto.* 1290. 8 Aprilis.

Anno Millesimo ducentesimo Nonagesimo, Indictione tercia. Die sabati VIII mensis Aprilis, presentia testium infascriptorum, Cum comissa esset baylia et liberum arbitrium a conscilio generali civitatis Astensis domino Ogerio alferio et Thome de alfiano emendi et acquirendi a quocumque homine et persona dominium contitum et iurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habebat in Montebersario et posse et in villa Malemortis et posse, et recipiendi in cives Astenses sicut eidem videretur omnes et singulos ex illis dominis et personis qui vel que habeant iurisdicionem dominium contitum et segnoritum vel homines aliquos in Montebersario et posse et in Malamorte et posse et qui vendicionem facerent predictis domino Ogerio et Thome de alfiano pro communi Astensi de illa eorum parte quam habent in dicto eorum contitu, segnorito dominio et iurisdicione Montisbesarij et Malemortis ad voluntatem ipsorum dominorum Ogerij et Thome, de qua baylia factum est instrumentum, per Manuelem pexinum notarium Anno domini MCCLXXXVIII indictione prima, die veneris, XIII mensis Aprilis, Cumque Jacobus et Ascherius sbarati filij quondam domini Ascherij sbarati cui dicebatur dens, vendiderint et ex causa venditionis tradiderint, fuerunt confessi se tradidisse vel quasi domino Ogerio Alferio et Thome de alfiano predictis, ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis, Contitum iurisdicionem, dominium et segnoritum et homines Montisbersarij et iurisdicionem ut in istrumento venditionis facto per me notarium hoc eodem anno indictione et die plenius continetur et hoc ad voluntatem dicti domini Ogerij et Thome precio in ipso istrumento venditionis contento, Cumque ipsi dominus Ogerius et Thomas officiales iamdicti promisissent ipsis sbaratis, dummodo vendicionem facerent de predictis quod ipsos reciperent in cives astenses solvendo fodrum communi astensi de certa quantitate. Ecce quod predicti dominus Ogerius alferius et Thomas de alfiano officiales iamdicti, volentes observare promissionem quam fecerunt, iam predictis sbaratis et volentes uti ipsa eorum baylia, maxime in illo puncto seu articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui venditionem facerent, de contitu et iurisdicione Montisbersarij, et Malemortis, auctoritate et ex vigore predicte baylie et omni alio modo quo melius potuerunt nomine et vice communis Astensis predicti, Receperunt Jacobum et Ascherium sbaratos in cives civitatis Astensis, sicuti alijs cives civitatis Astensis, ita quod ipsi per se et eorum heredes imperpetuum sint cives civitatis astensis sicuti alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi et burgis coherentibus civitati, et quod possint uti et utantur omni beneficio et officio atque privilegio ceteroque alio iure quibus utuntur alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi faciendo pro comuni Astensi pacem et guerram exercitus et itinera succursus et cavalcatas condicionesque alias civitatis astensis sicuti alij cives civitatis astensis habitantes in civitate Astensi faciunt, et in ceteris alijs sint et esse debeant veluti alij cives civitatis Astensis, solvendo fodrum imperpetuum, per se et per suos heredes semper quandocumque et quomodocumque civitas Astensis ad fodrum pervenerit, de libris decem astensibus, silicet de libris quinque astensibus pro quolibet ipsorum Jacobo

et Ascherio, et ultra de possessionibus quas acquirent de cetero, ultra vero quantitatem predictam solvere non teneantur fodrum prestitum taliam dacitum vel collectam miliciam nec equationem miliciarum nisi solomodo respectu dicte quantitatis, nec eis imponi possit ultra predictam quantitatem onus aliquod pro comuni nec facio, qui Jacobus et Ascherius iuraverunt tactis scripturis corporaliter ad sancta dei evangelia in manibus ipsius domini Ogerij recipientis sacramentum pro parte communis astensis, predictum citaniaticum et esse fideles cives astenses imperpetuum bona fide et sine fraude. Et inde michi notario precepta sunt fieri unum et plura istrumenta unius tenoris composita pro comuni in predictis unum quorum istud est pro dicto communi. Actum est in domo domini Ogerij alferij. Testes Ruffinetus alferius, Bartolomeus Alferius, Ubertus de alba, Rollandus de noxeto et Ogerius de noxeto.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

159. *De Citaniatico henrici pavexij, Oppizonis gualle et Bonefaci fratrum occaxione Montisbersarij.* 1290. 8 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo indictione tercia, die Sabati, VIII.° mensis Aprilis, presentia testium infrascriptorum Cum comissa esset baylia et liberum arbitrium a consilio generali civitatis astensis domino Ogerio alferio, et Thome de alfiano emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium, Contitum et iurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse, et in villa malemortis et posse et recipiendi in cives Astenses sicut eisdem videretur omnes et singulos ex illis dominis et personis, qui vel que habeant iurisdicionem dominium contitum et segnoritum vel homines aliquos in Montebersario et posse, et in Malamorte et posse et qui venditionem facerent predictis domino Ogerio et Thome de alfiano pro communi Astensi de illa eorum parte quam habent in dicto eorum contitu, segnorito dominio et iurisdicione Montisbersarij et Malemortis, ad voluntatem ipsorum domini Ogerij et Thome, de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium, MCCCLXXXVIII (*sic*) indictione prima, die veneris, XIII mensis Aprilis. Cumque henricus pavexius filius quondam Guillelmi pavexi et domine Pavexie sororis quondam domini Ascherij sbarati vendiderit et ex causa venditionis fuerit confessus suo proprio nomine et nomine Oppizonis guale et Bonefacij fratrum ipsius henrici, domino Ogerio alferio et Thome de alfiano predictis ementibus et recipientibus nomine et vice communis astensis contitum iurisdicionem, dominium et segnoritum et homines Montisbersarij et iurisdicionem, ut in istrumento venditionis facto per me notarium hoc eodem anno indictione et die plenius continetur. Et hoc ad voluntatem dicti domini Ogerij et Thome, precio in ipso instrumento venditionis contento. Cumque ipsi dominus Ogerius et Thomas officiales iamdicti promisissent ipsi henrico dummodo venditionem faceret de predictis quod ipsos reciperent in cives Astenses, solvendo fodrum communi Astensi de certa quantitate, Ecce quod predicti dominus Ogerius alferius et Thomas de alfiano officiales iamdicti, volentes observare promissionem quam fecerunt iam predicto henrico et volentes uti ipsa eorum baylia maxime in illo puncto sive articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui vendicionem facerent de contitu et iurisdicione Montisbersarij et Malemortis, auctoritate et ex vigore predicte baylie et omni alio modo quo melius potuerunt, nomine et vice communis Astensis predicti, Receperunt

ipsum henricum pavexium suo nomine et nomine Oppizonis gualo et Bonefacij fratrum ipsius, et ipsos Oppizonem Gualam et Bonefacium in cives civitatis Astensis sicuti alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi, et burgis coherentibus civitati, Et quod possint uti et utantur omni beneficio et officio atque privilegio ceteroque alio iure quibus utuntur alij cives civitatis Astensis habitantes in Civitate Astensi faciendo pro communi Astensi pacem et guerram exercitus et cavalcatas itinera et succursus, Condicionesque alias civitatis Astensis, sicut alij cives civitatis Astensis faciunt, et in ceteris alijs sint et esse debeant veluti alij cives civitatis Astensis solvendo fodrum imperpetuum per se et per suos heredes semper quandocumque et quocienscumque civitas ad fodrum pervenerit de libris quadraginta Astensibus, et ultra de possessionibus quas acquirerent de cetero, ultra vero quantitatem predictam solvere non teneantur fodrum prestitum taliam dacitum vel collectam miliciam nec equationem miliciarum nisi solomodo respectu dicte quantitatis, nec eis imponi possit ultra predictam quantitatem onus aliquod pro communi nec factio. Qui henricus suo nomine, et nomine predictorum, iuravit tactis scripturis ad sancta dei evangelia in manibus ipsius domini Ogerij recipientis sacramentum pro parte communis Astensis predictum citaniaticum, et esse nomine predictorum fidelis civis communis Astensis imperpetuum bona fide et sine fraude. Et inde mihi notario precepta sunt fieri unum et plura instrumenta unius tenoris composita pro communi de predictis, unum quorum istud est pro communi Astensi. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij, Testes, Ruffinetus alferius, Bartolomeus alferius, Ubertus de alba, Rollandus de noxeto et Ogerius de noxeto.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

160. *De iuris çessis communi Astensi per Manfredum de noxeto contra certos eius debitores occaxione Montisbersarij.* 1290. 8 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo indictione tercia, die Sabati, VIII° mensis Aprilis, presentia testium infrascriptorum. Apparebat per instrumentum unum factum per Jacobum gambinum notarium, in anno domini MCCLXXII, indictione quinta, die Sabati, XV intrante aprilis, Quod confessus fuit Jacobus sbaratus, et Ascherius frater eius se mutuo recepisse, a Manfredo de noxeto libras XXII astenses, pro quibus obligaverunt ei pignori, omne ius rationem et iurisdicionem quod et quam habebant, et visi sunt habere in ipso Manfredo et rebus suis ratione fidelitatis vel aliter ut hec et alia que in ipso instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per eumdem notarium, hoc eodem anno indictione et die, Quod confessus fuit Jacobus sbaratus, et Ascherius eius frater, se mutuo recepisse, a Manfredo de noxeto libras decem Astenses, et de quo debito Ascherius filius quondam boxij extitit fideiussor et principalis debitor, prout hec et alia que in ipso instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per eundem notarium, hoc eodem anno, indictione, et die, Quod confessa fuit domina helena uxor quondam domini henrici de catena et Conradus eius filius se mutuo recepisse, a Manfredo de noxeto, libras decem astenses, pro quibus denariis obligaverunt ei pignori omne ius rationem et iurisdicionem, quod et quam habent, et visi sunt habere et tenere in ipso Manfredo et suis rebus, prout hec et alia que in ipso instrumento plenius continentur, et quas pecunie

quantitates predicti debitores promiserunt eidem Manfredo dare et solvere ad certos terminos diu iam elapsos, prout in prenotatis instrumentis plenius continentur. Ecce quod predictus Manfredus ante solutionem sibi factam, ex causa venditionis, dedit cessit atque mandavit, domino Ogerio Alferio et Thome de alfiano officialibus communis astensis, quibus comissa et concessa est baylia a communi Astensi acquirendi et emendi dominium Contitum et iurisdicionem et homines Montisbersarij et Malemortis, ut patet instrumento manu facto per Manuelem pexinum notarium, Anno domini MCCLXXXVIII, indictione prima die veneris, XIII mensis Aprilis, ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas, et omnia sua iura realia et personalia utilia et directa, que et quas habet et habere videtur seu quod habere posset versus predictos debitores et quemlibet ipsorum et versus detentores rerum et bonorum ipsorum et que sunt ipsorum, et que quondam fuerunt ipsorum occaxione dictarum rationum et iurium et dominij et fidelitatis, quod quem et quam ipsi domini habebant in dicto Manfredo. Tali modo facta est dicta vendicio et iurium cessio, quod predictus dominus Ogerius et Thomas nomine et vice communis Astensis, et ipsum commune vel aliquis alius pro communi de dictis iuribus rationibus et actionibus, et de instrumentis debitorum superius denotatis cum pactis tenoribus et conventionibus in ipsis comprehensis, ita possint et debeant agere causari, excipere et recipere replicare movere et se iuvare, et modis omnibus uti realiter et personaliter utiliter et directe, quemadmodum dictus Manfredus facere poterat, seu facere potuisset, si hanc venditionem et iurium cessionem non fecisset, Pro precio quorum iurium rationum et actionum fuit confessus dictus Manfredus se habuisse et recepisse a dictis domino Ogerio et Thoma nomine et vice communis Astensis, et de denarijs communis Astensis libras XLII Astenses, Renuncians exceptioni non numerate pecunie et precij non recepti, fori privilegio doli mali et infactum, Conditioni sine causa vel ex iniusta causa, et omni alij exceptioni et iurij. Et volens transferre dominium et possessionem predictorum iurium in dictos dominum Ogerium et Thomam nomine communis Astensis et ipsum commune, seu per ipsum commune constituit se tenere et possidere seu quasi possidere predicta iura donec ipsi vel alius nuncius pro communi corporalem apprehendiderit possessionem nomine communis Astensis, quam eis liceat apprehendere ad eorum liberam voluntatem quandocumque voluerint sine licentia alicuius iudicis potestatis seu alicuius magistratus, et ad predicta facienda, constituit ipsos dominum Ogerium et Thomam, et ipsum commune vel alium pro communi nomine communis Astensis procuratorem ut in rem propriam communis Astensis. Que iura rationes et actiones promisit defendere, disbrigare et auctorizare ab omni persona et personis communi collegio et universitate quantum pro se et occaxione sui tantum et non alia occaxione, et quod dicta iurium cessio eidem Manfredo nec suis rebus nullum faciat preiudicium nisi occaxione ipsius. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et non contraveniendis, dictus Manfredus omnia sua bona eidem domino Ogerio et Tome recipientibus nomine et vice communis Astensis pignori obligavit. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij, Testes Ruffinetus alferius, Bartolomeus alferius, Ubertus de alba, et Oddonus de furno de playa.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

161. *De venditione facta communi Astensi per illos de Cathena de XXXII partibus Montisbersarij.* 1290. 3 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo indictione tercia, die Mercurij, III.° mensis Madij, presentia testium infrascriptorum, dominus Conradus de cathena, Carandus de cathena, Galvagnus de cathena filius quondam Raymondi de cathena fratris dicti Carandi pro se et fratribus suis et nomine ipsorum, Jacobus de cathena filius quondam domini Guillelmi de Cathena Manuel de Cathena et Manfredus eius frater filij quondam domini Berrardi de cathena, Et Guillelmus de presbitero de Malamorte procurator Thomayni de cathena filij quondam domini Guillelmi de Cathena ad sua negocia facienda et ad vendendum et vendicionem faciendam de toto contili et iurisdicione et hominibus quod quam et quos habet et habere videtur in Castro et villa Montisbersarij, et ad precium recipiendum, unde est carta facta per Manuelem de rocheta notarium, Anno presenti et indictione die Martis, II.° Madij nomine ipsius Thome et pro ipso et quilibet ipsorum insolidum, vendiderunt et tradiderunt et quasi et ex causa venditionis traddiderunt et confessi fuerunt se se vendidisse et tradidisse vel quasi, domino Ogerio alferio et Thome de alfiano habentibus bayliam a communi Astensi emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium, Contitum et iurisdicionem et homines quod quam et quos habet in Montebersario et posse, et in villa Malemortis et posse, de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium, Anno domini MCCLXXXVIII, indictione prima, die veneris XIII.° mensis Aprilis ementibus et recipientibus nomine et vice communis astensis eorum Trigessimam secundam partem totius Contiti segnoriti et hominum Castri et ville Montisbersarij, Et totum contitum segnoritum merum et mixtum imperium et homines feudatos et non feudatos, aquaticum pasquaticum, venationes, piscationes, ripatus, Molegia atque fornagia, pedagia decimas rosias Caregia spiayrolia et omnia alia ad dominium et segnoriam pertinentia et spectancia, et venationes et ius venandi, exceptis in eorum doneis possessionibus et venationibus ut inferius continetur, atque omnia alia iura spectancia et pertinencia eisdem venditoribus et cuilibet eorum in Montebersario et in hominibus infra scriptis ipsius loci, et quibuscumque alijs in fodris prestis, talijs successionibus Aconzamentis exercitibus et cavalcatis, rosijs et caregijs, guaytis, scaraguaytis fossatis atque spinatis, et quibuscumque clausurijs, et castellagijs, capellanijs iure patronatus, et generaliter eisdem et cuilibet eorum spectancia et pertinentia tam in predictis quam infrascriptis hominibus quam in quibuscumque alijs cuiuscumque condicionis existant, tam actionibus supradictis quam feudi seu feudorum, et fidelitatum, et generaliter omnia alia pertinentia ad segnoritum Contitum et dominium in Monte bersario videlicet in Castro villa et posse, et quibuscumque hominibus loci predicti Montisbersarij, Nichil de predictis in dicto loco et hominibus et posse in se penitus retinentes, Et predicta vendiderunt predictis domino Ogerio et Thome recipientibus et ementibus nomine predicti communis Astensis, precio et pro precio librarum XL Astensium, quod precium predicti venditores fuerunt confessi se se habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio alferio et Thoma nomine et vice communis et de pecunia ipsius communis integre et complete, Renunciando exceptioni non numerate et habite pecunie et precij predicti integre non recepti et habiti, Et quod non possint dicere

vel allegare se se fore deceptos in presenti contractu et vendicione predicta ultra dimidiam iusti precij vel in aliqua parte ipsius et omni alij exceptioni et iurij. Tali modo facta est dicta vendicio quod predictus dominus Ogerius Alferius et Thomas nomine dicti communis et pro ipso communi et ipsum commune omnia et singula predicta ut supra vendita habeant teneant quiete que possideant et quasi possideant cum omnibus iuribus ipsis bonis et rebus venditis, vel ipsis venditoribus nomine ipsorum, quocumque modo pertinentibus et faciant quicquid facere voluerint sine contradictione predictorum venditorum, et habentium causam ab eisdem. Et volentes predicti venditores in iamdictos dominum Ogerium et Thomam dominium et possessionem seu quasi possessionem transferre venditorum in ipsos emptores, constituerunt se se tenere et possidere seu quasi possidere predicta vendita nomine predictorum emptorum nomine dicti communis, et pro dicto communi, donec de eis predicti emptores pro dicto communi seu ipsum commune vel alius pro eo, de predictis possessionem seu quasi possessionem corporalem apprehendiderint, quam eis apprehendere liceat et apprehensa uti quandocumque voluerint ad suam propriam voluntatem et auctoritatem sine licentia et auctoritate alicuius iudicis potestatis aut presidis cuiuscumque, et sine contradictione predictorum venditorum Et alicuius ipsorum et cuiuslibet alterius persone, ad quam apprehendendam vel quasi constituerunt ipsos dominum Ogerium et Thomam nomine ipsius communis procuratores ut in rem suam propriam. Et insuper predicti venditores et insolidum, predicti contiti segnoriti iurisdicionis et hominum castri et ville predicte ex causa venditionis predicte et precio supradicto, dederunt cesserunt Mandaverunt predictis domino ogerio alferio et Thome ementibus et recipientibus nomine et vice iam dicti communis, omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas, realia et personalia utilia et directa, que et quas habent vel habere videntur, vel que sibi competunt vel competere posse videntur ratione vel occasione aliquorum instrumentorum cartarum vel aliarum iurium, vel aliqua alia occasione ratione iure vel modo in predicta venditione dicte XXXII.ᵉ partis predicti castri et ville et hominum, et in omnibus alijs superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum et versus quascumque personas occaxione predictarum rerum et bonorum venditorum. Tali modo, quod predicti dominus Ogerius et Thomas emptores nomine predicti communis et ipsum commune seu alius pro ipso communi et singuli alij habentes causam a dicto communi vel habituri de predictis iuribus actionibus et rationibus, et de omnibus et singulis instrumentis et cartis et iuribus ad predicta bona vendita, et res venditas spectantibus vel modo aliquo pertinentibus, cum omnibus et singulis pactis et comventionibus in ipsis instrumentis comprehensis possint nomine dicti communis uti in iudicio et extra, et possint nomine predicto agere causari experiri, excipere replicare intentare et has actiones movere defendere et tueri dictum commune, et modis omnibus alijs uti adversus quamcumque personam vel personas, que vellent aliquod ius petere in predictis rebus superius venditis vel dictum commune turbare in possessionem et tenutam ipsarum rerum venditarum realiter et personaliter utiliter et directe, ad deffensionem et tenutam et receptionem domini et possessionis rerum predictarum, et in casu evictionis si a possessione ipsarum rerum caderet contra quascumque personas et res predictas, habere tenere et possidere vel quasi Quemadmodum predicti venditores facere poterant si ante

quam iurium cessionem et venditionem, vel ante presentem contractum si presens contractus factus non fuisset, et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda, et in predictis iuribus et actionibus melius exercendis et utendis, et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis, predicti venditores constituerunt ipsos dominum Ogerium et Thomam nomine et vice ipsius communis et ipsum commune procuratores ut in rem predicti communis propriam. Que quidem vendita predicti venditores et insolidum et quilibet ipsorum promiserunt per se se et suos heredes imperpetuum predictis emptoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice predicti communis in omnibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto communi deffendere disbrigare et auctorizare ab omni persona et personis collegio et universitate sub pena dupli secundum quod predicte res et iura predicta nunc sunt et valent vel pro tempore meliorata fuerint aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco facienda cum omnibus damnis expensis et interesse factis et faciendis habitis et habendis causa iudicio mutuo premio vel alio modo credendo de hijs in eorum simplici verbo sine sacramento et qualibet probatione testium, eisdem emptoribus predicto nomine stipulantibus restituere et resarcire promiserunt qualibet eisdem predicto nomine denunciatione appellandi necesitate remissa per pactum expressum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis complendis et non contraveniendis predicti venditores supradictis emptoribus recipientibus nomine predicti communis omnia eorum bona pignori obligaverunt. Hoc acto in presenti contractu inter ipsos contrahentes ex una parte et predictos emptores predicto nomine ex altera specialiter et expresse in principio medio et in fine et etiam ante et post dictum contractum, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum, non obstantibus predictis vel aliquo predictorum remaneant libere et absolute infrascripta in dicto loco Montisbersarij sine eo quod occaxione presentis contractus eisdem impediri inquietari vel aliquo modo molestari possint vel debeant quocumque modo vel quacumque causa. In primis eorum domus que sunt in castro et villa Montisbersarij, et omnes alie domus et sedimina cum hedificijs, que et quas habent ipsi venditores et quilibet eorum habere visi sunt in villa seu villario et alibi ubicumque sint in posse dicti loci. Item omnes eorum possessiones donee videlicet, terre, vinee, prata, Nemora gerbi ronchi culte et inculte, et generaliter omnes alie eorum possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnes fictus qui eisdem debentur in dicto loco et posse occaxione aliquarum terrarum et possessionum. Item tercij, quarti et quinti qui debentur eisdem in dicto loco et posse Montisbersarij occasione quacumque, prout predicta et quodlibet predictorum predicti venditores nunc tenent, et tenere et possidere visi sunt, ita quod occaxione venditionis presentis nullum in predictis ut supra retentis predictis venditoribus vel alicui ipsorum preiudicium generetur, sed ea omnia et singula ut supra retenta, predicti venditores habeant quieteque possideant ita libere et absolute sicut ea nunc tenent et possident et quasi possident non obstantibus supradictis, vel hactenus tenere et possidere et quasi possidere visi sunt. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum remaneat venacio et omne ius venandi integre et complete sicut illud nunc habent et tenent et possident in eorum dumtaxat doneis et proprijs terris vineis boschis et quibuscumque possessionibus et quolibet eorum. Nomina autem hominum

predictorum venditorum quos vendiderunt sunt hec, Oliverius de anfosso, heredes talerchi silicet henricus et Jacobus, Gandulfus filibertus, heredes Guillelmi filiberti, henricus filius Alaxie filie quondam henrici de riculfo, Stephanus Ioria filius quondam Arnaldi Iorie. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse, Quod predicti venditores et quilibet eorum promiserunt stipulantibus predictis emptoribus nomine et vice communis Astensis ita facere et curare modis omnibus quibus poterunt, quod eorum uxores ratificabunt et approbabunt et firmam habebunt venditionem predictam, et quod renunciabunt omni iuri quod habebunt et habent et petere possent in dicto Contitu segnorito iurisdicione et hominibus supradictis, infra xv dies, postquam a predictis emptoribus vel a dicto communi vel ab altero pro communi inde fuerint requisiti. Item promiserunt ut supra, Quod Thomaynus supradictus pro parte sua et pro se tantum, et fratres dicti Galvagnij silicet Persavallus et Ruffinetus et Raymondinus, ratificabunt approbabunt et firmam habebunt venditionem predictam et omne ius quod habebunt in vendicione predicta, et quod venditionem facient de predictis in omnibus et per omnia prout in carta venditionis quam fecerunt supradicti venditores plenius continetur, infra xv dies, postquam a predictis emptoribus vel a dicto communi, vel ab altero pro communi inde fuerint requisiti, et quando pervenerint ad etatem, quod predicta facere poterunt cum effectu. Et inde unum instrumentum et plura pro dicto communi, et pro predictis venditoribus fieri michi notario iussa sunt. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij. Testes Antoninus alferius, Bartolomeus alferius, Trosellotus trosellus, Johanes de bozolasco et Germanus bernardus.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

162. *De fidelitate hominum illorum de Cathena facta communi Astensi occaxione Montisbersarij.* 1290. 12 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo indictione tercia die veneris, XII mensis Madij, presentia testium infrascriptorum, Conradus de cathena, Carandus de cathena, Galvagnus de cathena filius quondam Raymondi de cathena frater dicti Carandi pro se et fratribus suis, Jacobus de cathena filius quondam domini Guillelmi de Cathena, Manuel de cathena et Maynfredus eius frater filij quondam domini Berrardi de cathena, et Guillelmus de presbitero de malamorte procurator Thome de cathena filij quondam domini Guillelmi de cathena ad sua negocia facienda, et ad vendendum et vendicionem faciendum de toto Contitili et iurisdicione et hominibus quam quem et quos habet et habere videtur in Castro et villa Montisbersarij, et ad precium recipiendum, unde est carta facta per Manuelem de rocheta notarium Anno presenti et Indictione die Martis, II.° Madij nomine et vice ipsius Thome, in manibus domini Ogerij alferij et Thome de alfiano habentium bayliam a communi recipientium nomine et vice communis Astensis, abrenunciaverunt fidelitati eorum hominum et cuiuslibet eorum et fidelitatibus ipsorum et cuiuslibet eorum renunciaverunt eorum nominibus et predictis, volentes ipsi et quilibet ipsorum, quod homines suos infrascriptos Quorum nomina sunt hec et quos vendiderunt predictis officialibus nomine communis astensis, Et eisdem domino Ogerio alferio et Thome pro communi et nomine communis in omnibus et per omnia debeant

obedire et commune Astense recognoscere eorum dominium et pro eorum dominio. Qui homines ipsis domino Ogerio et Thome et in manibus ipsorum fidelitatem fecerunt nomine et vice communis Astensis et pro ipso communi, Et iuraverunt ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis esse fideles communi Astensi imperpetuum, et facere pro communi predicto pacem et guerram exercitus et cavalcatas itinera et succursus, et custodire salvare defendere et manutenere in omni loco et parte commune Astense in personis et rebus, et omnes homines civitatis et de posse astensi suo posse bona fide et sine fraude, et defendere custodire et manutenere castrum et villam et posse Montisbersarij et omnes terras communis Astensis contra omnes personas, et fecerunt talem fidelitatem qualem facit vasallus et homo domino suo. Quam fidelitatem et omnia ea et singula que in fidelitate continentur attendere et observare plenarie promiserunt et iuraverunt. Nomina illorum hominum qui fecerunt fidelitatem sunt hec, Oliverius de anfosso, heredes talerchij silicet henricus et Jacobus, Gandulfus, Filibertus, heredes Guillelmi filiberti, henricus de richulfo, Stephanus Joria filius quondam arnaldi Jorie. Et inde unum instrumentum et plura pro partibus supradictis michi notario fieri iussa sunt. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij, Testes Girardus barberius taglateste Guillelmus baravaglius et Johannes de rivayrolio.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et scripsi.

163. *De venditione facta comuni Astensi per illos de Remuschis et de sardis et henricum bosium, de IIIIª parte Montisbersarij.* 1289. 5 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono indictione secunda, die Martis quinto mensis aprilis. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij. Testes Ruffinetus alferius Cathanius de viginti traversagnus Petrus rogerius de viginti, Johanes de castelleto de Montebersario Martinus alferius, Georgius alferius, Facinus alferius et Guillelmus de passatore notarius. Quorum presentia henricus Remuschius voluntate et consensu henrici bosij ibi presentis, a patre cuius henrici bosij, dictus henricus remuschius causam habet, et ipse henricus bosius, Paganus remuschius, Rollandus sardus et Mayfredus sardus, vendiderunt et ex causa venditionis tradiderunt et quasi vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessi fuerunt, domino Ogerio alferio et Thome de alfiano habentibus bayliam a communi astensi emendi et acquirendi a quocumque homine et persona dominium Contitum et homines quod quam et quos aliqua persona habebat in Montebersario et posse, et in villa Malemortis et posse, et de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium, Anno domini MCCLXXXVIII, indictione prima die veneris, decimo tertio mensis aprilis, ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis, eorum quartam partem, silicet predicti henricus remuschius, henricus bosius, et Paganus remuschius pro duabus partibus dicte quarte partis, et predicti Rollandus sardus et Manfredus pro tercia parte dicte quarte partis Castri et ville et posse et hominum Montisbersarij tocius Contiti segnoriti meri et mixti imperij et hominum infrascriptorum omnium feudatorum et non feudatorum, Aquatici, pasquatici, venationis piscationis ripatus molegij, furnorum, pedagiorum, decimarum, Rosiarum, Spiayroliorum et omnium aliorum ad dominium et segnoritum pertinentium et spectantium, et generaliter omnia eorum iura et rationes eis competentes et competentia in predicto

contitu dominio et segnoria et omnibus alijs supradictis, exceptis eorum doneis possesionibus et venationibus, quas predicti venditores in se se retinent venatione seu caza seu ius venandi suorum propriorum boscorum, et omnes eorum terras domos et possessiones fictus et sedimina, que et quas habent in Montebersario et posse ita quod ista superius exceptata non inteligantur esse in venditione predicta atque omnia alia iura spectancia et pertinentia eisdem venditoribus et cuilibet eorum in Montebersario et in hominibus infrascriptis ipsius loci et quibuscumque alijs in fodris prestitis talijs successionibus aconzamentis exercitibus et cavalcatis, Rosijs caregijs guaytis scharaguaytis, fossatis atque spinatis et quibuscumque clausurijs et castellagijs, capellanis iure patronatus et generaliter eisdem et cuilibet eorum spectantia et pertinentia tam in predictis quam in infrascriptis hominibus quam in quibuscumque alijs cuiuscumque condicionis existant tam actionibus supradictis quam feudi seu feudorum et fidelitatum, et generaliter omnia pertinencia ad segnoritum contitum et dominium in Montebersario videlicet in castro et villa et posse et quibuscumque hominibus loci predicti Montisbersarij, Nichil de predictis in predicto loco et hominibus et posse in se penitus retinentes. Et predicta vendiderunt predictis domino ogerio alferio et Thome recipientibus et ementibus nomine predicti communis precio librarum tricentarum Astensium, Quod precium predicti venditores fuerunt confessi sese habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio et Thoma nomine et vice communis Astensis, et de pecunia ipsius communis integraliter et complete, Renunciando exceptioni non numerate et habite pecunie et precij predicti integre non habiti et recepti, et quod non possint dicere vel allegare se se fore deceptos in contractu presenti ultra dimidiam iusti precij, vel in aliqua parte ipsius precij, et se se nescivisse vel ignorasse verum valorem predictorum venditorum ut supra, doli et in factum, exceptioni condicioni sine causa, omnique capitulorum iuris beneficio, et generaliter omni alij exceptioni et iuri. Tali modo facta est dicta vendicio, quod predicti dominus Ogerius et Thomas nomine dicti communis et pro ipso communi et ipsum commune omnia et singula supradicta ut supra vendita habeant teneant quieteque possideant cum omnibus iuribus ipsis bonis et rebus venditis vel ipsis venditoribus ratione ipsarum quocumque modo pertinentibus faciant quicquid facere voluerint sine contradictione predictorum venditorum vel habentium causam ab eisdem. Et volentes predicti venditores in iamdictos dominum Ogerium et Thomam nomine predicti communis Astensis dominium et possessionem vel quasi possessionem transferre venditorum constituerunt se se ipsi venditores tenere et possidere seu quasi possidere predicta vendita nomine predictorum emptorum nomine predicti communis Astensis et pro ipso communi donec de eis predicti emptores pro dicto communi seu ipsum commune vel alius pro eo de predictis possessionem seu quasi possessionem apprehendiderint, quam eis predicto nomine apprehendere liceat et apprehensa uti quandocumque voluerint ad suam propriam voluntatem et auctoritatem sine licentia et auctoritate alicuius iudicis potestatis vel decreti vel alterius magistratus aut presidis cuiuscumque et sine contradictione predictorum venditorum et alicuius ipsorum et cuiuslibet alterius persone, ad quam apprehendendam vel quasi constituerunt ipsos dominum Ogerium et Thomam nomine ipsius communis procuratores ut in rem suam propriam, Et insuper predicti venditores et insolidum predictorum contiti et segnoriti iurisdicionis et hominum

Castri et ville predicti et predicte, ex causa venditionis predicte et pro precio supradicto, dederunt cesserunt atque mandaverunt predictis domino Ogerio alferio et Thome ementibus et recipientibus nomine et vice iamdicti communis Astensis omnes suas rationes, et actiones reales et personales utilles et directas realia et personalia utilia et directa, que et quas habent vel habere videntur vel que sibi competunt vel competere posse videntur ratione vel occaxione aliquorum instrumentorum cartarum vel aliorum iurium, vel aliqua alia occaxione ratione vel iure vel modo in predicta venditione dicte quarte partis predictorum Castri et ville et hominum, et in omnibus alijs superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum, et versus quascumque personas occaxione predictarum rerum et bonorum venditorum. Tali modo, quod predicti domini Ogerius et Thomas emptores nomine predicti communis et ipsum commune seu alius pro ipso communi, et singuli alij habentes causam a dicto communi vel habituri, de predictis iuribus actionibus et rationibus, et de omnibus et singulis instrumentis et cartis et iuribus, ad predicta bona vendita et res venditas spectantibus vel modo aliquo pertinentibus cum omnibus et singulis pactis et conventionibus in ipsis instrumentis comprehensis, possint nomine dicti communis uti in iudicio et extra, et possint nomine predicto agere causari experiri replicare intemptare et has actiones movere defendere tueri dictum commune et modis omnibus alijs uti adversus quamcumque personam vel personas que vellent aliquod ius petere in predictis rebus superius venditis, vel dictum commune turbare in possessionem et tenutam ipsarum rerum venditarum realiter et personaliter, utiliter et directe ad defensionem et tenutam et retencionem dominij et possessionis rerum predictarum, Et in casu evictionis si a possessione ipsarum rerum caderet contra quascumque personas et res predictas, Et predictas res habere tenere et possidere vel quasi, Quemadmodum predicti venditores facere poterant, si antequam iurium cessionem et venditionem fecissent vel ante presentem contractum et si presens contractus factus non fuisset. Et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda, et in predictis iuribus et actionibus melius exercendis et utendis, et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis, predicti venditores Constituerunt ipsos dominos Ogerium et Thomam nomine et vice ipsius communis et ipsum commune procuratorem ut in rem propriam dicti communis. Que quidem venditio predicta predicti venditores insolidum, et quilibet ipsorum promiserunt per se se et suos heredes imperpetuum predictis emptoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice predicti communis, et omnibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto communi defendere disbrigare et auctorizare ab omni persona et personis collegio et universitate sub pena dupli secundum quod predicte res et iura predicta nunc sunt et valuerunt vel pro tempore meliorata fuerint aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco facienda cum omnibus damnis expensis et interesse factis et faciendis et habitis causa iudicio mutuo premio vel alio modo, credendo de hijs in eorum simplici verbo sine sacramento et qualibet probatione eisdem emptoribus stipulantibus predicto nomine restituere et resarcire promiserunt qualibet eisdem predicto nomine denunciacione appellandi necesitate remissa per pactum expressum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis observandis complendis et non contraveniendis, predicti venditores supradictis emptoribus recipientibus nomine supradicto omnia eorum bona pignori obligaverunt. Hoc acto in

presenti contractu inter predictos venditores ex una parte et predictos emptores predicto nomine ex altera specialiter et expresse in principio medio et in fine et etiam ante et post dictum contractum, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum non obstantibus predictis vel aliquo predictorum Retineant libere et absolute infrascripta in dictis locis et posse Montisbersarij, sine eo quod occasione presentis contractus eisdem impediri inquietari vel aliquo modo molestari possint vel debeant quocumque modo vel quacumque causa. Inprimis eorum domus que sunt in Castro et villa montisbersarij, et omnes alie domus et sedimina cum hedificijs que et quas habent predicti venditores et quilibet eorum, et habere visi sunt in villis seu villarijs et alibi ubicumque sint in posse Montisbersarij. Item omnes eorum possessiones donee, videlicet terre vinee prata, Nemora gerbi, Ronchi, culte et inculte, et generaliter omnes alie eorum possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnia ficta que eisdem debentur in dicto loco et posse occaxione aliquarum terrarum et possessionum. Item tercij, quarti et quinti, qui debentur eisdem in dicto loco et posse Montisbersarij occaxione quacumque, prout predicta et quelibet predictorum, predicti venditores nunc tenent et tenere et possidere visi sunt, ita quod occaxione venditionis presentis, nullum in predictis ut supra retentis predictis venditoribus vel alicui ipsorum preiudicium generetur, Sed etiam omnia et singula retenta ut supra predicti venditores habeant et teneant quieteque possideant ita libere et absolute sicut ea nunc tenent et possident et quasi possident, vel hactenus tenere et possidere et quasi possidere visi sunt non obstantibus predictis. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum remaneat venatio et omne ius venandi integre et complete sicut illud nunc habent tenent et possident seu quasi possident in eorum dumtaxat doneis et proprijs terris vineis boschis, et quibuscumque possessionibus et quibuslibet eorum. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse, quod predicti venditores et quilibet ipsorum promiserunt stipulantibus predictis emptoribus nomine et vice communis Astensis ita facere et curare modis omnibus quibus poterunt, quod eorum uxores in dictis contractu segnorito iurisdicione et hominibus et Castro dicti loci renunciabunt et ratificabunt et firmam habebunt, et approbabunt predictam venditionem infra xv dies a predictis emptoribus vel a communi Astensi seu ab altero pro communi inde fuerint requisiti. Nomina autem hominum quos vendiderunt sunt hec, Jacobus noxa, Jacobus reverditus, Jacobus morinus qui dicitur copella, Arnaldus de lovazolio, Guillelmus filius tonsi de folla, Guillelmus squarzatus, henricus gallus qui dicitur asparelus, Manfredus de grixa, Philipus binellus pro se et pro Johane binello prout melius omni iure et modo esse et fieri potuit, Girbaldus marenghus, Albertus marenghus, Ascherius marenghus, Jacobus gayus, Jacobus de bonohomine, Manfredus de bonohomine, Vivianus maracius pro uxore sua basta, Albertus fauzonus qui dicitur baruschus, Vespa filius Oddonis boglosij, Guillelmus falzonus, Rollandus filius Martinoti berrete, Manfredus ballochus, Bonus Johanes ferarius henricus grixolius pro Agnete uxore sua, Quibus omnibus et singulis hominibus suprascriptis venditis predicti dominus Ogerius et Thomas auctoritate predicte baylie et nomine et vice communis Astensis preceperunt quod faciant in manibus predicti domini Ogerij et Thome pro dicto communi Astensi fidelitatem, cum fidelitate quam ipsi domini venditores habebant

in predictis hominibus remiserunt et relaxaverunt communi Astensi, seu dicto domino Ogerio et Thome nomine ipsius communis, ut in presenti vendicione seu contractu plenius continetur. Qui homines predicti omnes de voluntate et precepto predictorum dominorum venditorum et in manibus dictorum domini Ogerij et Thome et mei Simonini Saraschi notarij nomine et vice communis Astensis fecerunt fidelitatem, et iuraverunt ad sancta dei evangelia. Quam fidelitatem et omnia et singula que in fidelitate continentur attendere et observare promiserunt et iuraverunt tactis scripturis corporaliter. Qui domini in predictorum domini Ogerij et Thome manibus nomine communis Astensis, abrenunciaverunt fidelitati quam habebant in eorum hominibus et quolibet eorum. Similiter vero predicti domini venditores promiserunt stipulantibus dictis domino Ogerio et Thome nomine predicti communis facere et curare modis omnibus quibus poterunt, Ita quod Oddo Falzonus, Jacobina filia Bonini falzonij, Guillelmus ballochus, Rubeus de fraxa, et Helena Amedei payroli ratificabunt et approbabunt venditionem predictam et omnia ea et singula que in dicto instrumento continentur et fidelitatem facient sicut alij homines suprascripti qui ipsam fecerunt et iuraverunt infra xv dies postquam a predictis emptoribus vel ab altero pro communi inde fuerint requisiti. Item actum extitit in presenti contractu, et promiserunt predicti dominus Ogerius et Thomas auctoritate predicte baylie nomine et vice communis Astensis predictis venditoribus stipulantibus occaxione quod ipsi venditores predicta fecerunt et vendiderunt facere canzellari quoddam bannum datum pagano remuschio.

Item ex vigore dicte baylie nomine predicti communis Astensis et occaxione dicte venditionis facte pro bono dicti communis absolverunt et absolutos esse pronunciaverunt et promiserunt ipsos dominos venditores et quemlibet ipsorum et eorum res, et habentes ab eis causam, et res et bona ipsorum omni iure et modo quo melius potuerunt, de eo quod reperirentur vel inculparentur ipsos vel aliquem ipsorum pro predictis rebus venditis in aliquo fecisse contra commune Astense. Et de predictis omnibus, predicti dominus Ogerius et Thomas pro communi Astensi et pro predictis venditoribus unum et plura instrumenta fieri preceperunt, quorum unum istud est factum pro communi Astensi.

Et ego Alexander de burgo notarius palatinus hanc cartam abreviatam per Simoninum sarachum notarium iussu et voluntate ipsius scripsi.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus predictum instrumentum vidi legi, et in isto libro continue exemplavi et posui, et sicut in ipso continebatur sic et in isto novo continetur exemplo, Nichil addens vel minuens preter litteram sillabam vel punctum tamen parcium significatione retenta et me subscripsi et meum signum apposui.

164. *De Citaniatico hominum montisbersarij qui fuerunt illorum de alferijs.* 1284. 28 Februarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo quarto Indictione XII.ª die Martis ultimo mensis februarij, Mussus de trevesino sindicus et procurator hominum infrascriptorum constitutus ab ipsis hominibus infrascriptis ad faciendum et iurandum citaniaticum communis Astensis coram domino Guizardo zazio potestate astensi vel coram vicario ipsius domini potestatis, et ad subeundum coram ipso vel suis vicarijs in manibus

ipsorum et cuiuslibet ipsorum cuiuslibet generis sacramentum, et ad obligandum ipsos et quemlibet ipsorum ad hoc ut sint cives astenses, prout domino potestati vel vicarijs ipsius placuerit, et sicut eis videbitur expedire, et ad prestandum se pro ipsis et quolibet ipsorum, et ad faciendum totum id quod ipsi facere possent et deberent si essent presentes, ut continetur in carta inde facta per Petrum de careo notarium, Anno domini presenti currente MCCLXXXIIII.° indictione duodecima, die lune, XXVIII mensis februarij, iuravit ad sancta dei evangelia suo nomine et nomine omnium hominum infrascriptorum, Quorum procurator est et sindicus, et in animas ipsorum et cuiuslibet ipsorum Citaniaticum communis Astensis, et esse sub preceptis domini potestatis et eius preceptis obedire, que eis fieri possunt per formam capitulorum civitatis Astensis factorum et faciendorum sicut alij cives astenses faciunt aut facere debent et omnia alia facere que facere debent vel debebunt tanquam homines et cives communis Astensis.

Nomina autem illorum quorum sindicus est, et in animas quorum iuravit ut supra sunt hec. Inprimis henricus cannavosus, Manfredus rognonus, Bonefacius carellus, Oddonellus rubeus, Ruffinus de vallemezana, Ascherius rubeus, Albertinus de sucino, Guillelmus garabuxa, Ruffinus pacella, Jacobus boxius, Conradus Joria, Albertus marengus, Guillelmus gallus, Jacobus xamanellus, henricus malchabrinus, Jacobus de nicia, Albertus rex, Guillelmus tonsus, Oddo berrutus Guillelmus muscha, henricus grixolius, Bonefacius de vetula, Guillelmus medicus, Stefanus Joria, Manfredus verdilius, Paganus mazochus, Guillelmus tutu, Ascherius de duobus soldis, Maracius de vetula, Manfredus mascharus, Albertus barberius, Gandulfus philibertus, Guillelmus ansaldus, Thomas rognonus, Albertus cursa, Alexander de carzo filius artuffi quondam, Albertus baraterius, Henricus corbella, Gardeglonus, Petrus ansaldus, Jacobus de trevexino, Raymondus borsotus, Berardus vallenzanus, Henricus buxacius, Nicolaus guercius, Jacobus payrolius, Amodeus rognonus, Petrus ferarius, Thomas de careo Petrus de careo, Jacobus borgesius, Ruffinus filius quondam Manfredi de duobus soldis, Petrus de pissa, Petrus de costeglolis, Guillelmus guercius, Ferracia ripa, Jacobus bosius, Petrus ansaldus, Oliverius de talercio, Jacobus beccaria, Ottonus guercius, Obertus guercius, Henricus de vallio, Ansaldus de trevexino, Petrus de vallemezana, Raymondus sucius, Guillelmus benanatus, Guillelmus polus, Facinus corbella, Obertus guadinus, Jacobus pugnanus, Petrus Vayrius, Oddo contus, Henricus talercius. Et inde et sicut ipse Sindicus et procurator iuravit et fecit citaniaticum supradictum, Guillelmus alferius precepit et iussit fieri instrumentum. Actum Ast in domo Rollandi Thome in qua moratur dominus Guizardus zazius potestas Astensis Die eodem Martis ultimo mensis februarij. Testes interfuerunt, Astexanus de monte grosso qui dicitur rubeus nuncius communis astensis, Antonius pollastra, Et nichola de guercijs.

Et ego Thomas de alfiano notarius palatinus interfui et sic scripsi.

165. *De venditione facta per Johanem speltam de Castelleto comuni Astensi de eius parte Montisbersarij.* 1288. 22 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo octavo indictione prima, Die Mercurij, XXII.° mensis decembris, in presenta testium infrascriptorum, Johanes spelta de casteleto de Montebersario suo proprio nomine et insolidum, et nomine fratris sui

Guillelmi de castelleto, et Manuel de castelleto qui dicitur morellus, vendiderunt et ex causa venditionis fuerunt confessi se se tradidisse vel quasi domino Ogerio alferio et Thome de alfiano, habentibus bayliam a communi Astensi emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium contitum, iurisdicionem et homines, quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse, et in villa malemortis et posse, Et de qua baylia factum est instrumentum per Manuellem pexinum notarium, in Anno domini MCCLXXXVIII indictione prima, die veneris XIII mensis Aprilis, ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis medietatem et quartam partem duodecime partis Contiti, segnoriti, dominij, iurisdicionis meri et mixti imperij, et hominum omnium feudatorum et non feudatorum, Aquatici, Pascuatici, venationis piscationis, decimarum, Rosiarum, Caregiorum, spiayroliorum furnorum molegiorum et omnium aliorum ad dominium et segnoriam pertinentium Castri et ville et posse Montisbersarij quilibet ipsorum pro partibus infrascriptis, et omnia alia infrascripta, videlicet predictus Johanes suo nomine et nomine fratris sui Guillelmi pro medietate predicte duodecime partis Contiti segnoriti, dominij, iurisdicionis meri et mixti imperij, et hominum feudatorum et non feudatorum, quos ipsi Johanes et Guillelmus unaa cum Jacobo spelta et fratribus habent in Montebersario et posse pro indiviso, cum predictis aquatico, pasquatico venatione, piscatione decimis et rosijs Caregijs spiariolis, furnis, Mollandinis Castro villa et posse Montisbersarij, et omnibus alijs ad dominium et segnoriam dicti castri et ville et posse ipsi pertinentibus, Et predictus Manuel qui dicitur Morellus pro quarta parte duodecime partis Contiti, segnoriti, dominij, iurisdicionis, meri et mixti imperij et hominum omnium feudatorum et non feudatorum quos habet pro indiviso cum Jacobo spelta fratre suo aquatici pasquatici, venationis piscationis, decimarum rosiarum, Caregiorum, spiayroliorum, furnorum mollendinorum, Castri et ville et posse Montisbersarij et omnium aliorum ad dominium et segnoriam dicti castri et ville et posse ipsius pertinentium, Et ultra predictam quartam partem omnium prędictorum, predictus Manuel qui dicitur morellus vendidit et ex causa venditionis fuit confessus se tradidisse vel quasi predictis domino Ogerio alferio et Thome de alfiano ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis, totum ius omnemque rationem quod et quam sibi videtur pertinere, vel acquisitum et acquisita sit ei, vel alio modo ad ipsum pertineant vel pertinere possent seu pertinere videantur aliquo modo titulo vel causa ex successione fratris sui Roffini qui dicebatur aycelinus, cui Roffino ipse Manuel dicebat et asserebat se successisse ex testamento in predicto contito, segnorito, dominio iurisdicione mero et mixto imperio Castri et ville et posse montisbersarij et hominum quos habebat in Montebersario, Et generaliter omnia iura et rationes eis et cuilibet eorum competentes et competencia in predicto Contito, dominio et segnoria et alijs omnibus supradictis, Salvo et excepto in presenti venditione, quod predicti Johannes suo nomine et fratris sui, et Manuel retinuerunt in se venationem sive cazzam suorum propriorum boscorum, et omnes eorum terras, domos et possessiones et ficta et sedimina que et quas habent in Montebersario et posse, Ita quod ista superius exceptata non inteligantur esse in venditione predicta, Et predicta omnia eis vendiderunt et dederunt pro precio librarum quadraginta astensium, Quod precium predicti venditores silicet predictus Johannes suo nomine et predicti Guillelmi fratris sui, pro libris XXV astensibus et predictus Manuel pro

libris xv astensibus fuerunt confessi se se habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio et Thoma de alfiano solventibus nomine et vice communis astensis et de pecunia ipsius communis, et de ipso precio vocaverunt et tenuerunt se se tacitos et contentos, Renunciantes exceptioni non numerate et non recepte pecunie, et non habiti et non recepti precij, fori privilegio, doli et infactum, condicioni sine causa vel ex iniusta causa, Et ne possint dicere seu opponere se se fore deceptos vel deceptum ultra dimidiam iusti precij, vel in aliqua parte ipsius precij, vel dolum huic contractui intervenisse vel causam dedisse, et omni alij iuri et exceptioni. Tali modo et forma facta est predicta vendicio predicte medietatis et quarte partis duodecime partis Contiti, segnoriti, ac dominij et hominum predictorum predicti castri et ville Montisbersarij sive predictarum rerum venditarum, quod predicti dominus Ogerius Alferius et Thomas de alfiano nomine predicti communis sive predictum commune Astense predictam medietatem et quartam partem duodecime partis predicti Contiti segnoriti ac dominij et iurisdicionis predicti Castri et ville Montisbersarij, et homines et iura et rationes predicta et predictas sive predictas res venditas, habeant teneant quieteque possideant vel quasi libere et absolute imperpetuum per se et habentes seu habituros causam a dicto communi iure proprio et in alodium cum omnibus iuribus et rationibus et actionibus ingressionibus et regressionibus, et cum omnibus usibus publicis et privatis, et cum omnibus servitutibus realibus et personalibus rusticis et urbanis et alijs omnibus predicte medietatis et quarte partis duodecime partis Contiti segnoriti et iurisdicionis, et aliorum omnium predictorum, ac predictorum hominum sive predictarum rerum superius venditarum, et ipsis rebus superius venditis modo aliquo pertinentibus et competentibus, sive pertinentibus predictis venditoribus contra aliquam personam occaxione ipsarum rerum venditarum, et ex ipsis et qualibet ipsarum quicquid voluerit facere faciat ipsum commune et eidem communi placuerit pleno iure sine contradictione predictorum venditorum et suorum heredum et omnium aliarum personarum pacifice et quiete. Et volentes predicti venditores silicet predictus Johanes suo nomine et nomine predicti Guillelmi fratris sui, et predictus Manuel transferre dominium et possessionem vel quasi de predicta medietate et quarta parte predicte duodecime partis predicti Contiti segnoriti dominij iurisdicionis castri et ville Montisbersarij et de hominibus supradictis, sive de predictis bonis et rebus venditis et qualibet ipsarum, et de omnibus alijs superius nominatis et scriptis, et iuribus supradictis in predictis dominum Ogerium alferium et Thomam de alfiano recipientes nomine et vice communis Astensis transferre nichil in se se de predictis retinentes penitus, sed in ipsos nomine ipsius communis totaliter transferendo, constituentes se se predictam medietatem et quartam partem predicte duodecime partis Contiti iurisdicionis segnoriti et dominij Castri et ville et posse Montisbersarij, et homines predictos sive predictas res venditas et iura predicta et alia supradicta tenere et possidere vel quasi nomine ipsius communis, quousque predicti dominus Ogerius et Thomas de alfiano nomine ipsius communis Astensis sive ipsum commune vel alius pro ipso communi ex ipsis bonis et rebus venditis et qualibet earum, et ex ipsis iuribus et rationibus corporalem possessionem apprehendiderint vel quasi quod eis apprehendere liceat quando voluerint sua auctoritate propria sine licentia et auctoritate alicuius iudicis potestatis vel alterius magistratus aut presidis cuiuscumque et sine contradictione predictorum venditorum et cuiuslibet alterius persone, ad quam apprehendendam vel quasi, constituit

ipsos dominum Ogerium et Thomam nomine ipsius communis procuratores ut in rem suam. Et insuper predicti venditores videlicet predictus Johanes suo proprio nomine et insolidum et nomine Guillelmi fratris sui pro medietate predicte duodecime partis predicti contiti segnoriti et iurisdicionis Castri et ville predicti et omnium aliorum bonorum et rerum predictarum, et predictus Manuel dictus Morellus pro quarta parte ex causa venditionis predicte et pro precio supradicto, dederunt cesserunt atque mandaverunt predictis domino Ogerio alferio et Thome de alfiano recipientibus nomine et vice communis iam dicti omnes suas rationes actiones et iura reales et personales utiles et directas, realia et personalia utilia et directa que et quas habent vel habere videntur vel que sibi competunt, vel competere posse videntur ratione vel occaxione aliquorum instrumentorum cartarum vel aliorum iurium vel aliqua alia occaxione ratione vel iure vel modo in predicta medietate et in predicta quarta parte predicte duodecime partis predicti Contiti Iurisdicionis segnoriti et dominij predicti Castri et ville Montisbersarij, et in predictis hominibus et alijs omnibus superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum, et versus quamcumque personam vel personas occaxione predictarum rerum et bonorum venditorum, Tali modo quod predicti domini Ogerius et Thomas emptores nomine dicti communis et ipsum commune seu alius pro ipso communi, et singuli alij habentes causam a dicto communi vel habituri de predictis iuribus actionibus et rationibus, et omnibus et singulis instrumentis cartis et iuribus ad predicta bona vendita et res venditas spectantibus vel alio modo pertinentibus, cum omnibus et singulis pactis et conventionibus in ipsis instrumentis comprehensis possint nomine dicti communis uti in iudicio et extra, et possint predicto nomine agere causari excipere replicare intentare et has actiones movere, et defendere et tueri dictum commune, et modis omnibus alijs uti adversus quamcumque personam vel personas que vellent aliquod ius petere in predictis rebus superius venditis vel dictum commune turbare in tenuta et possessione ipsarum rerum venditarum realiter et personaliter utiliter et directe, ad deffensionem tenutam et retentionem dominij et possessionis rerum predictarum, et in casu evictionis si a possessione ipsarum rerum caderet contra quascumque personas et res, et predictas res habere tenere et possidere vel quasi, quemadmodum predicti venditores facere poterant ante iurium cessionem vendicionem vel ante presentem contractum, et si presens contractus factus non fuisset, Et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda, et in predictis iuribus et actionibus melius exercendis et utendis, et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis, predicti venditores constituerunt predictos dominum Ogerium alferium et Thomam de alfiano nomine et vice ipsius communis et ipsum commune procuratores ut in rem predicti communis. Quam quidem medietatem et quartam partem rerum predictarum, sive quas res superius venditas, predicti venditores silicet predictus Johanes suo proprio nomine et insolidum, et nomine et vice predicti Guillelmi fratris sui pro medietate predicte duodecime partis rerum predictarum, promiserunt per se se et suos heredes imperpetuum eisdem domino Ogerio alferio et Thome de alfiano stipulantibus ac recipientibus nomine et vice communis Astensis, pro predicto communi et hominibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto communi, defendere disbrigare et auctorizare ab omni persona et personis collegio et universitate sub pena dupli secundum quod dicte res vendite et iura predicta nunc sunt

et valent vel pro tempore meliorata fuerint sub extimatione precij in consimili locó, quam penam dupli predicti Johanes suo proprio nomine et insolidum et nomine predicti Guillelmi fratris sui, Et predictus Manuel qui dicitur Morellus pro partibus supradictis, eisdem domino Ogerio alferio et Thome de alfiano stipulantibus nomine et vice dicti communis dare et solvere promiserunt si dicte res vendite et iura predicta insolidum evincerentur vel pro ea parte pro qua evincerentur, cum omnibus damnis expensis et interesse que et quas faceret vel substineret dictum commune vel alius pro dicto communi seu incureret occaxione predicta ullo modo evictione in causa iudicio mutuo premio eundo redeundo stando vel alio quoquo modo, credendo in verbo simplici dicti communis de damno expensis et interesse sine sacramento et qualibet alia probatione, insuper predictus Johanes promisit et per firmam stipulationem convenit eisdem domino Ogerio et Thome stipulantibus nomine communis predicti sic facere et curare quod predictus Guillelmus frater suus predictam venditionem et iurium cessionem, et omnia alia et singula supradicta a se principaliter et insolidum, ratificabit approbabit et confirmabit, et rata et firma habebit et tenebit perpetuo, et quod non contraveniet, et quod promittet et insolidum ipsas res defendere communi predicto pro dicta medietate predicte duodecime partis, et quod se et sua bona obligabit versus predictum commune predicta occaxione, Et ad deffensionem rerum predictarum et omnia alia et singula faciet que postulat ordo iuris ad dictatum unius sapientis iuris periti.

Hoc acto inter predictos dominum Ogerium alferium et Thomam de alfiano nomine predicti communis Astensis et auctoritate predicte baylie ex una parte, Et predictos Johanem et Manuellum suo nomine et predicto ex altera in presenti contractu specialiter et expresse in principio medio et in fine dicti contractus, quod ipsi Johannes Manuellus et Guillelmus, et alij habentes causam ab eis liberentur absolvantur et pro absolutis habeantur omnino et omni modo, de omni pena banno et damno in quam vel quod incurissent, vel quam et quod ab eis peti et aufferri posset vel inferri ea occaxione quod non renovaverunt communi Astensi fidelitatem de feudo Montisbersarij post mortem suorum antecessorum, et quod non fecerunt ea que circha predicta facere debebant communi predicto, et ea occaxione quod non emerunt quamdam possessionem quam emere debebant ipsi vel dominus henricus moycius, vel Sicardi a quibus causam habent, de quibusdam libris CCL. astensibus quas dictus dominus henrichus habuit de precio viglanij, Et de quibus denarijs emere debebat certas terras et possessiones in posse Astensi per pactum expressum sub certis penis et bannis, Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis complendis et non contraveniendis, predicti Johanes sua bona propria et insolidum et bona predicti Guillelmi fratris sui, et predictus Manuellus omnia sua bona eisdem domino Ogerio alferio et Thome de alfiano, recipientibus nomine et vice predicti communis Astensis pignori obligarunt, Renunciantes in omnibus et singulis supradictis novis constitutionibus condicionibus sine causa vel ex iniusta causa doli et infactum et omni iuri. Et inde preceperunt michi notario fieri duo instrumenta unius tenoris. Actum Ast in domo dicti domini Ogerij alferij. Interfuerunt testes, Bartolomeus alferius filius dicti domini Ogerij, Guillelmus de passatore notarius, et Jacobus de venijs sertor.

Et ego Francischus de benengo notarius palatinus interfui et sic scripsij.

166. *De Citaniatico Johannis spelte et Guillelmini et Manuellis de Montebersario.* 1288. 22 Decembris.

Anno domini MCCLXXXVIII Indictione prima, die Mercurij, XXII.° mensis decembris, In presentia testium infrascriptorum. Cum concessa esset plena baylia, et liberum arbitrium, a Consilio generali civitatis Astensis, domino Ogerio alferio et Thome de alfiano emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium, Contitum et iurisdicionem et homines, quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse et in villa Malemortis et posse, et in recipiendo in cives Astenses de quantitate et sicut eis videretur, omnes et singulos ex illis dominis vel personis qui vel que habeant iurisdicionem, domininm, Contitum, segnoritum vel homines aliquos in Montebersario et posse, et in Malamorte et posse, et qui venditionem facerent in predictos dominum Ogerium alferium et Thomam de alfiano pro communi Astensi, de illa eorum parte quam habent in dicto Contito segnorito dominio et iurisdicione Montisbersarij et Malemortis, ad voluntatem ipsorum domini Ogerij alferij et socij, et de qua baylia est instrumentum factum per Manuellem pexinum notarium, in anno domini MCCLXXXVIII indictione prima, die veneris, XIII mensis Aprilis, Cumque Johanes spelta de Castelleto de Montebersario suo proprio nomine insolidum et nomine fratris sui Guillelmi de Castelleto, et Manuel de Castelleto qui dicitur Morellus, vendiderint et ex causa venditionis fuerint confessi se se tradidisse vel quasi, domino Ogerio alferio et Thome de alfiano predictis ementibus et recipientibus nomine et vice communis Astensis, medietatem et quartam partem duodecime partis, Contiti segnoriti, dominij et iurisdicionis, meri et mixti imperij, et hominum omnium feudatorum et non feudatorum, Aquatici, pasquatici, venationis et piscationis, et decimarum Rosiarum, Caregiorum spyaroliorum, furnorum, molegiorum et omnium aliorum ad dominium et segnoritum pertinentium, Castri et ville et posse Montisbersarij quilibet ipsorum pro partibus contentis in instrumento venditionis predicte, quod instrumentum venditionis factum est per me Franciscum de benengo notarium anno presenti indictione, die et mense, et hoc ad voluntatem ipsorum domini Ogerij et Thome de alfiano, certo pretio in instrumento et venditione predicta contento. Cumque idem dominus Ogerius alferius et Thomas officialles iamdicti, promisissent ipsis Johani et Manuello, quod ipsos reciperent in cives Astenses solvendo fodrum comuni Astensi omni anno de certa quantitate. Ecce quod predicti dominus Ogerius et Thomas de alfiano officiales predicti volentes observare promissionem quam fecerant ipsis Johani et Manuello, et volentes uti ipsa eorum baylia maxime in illo puncto sive articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui vendicionem fecerunt, auctoritate et ex vigore predicte baylie, et omni alio modo quo melius potuerunt, nomine et vice predicti communis Astensis, receperunt predictos Johanem speltam suo nomine et nomine Guillelmi predicti et per ipsum Guillelmum, et Manuellem speltam qui dicitur Morellus, in cives civitatis Astensis, Et quod possint uti et utantur omni beneficio et officio, ceteroque alio iure, quibus utuntur alij cives civitatis, et habitantes in civitate Astensi, faciendo pro comuni Astensi pacem et guerram, exercitus itinera et cavalcatas guardias guaytas et scharaguaytas et alios mores ceterasque consuetudines civitatis Astensis, sicut alij cives civitatis Astensis,

in ceteris alijs sint et esse debeant velut alij cives civitatis Astensis imperpetuum solvendo omni anno imperpetuum per se et suos heredes semper et quocienscumque civitas ad fodrum pervenerit, fodrum de quantitatibus infrascriptis, et pro partibus infrascriptis, videlicet predictus Johanes pro se et dicto Guillelmo fratre suo, et heredibus ipsorum, de libris quinque Astensibus et ipse Manuel de libris decem Astensibus, et ultra de acquisitis possessionibus et acquirendis, qui Johanes et Manuel, iuraverunt ad sancta dei evangelia tactis scripturis in manibus ipsius domini Ogerij recipientis nomine et vice communis Astensis, predictum citaynaticum et esse fideles cives civitatis Astensis. Et inde plura instrumenta unius tenoris michi notario fieri preceperunt. Actum Ast in domo dicti domini Ogerij. Interfuerunt testes, Bartolomeus alferius, Guillelmus de passatore notarius, et Jacobus de veneis sartor.

Et ego Francischus de benengo notarius platatinus interfui et scripsi.

167. *De donatione facta Comuni Astensi, per dominum henricum de montebersario et eius filium, de certa parte Castri et ville Montisbersarij et malemortis.* 1168. 26 Junij.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ad honorem et servicium domini nostri yesu christi et beate marie virginis et beati secondi Martiris et omnium sanctorum dei, et Imperatoris fredericij et filij eius regis henrici dominus henricus de monte bersario unaa cum henrico filio suo, fecit donum Consulibus Astensibus quorum nomina sunt, Rollandus balbus, Jacobus de curia consules communis, et Girbaldus de porta et Oppizo calcagnius consules de iustitia vice et nomine tocius communis Astensis, Nominatim de sua parte castri et ville et posse Montisbersarij et Malemortis que est duodecima pars predictorum locorum, et de sua parte unius sediminis quod ipse henricus et frater eius habent communiter ante predictam partem in castris predictorum locorum et de sua parte duorum mansorum quos ipse et frater eius habent comuniter ante predictam partem in Monte bersario Et de illa parte quam acquisivit a Guillelmo apuliensi in Malamorte in castro silicet et in villa et in posse, et de illa parte quam acquisivit ab Ascherio, in Castro et in villa et in posse Montisbersarij, cum omni eo quod tenent et possident iuste vel iniuste in castris et in villis et in posse predictorum locorum pro predictis partibus seu alio modo, et insuper de omni eo quod acquisivit in castro et in villa et in posse viglanij post mortem patris sui, et de omni eo quod habet vel hactenus visus est habere in predictis locijs pro predictis partibus videlicet in militibus et in ceteris hominibus predictorum locorum, in terris cultis et in cultis in vineis et in nemoribus, in pratis et in zerbis, in silvis et in pasquis, in rivis in rupibus et in ruinis, in ecclesijs in capellis et in aquatu et in ripatu in venationibus et piscationibus in drictis et in fictis, et in omnibus alijs rebus et usibus predictorum locorum. Eo modo ut ipsi Consules et successores eorum vice et nomine tocius communis astensis decetero predicta omnia qualiter supra legitur insolidum habeant teneant firmiter que possideant, et faciant inde quicquid facere voluerint, et guerram et pacem cuicumque voluerint sine omni contradictione predicti henrici de montebersario et henrici filij sui, et heredum eorum. Insuper predictus henricus de montebersario unaa cum henrico filio suo pro se et pro suis heredibus, hanc donationem qualiter supra legitur insolidum, predictis Consulibus et eorum successoribus

nomine et vice tocius communis Astensis, aut cui dederint ab omni homine sub dupli pena defendere promisit per stipulationem iure subnixam. Preterea predictus henricus de monte bersario et henricus eius filius iuraverunt ambo supra sacro sancta dei evangelia hanc donationem qualiter supra legitur insolidum cum conventis inferius scriptis firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore removere nec vetare predicta loca consulibus Astensibus guarnitis neque scaritis quin faciant ex eis guerram et pacem cuicumque voluerint. Et debet abrenunciare fidelitatibus militum et hominum predictorum locorum, et facere fieri ab eis fidelitates Astensibus consulibus pro communi et salva fidelitate communis Astensis, postea recipere debet ab eis fidelitates, et sic de predictis omnibus, predictos Consules nomine et vice tocius communis Astensis per quoddam lignum investivit, et eis fidelitatem talem qualem vassallus facit domino fecit, et ab eis predicta loca in feudum recepit. Actum urbe Aste in publica contione, Anno domini MCLXXXVIII indictione sexta, die dominico, VI° kalendas iullij. Interfuerunt testes, Gandulfus zinzellarius, Bartolomeus de porta, Pipinus de sancto Julliano, Rollandus de aldo, Jacobus belserius, Gandulfus de porta, Rollandus de donna persenda, Ubertus de cario, Albertus occulus de bove, Gerardus frater eius, Guillelmus filius Jacobi de vivario, Robaldus monacorum, Thomas notarius, otto pellicula, et multi alij qui erant in publica contione illa presentes.

Ego Jacobus boviculus sacri palacij notarius interfui et precepto predictorum consulum scripsi.

168. *De dono et investitura factis comuni Astensi, per Manfredum tiburum et certos alios de IIII^a^ parte Montisbersarij.* 1189. 13 Novembris.

In nomine cuncti potentis dei amen. Ad honorem et servicium domini nostri yhesu christi et beate Marie virginis et sancti Secondi martiris, et omnium sanctorum et sanctarum dei, et ad honorem et servicium, Frederici Romanorum imperatoris augusti, et filij eius regis henrici, donum et investituram fecerunt Ruffinus filius quondam Manfredi tiburij, et Otto grignola, et Albertus sardus fratres eius in manibus astensium Consulum, quorum nomina sunt, Guillelmus calvus, Opizo de Vivario Rollandus berrardesis, Et Rollandus bergogninus et Otto vola consules de communi, ubertus de plathea, Rollandus crivellus et Petrus de sancto Johane consules de iusticia, Nominative de eorum parte que est quarta pars Castri et ville et posse Montisbersarij, et quarta parte Castri et ville et posse Malemortis, Et de omni eo quod habebant et possidebant iuste et iniuste in predictis locis et in eorum pertinencijs, videlicet in hominibus et rusticis feudatis et infeudatis in drictis et in fictis, in terris cultis et incultis, in zerbis in pratis in rupibus in ruinis et in pasquis, in vineis et in boschis, in ecclesijs et in capellis, in aquatu et ripatu in venationibus et in piscationibus in fontibus et in omnibus communibus predictorum locorum, cum omni honore et comitatu et cum omni districtu et posse quod habebant in predictis locis quocumque modo, Eo modo ut predicti Consules et eorum successores nomine et vice tocius communis Astensis omnia supra memorata decetero iure proprietario teneant firmiterque possideant et faciant inde quicquid voluerint et guerram et pacem cuicumque voluerint, et sine omni contradictione predictorum Ruffini, Ottonis grignole, et Alberti sardi fratrum eius et heredum eorum. Insuper predictus Ruffinus, et Otto

et Albertus fratres pro se et pro heredibus suis supra memoratis Consulibus et eorum successoribus nomine et vice tocius communis astensis hanc donationem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine sub dupli pena defendere promiserunt per stipulationem subnixam. Et hanc supradictam donationem fecerunt supranominatis Consulibus, nomine et vice tocius communis Astensis.

Actum urbe Aste in Cimiterio ecclesie sancti Secondi de Merchato in publica contione coram astensi populo. Anno domini MCLXXXVIIII.° indictione VII.ª die lune, XIII.° die intrante mense Novembris. Interfuerunt testes, Girbaldus de porta, Ottolinus de iscardo, dominus henricus de Montebersario, Ardicio ottinus, Guillelmus vardalos, Rodulfus durnasus, Philipus de sancto sisto, Tomas notarius et multi alij in contione illa existentes.

169. *De investitura facta per Comune Astense in predictum Manfredum et certos alios, de dicta IIIIª parte Montisbersarij.* 1189. 13 Novembris.

Eodem die et loco et in eadem Concione, et presentia eorumdem testium, predicti Consules investiverunt iamdictos Ruffinum et Ottonem grignolam, et Albertum sardum fratres pro se se et pro eorum heredibus, de predictis locis nomine recti feudi, et debent eos adiuvare ad tenenda predicta loca, et eorum feudum et alodium contra omnes homines bona fide. Et ibidem ipsi Ruffinus Otto et Albertus fratres eius fecerunt fidelitatem predictis Consulibus pro communi Astensi, talem qualem vassallus facit domino suo. In qua fidelitate iuraverunt, quod non vetabunt Consulibus Astensibus nec communi astensi guarnitis nec scaritis predicta loca quin faciant inde guerram et pacem cuicumque voluerint, et iuraverunt non capere pedagium in predictis locis nec curayam nec per se nec per aliam personam ab aliquo cive astensi, nec ab aliquo de posse astensi. Et hanc fidelitatem fecerunt comuni Astensi, salvo Imperatore et Rege.

Ego Jacobus boviculus sacri palacij notarius interfui, et precepto predictorum Consulum Astensium scripsi.

170. *De fidelitate prestita per certos de Montebersario communi Astensi occaxione Montisbersarij et malemortis.* 1200. 22 Marcij.

Anno domini MCC, indictione III.ª die veneris XI ° kalendas Madij, presentia infrascriptorum testium, Arnaldus balzanus de montebersario, et Guillelmus filius domini Rodulfi de montebersario, iuraverunt domino Nicolao de fodro potestati astensi nomine communis de aste Consortitum de Castro et de villa Montisbersarij et Malemortis et promiserunt et iuraverunt salvare et custodire personam potestatis, et personas et res omnium civium Astensium in predictis Castris et in villis, et in omni eorum posse contra omnes homines, et adiuvare potestatem et homines de Aste tenere adiuvare et defendere totum hoc quod habent in Montebersario et in malamorte in castris silicet et in villis et in eorum posse, cum omni honore et comitatu, et si scierint malum astensibus facere illud scire per se vel per nuncios eorum, eis quam cicius poterunt facient. Et insuper Arnaldus pro sua parte si hoc non observaret, promisit predicto potestati nomine communis de Aste stipulanti, dare ei pro pena, C Marchas argenti, et pro hijs omnes res suas ei pignori obligavit, salvo eo si a montebersario vellet recedere

et omnibus contrarius esse, quod uno mense antea, potestati vel Consulibus astensibus per tempora existentibus et decem Sapientibus de credentia hoc debet denunciare. Actum die veneris, XI kalendas Madij, in domo surleonis. Testes Ubertus de platea, Jacobus porreta, Ubertus sapolius, Raymondus layolius, Rodulfus durnasus, Jacobus de stoarda, Guilelmus gardinus. Bayamondus de platea, Berardus bertramus et Vivianus de fontana.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui, et scripsi.

171. *De certis pactis et fidelitate prestita communi Astensi per certos homines de montebersario occaxione montisbersarij et malemortis.* 1201. 2 Aprilis.

Anno domini M°CC°I.° indictione quarta, Die II° intrantis Aprilis. In nomine domini. Astenses consules de communi quorum nomina sunt, Guillelmus ratio, Rollandus cazo et jacobus de stoarda, Cum consilio credentie per campanam congregate fecerunt donum a parte communis in manu henrici de montebersario suo nomine et nomine henrici patris sui, et in manu Alberti sardi et Monachi fratris sui, et nomine domini Rodulfi de montebersario patrui sui, et in manu Alberti sardi de malamorte suo nomine et nomine Ottonis patris sui et fratrum suorum, et in manu Merli de malamorte. Eo modo ut ipsi et heredes eorum cum omnibus rebus eorum habitis et habendis stando in monte puzolij de cetero sint cives Astenses et habitatores urbis de Aste imperpetuum, dando fodrum in Aste quocienscumque civitas ad fodrum devenerit secundum quod hic continetur, videlicet henricus de montebersario cum patre et fratre suo de libris x et Rodulfus patruus eius de libris x et Albertus sardus cum Ruffino et cum Ottone, fratribus suis de libris xx et Merlus de libris v et debent facere ceteras condiciones et consuetudines urbis Aste sicut alij cives Astenses secundum eorum extimationem que supra legitur, et tenere eorum homines in loco puzolij et eorum res ita quiete et ita libere cum omni honore et posse, et cum omni libertate quemadmodum eos tenebant melius et liberius cum stabant in Montebersario et in malamorte antequam in monte puzolij ascendissent. Quapropter predicti omnes videlicet henricus de montebersario suo nomine et nomine patris, et fratris sui, et nomine Rodulfi patrui sui, et Albertus sardus suo nomine, et nomine Ruffini fratris sui, et Jacobus grignola suo nomine et nomine Ottonis patris sui, et Merlus de malamorte, promiserunt predictis Consulibus stipulantibus, et etiam predicti henricus de montebersario, Albertus sardus, Jacobus grignola et Merlus tactis corporaliter evangelis sacro sanctis iuraverunt salvare et adiuvare et defendere omnes homines de aste et de virtute Astensi, per se et per eorum homines ubique in personis et in avere contra omnes homines bona fide et sine fraude, et salvare et custodire locum puzolij ad utilitatem comunis Astensis contra omnes homines nec esse in consilio nec in facto ut commune de aste perdat locum puzolij ullo modo et si homines de aste illud perderent quod deus nollit quod dabunt forciam et virtutem hominibus de aste ad illud recuperandum bona fide, et non vetabunt locum puzolij hominibus de Aste pro communi nec pro diviso guarnitis neque scharitis quin faciant ex eo guerram et pacem cuicumque voluerint et facient exercitum iter succursus et cavalcatas hominibus de aste et pacem et guerram de loco puzolij et de omni parte qua poterunt per se et per eorum homines quandocumque a potestate vel a consulibus Astensibus per tempora existentibus eis dictum vel preceptum fuerit. Item promiserunt et iuraverunt supra nominati henricus Albertus, Jàcobus et Merlus, ipsis et eorum

parte iurantibus et eorum nominibus et aliorum supradictorum ut supra continetur promittentibus quod non vendent nec permutabunt nec alienabunt hoc quod habent in loco puzolij vel habebunt nec hoc quod habent vel habebunt in Montebersario nec in malamorte alicui persone nisi communi de Aste, vel alicui eorum predictorum in aliquo tempore sub aliquo ingenio et si commune de aste vel aliquis eorum illud emere vel capere vellet, debent illud dare eis pro tanto quantum eorum consortes vellent dare eis qui vellent emere et boni homines dicent quod valleat pro honore et godimento bona fide. Et si commune de Aste vel aliquis eorum consortum predictorum, pro tanto illud capere vel tantum illud emere nollet quod tunc liceat illud vendere vel alienare cuicumque voluerint, et si hoc quod supra legitur de venditione vel permutatione vel alienatione non facienda nisi secundum hoc quod supra legitur non observaverunt, predicti henricus et Albertus, Jacobus et Merlus eorum nomine et nomine aliorum supradictorum, promiserunt predictis consulibus ad partem communis de Ast stipulantibus et ex eorum parte supra dei evangelia iuraverunt dare eis nomine communis de Aste pro pena centum Marchas argenti rato manente pacto, et pro hijs omnes res eorum, eis nomine communis de aste pignori obligaverunt, illud idem predicti consules nomine communis Astensis, predictis henrico, Jacobo et Merlo eorum nomine et nomine aliorum supra nominatorum stipulantibus de eadem re attendere promiserunt, quod si non fecerint, promiserunt nomine communis eis stipulantibus dare pro pena centum Marchas argenti rato manente pacto. Similiter predicti consules nomine communis de aste promiserunt sepedictis henrico, Alberto, Jacobo et Merlo eorum nomine et nomine aliorum supradictorum stipulantibus salvare et custodire eos in personis et in avere sicut alios cives Astenses eorum bona fide et sine fraude, nec eorum homines capere nec facere cives Astenses in aliquo tempore sine voluntate et consensu eorum henrici silicet et aliorum supradictorum consortum suorum, et permittere eos tenere eorum homines et res eorum in monte puzoli ita quiete et libere cum omni honore, et posse et cum omni libertate quemadmodum eos tenebant melius et liberius cum stabunt in Montebersario et in malamorte antequam in Montepuzoli ascendissent. Item promiserunt eis facere ponere in brevi super quod iurabit potestas vel consules post eos sequentes, quod iurabit omnia predicta firma tenere nec removere in aliquo tempore nisi cum consilio et voluntate predictorum dominorum Montisbersarij et Malemortis, ita ut ipsi Consules vel potestas teneantur facere iurare illud idem alios Consules vel potestatem post eos intrantes, ita ut sic Consules vel potestates de aste decetero iurent quod supra legitur firmum tenere omni tempore nec removere nisi consilio et voluntate predictorum dominorum Montisbersarij et Malemortis. Actum urbe aste in ecclesia sancti Johanis de domate in credentia per campanam simul posita. Testes Ambrosius rotarius, Rollandus nasellus, Gandulfus de porta et multi alij qui ibi erant in credencia.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et iussu predictorum Consulum qui michi inde plures cartas in uno tenore facere, et predictis dominis si voluerint eas tribuere preceperunt, hanc cartam tradavi composui et scripsi.

172. *De quadam licentia occaxione massaricij data nomine communis Astensis ad laborandum omnes terras et possessiones Montisbersarij.* 1199. 26 Februarij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo nono indictione secunda die veneris tercio die exeunte februarij, presentia infrascriptorum testium, Baiamondus de platea et Jacobus iudex gerens vicem domini petri de petra sancta potestatis astensis, dederunt a parte communis astensis, henrico de Montebersario ad laborandum et ad collendum omnes terras et prata et vineas, que et quas commune de Aste tenet in montebersario de templo ad unam laboratoriam, de quibus omnibus debet dare medietatem communi et ducere in Aste, ita quod in ellectione sit communis, aut habere medietatem messis in garba aut habere medietatem grani, et si acciperet in garba, henricus non tenetur ducere in aste. Interfuerunt testes, Guillelmus scarampus, Cunradus de fringo et Philipus notarius. Actum in voltis sancti secondi.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

173. *De dono et investitura facta communi Astensi per Ruffinum tiburum et Ottonem grignolam et certos alios de IIII^a^ parte Castri et Ville montisbersarij et Malemortis.* 1189. 13 Novembris.

In nomine omnipotentis dei amen. Ad honorem et servicium domini nostri yhesu Christi, et beate Marie Virginis, et sancti Secondi Martiris et omnium sanctorum et sanctarum dei, et ad honorem et servicium Fredericij Romanorum imperatoris augusti, et filij eius regis henrici, Donum et investituram fecerunt, Ruffinus filius quondam Manfredi tiburij, et Otto grignola, et Albertus sardus fratres eius in manibus astensium Consulum, quorum nomina sunt, Guillelmus, Oppizo de vivario, Rollandus berrardengus, Rollandus bergogninus, et Otto vola consules de communi, Ubertus de platea, Rollandus crivellus, et Petrus de sancto Johanne consules de iusticia, Nominative de eorum parte, que est quarta pars Castri et ville et posse Montisbersarij, et quarta parte Castri et ville et posse Malemortis, Et de omni eo quod habebant, tenebant et possidebant iuste vel iniuste in predictis locis, et de omni eo quod ibi acquirere poterunt in aliquo tempore, cum omni honore et comitatu quos habent in predictis locis et in eorum pertinentijs, videlicet in hominibus in Rusticis feudatis et infeudatis in drictis in fictis et in terris cultis et incultis, in zerbis et in pratis in rupibus et in ruinis et in pasquis in vineis et in boschis, in ecclesijs et in capellis, in aquatu et in ripatu, in venationibus et piscationibus, in fontibus, et in omnibus comunibus predictorum locorum, cum omni honore et comitatu, et cum omni districtu et posse quos habebant in predictis locis quoquo modo, Eo modo ut predicti Consules et successores eorum nomine et vice tocius communis astensis omnia supra memorata decetero iure proprietario teneant firmiterque possideant et faciant inde quicquid voluerint, et guerram et pacem cuicumque voluerint sine omni contradictione predictorum Ruffini et Ottonis grignole et Alberti sardi fratrum suorum et heredum eorum. Insuper predicti Ruffinus et Otto et Albertus fratres pro se se, ac pro eorum heredibus, supra memoratis consulibus, et eorum successoribus, nomine et vice tocius communis astensis hanc donationem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine sub dupli pena deffendere promiserunt, per stipulationem subnixam, Et hanc supradictam donationem

fecerunt supranominatis Consulibus nomine et vice tocius communis Astensis. Actum urbe Aste in cimiterio sancti Secondi de merchato in publica contione coram Astensi populo. Anno domini MCLXXXVIIII.º indictione VII.ª die lune, XIII die intrante mense Novembris, interfuerunt testes, Girbaldus de porta, Ottolinus de sicardo, dominus henricus de Montebersario, Ardicio ottinus Guillelmus vardalos Rodulfus durnasus, philippus de sancto Sisto, Thomas notarius et multi alij in contione illa existentes. Eodem die et loco et in eadem contione et in presentia eorumdem testium, predicti Consules investiverunt iamdictos Ruffinum, et Ottonem grignolam, et Albertum sardum fratres pro se se et pro eorum heredibus, de predictis locis nomine recti feudi, et debent eos adiuvare ad tenenda predicta loca et eorum feudum et alodium contra omnes homines bona fide. Et ibidem ipsi Ruffinus et Otto et Albertus fratres eius, fecerunt fidelitatem predictis consulibus pro communi Astensi talem qualem Vassallus facit suo domino, in qua fidelitate iuraverunt quod non vetabunt, Consulibus astensibus nec communi Astensi guarnitis neque scharitis predicta loca quin faciant inde guerram et pacem cuicumque voluerint et iuraverunt non capere pedagium in predictis locis nec curaiam, nec per se nec per aliam personam ab aliquo cive Astensi, nec ab aliquo de posse astensi. Et hanc fidelitatem fecerunt communi astensi, salvo imperatore et rege.

Ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

174. *De venditione facta communi Astensi* per *Arnaldum balzanum de XIIª parte Montis bersarij, Malemortis et Viglanij.* 1208. 17 Augusti.

Anno domini eiusdem Millesimo ducentesimo octavo indictione undecima, die dominico sextodecimo kalendas septembris, presentia supra scriptorum testium Arnaldus balzanus de Montebersario fecit venditionem in manibus domini Ruffini georgi potestatis astensis, ad partem et nomine communis Astensis, Nominative de duodecima parte Castri et Ville Montisbersarij, et Castri et ville Malemortis, et Castri et ville Viglanij et tocius posse et districtus predictorum locorum, Et de omni quod iamdictus Arnaldus per se et per alium tenet et possidet habet et habere visus est per se et per alium in predictis locis iuste vel iniuste pro predicta duodena parte et omni alio modo nichil in se retinens in castris silicet et in villis eorumdem locorum, in ecclesijs Capellis in militibus, Rusticis et ceteris hominibus feudatis et infeudatis in terris cultis et incultis, in pratis vineis cerbis et nemoribus, in rupibus, ruinis, in aquaticis pasquaticis in venationibus et piscationibus, in silvis et furnis et molendinis, in drictis et fictis, et in omnibus rebus, quos et quas idem Arnaldus habebat tenebat et possidebat iuste vel iniuste, et hactenus tenere et habere visus est in predictis locis et eorum posse et districtu, pro predicta duodena parte, et omni alio modo, nichil in se retinens pro precio denariorum bonorum Astensis monete librarum quinquaginta unius et denarij unius, de quo precio iamdictus Arnaldus vocavit se quietum et pagatum renunciando exceptioni non numerate pecunie, et omni legum auxilio. Tali modo ut prefatus Ruffinus Georgius potestas Astensis decetero nomine communis astensis per se et per successores suos, predictam venditionem ut supra legitur in solidum habeant teneant firmiter que possideant, et inde iure proprietario faciant quicquid facere voluerint sine omni contradictione predicti Arnaldi et heredum eius. Insuper predictus Arnaldus, per se et per heredes suos, promisit predicto potestati,

ad partem et nomine communis de aste stipulanti sibi et suis successoribus aut cui dederint predictam venditionem sicut supra legitur insolidum ab omni homine defendere sub pena dupli sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locis, et eandem venditionem firmam tenere nec contravenire ullo modo neque ratione ulla quod ipsa vendicio sit vendita seu tradita minus dimidia iusti precij, et precij non soluti neque aliquo iure sive aliqua consuetudine nec aliquo modo alio. Preterea idem Arnaldus constituit ibidem se possessorem de predicta venditione nomine communis Astensis, et iuravit sacro sanctis tactis evangelijs propria manu eandem venditionem ut supra legitur insolidum firmam tenere nec removere seu contravenire ullo tempore neque ratione quod sit tradita pro minus dimidia iustj precij neque ullo alio iure, nec ulla consuetudine neque aliquo alio modo per se nec per heredes suos nec per aliam pro eis personam suppositam. Et quod de predicta duodena parte predictorum locorum ut supra legitur non fecerat alicui venditionem nec ullam alienationem alicui persone preter communi Astensi ut supra legitur. Actum urbe Aste in domo communis. Interfuerunt testes vocati et rogati, Henricus de Montebersario, qui expressim predicto Arnaldo in predicta venditione, ut superius legitur facienda consensit. Item Bayamondus iudex, Ubertus iudex, Guillelmus bertramus, Petrus laurentius, Mussus trossellus, Girardus Josbertus, henricus Soldanus, Manfredus cavazonus, Albertus de porta, Otto vola, Thizardus berardensis.

Ego Thomas notarius palatinus hanc cartam scripsi.

175. *De inductione et tradicione possessionis factis communi Ast de predictis bonis.* 1208. 18 Augusti.

Eodem anno eadem indictione, Die lune quintodecimo kallendas Septembris, predictus Arnaldus balzanus tradidit possessionem predicte vendicionis silicet Castri et ville Montisbersarij, Ricardo berardensi Clavario communis nomine et vice communis Astensis, Ponens ipsum in villa et in Castro vicinali, at in alio Castro et in superiori Castro in quo est ecclesia sancti Andre, Et ad maiorem cautellam, dedit eidem Ricardo, de terra et lapidibus ville et hedificiorum predictorum Castrorum. Interfuerunt testes henricus de montebersario Obertus galesius, Ubertus gallus, et Jacobus bulzarius. Item eodem die, eodem anno, et eadem indictione, iamdictus Arnaldus tradidit eidem clavario nomine communis, possessionem eiusdem venditionis silicet Castri et ville Mailemortis, et ponens illum in Castro predicto et villa, dedit ei ad maiorem evidentiam, de terra et lapidibus eiusdem Castri et ville. Interfuerunt testes Otto grignola et henricus de montebersario.

Ego Thomas notarius, hanc cartam scripsi.

176. *De Renunciatione facta de dicta possessione et venditione communi Ast per Richa uxorem Arnaldi balzani.* 1208. 19 Augusti.

Eodem anno, eadem indictione. Die Mercuri quartodecimo kallendas Septembris, presentia testium suprascriptorum, Richa uxor predicti Arnaldi balzani, renunciando universo iuri ypothecarum senatui consulto velleyano, et omni legum auxilio quod nunc haberet et decetero seu aliquo tempore habere et exigere posset in supradicta venditione pro dote sua, et omni alio modo sua sponte non coacta ut confessa fuit,

iuravit supra dei evangelia per manum Oberti grassi fratris sui, eandem venditionem ut superius legitur insolidum perpetuo tenere et habere firmam et non removere ullo tempore, per se nec per submissam personam neque pro dote sua nec aliquo alio modo. Actum in Castro Montisbersarij ante domum supranominati Arnaldi. Interfuerunt testes Ubertus grassus, Guilelmus pihignanus et Guilelmus corbella.

Ego Thomas notarius hanc cartam scripsi.

177. *De fidelitate hominum de Monte bersario et Malamorte.* 1208. 19 Augusti.

Hec sunt nomina hominum de Montebersario et de Malamorte qui fecerunt fidelitatem communi Astensi pro supradicta venditione sicut homo facit domino suo, Odo de nono, Guillelmus gallus, Anricus Armanus vivianus Pontinus, Anfossus de Montebersario, Otto vercius, Petrus rubeus, Yserus, Guillelmus lovinus, Jacobus iazarella, henricus donnus, Guillelmus corbella.

178. *De quadam sentencia Arbitramentaliter prolata.* s. a. (sec. XIII.°)

In Christi nomine Amen. Asteuses Consules, Obertus belbellus, Guillelmus culus aureus, Manoses balbus, Auctor cavazonus, Discordia dominorum Montisbersarij, et Aycardi de viglano, talem dederunt sententiam. Quod domini Montisbersarij, et Aycardus de Viglano suique fratres usque imperpetuum amodo pacem inter se teneant, quod si aliquis ex ipsis sive Aycardus vel sui fratres, vel domini Montisbersarij homicidium inter se ex eorum proprijs personis fecerint vel si Aycardus vel sui fratres, dominos Montisbersarij, vel si predicti domini Montisbersarij de castello Viglani eiecerint predictum Aycardum vel suos fratres, illa pars que hoc malum peregerit feudum quod tenet ex Astensi communi debet amittere et in publicum erga Astenses homines esse. Si vero discordia inter eos horietur concordetur in laudem duorum hominum ex utraque parte. Quod si predicti IIII^or homines discordiam ad concordiam revocare non potuerint, Astenses consules discordiam infra XL dies finiendi bona fide teneantur, illa vero pars que discordia in voluntate consulum stare voluerit, a consulibus neque a communi auxilietur, et consules esse ex altera parte teneantur, Et si Aycardus quesierit homines ex parte Montisbersariensium qui iurent sibi pacem super Astenses consules sit dandum sibi bona fide. Item idem de Montisbersariensibus dominis dicimus regale fodrum viglani ex isto Anno, in restauratione castri viglani, dominorum Montisbersarij concedimus ut predicti domini habeant silicet libras X ex parte Montisbersariensium Similiter Aycardus ex sua parte et suorum fratrum libras XX et ecclesia sancti Secondi de Viglano libras X et ecclesia sancti Anianni similiter libras X silicet unam medietatem supradictorum denariorum ut habeat usque ad kallendas Augusti aliam medietatem ad sanctum Michaelem, nomine sententie dicimus, in nomine domini prenominati, sententia a predictis Consulibus data taliter confirmamus, ita ut habeat Aycardus XXXV libras ex dominis Montisbersarij, et domini Montisbersarij denarios XL fodri hominum Aycardi, finem faciant et debent facere de omnibus rebus pacem, et de monte alto tali modo vero si unquam in aliquo tempore predictus Aycardus inde potuerit cum domino suum proficuum facere auxiliari si debet illud facere

Ego Otto bassus notarius hanc cartam exemplavi.

179. *De quadam investitura facta per comune Astense ad rectum feudum in Arnaldum balzanum, de XII^a^ parte Castri et ville Montisbersarij et Malemortis.* 1208. 22 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo indictione undecima die iovis undecimo kallendas Septembris presentia infrascriptorum testium, dominus Ruffinus georgius potestas Astensis, nomine communis Astensis, investivit Arnaldum balzanum de montebersario, nomine recti antiqui et gentilis feudi in masculos et feminas, Nominative de duodecima parte Castri et ville Montisbersarij et Castri et ville Malemortis cum omnibus ad predictam partem duodecimam in utroque loco pertinencijs, Et de omni eo quod idem Arnaldus predicto potestati eisdem locis in castris silicet et villis et eorum pertinencijs pro communi vendiderat. Tali modo ut predictus Arnaldus de cetero per se et per heredes suos masculos et feminas, predictam duodecimam partem predictorum locorum, et totum illud quod communi Astensi vendidit in eisdem locis in castris et villis cum omnibus eorum pertinencijs ut superius legitur insolidum nomine recti antiqui et gentilis feudi, cum omni honore et districtu, teneat firmiter que posideat sine omni contradictione predicti potestatis et successorum eius et Astensis populi. Quapropter prefatus Arnaldus accepta investitura predicti feudi a predicto domino Ruffino georgio potestate astensi, fecit et supra dei evangelia manu propria iuravit fidelitatem eidem potestati nomine et ad partem communis Astensis qualem vassallus facit domino suo. In qua fidelitate iuravit sacrosanctis tactis evangelijs, non vetare castrum et villam Montisbersarij, et castrum et villam Malemortis predicto potestati nec successoribus eius pro communi, nec communis astensis munitum sive scaritum quin inde faciat pacem et guerram cuicumque voluerint. Actum urbe Aste, in domo communis. Interfuerunt testes vocati et rogati, Nicolaus gardinus Manfredus cavazonus, Baiamondus iudex et plures alij.

Ego Thomas notarius hanc cartam scripsi.

180. *De cessione data per henricum de montebersario in commune Ast de XII^a^ parte Montisbersarij.* 1208. 22 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo indictione undecima, die iovis undecimo kallendas septembris, presentia subscriptorum testium, henricus de montebersario cessit atque mandavit domino Ruffino georgio potestati Astensi nomine et ad partem communis Astensis omnia iura et omnes actiones reales et personales directas et utiles que et quas habebat in duodena parte Montisbersarij et Malemortis Arnaldi balzani quam communi astensi vendiderat sive pro venditione sive pro pignore et omni alio modo. Tali modo ut predictus Ruffinus potestas Astensis per se et per successores suos nomine et vice communis Astensis, ita agere causari experiri excipere et replicari possit adversus predictum Arnaldum balzanum et qualibet persona et ab alio omnibus modis se tueri sicut ipse henricus facere poterat. Insuper idem henricus fuit confessus se proinde recepisse post predictam iuris et actionum cessionem a predicto Ruffino georgio potestate astensi nomine communis de Aste, Astensis monete libras triginta et quinque, de quibus renunciando exceptioni non numerate pecunie iamdictus henricus vocavit se quietum et pagatum. Actum urbe Aste in

domo communis. Interfuerunt vocati et rogati, Nicolaus gardinus Manfredus cavazonus, Bayamondus iudex, Albertus de porta, Mussus trossellus, henricus soldanus, et petrus laurus.

Ego Thomas notarius hanc cartam scripsi.

181. *De quadam admonitione facta per potestatem Astensem.* 1219. 20 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonodecimo indictione septima, die Sabati duodecimo kallendas Madij, dominus Resonatus zazius potestas Astensis nomine communis de Aste admonuit Monacum de Viginti, et sibi pro communi dare paratus fuit denarios illos quos commune predictum eidem dare debet pro venditione quam fecerat dicto communi eo faciente fieri renunciationem sicuti jus postulat in venditione illa cuidam genero suo et filie sue, et alijs similiter personis quod jus aliquod in dicta venditione postularet. Actum hoc Aste sub planchile domus Rollandi de monte magno. Interfuerunt testes, Mussus boviculus, Michael textor, Manfredus grandis, Uricus caresonus, Guillelmus de alba, Bricius et Millecosse nunci communis.

Ego Ruffinus aranchaboscus notarius hanc cartam scripsi.

182. *De quadam fidelitate hominum de montebersario.* 1160. 22 Februarij.

In Christi nomine inter Astenses consules et dominos Montisbersarij sub jure jurando pactum servandum utrinque sub bone fidei tenore imperpetuum est firmatum, domini Montisbersarij debent adiuvare manutenere totum hoc quod Astense commune tenet et possidet contra omnes homines bona fide Astensi communi. Similiter debent predicti domini adiuvare Astense commune ad recuperandum omnem illam terram quam commune Aste ammisit vel de hinc in antea amiserit, et debent adiuvare Astenses de guerra Marchionis montisferati bona fide usque in fine, et de guerra Comitis blandratensis, et de omnibus alijs discordijs si apparuerint astenses debent eos adiuvare salvis eorum dominis et sacramentalibus, et debent venire in eorum exercitum cum militibus et peditibus proprijs stipendijs, et ammissionibus. Quod si milites tantum sex vel decem venerint debent venire ad stipendium astensis communis suis expensis et ammissionibus et debent recoligere Astenses in eorum locis si fuerit eis necesse, et debent eis prebere tectum et stramen cum perexerint per illas horas causa offendendi pro communi eorum inimicos, et debent capere suos inimicos in eorum posse uti et in Aste. Si vero predicti inimici vel arucis(?) supradictorum dominorum, Consules debent eis prius notificare ne in eorum posse veniant, et si postea venerint, si Astenses eos ceperint non teneantur reddere, si discordia modo est vel orietur de hinc inter Astenses et predictos dominos Montisbersarij debet finiri infra XL dies in laude Astensium consulum et dominorum Montisbersarij, Astenses namque debent adiuvare dominos Montisbersarij de eo quod tenent et possident contra omnes homines salvo jure jurando Aycardo de viglano et salvis eorum dominis et sacramentalibus manutenere bona fide. Similiter debent eos adiuvare de omnibus discordijs quas ceperint eorum consilio et de illa maxime que pro hac concordia eis supervenerit, et debent pergere in eorum exercitum cum militibus et peditibus proprijs stipendijs et ammissionibus Astensis communis. Si Milites XX vel XL in eorum perexerint servicio debent eos esse ad stipendium supradictorum dominorum et Ammissionibus

astensis communis. Hec semper debet Amicicia esse firmata in capite decem annorum per unum missum ab utraque parte. Actum anno domini MCLX, VIII.° kallendas Marcij.

183. *De restitutione cuiusdam instrumenti facta per commune Astense Marchioni Montisferati occasione malemortis.* 1220. 12 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo indictione octava die jovis, XII intrantis Novembris, dominus lafrancus de mozo potestas Astensis nomine et vice communis Astensis voluntate et consensu tocius credentie per campanam congregate, reddidit et restituit in manibus domini Assaliti de sancto Nazario nomine et vice domini Guillelmi marchionis Montisferati recipientis instrumentum illius venditionis quam dictus dominus Guillelmus marchio fecerat communi Astensi de Castro et villa Malemortis quod inde fecerat Mussus boviculus prout in eo continetur, facto anno domini M°CCXVIIII° Indictione septima, die mercurij XIII intrantis Novembris et aliud instrumentum de possessione illius partis Castri malemortis factum ab eodem Musso in anno domini MCCXX indictione VIII^a die dominico XII intrantis ianuarij. Item aliud instrumentum de promissione quam fecerat dominus Albertus de cortixela iudex et vicarius domini Rosonati zazij potestatis Astensis nomine et vice communis Astensis domino Guillelmo marchioni de monteferato, quod facta solutione communi Astensi de illis libris CCCCLX astensibus usque ad unum annum, quod faciat ipsi domino Guillelmo marchioni nomine communis de Aste pacem et finem et refutationem et pactum de non petendo et cetera que in illo continebatur instrumento facto per dictum mussum, anno domini MCCXVIIII.° indictione septima die mercuri XIII intrantis novembris. Interfuerunt testes, Rogerius de caliano, Petrus spalla, Guillelmus de subtus area, Cunradus de caliano et Guillelmus crivellus. Actum in urbe de Aste in domo Oppicionis Asinarij.

Ego Gandulfus de fossato notarius hanc cartam scripsi.

184. *De quadam confessione facta predicto Marchioni per comune Astense.* 1220. 12 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo, indictione octava, die jovis, XII intrantis Novembris, presentia infrascriptorum testium, Confessus fuit Guillelmus laiolius clavarius communis Astensis nomine communis Astensis et precepto domini lafranchi de mozo potestatis Astensis Consilio credentie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte se recepisse libras CCCCLX astenses a domino Assalito de sancto Nazario nomine et vice domini Guillelmi marchionis montisferati, quas ipse dominus Guillelmus marchio ipsi communi astensi vendiderat in Malamorte. Interfuerunt testes rogati Rogerius de caliano, Petrus Spalla, Guillelmus de subtus area, Cunradus de cardalona, et Guillelmus crivellus. Actum in urbe Aste in domo Opizonis Asinarij.

185. *De investitura et donatione factis per dominum Gualfredum de Montebersario in dominum Albertum de canellis de illa sua parte Montisbersari etc.* 1187. 7 Decembris.

(Omisimus quia iam est ad Num. 138).

186. *De quadam promissione facta communi Astensi per Painazam Vardalossum occassione Montisbersarij.* 1222. 9 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo secundo indictione decima, Die mercuri Nono intrantis Novembris, Painaza Vardalossus promisit domino Guidoni de landriano Astensi potestati nomine et vice communis Astensis voluntate et consensu domini Guielmi Montisferati marchionis presentis, si contingerit, quod comune Astense a sex mensibus inantea proxime venturis sibi solvere voluerit et solverit libras sexcentum et quadraginta unam Astenses et libras CL papienses, si Marchio predictus tunc non dedisset Raymondo pellete seu non restituisset libras quingentas et vigintiquinque pro vendicione quam ipse Marchio fecit eidem Ramundo de eo quod habebat in Montebersario et Malamorte ut continetur in carta inde facta a me Bonoinfante notario eodem anno mense et die, se tunc cedere et mandare communi Astensi universa iura rationes et actiones que et quas habet et visus est tenere et habere in castro Montisbersarij et villa, et in omnibus que ad ipsum castrum spectare videntur, et omnia instrumenta, que inde ipse habet eidem dare et consignare communi Astensi. Actum Aste in Canonica sancti Secondi in Astensi credencia. Interfuerunt testes dominus Jacobus de populo iudex dicti potestatis, Guiscardus miles eiusdem, Petrus beccarius, Guielmus bertramus Jacobus de Jaffa, Rollandus rex, Petrus de aracio, Guielmus rotarius, Bayalardus berardenghus Germanus trossellus, et Jacobus roba

Ego Boninfantus de Valfenaria notarius palatinus interfui et iussu dicti potestatis et Paniazie sic scripsi.

XXI. De Malamorte.

(Hic picta est arx Vid. Tab. IX n. 15)

Castrum et villa Malemortis est de locijs novis comunis Astensis et homines dicte ville pro parte comunis Astensis sunt cives Astenses, In omnibus et per omnia sicut alij cives Civitatis Astensis habitantes in Ast, ut patet etiam in titulo Encisie.

187. *De restitutione et inductione possesionis facta comuni Ast per Marchionem Montisferati occasione Malemortis.* 1206. 17 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto Indictione nona, Die Mercuri XVI° kallendas Junij presentia infrascriptorum testium, dominus Guillelmus marchio Montisferati posuit et restituit dominum lantelmum de landriano potestatem Astensem nomine comunis de Aste possessionem et tenutam in possessionem et tenutam de omni eo et in omni eo quod comune de Aste habebat vel solitus erat habere in Castro et villa et dominio et posse et hominibus Malemortis secundum quod in carta pacis et concordie facta inter ipsum dominum Guilelmum marchionem et comune de Aste continetur et specialiter in Murra nomine omnium aliarum rerum. Actum in domo que est in predicta Murra. Interfuerunt testes, Jacobus porreta, Ruffinus de ripa, Rollandus cazo, Bayalardus berardensis, Guilelmus gardinus et plures alij.

Et ego Otto notarius hanc cartam scripsi.

188. *De absolutione fidelitatis facta per dominum Guilelmum marchionem Montisferati de hominibus Malemortis in manibus comunis Astensis, ut ipsi sint comunis Astensis.* 1206. 17 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona die Mercuri xvi° kallendas Junij presentia infrascriptorum testium dominus Guilelmus marchio Montisferati, absolvit homines de Malamorte qui sunt de parte comunis de Aste ut si ipsi sacramentum vel fidelitatem seu promissionem sibi vel alicui alij pro se fecerunt quod a modo sibi non teneantur et quod fidelitatem faciant comuni de Aste. Et ibidem Anselmus zopus de foro eandem absolutionem fecit dictis hominibus de malamorte qui sunt de parte comunis de Aste etsi sibi vel alij pro se sacramentum fidelitatem vel promissionem aliquam fecerunt. Actum in pratis iuxta Thidonem infra villam Malemortis. Interfuerunt testes, Jacobus porreta Ruffinus de ripa, Rollandus cazo, Baialardus berardensis, Guillelmus gardinus, Guilelmus dompnetus, Oddo grasverdus et plures alij.

Et ego Otto notarius hanc cartam scripsi.

189. *De venditione facta comuni Astensi per dominam Mubiliam filiam quondam domini Saraceni de malamorte et dominum Ascherium de malamorte, de XVI^a^ parte Castri et ville Malemortis.* 1211. 25 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo undecimo indictione quartadecima, die veneris Septimo kallendas decembris, presentia infrascriptorum testium, domina Mubilia filia quondam domini Sarazeni de malamorte et dominus Ascherius de malamorte fecerunt cartam venditionis in manibus domini Guilelmi embriacij potestatis Astensis nomine comunis de Aste recipientis Nominatim de eorum parte que est sextadecima pars castri et ville et posse Malemortis et de omni eo quod habebant tenebant et possidebant ipsi vel alij pro eis iuste vel iniuste in predicto loco, et de omni eo quod ibi acquirere poterint in aliquo tempore cum omni honore et comitatu quod habent in predicto loco et in pertinencijs videlicet in hominibus feudatis et infeudatis, in drictis, in fictis, in terris cultis et incultis, in cerbis, in pratis, in rupibus et in ruinis, et in nemoribus, in ecclesijs et in cappellis, in pascuis, in aquatu et ripatu, in venationibus et in piscationibus, in furnis et in molendinis, in fontibus et in omnibus comunibus alijs rebus Malemortis, cum omni honore et comitatu, et cum districtu et posse que habebant et habere hactenus visi sunt in malamorte in castro et villa et posse aliquo modo. Eo modo ut ipse Guilelmus embriacus potestas Astensis nomine et vice comunis Astensis et eius successores nomine et vice comunis Astensis omnia supradicta iure proprietario teneant firmiterque posideant et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerit faciat sine omni predictorum Mobilie et Ascherij et heredum et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Insuper predicti Mobilia et Ascherius pro se et pro eorum heredibus predicto domino Guilelmo embriacho potestati Astensi nomine comunis de Aste stipulanti, sibi suisque successoribus nomine et vice tocius comunis Astensis hanc venditionem qualiter supra legitur ab omni homine deffendere sub dupli pena promiserunt. Insuper predicta domina Mobilia et predictus Ascherius renunciando exceptioni non numerate pecunie, et ei

juri quo dicitur quod non sunt decepti ultra dimidiam iusti precij, Confessi fuerunt se se recepisse a dicto domino Guilelmo embriaco potestate Astensi nomine et vice comunis Astensis pro precio dicte venditionis libras vigintiquinque Astensis monete, de quibus quietos et pagatos se tenuerunt. Et insuper dicta domina Mobilia et Ascherius iuraverunt supra sancta dei evangelia predictam venditionem ut supra legitur tenere firmam et ratam et nullo tempore contravenire pro se se vel per aliam personam seu aliquo ingenio. Insuper Anselmus filius domine Mobilie et Suzinus eius nepos et Fredericus, Renunciaverunt predicto domino Guilelmo embriaco potestati Astensi nomine et vice comunis de Aste omne jus quod habet vel habent vel habere possent in predicta venditione qualiter supra legitur et iuraverunt habere firmam et ratam et nullo tempore contravenire sub aliquo ingenio pro se se vel per aliam personam. Item promiserunt dicto domino Guilelmo embriaco potestati Astensi nomine et vice comunis de Aste facere renunciare predicte venditioni Arnaldinum et Guilelmum fratres Fredericij quandocumque fuerint in illa etate quod poterint renunciare. Actum Aste in domo comunis de Aste. Interfuerunt testes rogati dominus Petrus beccarius dominus Guido butigiella, dominus Baldinus de lavagna Jacobus boviculus notarius, henricus bossius de viginti et Guala eius frater.

Ego Jacobus de fossato notarius hanc cartam scripsi.

190. *De investitura facta per comune Astense in rectum feudum in infrascriptos homines, de dicta XVI parte predictorum Castri et ville.* 1211. 25 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo undecimo indictione quartadecima, die veneris septimo kalendas decembris dominus Guilelmus enbriacus potestas Astensis nomine comunis Astensis, investivit Ascherium et Anselmum et Sucinum et Fredericum nomine recti feudi, in filios et in filias, Nominatim de sextadecima parte Castri et ville Malemortis, quam ipsi et domina Mobilia vendiderant et nomine comunis astensis in alodium, qua investitura facta ipsi Ascherius et Anselmus et Sucinus et fredericus fecerunt ei fidelitatem nomine comunis de Aste et pro comuni de Aste, talem qualem Vassallus facit suo domino. Et inde eis et comuni de Aste cartam fieri iussit. Actum Aste in domo comunis de Aste Interfuerunt testes, dominus Guido butixela, dominus Petrus beccarius, dominus Balduinus de lavagna, Jacobus boviculus henricus bosius de viginti, Gualla eius frater.

Ego Jacobus de fossato notarius hanc cartam scripsi.

191. *De quadam confessione facta per dominum Guilelmum marchionem Montisferati versus Rollandum de catena prout infra continetur.* 1212. 10 Januarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quinta decima, die Martis decimo die intrante Januario presentia subscriptorum testium, dominus Guillelmus marchio Montisferati fuit confessus quod ipse fecerat alodium Rollando de catena totum illud quod ipse Rollandus tenebat pro illo Marchione in feudum in loco Malemortis in eius posse, et insuper idem Marchio eidem Rollando predictum alodium sibi confirmavit, quatenus de cetero predictus Rollandus, per se et per heredes suos, predictum feudum sibi alodium factum teneat et possideat proprietario iure, et inde quicquid facere voluerit faciat sine omni contradictione predicti Marchionis et here-

dum eius. Actum in rupe de costantinis sub porticu platee feliciter. Interfuerunt testes Guilelmus pastor, Manfredus pastor, Albertus de cortexellis, Pastor pelatus, Conradus de cortexellis et Guilelmus zucha.

Ego Thomas notarius palatinus rogatus interfui et scripsi.

192. *De quodam precepto facto per potestatem Astensem infrascripto notario ut autenticaret infrascriptum instrumentum.* 1254. 16 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto indictione duodecima, die dominico XVI. intrante Augusto super palatio comunis Astensis. Testes dominus Guillelmus alferius, Manfredus de cathena Jacobus vabella, Jacobus de azano, magister Ubertus de mongarello de viginti. Quorum presentia dominus Otto de canevanova potestas Astensis precepit mihi Jacobo de natonis notario ut suprascriptum instrumentum proxime auctenticarem.

193. *De quadam pace fine et refutatione facta per comune Astense domino Guielmo marchioni Montisferati prout inferius continetur.* 1220. 12. Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo indictione octava die Jovis XII intrante Novembri presentia infrascriptorum testium, dominus lafranchus de mozo potestas Astensis, Consilio et voluntate tocius credentie per campanam congregate et ore ad os interrogate et scripte fecit pacem finem et refutationem et pactum de non petendo nomine et vice comunis Astensis domino Assalito de sancto Nazario recipienti nomine et vice domini Guillelmi marchionis Montisferati de omni iure et actione et petitione quod et quas dictum comune habebat vel visum erat habere occaxione illius venditionis quam dictus dominus fecerat domino Alberto de curtexela iudici et vicario domini Resonati zazij potestatis Astensis nomine comunis Astensis de toto eo quod dictus Marchio habebat tenebat et possidebat vel alius pro eo iuris sui, in Castro et villa et posse Contili et districtu et iurisdicione malemortis sicut apparet ex publico instrumento inde facto per manum Mussi boviculi notarij M°CC°XVIIII°, Indictione septima, die mercuri XIII intrantis novembris, Promittens dictus dominus lafranchus nomine comunis Astensis prenominato domino Assalito nomine et vice dicti Marchionis recipienti, quod dictum comune in dicto Castro et villa Malemortis occaxione dicte venditionis aliquod jus non petet nec exiget sub aliquo ingenio, et in instrumento (?) predicte venditionis procurator (?) et fidelitatem faciendi et possessionis refutationem faciendi et possessionis nomine nomine comunis Astensis reddidit et restituit domino Assalito nomine suprascripti domini Guilelmi marchionis Montisferati. Actum in urbe Aste in domo Oppicionis asinarij interfuerunt testes rogati, Rogerius de caliano, Petrus Spalla, Guillelmus de subtus area, Conradus de cardalona, Guillelmus laiolius Guillelmus crivellus.

Et Gandulfus notarius hanc cartam scripsit.

194. *De quadam treugua facta per Guilelmum de ceva potestatem Astensem et Bonefacium marchionem prout infra continetur.* 1191. 25 Augusti.

In nomine domini. Concordes fuerunt, Guilelmus de ceva potestas Astensis et Bonefacius marchio quod faciunt treuguam inter se, silicet quod Bonefacius marchio

Montisferati facit treuguam ipsi Guillelmo de ceva potestati astensi et omnibus hominibus de Aste et universis eorum auxiliatoribus de sturmo malemortis et Montilij et Guillelmus de ceve facit treuguam ipsi Marchioni Bonefacio et omnibus auxiliatoribus de sturmo Malemortis et montilij, que treugua est ab utraque parte usque ad proximum festum Sancti Martini et ab illo festo sancti Martini usque ad unum annum pro qua treugua Marchio Bonefacius debet reddere Astensibus omnes captos quos habet per se vel per alium de Aste et de eius virtute, et de Alexandria et de eius virtute, et de omnibus amicis et auxiliatoribus Astensium et Alexandrinorum ubicumque sint sive in Monteferato sive alibi. Et Astenses et Alexandrini debent reddere ipsi Marchioni Bonefacio omnes captos quos habent de suis per sese vel per alium in Aste vel in Alexandria vel alibi. Et insuper Astenses debent dare ipsi Marchioni Bonefacio MM libras astenses et proinde omnes capti debent esse liberati et absoluti a captione ab utraque parte et de hijs libris MM. Astenses capti debent dare ipsi Bonefacio Marchioni libras MDCC per soldum et pro libra et de hoc debet facere securitatem usque ad proximam octavam festi Sancte Marie de septembri, et quousque adhuc, ad hunc terminum ei hanc securitatem fecerit, ipse Bonefacius Marchio debet eis dare terminum solvendi usque ad octavam festi sancti Michaellis proximi, et usque ad hunc terminum non debet eis facere ullam iniuriam, nisi quod debet eos custodire sicut captos et ille qui usque ad hunc terminum non solverit de cetero sit tantum in captione Marchionis quod se redimat sicut ei evenerit per soldum et per libram, et si tunc se non redimerit, et Marchio aliquam captionem vel aliquod districtum ei fecerit non debet proinde habere guerram astensium pro comuni nec pro diviso. Et si aliquis de parte ipsius Marchionis vel Astensium hanc treuguam in aliqua parte fregerit infra XL dies postquam pars parti denunciaverit emendari debet, sicut dominus Guilelmus de bosco et alius ex parte Astensium dixerit et sicut supra scriptum est, sicut dominus Guilelmus de ceva potestas Astensis, et Bonefacius Marchio Montisferati supra dei evangelia iuraverunt observare bona fide. Actum anno domini MCLXXXXI indictione nona, die dominico VIII° kalendas septembris in campis Castri alferij prope flumen verse. Interfuerunt testes, Bonefacius marchio de caprexana, Morandus et Jacobus drohat et Guilelmus donnetus.

Eodem die et loco et presentia eorumdem testium, dominus Guielmus de bosco, Guilelmus de testovesa, Raynerius de grana, et Assalitus de sancto nazario ex parte Marchionis, Et Petrus cicia, Mayfredus de solario, Guala boianus et Merlus de cumignano ex parte Astensium hoc idem observare iuraverunt. Signatum est istud instrumentum signi Jacobi boviculi notarij.

195. *De venditione facta comuni Astensi per Conradum et Albertinum de medietate XVIe partis Castri et ville et hominum Malemortis.* 1290. 12 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo Indictione tercia die Merchuri XII° mensis Aprilis presentia testium infrascriptorum, Conradus filius quondam Guilelmi de mongarello et Albertinus de mongarello filius quondam Manuellis de mongarello eorum proprijs nominibus et in solidum, vendiderunt et ex causa venditionis tradiderunt et quasi et vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessi fuerunt domino Ogerio alferio et Thome de alfiano habentibus bayliam a comuni Astensi emendi

et acquirendi a quocumque homine et persona dominium, Contitum, et iurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse, et in villa Malemortis et posse, de qua baylia factum est instrumentum per Manuellem pexinum notarium, anno domini M°CCLXXXVIII° indictione prima die veneris XIII° mensis Aprilis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis, Medietatem sextedecimo partis et plus si plus est pro parte apuliensium Castri et ville et posse et hominum Malemortis, et Contitum segnoritum, merum et mixtum imperium et homines feudatos et infeudatos, aquaticum pascuaticum, venationes piscationes, ripatus molegia atque furnagia, pedagia decimas roxias caregia spiayrolia, et omnia alia ad dominium et segnioriam pertinentia et spectancia, et venationes et ius venandi exceptis in eorum doneis et possessionibus et venationibus ut inferius continetur, atque omnia iura pertinentia et spectantia eisdem venditoribus et cuilibet eorum in Malamorte, et in hominibus infrascriptis ipsius loci et quibuscumque alijs, In fodris prestitis taleis successionibus, aconzamentis, exercitibus et cavalcatis, rosijs et caregijs, guaytis, scharaguaytis fossatis atque spinatis et quibuscumque clausuris et castellagijs capellanijs iure patronatus et generaliter eisdem et cuilibet eorum spectantibus et pertinentibus tam in predictis quam infrascriptis hominibus quam in quibuscumque alijs cuiuscumque condicionis existant tam actionibus supradictis quam feudi seu feudorum et fidelitatum et generaliter omnia alia pertinentia ad segnoritum contitum et dominium in Malamorte videlicet in castro et villa et posse et quibuscumque hominibus loci predicti Malemortis, nichil de predictis, in dicto loco et hominibus et posse in sese penitus retinentes. Et predicta vendiderunt predictis domino Ogerio et Thome recipientibus et ementibus nomine et vice predicti comunis Astensis, precio et pro precio librarum quadraginta Astensium. Quod precium predicti venditores fuerunt confessi sese habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio et Thoma nomine et vice comunis Astensis, et de pecunia ipsius comunis integre et complete renunciando exceptioni non numerate et habite pecunie et precij predicti integre non recepti et habiti, et quod non possint dicere vel allegare sese fore deceptos in presenti contractu ultra dimidiam iusti precij vel in aliqua parte ipsius precij, Et sese nescivisse vel ignorasse verum valorem predictorum venditorum ut supra doli mali et infactum, condicioni sine causa, omnique capitulorum et iuris beneficio et generaliter omni alij exceptioni et iuri. Tali modo facta est dicta venditio, quod predictus dominus Ogerius et predictus Thomas nomine dicti comunis et pro dicto comuni et ipsum comune omnia et singula supradicta ut supra vendita habeant teneant quieteque possideant et quasi possideant cum omnibus iuribus ipsis bonis et rebus venditis vel ipsis venditoribus ratione ipsarum quocumque modo pertinentibus et faciant quicquid facere voluerint sine contradictione predictorum venditorum vel habentium causam ab eisdem. Et volentes predicti venditores in iam dictos dominum Ogerium et Thomam dominium et possessionem seu quasi possessionem transferre venditorum in ipsos emptores, Constituerunt se se tenere et possidere seu quasi possidere predicta vendita nomine predictorum emptorum et nomine dicti comunis et pro dicto comuni, donec de eis predicti emptores pro dicto comuni seu ipsum comune vel alius pro eo de predictis possessionibus seu quasi possessionibus corporalem apprehendiderint possessionem quam eis apprehendere liceat et apprehensa uti quan-

documque voluerint ad suam propriam voluntatem et auctoritatem sine licentia, et auctoritate alicuius Judicis potestatis aut presidis cuiuscumque et sine contradictione predictorum venditorum et alicuius ipsorum, et cuiuslibet alterius persone ad quam apprehendendam vel quasi constituerunt ipsos dominum Ogerium et Thomam nomine ipsius comunis procuratorem ut in rem suam propriam. Et insuper predicti venditores et insolidum predicti contiti segnoriti iurisdicionis et hominum Castri et ville predicte ex causa venditionis predicte, et pro precio supradicto, dederunt cesserunt mandaverunt predictis domino Ogerio alferio, et Thome ementibus et recipientibus nomine et vice iamdicti comunis omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas realia et personalia utilia et directa, que et quas habent vel habere videntur vel que sibi competunt vel competere posse videntur ratione vel occasione aliquorum instrumentorum, cartarum vel aliarum iurium, vel aliqua alia occasione ratione iure vel modo, Jn predicta vendictione predicte medietatis dicte sextedecime partis predicti Castri et ville et hominum et in omnibus alijs superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum, Et versus quascumque personas occaxione predictarum rerum et bonorum venditorum. Tali modo quod predicti dominus Ogerius et Thomas emptores nomine predicti comunis et ipsum comune seu alius pro ipso comuni et singuli alij habentes causam a dicto comuni vel habituri de predictis iuribus actionibus et rationibus et de omnibus et singulis in instrumentis et cartis et iuribus ad predicta bona vendita et res venditas spectantibus vel modo aliquo pertinentibus cum omnibus et singulis pactis et conventionibus in ipsis instrumentis comprehensis, possint nomine dicti comunis uti in iudicio et extra et possint predicto nomine agere causari experiri excipere replicare intentare, et has actiones movere deffendere et tueri dictum comune, et modis alijs omnibus uti adversus quamcumque personam vel personas, que vellent aliquod ius petere in predictis rebus superius venditis vel dictum comune turbare in possessionem et tenutam ipsarum rerum venditarum, realiter et personaliter utiliter et directe ad defensionem et tenutam et receptionem dominij et possessionis rerum predictarum, Et in casu evictionis si a possessione ipsarum rernm caderet contra quascumque personas et res predictas, et predictas res habere tenere et possidere vel quasi quemadmodum predicti venditores facere poterant si antequam iurium cessionem et venditionem vel ante presentem contractum si presens contractus factus non fuisset, et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda, et in predictis iuribus et actionibus melius exercendis et utendis et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis predicti venditores constituerunt ipsos dominos Ogerium et Thomam nomine et vice ipsius comunis et ipsum comune procuratorem, ut in rem predicti comunis propriam. Que quidem vendita predicti venditores et in solidum et quilibet ipsorum promiserunt per se se et suos heredes imperpetuum predictis emptoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice predicti comunis in omnibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto comuni deffendere desbrigare et auctorizare ab omni persona et personis collegio et universitate sub pena dupli secundum quod predicte res et iura predicta nunc sunt et valent vel pro tempore meliorata fuerint aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco facienda, cum omnibus dampnis expensis et interesse factis et fiendis et habitis causa iudicio mutuo premio, vel alio modo, Credendo de hijs in eorum simplici verbo sine

sacramento et qualibet probatione eisdem emptoribus predicto nomine stipulantibus restituere et resarcire promiserunt qualibet eisdem predicto nomine denunciatione appelandi necesitate remissa per pactum expressum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis complendis et non contraveniendis, predicti venditores supradictis emptoribus recipientibus nomine predicti comunis omnia eorum bona pignori obligaverunt. Hoc acto in presenti contractu inter predictos contrahentes ex una parte, et predictos emptores predicto nomine ex altera specialiter et expresse in principio medio et in fine, et etiam ante et post dictum contractum quod predictis venditoribus et cuilibet eorum non obstantibus predictis vel aliquo predictorum remaneant libere et absolute infrascripta in dicto loco Malemortis sive eo quod occaxione presentis contractus eisdem impediri inquietari vel aliquo modo molestari possint vel debeant quocumque modo vel quacumque causa. In primis eorum domus que sunt in Castro et villa Malemortis, et omnes alie domus et sedimina cum hedificijs, que et quas habent ipsi venditores et quilibet eorum habere visi sunt in villa seu villario et alibi ubicumque sint in posse dicti loci. Item omnes eorum possessiones donee videlicet terre vinee prata, Nemora gerbij, Ronchi culte et inculte, et generaliter omnes eorum alie possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnes fictus, qui eisdem debentur in dicto loco et posse, occasione aliquarum terrarum et possessionum. Item tercij quarti et quinti qui debentur eisdem in dicto loco et posse Malemortis occasione quacumque prout predicta et quodlibet predictorum predicti venditores nunc tenent et tenere et possidere visi sunt. Ita quod occasione vendicionis presentis nullum in predictis ut supra retentis predictis venditoribus vel alicui ipsorum preiudicium generetur, sed ea omnia et singula ut supra retenta predicti venditores habeant teneant quieteque possideant ita libere et absolute sicut ea nunc tenent et quasi possident non obstantibus supradictis, vel hactenus tenere et possidere et quasi possidere visi sunt. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse, quod predictis venditoribus et cuilibet eorum remaneat venatio et omne ius venandi integre et complete sicut illud nunc habent et tenent et possident in eorum dumtaxat doneis et proprijs terris vineis boschis et quibuscumque possessionibus et quolibet eorum. Nomina autem predictorum venditorum quos vendiderunt sunt hec. Guilelmus rota, Bonefacius rota sive de puteo, Galonus rota sive de puteo fratres Ruffinus soavotus. Item actum extitit in presenti contraotu specialiter et expresse, Quod predicti venditores et quilibet ipsorum promiserunt stipulantibus predictis emptoribus nomine et vice comunis Astensis ita facere et curare modis omnibus quibus poterunt, quod eorum uxores ratificabunt approbabunt et firmam habebunt venditionem supradictam, et quod renunciabunt et refutabunt omne ius quod habebunt et quod petere possent in dicto contitu, segnorito iurisdicione, et hominibus supradictis, Infra xv dies postquam a predictis emptoribus vel a dicto comuni vel ab altero pro comuni inde fuerint requisiti. Et inde unum instrumentum et plura pro dicto comuni et pro dictis venditoribus fieri michi notario Jussa sunt. Actum Ast in domo domini Ogerij Alferij Testes Rollandinus alferius, Bartolomeus alferius henricus capellus, Astexianus curletus de Malamorte, Facinus alferius, et Obertinus alferius.

Et ego Guilelmus de passatore notarius palatinus interfui et scripsi.

196. *De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum de mongarello de VI^a parte XVI partis Castri et ville et hominum Malemortis.* 1290. 12 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo indictione tercia, die Mercuri XII mensis aprilis presentia testium infrascriptorum Jacobus de mongarello vendidit et ex causa vendicionis tradidit et quasi et vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessus fuit domino Ogerio Alferio et Thome de alfiano habentibus bayliam a comuni Astensi emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium Contitum et iurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse, et in villa Malemortis et posse, de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium, anno domini MCCLXXXVIII, Indictione prima, die veneris, XIII mensis Aprilis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis suam sextam partem sextedecime partis, Castri Ville et posse et hominum Malemortis et contitum segnoritum merum et mixtum imperium, et homines infrascriptos feudatos et non feudatos, Aquaticum pasquaticum, venationes piscationes, ripatus, molegia, furnagia, pedagia decimas, rosias, caregia, spiayrolios et omnia alia ad dominium et segnoriam pertinencia et spectancia et venationes et ius venandi exceptis in eius doncis possessionibus et venationibus ut inferius continetur Atque omnia iura spectancia et pertinentia eidem venditori in Malamorte et in hominibus infrascriptis ipsius loci, et quibuscumque alijs, In fodris prestitis talleijs successionibus aconzamentis exercitibus et cavalchatis, rosijs et caregijs, guaytis et scharaguaytis fossatis atque spinatis, et quibuscumque clausuris et Castellagijs, Capellanis iure patronatus, et generaliter eidem spectancia et pertinentia tam in predictis quam in infrascriptis hominibus quam in quibuscumque alijs cuiuscumque condicionis existant tam actionibus supradictis quam feudo seu feudis et fidelitatibus, Et generaliter omnia alia pertinentia ad segnoritum Contitum et dominium in Malamorte videlicet in Castro et villa et posse et quibuscumque hominibus loci predicti Malemortis, Nichil de predictis in predicto loco et hominibus et posse in se penitus retinendo. Et predicta vendidit predictis domino Ogerio et Thome recipientibus et ementibus nomine predicti comunis Astensis precio et pro precio librarum decem astensium. Quod precium predictus venditor fuit confessus se habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio et Thoma nomine et vice comunis Astensis et de pecunia ipsius comunis integre et complete, Renunciando exceptioni non numerate et habite pecunie et precij predicti, integre non recepti et habiti et quod non possit dicere vel allegare se fore deceptum in contractu presenti ultra dimidiam iusti precij vel in aliqua parte ipsius precij, et generaliter omni alij exceptioni et iuri. Tali modo facta est dicta vendicio, quod predicti dominus Ogerius et Thomas nomine dicti comunis et pro ipso comuni et ipsum comune omnia et singula supradicta ut supra vendita habeant teneant quieteque possideant et quasi possideant cum omnibus iuribus ipsis bonis et rebus venditis vel ipsi venditori ratione ipsarum quocumque modo pertinentibus et faciant quicquid facere voluerint sine contradictione predicti venditoris, vel habentium causam ab eodem. Et volens predictus in iamdictos dominum Ogerium et Thomam dominium et possessionem seu quasi possessionem transferre venditorum in ipsos emptores constituit se tenere et possidere seu quasi possidere

predicta vendita nomine predictorum emptorum et nomine dicti comunis et pro dicto comuni donec de eis predicti emptores pro dicto comuni seu ipsum comune vel alius pro eo de predictis possessionibus seu quasi possessionibus corporalem apprehendiderint possessionem quam eis apprehendere liceat et apprehensa uti quandocumque voluerint, ad suam propriam voluntatem et auctoritatem, sine licentia et auctoritate alicuius iudicis potestatis aut presidis cuiuscumque et sine contradictione predicti venditoris et cuiuslibet alterius persone ad quam apprehendendam vel quasi constituit ipsos dominos Ogerium et Thomam nomine ipsius comunis procuratores ut in rem suam propriam. Et insuper predictus venditor et insolidum predicti contiti segnoriti iurisdicionis et hominum Castri et ville predicte ex causa vendicionis predicte et pro precio supradicto, dedit cessit atque mandavit predictis domino Ogerio alferio et Thome ementibus et recipientibus nomine et vice iamdicti comunis omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas realia et personalia utilia et directa, que et quas habet vel habere videtur vel que sibi competunt vel competere posse videntur ratione vel occasione aliquorum instrumentorum cartarum vel aliorum iurium vel aliqua alia occaxione ratione iure vel modo in predicta venditione dicte meditatis dicte sextedecime partis predicti castri et ville et hominum et in omnibus alijs superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum et versus quascumque personas occaxione predictarum rerum et bonorum venditorum. Tali modo quod predicti domini Ogerius et Thomas emptores nomine dicti comunis et ipsum comune sive alius pro ipso comuni et singuli alij habentes causam a dicto comuni vel habituri de predictis iuribus actionibus et rationibus, et de omnibus et singulis pactis et conventionibus in ipsis instrumentis comprehensis, possint nomine dicti comunis uti in iudicio et extra et possint predicto nomine agere causari et experiri excipere replicare intentare et has actiones movere deffendere tueri dictum comune et modis omnibus uti adversus quamcumque personam vel personas que vellent aliquod ius petere in predictis rebus superius venditis vel dictum comune turbare in possessionem et tenutam ipsarum rerum venditarum realiter et personaliter utiliter et directe ad defensionem et tenutam et receptionem dominij et possessionis rerum predictarum. Et in casu evictionis si a possessione ipsarum caderet contra quascumque personas et res predictas et predictas res habere tenere et possidere vel quasi, Quemadmodum dictus venditor facere poterat si ante quam iurium cessionem et venditionem vel ante presentem contractum, Et si presens contractus factus non fuisset. Et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda et in predictis iuribus et actionibus melius exercendis et utendis, et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis, predictus venditor constituit ipsos dominos Ogerium et Thomam nomine et vice ipsius comunis et ipsum comune procuratorem ut in rem predicti comunis propriam. Que quidem vendita, predictus venditor promisit per se et per suos heredes imperpetuum predictis emptoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice predicti comunis in omnibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto comuni defendere disbrigare et auctorizare, ab omni persona et personis collegio et universitate sub pena dupli secundum quod predicte res et iura predicta nunc sunt et valent vel pro tempore meliorata fuerint, aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco facienda cum omnibus damnis omnibus expensis

et interesse, factis et faciendis et habitis causa Judicio mutuo premio vel alio modo, credendo de hijs in eorum simplici verbo sine sacramento et qualibet probatione, eisdem emptoribus predicto nomine stipulantibus restituere et resarcire promissit, qualibet eisdem denunciatione appellandi necesitate remissa per pactum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et non contraveniendis predictus venditor supradictis emptoribus recipientibus nomine supradicto omnia sua bona pignori obligavit, Hoc acto in presenti contractu, inter predictum venditorem ex una parte et predictos emptores predicto nomine ex altera specialiter et expresse, in principio medio et in fine et etiam ante et post dictum contractum quod predicto venditori non obstantibus predictis vel aliquo predictorum remaneant libere et absolute infrascripta in dicto loco et posse Malemortis, sine eo quod occasione presentis contractus eisdem impediri inquietari vel aliquo modo molestari possit vel debeat quocumque modo vel quacumque occaxione vel causa. Inprimis eius domus que sunt in Castro et villa Malemortis, et omnes alie domus et sedimina cum hedificijs que et quas habet ipse venditor et habere visus est in villa seu villario et alibi ubicumque sint in posse dicti loci. Item omnes eius possessiones donee videlicet terre vinee prata nemora zerbi ronchi culte et inculte et generaliter omnes eius alie possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnes fictus qui eisdem debentur in dicto loco et posse occasione aliquarum terrarum et possessionum. Item tercij quarti et quinti qui debentur eidem in dicto loco et posse Malemortis occaxione quacumque prout predicta et quolibet predictorum predictus venditor modo tenet et tenere et possidere visus est. Ita quod occaxione vendicionis presentis nullum in predictis ut supra retentis predicto venditori preiudicium generetur sed ea omnia et singula ut supra retenta, predictus venditor habeat teneat quieteque possideat ita libere et absolute sicut ea tunc tenet et possidet et quasi possidet non obstantibus supradictis vel hactenus tenere et possidere et quasi possidere visus est. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse quod predicto venditori remaneat venatio et omne ius venandi integre et complete sicut illud nunc habet et tenet et possidet seu quasi possidet in eius dumtaxat donneis et proprijs terris vineis boschis et quibuscumque possessionibus ipsius. Nomina autem hominum predicti Jacobi quos vendidit ut supra sunt hec. Gandulfus deleatus, Johana filia quondam Oddonis deleati. Item Actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse Quod predictus venditor promisit stipulantibus predictis emptoribus nomine et vice comunis Astensis ita facere et curare modis omnibus quibus poterit quod eius uxor in dicto contractu iurisdicione et hominibus et Castro dicti loci Malemortis renunciabit et ratificabit et firmam habebit et approbabit predictam venditionem et renunciabit omni suo iuri quod ipsa habet vel habere posset in dicta vendicione occaxione sue dotis vel aliqua alia occasione, Infra xv dies postquam a dictis emptoribus vel a comuni Astensi vel ab altero pro comuni inde fuerit requisitus. Et inde unum instrumentum et plura pro dicto comuni et pro predictis venditoribus fieri michi notario iussa sunt. Actum Ast in domo domini Ogerij Alferij Testes Rollandinus alferius Bartolomeus Alferius, henricus capellus, Astexanus curletus de malamorte, Facinus alferius et Obertinus alferius.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

197. *De venditione facta comuni Astensi per Jacobum sucium de sexta parte XVIe partis Castri et ville Malemortis.* 1290. 12 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo Indictione tercia die Merchurij XIIo mensis Aprilis presentia testium infrascriptorum, Jacobus sucius, vendidit et ex causa venditionis tradidit et quasi et vendidisse et tradidisse et quasi tradidisse confessus fuit, domino Ogerio alferio et Thome de Alfiano habentibus bayliam a comuni Astensi, emendi et aquirendi a quocumque homine et persona dominium contitum et jurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse, et in villa Malemortis et posse de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo octavo indictione prima, die veneris XIIo mensis Aprilis, ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis suam sextam partem sexte decime partis Castri et ville et posse Malemortis et totum contitum segnoritum merum et mixtum imperium Aquaticum pasquaticum venationes piscationes, Ripatus molegia fornagia pedagia, decimas rosias Caregia spiayrolios, et omnia alia ad dominium et segnoriam pertinencia et spectantia, Et venationes et jus venandi exceptis in eius doneis possessionibus et venationibus ut inferius continetur, Atque omnia alia iura spectancia et pertinentia eidem venditori in Malamorte, et in hominibus ipsius loci et quibuscumque alijs, In fodris prestitis tallijs successionibus, Aconzamentis exercitibus et cavalcatis, rosijs et Caregijs guaytis scharaguaytis fossatis atque spinatis et quibuscumque clausuris et Castellagijs Capellanis iure patronatus generaliter eidem venditori spectancia et pertinencia tam in predictis quam in quibuscumque alijs cuiuscumque condicionis existant tam actionibus supradictis quam feudi seu feudorum et fidelitatum, et generaliter omnia alia pertinencia ad dominium et segnoriam, contitum et dominium in Malamorte videlicet in Castro et in villa et posse loci predicti Malemortis, Nichil de predictis in dicto loco et posse in se penitus retinendo. Et predicta vendidit predictis domino Ogerio et Thome nomine predicti comunis Astensis precio et pro precio librarum quatuor Astensium quod precium predictus venditor fuit confessus se habuisse et recepisse a predictis domino Ogerio et Thoma nomine et vice comunis Astensis et de pecunia ipsius comunis integre et complete, Renunciando exceptioni non numerate et habite pecunie et precij predicti integre non recepti et habiti. Et quod non possit dicere vel allegare se fore deceptum in presenti contractu ultra dimidiam iusti precij vel in aliqua parte ipsius precij, et generaliter omni alij exceptioni et juri. Tali modo facta est dicta vendicio quod predictus dominus Ogerius et Thomas nomine dicti comunis et pro ipso comuni et ipsum comune omnia et singula supradicta ut supra vendita habeant teneant quieteque possideant et quasi possideant cum omnibus Juribus ipsis bonis et rebus venditis, vel ipsi venditori ratione ipsarum quocumque modo pertinentibus et faciant quicquid facere voluerint sine contradictione predicti venditoris et habentium causam ab eodem. Et volens predictus venditor in iam dictos dominum Ogerium et Thomam dominium et possessionem seu quasi possessionem transferre venditoris in ipsos emptores Constituit se tenere et possidere seu quasi possidere predicta vendita nomine predictorum emptorum et nomine dicti comunis et pro dicto comuni, donec de eis predicti emptores pro dicto comuni seu ipsum comune vel alius pro eo,

de predictis possessionibus seu quasi possessionibus corporalem apprehendiderint possessionem, quam eis apprehendere liceat, et apprehensa uti quandocumque voluerint ad suam propriam voluntatem et auctoritatem sine licentia et auctoritate alicuius iudicis potestatis aut presidis cuiuscumque, et sine contradictione predicti venditoris et cuiuslibet alterius persone. Ad quam apprehendendam vel quasi constituit ipsos dominum Ogerium et Thomam nomine ipsius comunis procuratores ut in rem suam propriam. Et insuper predictus venditor et insolidum predicti contiti segnoriti iurisdicionis et hominum Castri et ville predicte ex causa venditionis predicte et precio supradicto, dedit cessit atque mandavit predictis domino Ogerio et Thome ementibus et recipientibus nomine et vice iamdicti comunis omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas, realia et personalia utilia et directa que et quas habet vel habere videtur vel que sibi competunt vel competere posse videntur ratione vel occaxione aliquorum instrumentorum cartarum vel aliorum iurium, vel aliqua alia occasione ratione iure vel modo in predicta venditione dicte sextedecime partis predictorum Castri et ville et hominum et in omnibus alijs superius nominatis et scriptis vel aliquo ipsorum et versus quascumque personas occasione predictarum rerum et bonorum venditorum. Tali modo quod predicti dominus Ogerius et Thomas emptores nomine predicti comunis et ipsum comune sive alius pro ipso comuni et singuli alij habentes causam a dicto comuni vel habituri de predictis iuribus actionibus et rationibus et de omnibus et singulis instrumentis et cartis et iuribus ad bona predicta vendita et res venditas spectantibus vel modo aliquo pertinentibus cum omnibus et singulis pactis et conventionibus in ipsis instrumentis comprensis, possint nomine dicti comunis uti in iudicio et extra et possint predicto nomine agere causari experiri excipere replicare intentare et has actiones movere deffendere et tueri dictum comune et modis omnibus uti adversus quamcumque personam vel personas que vellent aliquod jus petere in predictis rebus superius venditis vel dictum comune turbare in possessionem et tenutam dictarum rerum venditarum realiter et personaliter utiliter et directe ad defensionem et tenutam et receptionem dominij et possessionis rerum predictarum et in casu evictionis si a possessione ipsarum rerum caderet contra quascumque personas et res predictas et predictas res habere tenere et possidere vel quasi, Quemadmodum dictus venditor facere poterat si antequam Jurium cessionem et venditionem vel ante presentem contractum si presens contractus factus non fuisset. Et ad predicta omnia et singula facienda et peragenda et in predictis iuribus et actionibus melius exercendis et utendis, et in predictis rebus venditis et qualibet earum habendis et retinendis predictus venditor constituit ipsos dominum Ogerium et Thomam nomine et vice ipsius comunis et ipsum comune procuratores ut in rem predicti comunis propriam. Que quidem vendita predictus venditor promisit per se et per suos heredes imperpetuum predictis emptoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice predicti comunis in omnibus et singulis causam habentibus vel habituris a dicto comuni defendere disbrigare et auctorizare ab omni persona et personis collegio et universitate sub pena dupli secundum quod predicte res et iura predicta nunc sunt et valent vel pro tempore meliorata fuerint aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco facienda, cum omnibus damnis omnibus expensis et interesse factis et faciendis et

habitis causa iudicio mutuo premio vel alio modo credendo de hijs in eorum simplici verbo sine sacramento et qualibet probatione eisdem emptoribus predicto nomine stipulantibus restituere et resarcire promisit, qualibet eidem denunciatione ap pelandi necesitate remissa per pactum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis observandis et non contraveniendis predictus venditor supradictis emptoribus recipientibus nomine predicto omnia sua bona pignori obligavit. Hoc acto in presenti contractu, inter predictum venditorem ex una parte, et predictos emptores predicto nomine ex altera specialiter et expresse in principio medio et in fine et etiam ante et post dictum contractum quod predicto venditori non obstantibus predictis vel aliquo predictorum remaneant libere et absolute infrascripta in dicto loco et posse Malemortis sine eo quod occaxione presentis contractus eidem impediri inquietari vel aliquo modo molestari possit vel debeat quocumque modo vel quacumque causa. In primis eius domus que sunt in Castro et villa Malemortis et omnes alie domus et sedimina cum hedificijs, que et quas habet ipse venditor et habere visus est in villa seu villario et alibi ubicumque sint in posse dicti loci. Item omnes eius possessiones donee videlicet terre vinee prata nemora, zerbij, Ronchi culte et inculte, et generaliter omnes eius alie possessiones quecumque sint et quocumque nomine censeantur. Item omnes fictus, qui eidem debentur in dicto loco et posse occasione aliquarum terrarum et possessionum. Item tercij quarti et quinti qui debentur eidem in dicto loco Malemortis et posse occasione quacumque prout predicta et quodlibet predictorum predictus venditor, modo tenet et tenere et possidere visus est. Ita quod occasione venditionis presentis nullum in predictis ut supra retentis predicto venditori preiudicium generetur sed ea omnia et singula ut supra retenta predictus venditor habeat teneat quieteque possideat ita libere et absolute sicut ea nunc tenet et possidet et quasi possidet non obstantibus supradictis, vel hactenus tenere et possidere et quasi possidere visus est. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse quod predicto venditori remaneat venatio et omne jus venandi integre et complete sicut illud nunc habet tenet et possidet seu quasi possidet in eius dumtaxat doneis et proprijs terris et possessionibus, vineis boschis et quibuscumque possessionibus ipsius. Item actum extitit in presenti contractu specialiter et expresse quod predictus venditor promisit stipulantibus predictis emptoribus nomine et vice comunis Astensis ita facere et curare modis omnibus quibus poterit quod eius uxor in dicto contractu iurisdicione et hominibus et in castro dicti loci Malemortis renunciabit et ratificabit et firmum habebit et approbabit predictam venditionem et renunciabit omni suo iuri quod ipsa habet et habere posset in dicta venditione occasione sue dotis vel aliqua alia occaxione, Infra xv dies postquam a predictis emptoribus vel a comuni Astensi vel ab altero pro comuni inde fuerit requisitus. Et inde michi notario unum instrumentum et plura pro dicto comuni et pro predicto venditore fieri iussa sunt. Actum Aste in domo domini Ogerij Alferij. Testes. Rollinus alferius, Bartolomeus alferius, henricus capellus, Astexanus curletus de malamorte, Facinus alferius et Obertinus alferius.

Et ego Guilelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

198. *De citaniatico Conradi et Albertini de montegarello occasione Malemortis.* 1290. 12 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo Indictione tercia die Mercuri XII° mensis Aprilis presentia testium infrascriptorum. Cum comissa esset baylia et liberum arbitrium a consilio generali civitatis Astensis domino Ogerio alferio, et Thome de alfiano, emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium Contitum et jurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et in Malamorte et posse et recipiendi in cives Astenses sicut eisdem videretur omnes et singulos ex illis dominis et personis qui vel que habeant Jurisdicionem, dominium contitum et segnoritum vel homines aliquos in Montebersario et posse et in Malamorte et posse et qui venditionem facerent predictis domino Ogerio et Thome pro comuni Astensi de illa eorum parte quam habent in dicto contitu segnorito, dominio et iurisdicione Montisbersarij et Malemortis, ad voluntatem ipsorum domini Ogerij et Thome de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium Anno domini MCCLXXXVIII indictione prima, die veneris, XIII mensis Aprilis, Cumque Conradus filius quondam Guillelmi de mongarello et Albertinus de mongarello filius quondam Manuellis de mongarello, vendiderint et ex causa venditionis fuerint confessi se se tradidisse vel quasi domino Ogerio Alferio et Thome de alfiano predictis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis Contitum Jurisdicionem dominium segnoritum et homines Malemortis et Jurisdicionem, ut in instrumento venditionis facto per me notarium hoc eodem anno indictione et die plenius continetur. Et hoc ad voluntatem dictorum domini Ogerij et Thome precio in ipso instrumento vendicionis contento. Cumque ipsi dominus Ogerius et Thomas officiales iamdicti promisissent ipsis de mongarello, dum modo venditionem facerent de predictis quod ipsos reciperent in cives Astenses solvendo fodrum comuni Astensi de certa quantitate, Ecce quod predicti dominus Ogerius alferius et Thomas de alfiano officiales iamdicti volentes observare promissionem quam fecerunt iam predictis de mongarello et volentes uti ipsa eorum baylia maxime in illo puncto sive articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui vendicionem facerent de contitu et iurisdicione Montisbersarij et Malemortis auctoritate et ex vigore predicte baylie et omni alio modo quo melius potuerunt nomine et vice comunis Astensis predicti, receperunt Conradum et Albertinum de mongarello predictos In cives civitatis Astensis, Ita quod ipsi per se se et eorum heredes imperpetuum sint cives civitatis Astensis sicuti alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi et burgis coherentibus civitati, Et quod possint uti et utantur omni beneficio et officio atque privilegio cetero que alio jure quibus utuntur alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi, faciendo pro comuni Astensi pacem et guerram exercitus itinera succursus et cavalcatas condiciones que alias civitatis Astensis sicuti alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi faciunt et in ceteris alijs sint et esse debeant veluti alij cives civitatis Astensis solvendo fodrum imperpetuum per se et per suos heredes semper quandocumque et quocienscumque civitas ad fodrum pervenerit de libris XV Astensibus et ultra de possessionibus quas acquirent de cetero ultra vero quantitatem predictam solvere non teneantur fodrum prestitum

taleam dacitum vel colectam miliciam nec equacionem miliciarum nisi solomodo respectu dicto quantitatis nec eis imponi possit ultra predictam quantifatem onus aliquod pro comuni nec factio. Qui Conradus et Albertinus iuraverunt tactis scripturis corporaliter ad sancta dei evangelia, In manibus ipsius domini Ogerij recipientis sacramentum pro parte comunis Astensis predictum citaniaticum et esse fideles cives astenses imperpetuum bona fide et sine fraude. Et inde unum instrumentum et plura composita pro comuni in predictis michi notario iussa sunt fieri. Actum Ast in domo domini Ogerij Alferij. Testes Rollandinus alferius Bartolomeus alferius, henricus capellus, Astexanus curletus de malamorte, Facinus alferius, et Obertinus alferius.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

199. *De Citaniatico Jacobi de Montegarello occasione Malemortis.* 1290. 12 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo indictione tercia die Mercurij XII mensis Aprilis presentia testium infrascriptorum, Cum comissa esset baylia et liberum arbitrium a consilio generali civitatis Astensis domino Ogerio alferio et Thome de alfiano emendi et acquirendi a quocumque homine et persona, dominium contitum et iurisdicionem et homines quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et in villa Malemortis et posse et recipiendi in cives Astenses sicut eisdem videretur omnes et singulos ex illis dominis et personis qui vel que habeant iurisdicionem dominium contitum et segnoritum vel homines aliquos in monte bersario et posse et in Malamorte et posse et qui vendicionem facerent predictis domino Ogerio et Thome pro comuni Astensi de illa eorum parte quam habent in dicto eorum contitu segnorito dominio et Jurisdicione Montisbersarij et Malemortis ad voluntatem ipsorum domini Ogerij et Thome, de qua baylia factum est instrumentum per Manuelem pexinum notarium Anno domini MCCLXXXVIII Indictione prima die veneris XIII mensis Aprilis, Cumque Jacobus de mongarello vendiderit et ex causa venditionis fuerit confessus se tradidisse vel quasi domino Ogerio alferio et Thome de alfiano predictis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis, Contitum jurisdicionem et segnoritum et homines Malemortis et Jurisdictionem ut in instrumento venditionis facto per me notarium hoc eodem anno indictione et die plenius continetur, et hoc ad voluntatem dictorum domini Ogerij et Thome precio in ipso instrumento venditionis contento, Cumque ipsi dominus Ogerius et Thomas officiales iamdicti promisissent ipsi Jacobo dummodo vendicionem faceret de predictis quod ipsum reciperent in civem Astensem, solvendo fodrum comuni Astensi de certa quantitate, Ecce quod predicti dominus Ogerius alferius et Thomas de alfiano officiales iamdicti volentes observare promissionem quam fecerunt ipsi Jacobo et volentes uti ipsa eorum baylia maxime in illo puncto sive articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui venditionem facerent de contitu et jurisdicione Montisbersarij et Malemortis Auctoritate et ex vigore predicte baylie et omni alio modo quo melius potuerunt, nomine et vice comunis Astensis predicti, Receperunt ipsum Jacobum de mongarello in civem civitatis Astensis, Ita quod ipse per se et suos heredes imperpetuum sit civis civitatis Astensis sicuti alij cives civitatis Astensis, habitantes in civitate Astensi et burgis coherentibus civitati. Et quod possit uti et utatur omni beneficio et officio atque privilegio ceteroque alio iure

quibus utuntur alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi, Faciendo pro comuni Astensi pacem et guerram exercitus itinera et cavalchatas et succursus condicionesque et in ceteris aljis sint et esse debeant veluti alij cives civitatis Astensis solvendo fodrum imperpetuum per se et per suos semper quandocumque et quocienscumque civitas ad fodrum pervenerit de libris VI astensibus, et ultra de possessionibus quas acquireret de cetero ultra vero quantitatem predictam solvere non teneatur fodrum prestum taliam dacitum vel collectam miliciam nec equacionem miliciarum, nisi solomodo respectu dicte quantitatis nec eis imponi possit ultra predictam quantitatem onus aliquod pro comuni nec facio. Qui Jacobus iuravit tactis scripturis corporaliter ad sancta dei evangelia, in manibus ipsius domini Ogerij recipientis sacramentum pro parte comunis Astensis Citaniaticum predictum et esse fidelis civitatis Astensis imperpetuum bona fide et sine fraude. Et inde michi notario unum instrumentum et plura pro dicto comuni et predicto Jacobo fieri iussa sunt. Actum Ast in domo domini Ogerij Alferij. Testes Rollandinus alferius, Bartolomeus alferius, henricus capellus, Astexanus curletus de malamorte, Facinus alferius et Obertinus alferius.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

200. *De citaniatico Jacobi Suzzij de Malamorte occasione Malemortis.* 1290. 12 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo indictione tercia die Mercurij XII mensis aprilis, presentia testium infrascriptorum. Cum comissa esset baylia et liberum arbitrium a consilio generali civitatis Astensis domino Ogerio alferio et Thome de alfiano emendi et acquirendi a quocumque homine et persona dominium contitum jurisdicionem et homines, quod quam et quos aliqua persona habeat in Montebersario et posse, et in villa Malemortis et posse et recipiendo in cives Astenses sicut eisdem videretur, omnes et singulos ex illis dominis et personis qui vel que habeant jurisdicionem, dominium, contitum et segnoritum vel homines aliquos in Montebersario et posse et in Malamorte et posse et qui venditionem facerent, predictis domino Ogerio et Thome pro comuni Astensi de illa eorum parte quam habent in dicto eorum contitu segnorito dominio et iurisdicione Montisbersarij et Malemortis ad voluntatem ipsorum domini Ogerij et Thome de qua baylia factum est instrumentum per Manuellem pexinum notarium Anno domini MCCLXXXVIII Indictione prima die veneris XIII Aprilis, Cumque Jacobus sucius vendiderit et ex causa venditionis fuerit confessus se tradidisse vel quasi domino Ogerio alferio et Thome de alfiano predictis ementibus et recipientibus nomine et vice comunis Astensis, Contitum jurisdicionem dominium et segnoritum et homines Malemortis et jurisdicionis, ut in instrumento venditionis facto per me notarium hoc eodem anno indictione et die plenius continetur, Et hoc ad voluntatem dictorum domini Ogerij et Thome precio in ipso instrumento vendicionis contento, Cumque ipsi dominus Ogerius et Thomas officiales iamdicti promisissent ipsi Jacobo dummodo venditionem faceret de predictis, quod ipsum reciperent in civem Astensem solvendo fodrum comuni Astensi de certa quantitate, Ecce quod predicti dominus Ogerius alferius et Thomas de alfiano officiales iamdicti volentes observare promissionem quam fecerunt iam predicto Jacobo sucio, et volentes uti ipsa

eorum baylia maxime in illo puncto sive articulo qui tangit de recipiendo in cives civitatis Astensis illos qui venditionem facerent de Contitu et Jurisdicione Montisbersarij et Malemortis, Auctoritate et ex vigore predicte baylie et omni alio modo quo melius potuerunt nomine et vice comunis Astensis predicti, Receperunt ipsum Jacobum sucium in civem civitatis Astensis sicuti alij cives civitatis Astensis habitantes in Civitate Astensi faciendo pro comuni Astensi pacem et guerram exercitus et cavalcatas itinera et succursus condicionesque alias civitatis Astensis sicuti alij cives civitatis Astensis habitantes in civitate Astensi faciunt et in ceteris alijs sit et esse debeat veluti alij cives civitatis Astensis, Solvendo fodrum imperpetuum per se et per suos heredes semper quandocumque et quocienscumque civitas ad fodrum pervenerit, de libris tribus astensibus, et ultra de possessionibus quas acquireret de cetero, ultra vero quantitatem predictam solvere non teneatur fodrum prestum taleam dacitum vel colectam, Militiam nec equationem miliciarum nisi solomodo respectu dicte quantitatis, nec eis imponi possit ultra quantitatem predictam onus aliquod pro comuni nec factio. Qui Jacobus sucius, iuravit tactis scripturis corporaliter ad sancta dei evangelia, In manibus ipsius domini Ogerij recipientis sacramentum pro parte comunis Astensis, predictum cytaniaticum et esse fidelis civis Astensis imperpetuum bona fide et sine fraude. Et inde michi notario unum instrumentum et plura pro dicto comuni et pro dicto Jacobo fieri iussa sunt. Actum Ast in domo domini Ogerij alferij. Testes Rollandinus alferius, Bartolomeus alferius, henricus capellus, Astexanus curletus de Malamorte Facinus alferius, et Obertinus alferius.

Et ego Guilelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

201. *De vendicione facta comuni Astensi per Berrardum Guilelmum et henricum de Catena de IV^a parte, Et item de certis alijs partibus Castri Malemortis.* 1254. 18 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, Indictione duodecima, die Martis XVIII Intrantis Augusti, presentia testium infrascriptorum, Berrardus de cathena, Guillelmus de cathena et henricus de cathena suo nomine et nomine Raymondi et Conradi et Ricose filiorum quondam Alberti de cathena fratris predictorum Berrardi Guillelmi et henrici, Quorum ipse henricus tutor est, Ut patet per cartam inde factam per . . . . precio librarum Mille Quingentorum bonorum denariorum Astensium, vendiderunt per alodium et tradiderunt vel quasi Azoni crivello sindico comunis Astensis ut patet per cartam factam a me ipso notario, hoc eodem anno die dominico XVI intrantis Augusti, Quartam partem insolidum, Castri et ville, Contilis et iurisdicionis, Item quartam partem alterius quarterij, Item de dictis tribus partibus alterius quarterij, in quibus dicunt se se nullum jus habere quartam partem alterius quarterij dicti quarterij quod remanet, item sextamdecimam partem illius partis que remanet de illo quarto de quo habent quartam, in quibus omnibus vendiderunt et tradiderunt omne dominium Contitum et iurisdicionem ipsarum parcium et totum illud quod ipsi habent vel visi sunt habere vel tenere vel possidere vel quasi ipsi vel alij pro eis in Castro malemortis cum omnibus hedificijs ibi positis et superexistentibus nichil in se retinentes et totum illud jus quod habent in hominibus Malemortis et eius pertinencijs et districtu et territorio cum omni Contili et Jurisdicione districtu. In

fodro, banno, successione exercitibus, et cavalcatis, in succursu et reductu, In aquatico et pasquatico, in rupibus et ruinis, in mollendinis piscationibus, venationibus, in capellis, in furnis, in hominibus feudatis et infeudatis, et in omnibus exactionibus, quas ipsi domini ibi habebant, tenebant possidebant vel quasi ipsi vel alius pro eis in dicto castro et villa et terratorio et hominibus, et posse et districtu et pertinencijs eiusdem nichil penitus juris ut dictum est in se retinendo, Exceptis terris et possessionibus doneis, quas dicti domini habent in terratorio et posse dicte ville et exceptis tercijs et quartis qui debentur ab hominibus dicti locij eisdem dominis de terris et possessionibus positis extra castrum predictum et exceptis sediminibus et hedificijs que ipsi domini habent extra Castrum suprascriptum in villa predicta. Quas terras et possessiones donneas et sedimina cum hedificijs extra Castrum positis et tercios et quartos predicti domini in sese retinuerunt, Eo modo quod dictus sindicus nomine dicti comunis et ipsum comune habeat teneat et possideat vel quasi predicta omnia et singula vendita cum omni integritate per alodium et pleno iure tam dominij quam possessionis et cum omnibus accessionibus, ingressionibus et regressionibus, usibus publicis et privatis infra se et super se existentibus et cum omni jure ipsis dominis pro predictis rebus venditis pertinente in solidum. Et inde faciat de cetero quicquid voluerit per se et causam habentes ab eo sine contradictione dictorum venditorum eorumque heredum et omnium aliarum personarum. Quam venditionem sive res venditas et omnes et singulas et jura omnia et singula, predicti venditores promiserunt predicto sindico per stipulationem solemniter subnixam nomine predicto defendere disbrigare et auctorizare ab omni persona sub pena dupli secundum quod valuerint vel meliorata essent per tempora cum omnibus damnis expensis et interesse, credendo de damno expensis et interesse sine sacramento suo simplici verbo et omni probatione et inde omnia eorum bona eidem predicto nomine pignori obligaverunt, quousque insolidum renunciantes novis constitutionibus, et constituerunt se se possidere et tenere et quasi nomine predicti Sindici et communis omnia predicta et singula vendita dando ei predicto nomine licentiam et potestatem intrandi in possessionem et tenutam predictarum rerum omnium et singulorum sua auctoritate et constituerunt ipsum Sindicum predicto nomine procuratorem ut in rem suam. Et pro hac vendicione et precio huius vendicionis fuerunt confessi sese accepisse ab eo nomine comunis sive ab ipso comuni libras Mille quingentas astenses, Renunciantes exceptioni non numerate pecunie et non recepte et tradite et omni alij jurij et exceptioni, quo vel qua inde se se tueri possent. Isti sunt homines et hospicia hominum quos et que suprascripti vendiderunt de cathena. Henricus tartarus, Tinivella de posse uxoris, Guilelmus de moyca de posse uxoris, Raynerius de conrognino, Arnaldus de rofredo, Boninus de rofredo, Vachinus Faciolius de berrono, Tonsus de berrono, Arnaldus eius filius, Albertus cagnacius, Arnaldus de Valle, Ruffinus de vineta et filius bolcanus, Arnaldus de benengo Ruffinus lasagna, Henricus grengus, Gelosus eius frater Oliverius fornarius, Brunetus eius gener, Petrus delea Capellinus eius filius, Brunus, Tonsus de beatrice, Senestrarius de ladarello, Cavagnus, Bonardus, Pollinus, Jacobus de odone, Bottus ferasinum, Ogerius ferasinum, Boninus eius cognatus, Ogerius turballus, Henrionus de manieta, Petrus ascole, Marchetus eius filius, Bondonus eius filius, Bonefacius de cathena, Bastardus berrardi, Danius, Henricus barbarotus,

Ottolinus filius ymolde taxie Berrardus filius ymolde, Frater tonsi de berrono. Cui venditioni eodem die et in dicto Castro testibus, magistro Oberto de mongarello. Guilelmo paveso, Guillelmus de cathena de aste, domina Ellena uxor predicti henrici, domina Ruffina uxor Guillelmi, et Ruffina uxor Berrardi omni eorum juri quod haberent in dicta venditione ypothecarum vel aliunde renunciaverunt, et eam firmam tenere promiserunt. Actum in ecclesia sancti Georgij dicti Castri. Testes Guillelmus alferius, Gandulfus ottinus, Guillelmus de sibona, Manuellus Garretus, Alleramus de solario, Guillelmus de cathena, Jacobus comes, Guilelmus pavesus, Jacobus sbaratus.

Et ego Jacobus de nanteis notarius interfui et sic scripsi.

Et ego Guilelmus de passatore notarius predictum instrumentum exemplavi, et in hoc libro apposui, et me subscripsi, et ad maiorem cautelam meum signum apposui.

202. *De vendicione facta comuni Astensi per Conradum remuschium et certos alios eius consortes de infrascriptis partibus Castri Malemortis.* 1254. 23 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto indictione duodecima, die dominico XXIII intrante Augusto presentia testium infrascriptorum Conradus remuschius suo nomine et fratris sui henrici, Manfredus sardus suo nomine, et Rollandus sardus suo nomine et fratrum suorum Raymondi et Alberti precio librarum Quingentarum bonorum denariorum Astensium, vendiderunt per alodium domino Ottoni de canevanova potestati Astensi nomine comunis Astensis duas partes quarte partis et duas partes quarte sextedecime partis, In quibus omnibus vendiderunt et tradiderunt omne dominium, Contitum et jurisdicionem ipsarum parcium et totum illud Jus quod ipsi habent vel visi sunt habere et tenere vel possidere vel quasi ipsi vel alij pro eis in Castro malemortis cum omnibus hedificijs ibi positis et super existentibus nichil penitus in sese retinentes et totum illud jus quod habent in hominibus malemortis et eius pertinencijs et districtu et terratorio, Cum omni Contilli et jurisdicione, districtu in fodro, banno, successione exercitibus, et cavalcatis, in succursu et redditu, in aquatico et pasquatico, in rupibus et ruinis, in molendinis piscationibus venationibus, in capellis in furnis in hominibus feudatis et infeudatis, et in omnibus exactionibus quas predicti domini habebant ibi tenebant et possidebant, vel visi erant habere tenere vel possidere vel quasi, Et demum in omni eo et toto quod ipsi habebant tenebant et possidebant vel quasi ipsi vel alius pro ipsis in dicto Castro villa et terratorio et hominibus et posse et districtu et pertinencijs eiusdem nichil juris in dictum Castrum in se se retinentes exceptis terris et possessionibus donneis quas dicti domini habent in terratorio et posse dicte ville, Et exceptis tercijs et quartis que debentur ab hominibus dicti loci eisdem dominis de terris et possessionibus positis extra Castrum predictum et posse, Et exceptis sediminibus et hedificijs, que ipsi domini habent extra castrum suprascriptum in villa predicta. Quas terras seu possessiones donneas et sedimina cum hedificij extra Castrum positis et tercios et quartos predicti domini in sese retinuerunt, Eo modo quod dictus potestas nomine dicti comunis et ipsum Comune habeat teneat et possideat vel quasi predicta omnia et singula vendita cum omni integritate per alodium et pleno jure tam dominij quam possessionis et cum omnibus accessionibus ingressionibus et regressionibus usibus publicis et privatis infra se et supra se existentibus et cum omni jure ipsis dominis pro predictis rebus venditis

pertinentibus insolidum. Et inde faciat de cetero quicquid voluerit per se et causam habentes ab eo sine contradictione dictorum venditorum eorumque heredum et omnium aliarum personarum, Quam venditionem sive res venditas, et omnes et singulas et jura omnia et singula, predicti venditores promiserunt predicto potestati per stipulationem solemniter subnixam nomine predicto defendere disbrigare et auctorizare ab omni persona sub pena dupli secundum quod valuerint vel meliorata essent per tempora cum omnibus damnis expensis et interesse, Credendo ei de damno et expensis in interesse sine sacramento suo simplici verbo et omni probatione, Et inde omnia eorum ei predicto nomine pignori bona obligaverunt quisque in solidum, Renunciantes novis constitutionibus et constituerunt sese possidere et tenere et quasi nomine comunis predicti predicta omnia et singula vendita, dantes ei predicto nomine licentiam et potestatem intrandi in possessionem et tenutam predictarum rerum omnium et singularum sua auctoritate et constituerunt ipsum potestatem predicto nomine procuratorem ut in rem suam, Et pro hac venditione et precio huius venditionis fuerunt confessi sese accepisse ab eo nomine comunis sive ab ipso comuni libras Quingentas astenses, Renunciantes exceptioni non numerate pecunie et non recepte et tradite et omni alij juri et exceptioni quo vel qua inde se se tueri possent, Domus et sedimina quas et que ipsi vendiderunt et habebant in dicto Castro sunt hec In primis domus murata dicti Conradi cum sedimine, Item sedimen Rollandi sardi et fratrum excepta domo lignea que super hedificata est, Item sedimen Manfredi sardi iuxta dictum sedimen Rollandi, Item pecie septem sediminum, et quarta pars murre, et in quibus septem pecijs superhedificate sunt domus hominum predictorum dominorum, Et in quibus septem pecijs predicti habent duas partes pro indiviso. Infrascripti sunt homines quos ipsi vendiderunt. In primis in domo Sibilie de odone duos homines, In domo odonis rogerij unum hominem, In domo Petri burrini hominem unum, In domo Petri uffe homines duos, Item in domo Bonini de eusebio homines duos, In domo Sicardele homines tres, In domo calcete homines duos, In domo henriacij de guillelmo hominem unum, In domo Tinivelle homines duos, In domo Savarre hominem unum in parte, In domo Musatoris homines duos In domo quondam Mazonis, sola puella, In domo Oberti moycij hominem unum, In domo Bertolini hominem unum, In domo Conradi gallesij hominem unum, In domo Maynardi hominem unum, In domo Tonsi de luca hominem unum, In domo Ogerij malbeti hominem unum In domo Saladi puerum unum, In domo henrici arizij homines duos. Actum Ast supra palacium comunis, Testes Jacobus alferius, Petrus de ayracio Manfredus pelleta:

Et ego Jacobus de nanteis notarius interfui et scripsi.

Et ego Guillelmus de passatore notarius predictum instrumentum vidi legi et in isto libro exemplavi et posui, et sicut in illo continebatur sic et in isto novo exemplo plenius continetur nichil addens vel minuens preter litteram punctum vel silabam retenta tamen parcium significatione et me subscripsi et meum signum apposui.

203. *De quadam pace fine et Refutatione facta per comune Astense versus Berrardum de cathena, et Albertum fratrem eius prout inferius continetur.* 1235. 4 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo trigesimo quinto Indictione octava, die veneris quarto die Madij, coram testibus infrascriptis dominus Ferarius canis Astensis potestas nomine et vice comunis Astensis, consensu et voluntate tocius credentie more solito congregate et ore ad os interogate et scripte, fecit pacem et finem et refutationem remissionem et omnimodam absolutionem nomine comunis Astensis Berrardo de Cathena, et Alberto fratri eius, eorum, nomine et nomine fratrum suorum et omnibus coadiutoribus eorum de omni damno et iniuria et vasto, quod et quam intulissent eidem comuni Astensi in rebus et personis in castro et villa et possessionibus et domibus in loco Malemortis vel alibi absolvendo ipsos de omni banno et pena et fodro in quod et quam incurissent propter predicta damna vel aliter vel quod dare tenerentur predicto comuni usque ad hodiernum diem Et promisit dictus potestas nomine dicti comunis Astensis predictis Alberto et Bernardo fratribus eorum nomine et nomine fratrum eorum quod ipsos non appellabit nec inquietabit aliquo tempore per se nec pro comuni nec pro successoribus eius et si inde aliquod capitulum vel capitula, vel aliquod scriptum vel instrumentum facta occasione predictorum vel predictis noceret, quod illa sint cassa et inutilia et penitus nullius valoris, Item dictus potestas nomine dicti comunis, consensu et voluntate dicte credencie et ore ad os interogate et scripte et ipsi Credendarij receperunt dictos Bernardum et Albertum eorum nomine et nomine fratrum eorum in cives et pro civibus, et eis fecit donum a parte comunis et nomine et vice dicti comunis quod dicti Bernardus et Albertus et fratres eorum per se et suos heredes a modo in antea sint cives comunis Astensis sicut alij cives Astenses, solvendo fodrum pro se et heredibus suis imperpetuum de libris Centum Astensibus de mobili et non de pluri, Salvo eo quod si acquirerent aliquid in civitate Astensi vel posse et districtu Astensi, quod de acquisito teneantur solvere fodrum sicut alij cives Astenses et faciendo pacem et guerram pro comuni Astensi per se et eorum homines et alia scuffia civitatis sicut alij cives Astenses Et hec omnia supradicta fecerunt dicti Bernardus et Albertus nomine predicto et facere eidem potestati nomine et vice comunis predicti promiserunt et ad sancta dei evangelia iuraverunt salvo Marchione montisferati in suo feudo et quod non possint compelli facere scuffia civitatis vel expensas ultra libras Centum de mobilli nisi de acquisto quod facerent in Aste vel posse et districtu Astensi, Et quod de predictis damnis et vastis teneantur comune et Rectores comunis Astensis per tempora existentes in regimine civitatis eos non compellere nec coadiutores eorum facere rationem comuni nec alicui persone pro comuni Astensi et quantum est pro ipso comuni et respectu ipsius comunis. Huius tenoris iussa sunt fieri duo instrumenta quorum illud est pro comuni. Actum Aste supra voltas astensis ecclesie. Testes dominus Bernardus liberellus Miles dicti potestatis, Alselmus de antegrano, Alexander de cathena et Manfredus eius frater.

Et ego Baialardus botacius notarius palatinus interfui et iussu dicti potestatis scripsi.

204. *De Citaniatico henrici remussi de Malamorte et certorum aliorum infrascriptorum.* 1235. 19 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo trigesimo quinto indictione octava die Sabati XIIII Kall. Junij, coram testibus infrascriptis dominus Ferrarius canis Astensis potestas nomine et vice comunis Astensis, consensu et voluntate tocius credentie et per campanam et nuncios congregate et ore ad os interogate et scripte, Recepit in cives Astenses, henricum remusium de malamorte, et Jacobum eius fratrem, et Guilelmum sardum, et Manfredum Sardum de illo loco forma et conditione infrascripta, videlicet quod ipsi constituerunt sese cives Astenses per se et heredes suos imperpetuum promittentes facere Aste iter et cavalcatas pro comuni Astensi sicut alij cives Astenses faciunt si inde fuerint requisiti et quociens fuerint requisiti, et promiserunt dare fodrum quociens civitas ad fodrum pervenerit solummodo de libris vigintiquinque Astensibus de mobili, Et de acquisto, quod fecerunt in Aste, et posse et districtu de illis terris domibus et possessionibus, de quibus comune astense solitum est habere fodrum, Ita quod predictus Jacobus et henricus eius frater quilibet de libris decem de supradictis libris XXV de mobili debent solvere, Et Manfredus et Guilelmus ambo insimul de libris quinque, Ita quod quilibet de libris duabus et dimidia, Ita quod non possunt compelli venire, nec aliqua pecunia nec mutuum possit eis imponi vel indici propter hoc, Item quod non teneantur dare et solvere de conditionibus grani et vini et aliorum condicionum seu vendicionum factarum a comuni nec similium condicionum que de cetero in Aste fierent, nisi sicut ante huiusmodi citaniaticum tenebantur, hoc acto expressim quod non teneantur facere prestita seu prestos nec guardias pro comuni nec aliquid aliud pro comuni facere, nisi ea solummodo que supra continentur, Et hec omnia facta sunt salva fidelitate et aliis de quibus comuni Astensi tenebantur, Et inde dicti henricus Jacobus et Guilelmus et Manfredus eidem potestati nomine et vice comunis Astensis, omnia bona sua pignori obligaverunt, Et hec omnia predicta ad sancta dei evangelia juraverunt, attendere complere et observare et non contravenire, Ea propter dictus dominus Ferarius nomine et vice comunis Astensis promisit ipsos salvare custodire et defendere sicut alij cives Astenses huius tenoris iussa sunt fieri plura instrumenta, quorum istud est pro comuni, Actum Aste supra voltas astensis ecclesie, Testes Rollandus cacayranus clavarius comunis, Thomas berardengus, Bartolinus bovetus.

Et ego Baialardus boracius notarius palatinus interfui et iussu dicti potestatis scripsi.

XXII. De Veneis.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

205. *De vendicione facta Ottoni canci et henrico piperate per Aycardum et Raynaldum de Marenghis de certis possessionibus venearum.* 1212. 4 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo, die Jovis quarto intrante Junio, In presentia subscriptorum testium, cartam nomine venditionis sub dupli defensione fecerunt, Aycardus et Raynaldus fratres in manibus domini Ottonis canici et Enricij

piperate, et henrici fussi de coxano, Nominatim de omnibus rebus sive possessionibus iacentibus in terratorio venearum et in eius pertinencijs, In castro et in villa pro precio librarum XXII januensis monete quo precio sese tenuerunt quietos. Renunciantes exceptioni non numerate pecunie, Et inde iusserunt eis emptoribus omnibus eorum jurisdictiones vacuas ut possessionem, Tali modo et tenore quod prefati emptores per se et per suos heredes dictas terras habeant teneant et possideant et faciant quicquid in antea a celo usque ad bassum voluerint facere quisque per terciam partem sine contradictione Aycardi et Raynaldi et eorum heredum Insuper Ombertus tenetur versus dictum Enricum pro domino Ottone canico omne damnum quod inde evenerit restituere supra sua bona, Aycardus et Raynaldus promiserunt et Juraverunt per se et per suos heredes dictis emptoribus et eorum heredibus, dictas terras sive possessiones ab omni homine defensare si nequiverint aut si aliquo modo ipsas subtrahere quesiverint tunc in duplum super cconta eorum bona restituere promiserunt. Insuper Aycardus et Raynaldus debent terras laborare et dare medietatem omnium fructuum terre sive arborum subtus sacramentum dictis emptoribus Preterea Ansuina et Milmanda uxores dictorum Aycardi et Raynaldi renunciaverunt juri ypothecarum et juraverunt quod de vendicione facta non impedirent dictos emptores. Actum hoc veneis in prato Robaldi. Insuper Anfusus fuit confessus debere dare, Enrico piperate pro iamdicta venditione libras IIII^or solidos III et denarios VIII pro quibus denarijs ipse Anfussus obligavit eidem henrico omnes res sive possessiones quas habet in vexinio quominus non impediret inde bene esset quietus. Testes inde fuerunt rogati et vocati, Cumbertus salamonus Arnaldus moscetus, Rapayronus.

Et Girardus notarius scripsit.

206. *De Juribus cessis per Ottonem mareghum domino Raymondo de busca occasione venearum.* 1214. 28 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo quartodecimo indictione secunda quarto kall. Octubris. In presentia infrascriptorum testium Otto Marenchus de Niveis, cessit et dedit ante solutionem domino Raymondo de buscha omne Jus et omnes actiones reales et personales utiles et directas quas habet vel ei ullo modo competebant in rebus quas ipse Otto emit a Raynaldo de veneis et Aycardo de veneis secundum quod continetur in instrumento composito a Girardo notario, curente anno domini M°CC°XII° Indictione quintadecima IIII° intrantis Junij. Tali modo quod ipse dominus Raymondus ipso jure ipsisque actionibus possit uti agendo excipiendo defendendo replicando et experiendo quemadmodum ipse Otto posset. Et eum instituit procuratorem ut in rem suam, Eapropter libras XXII et solidos sex de quibus quietum se tenuit, renunciando exceptioni non numerate pecunie ab eo confessus fuit recepisse. Actum est hoc veneis, interfuerunt rogati testes Tastonixius, Bavarinus de monestayrolio, Anselmus russus de veneys, Ansaxius, Petrus de traysio Anfussus de coxano.

Et Obertus de strata Albenensis notarius scripsit.

207. *De venditione facta domino Raymondo de busca marchioni per henricum piperatam et Anfusum de coxano de juribus que habebant in veneis.* 1223. 14 Junij.

Anno domini nostri yhesu christi Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione XI quod fuit die Mercuri XIIII° intrante Junio, presentibus testibus rogatis, Manfredo schalia de cario, Oberto de altare et henrico gatto de rocheta, Enricus piperata de vexinio et Anfussus de coxano unaa et comuniter, vendiderunt domino Raymondo marchioni de buscha, omnia jura et omnes actiones reales et personales utiles et directas, que et quas ipsi habebant vel habere videbantur in omnibus rebus sive possessionibus iacentibus in terratorio venearum, que fuerunt Aycardi et Raynaldi fratrum, prout continetur in quodam instrumento facto per manum Girardi notarij, anno domini M°CC°XII Indictione XII^a^ die Jovis quarto intrante Junio, Constituentes se predictas res et possessiones possidere vice et nomine domini Raymondi marchionis quousque dictus dominus Raymondus vel alius pro eo de supradictis rebus et possessionibus corporaliter ingressus fuerit possessionem pro precio librarum XIIII^or^ et solidorum XIII et denariorum VIII denariorum januensis monete, de quo quidem precio tenuerunt se se quietos et solutos Ita quod exceptioni non numerate pecunie vel precij non soluti renunciaverunt. Ita silicet vendiderunt ut ipse dictus dominus Raymondus per se et per suos heredes aut cui dederint vel habere statuerint, habeat teneat et possideat omnes res predictas et possessiones faciendo proprietario nomine et titulo emptionis quicquid facere voluerit sine omni contradictione henrici piperate et Anfusi et heredum eorum Preterea supradicti henricus et Anfussus promiserunt supradicto domino Raymondo omnes res supradictas et possessiones ab omni homine legitime defendere. Actum fuit hoc Carij ante domum Anselmi alanardi.

Et Jacobus sacri palacij notarius scripsit.

208. *De iuribus cessis per dominum Anfusum de coxano domino Raymondo marchioni de busca occasione venearum.* 1223. 14 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione undecima die Mercurij XIIII° intrante Junio, dominus Anfussus de coxano, dedit cessit atque mandavit domino Raymondo marchioni de buscha omnes suas rationes et actiones reales et personales, et jura realia et personalia, quas et que ipse habebat et visus erat habere in villa et in Castro et in posse et in terratorio venearum sicut continebatur in quodam instrumento composito a Girardo notario, in anno domini M°CC°XII° indictione XII^a^ die Jovis IIII° intrantis Junij tali modo et tenore quod dictus dominus Raymondus per se et per suos heredes atque successores dictam donationem habeat et teneat atque possideat sine contradictione predicti Anfussi suorumque heredum atque successorum, Insuper dictus Anfussus, dictam donationem qualiter supra legitur in integrum defendere promisit cum ratione, Insuper quod semel ei placuit de dicta donatione inviolabiliter facere versus dictum Raymondum predictum et hinc inde ei non liceat removere sed pactum firmum habere et nullo modo contravenire. Actum hoc in castro coxani subtus lobiam Marchionis, Interfuerunt testes vocati, Viberius Viciatus, petrinus scleres, dominus Boverius cine comes henricus musilero.

Et Bartolomeus notarius scripsit.

209. *De quadam promissione facta per Aycardum et Raynaldum de veneis prout inferius continetur.* 1208. 11 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo indictione undecima quod fuit tercio ydus Aprilis presentia testium quorum nomina inferius leguntur, Placuit domine Gaslie dare filiam suam Richelendam filio Aycardi filij quondam Enrici de veneis nomine Bandraco pro uxore cum dote librarum XXVIII astensis monete, de quibus Aycardus et Raynaldus tenuerunt se se quietos de libris XV residuum debet ei dare in roba usque ad sex annos et dictus Bandracus debet desponsare Richeldam, et inde dicti Aycardus et Raynaldus promiserunt ei Richelende dare omni anno tres modios medietatem grani et medietatem vini, Et si accideret quod inter se nollent et similiter decederent infra istum terminum, debent reddere libras XV et inde obligaverunt pignori partes eorum de vinea ita ut haberet et teneret donec sibi soluissent libras XV Et choheret ipsi vinee Robandus de cluxa, via pertestata, Otto mareccus et Anselmus et henricus fratres et Gaslia, hoc juraverunt attendere, Et Raynaldus et Aycardus similiter juraverunt attendere, hec omnes convenerunt. Actum hoc in curia some. Interfuerunt testes vocati et rogati, Guillelmus ficta, Anselmus de covazolio, Gumbertus nisca, Petrus vercius, Anfussus pellatia. Et Otto notarius scripsit.

210. *De fine et Refutacione factis domino Raymondo Marchioni de busca per dominam Gasliam et Richeldam eius filiam prout inferius continetur.* 1214. 28 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo quartodecimo indictione secunda, die dominico tercio die exeunte septembri, domina Gaslia et filia sua Richelenda, cartam nomine finis et refutationis fecit domino Raymondo Marchioni de buscha, Nominatim in omnes actiones et rationes quas habebant in vineam Aycardi et Raynaldi de Veneis quam tenebant pro precio librarum XV Astensis monete de quo precio iamdicta Gaslia et sua filia Richelenda inter sese quietas se tenuerunt atque exceptioni non numerate pecunie renunciaverunt, et prefatum Raymondum in possessione dicte vinee ire et esse miserunt et voluerunt tali modo et tenore quod dictus Raymondus et eius heredes dictam vineam habeant et possideant et quicquid voluerint facere faciant sine contradictione ipsius Gaslie et heredum eius, Insuper dicte Gaslia et filia sua Richelenda promiserunt et juraverunt domino Raymondo sicut continebatur in alio instrumento attendere nec in contrarium ullatenus evenire per se nec per alios, et ita dicte Gaslia et filia sua Richelenda domino Raymondo juraverunt attendere et ratum et firmum habere circha vineam, iste coherentie Robandus de auxa, via pretestata. Actum est hoc in Trecio in Castello. Testes inde rogati, Petrus de traysio, Rodulfus cayalupus, Girardus caza, Enricus re, Jacobus oliternasus Anselmus tabux.
Et Otto notarius scripsit.

211. *De Donatione facta comuni Astensi per Aycardum de solario de veneis de omnibus sediminibus positis intus Castrum de veneis.* 1222. 6 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo secundo indictione decima, die lune sexto die Junij presentia testium infrascriptorum, Aycardus de solario de veneis filius

quondam henrici de veneis, donavit pura et mera et inrevocabili donatione inter vivos domino Guidoni de ladriano potestati Astensi recipienti nomine comunis Astensis omnia sedimina que ipse Aycardus habet tenet et possidet vel quasi possidet ipse vel alius pro eo vel visus est tenere et possidere vel quasi possidere intus Castrum de veneis cum lapidibus quos ibi habet, quibus sediminibus coherentibus Rapayronus, heredes Nielli de covazclio, Comune Astense, Cum omni jure et accessione ingressione et contito et jurisdicione dictis sediminibus et ipsi Aycardo pertinentibus cum omni usu publico et privato, sicut ipse Aycardus vel alius pro eo tenebat et possidebat vel visus erat tenere et possidere Tali modo quod dictum comune dicta sedimina nomine proprietatis et alodij teneat et possideat deinceps et inde quicquid voluerit faciat, non obstante aliqua contradictione dicti Aycardi vel eius heredum quam donationem ab omni persona per se et per suos heredes dicto potestati nomine comunis defendere promisit, et se constituit possessorem dictorum sediminum, donec inde dictum comune per se vel per suum missum intraverit in possessionem corporalem, Renuncians illi juri quo cautum est, ne donatio valeat sine insinuatione ultra quingentos solidos. Item dictus Aycardus de solario de Veneis, donavit pura et mera et inrevocabili donatione inter vivos domino Guidoni de landriano potestati Astensi nomine et vice comunis Astensis, totum illud quod ipse Aycardus tenet et possidet ipse vel alius pro eo vel visus est tenere et possidere in villa et posse de veneis, silicet in terris pratis et nemoribus vineis zerbis cultis et incultis, In pasquis in aquatico, et in omnibus alijs juribus eidem Aycardo pertinentibus, Nichil in se ibi retinendo, Tali modo quod dictum comune de cetero omnia predicta teneat et possideat jure alodij et proprietatis sine aliqua contradictione ipsius Aycardi et eius heredum, quam donationem ipse Aycardus per se et per suos heredes promissit defendere ab omni persona, Renunciando omni juri quo cautum est ne donatio ultra quingentos solidos non valeat sine insinuatione. Et confitetur ipse Aycardus se possidere nomine comunis, quousque comune vel nuncius eius fuerit in possessione. Insuper Baldrachus eius filius renunciavit omni juri quod habebat vel exigere posset in dictis donationibus et promissit et juravit dictas donationes imperpetuo firmas tenere et aliquo tempore non removere nec contravenire per se nec per aliam personam. Actum Aste in domo quondam Raynerij calchanei. Testes interfuerunt, Petrus becharius, Guillelmus cassanus, Albertus de porta, Albertus crivellus. Et Guielmus trotonus notarius scripsit.

212. *De possessione data comuni Astensi per Aycardum de solario de veneis de toto eo quod habebat, in Castro et villa venearum.* 1222. 7 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo secundo indictione decima, die Martis septimo intrantis Junij, presentia subscriptorum testium, Aycardus de solario de veneis filius quondam henrici de veneis, tradidit possessionem Robaldo cicie nuncio comunis Astensis recipienti nomine comunis de Aste, et ipsum corporaliter posuit in possessionem nomine predicti comunis, Nominatim de toto eo de quo ipse Aycardus donationem fecerat in Castro et in villa seu de castro et de villa venearum domino Guidoni de landriano potestati Astensi recipienti nomine comunis Astensis sicut in carta facta per Guilelmum trotonum notarium eodem anno et indictione die

lune sexto die Junij continetur. Actum iuxta portam Castri venearum. Interfuerunt testes, dominus Anselmus sacerdos ecclesie beate Marie de veneis, Anselmus brochus. Bonefacius de villa, Guielmus bovarellus, Gandulphus ferarius, Marchisus frater eius, Enricus brillus, Raynaldus de retro furnum, Aycardus brillus, Guilelmus drochus. Item eodem die, presentia suprascriptorum testium, Milmanda uxor iamdicti Aycardi de solario non coacta sed sua sponte sicuti fuit confessa promisit et juravit supradidictam donationem tenere firmam et nullo tempore removere ypotecarum juri senatui consulto veleyano renunciando et omni juri demum. Actum in villa de Veneis in domo predicti Aycardi. Testes interfuerunt Jacobus de domiabeatrice.

Et Ruffinus aranchaboschus notarius scripsit.

213. *De venditione facta comuni Astensi per dominum Raymondum marchionem de busca et Boverium de monestayrolo de omnibus Juribus que habebant in castro et villa venearum.* 1223. 19 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione undecima die dominico XIIII° die kalendas Jullij coram subscriptis testibus dominus Raymondus marchio de buscha et Boverius de monestayrolio, voluntate et consensu ipsius Raymondi vendiderunt et tradiderunt domino Girardo manarie potestati Astensi nomine et vice comunis Astensis omnia jura realia et personalia utilia et directa et rationes reales et personales utiles et directas que quasve habebant vel exhigere poterant in aliquo tempore, vel visi erant habere aliquo modo in castro in villa et jurisdicione et contili et posse et terratorio venearum, que jura et actiones habebant vel habere visi erant in rebus et supra res Aycardi et Raynaldi de veneis fratrum occasione instrumenti venditionis facte a dictis Aycardo et Raynaldo Ottoni canico et henrico piperate et Anfusso de coxano quod factum fuit a Girardo notario anno domini MCCXII, Indictione XII.ª die Jovis IIII.° intrante iunio et de qua venditione, dictus Raymondus habuit jura et actiones ab Ottone marengo de Neveis ut continetur in carta facta ab Oberto de strata notario Anno domini MCCXIIII.° indictione secunda quod fuit quarto Calendas octubris et ab Enrico piperata de vexino et Anfusso de coxano ut continetur in carta facta a Jacobo notario Anno domini nostri yhesu christi Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione XI.ª quod fuit die Mercuri XIIII intrante Junio et iterum a dicto Anfusso ut continetur in carta facta a Bartolomeo notario eodem anno et die eo modo quod dictus potestas et successores eius in regimine civitatis Astensis post se intrantes et dictum comune ita posset se iuvare causari defendere et experiri intentare excipere replicare et eis uti modis omnibus versus dictum Aycardum et res eius et heredes eius et Raynaldi omnibus modis quibuscumque dicti Raymondus et Bovarinus facere poterant pro quo dato et post ipsum datum , confessi fuerunt se se a dicto potestate nomine comunis Astensis libras triginta tres et solidos quinque recepisse, de quibus renunciaverunt exceptioni non numerate pecunie quietos et pagatos se tenuerunt. Insuper fecerunt pacem finem et refutacionem et pactum de non petendo et omnimodam absolutionem dicto potestati nomine iamdicti comunis de omni alio jure quod habebant vel exigere possent in aliquo tempore in castro et in villa et alijs supranominatis de Veneis pro parte et occaxione partis ipsorum Aycardi et Raynaldi promittentes dicto potestati, comune Astense nec alium

pro comuni nec dictum Aycardum nec res nec alium pro eo nec res eius, nec res nec heredes dicti Raynaldi quondam proinde non appellare nec convenire nec molestare in aliquo tempore, salvo jure quod dictus Raymondus habet in quadam terra quam dictus Aycardus tenet ab eo que fuit de emtione quam pater dicti Aycardi emit ab Ottone remartoyni consensu Abbatis sancti Gaudencij. Actum Aste in domo Calchaneorum sancti Systi. Testes Ruffinus de ripa, Petrus becharius, Jacobus de iaffa, Thomas de curia Manfredus de serra Berrardus de solario, Oppizo de platea, Berardus prevedengus, Rapayronus.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

214. *De vendicione facta comuni Astensi per Niellum de covazolio de IIII^a^ parte minus XVI^a^ Castri et ville venearum.* 1218. 26 Februarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo Indictione sexta, die martis quarto Calendas Marcij. Niellus de covazolio fecit cartam vendicionis in manibus domini Girardi de rolandino potestatis Astensis nomine et vice comunis Astensis de quarta parte minus sextadecima Castri et ville de veneis et de omni eo quod habet vel visus est habere in castro et villa et in posse iuste vel iniuste in jurisdicione contili et districtu et de omnibus alijs ad dictam quartam partem minus XVI^a^ pertinentibus videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis terris cultis et incultis pratis, zerbis, rupibus et Ruynis vineis et Nemoribus, drictis fictis, furnis et molendinis, Aquaticis et pasquaticis, in venationibus et piscationibus et in omnibus alijs condicionibus et juribus ad istam partem pertinentibus nichil in se retinens dictam autem venditionem fecit dictus Niellus predicto nomine ipsi domino Girardo tali modo quod dictus dominus Girardus nomine et vice comunis Astensis et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis Astensis jure proprietario in alodium, habeant teneant firmiterque possideant, et ex ea pacem et guerram et quicquid voluerint faciant sine omnium aliarum personarum contradictione et predicti venditoris suorumque heredum et consortum et omnium aliorum pro eo. Insuper dictus venditor promissit dicto potestati vice et nomine comunis Astensis predicti stipulanti, suisque successoribus in regimine civitatis per tempora existentibus predictam venditionem qualiter superius continetur ab omni insolidum deffendere sicut per tempora fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco sub pena dupli. Preterea prenominatus venditor renunciando exceptioni non numerate pecunie, et illi juri quo non est deceptus ultra dimidiam iusti precij fuit confessus se accepisse a comuni Astensi pro precio dicte venditionis libras viginti astenses, de quibus se solutum et quietum tenuit, Et si quid est in predicta venditione sui juris, dicto potestati nomine comunis Astensis pura donatione, Renunciando eo juri quod donatio inter vivos facta sine insinuatione ultra quingentos solidos non valeat et constituit se nomine comunis Astensis possessorem de illa venditione quousque dicto potestati nomine comunis Astensis vel suo certo misso ipsius comunis tradiderit corporalem possessionem. Actum Aste in domo illorum de solario et Oberti oculi bovini. Interfuerunt testes Jacobus nigrus, Guilelmus laiolius, Guilelmus cacharanus iudex, Cunradus frater eius, Raynerius ratus.

Et Filipus durcus notarius scripsit.

215. *De donatione facta comuni Astensi per dominam Imiliam uxorem quondam Nielli de covazolio de quodam sedimine posito in castro de veneis* 1221. 29 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigessimo primo indictione nona, die Jovis tercio exeunte Jullio, domina ymigila uxor quondam Nielli de covazolio, suo nomine et nomine Ambroxij et leonis filiorum suorum et dicti Nielli quondam, fecit donationem puram et inrevocabilem inter vivos, domino Guidoni de landriano potestati Astensi nomine et ad partem comunis Astensis recipienti, Renunciando illi juri quod non posset dicere se nec dictos filios suos esse lesos ultra dimidiam iusti precij Nominatim de tanto sedimine eorum juris in Castro de veneis in quo Comune Astense ad proprium et in alodium supra eorum sedimen quod Niellus quondam maritus eius et pater predictorum emit a domina Jacoba et Ruffina atque perona filiabus suis ut continetur in carta inde facta a conrado notario, In Anno domini MCCXVIII, Indictione sexta quod fuit XII die exeunte decembri possit facere quandocumque voluerit palacium unum seu turrim quod vel que comuni Astensi semper remaneat in alodium. Et fuit confessa predicto nomine se predictum sedimen nomine comunis Astensis possidere constituendo dictum potestatem nomine predicto suum certum nuncium et procuratorem ut in rem suam, ad intrandum possessionem. Et eo modo facta est donatio quod comune de Aste de cetero ad proprium et in alodium dictum sedimen et palacium seu turrim quod vel que supra legitur illud construeretur perpetuo quiete habeat teneat et possideat et quicquid voluerit faciat sine ipsorum Imilie et filiorum suorum contradictione et suorum heredum et omnium personarum pro eis promittens predicto nomine dicto potestati nomine comunis stipulanti dictum sedimen ab omni persona defendere sub pena dupli quod si non poterit vel noluerit vel alio modo illud comuni Astensi subtrahere quesierit illud sicuti melioratum esset vel valuerit sub extimatione precij, restituere predicto nomine promisit. Actum Aste in domo Raynerij calchanei et fratris. Testes Guilelmus cerrutus, Ardicionus scharampus, Ruffinus de covazolio, Berguntius seschalchus potestatis.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

216. *De possessione data comuni Astensi per Niellum de covazolio de quarta parte Castri et ville de veneis.* 1218. 5 Marcij.

Anno domini MCCXVIII, Indictione sexta die lune quinto intrantis Marcij. In Castro de veneis presentia infrascriptorum testium, Niellus de covazolio dedit corporalem possesionem Petro Upie nuncio comunis Astensis vice et nomine comunis Astensis de quarta parte et pro quarta parte Castri et ville de veneis et de comitatu et jurisdicione et districtu illius quarte partis quam vendiderat comuni Astensi sicut in carta inde facta continetur. Interfuerunt testes, Anrichus brillus, Aycardus brillus, Anselmus drocus et Guilelmus drochus. Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

217. *De hominibus qui fecerunt fidelitatem comuni Astensi de predicta quarta parte.* a. p.

Nomina illorum de veneis qui de predicta quarta parte et pro illa quarta fidelitatem iuraverunt comuni Astensi, hec sunt et dictus Niellus fidelitati eorum

abrenunciavit et eis precepit ut fidelitatem jurent comuni Astensi sicut Vassallus facit domino suo.

Henricus brillus
Anselmus drocus
Dunistrus
Petrus rubeus
Gualfredus guercius
Raynaldus
Ogerius guercius
Obertus de peteta
Sicardus baxavinus
Bernardus brillus
Guilelmus drocus
Oddinus de villa
Gaudentius ferarius
Ubertus sapiens
Jordanus frater Raynaldi
Guilelmus de pezeta
Ogerius furtunus
Filipus ferarius
Aycardus brillus
Robaldus de villa
Rubeus
Anselmus guertius
Jacobus de retro furnum
Oddinus ferarius
Amedeus de pezeta
Gandulfus saccus
Jacobinus cagnolius

Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

218. *De quadam divissione facta occasione venearum prout inferius continetur.* 1224. 8 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, die dominico octavo intrante Septembri presentia testium infrascriptorum. Robaldus Gardinus constitutus Sindicus comunis Astensis ad superesse difiniendum et assignandum partem venearum, quam comune Astense ibi habet, ut per cartam factam a Manfredo carena notario in anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, die Sabati septimo intrante Septembri, apparebat ipse Robaldus nomine comunis Astensis, volens divisionem facere cum Amedeo de Villanova et Manfredo fratre eius et ipsi similiter cum ipso Robaldo nomine comunis, Tales divisas fecerunt, quod dictus Robaldus nomine comunis habuit et ei obvenit in parte per sortem partem sediminis ab angulo hostij ecclesie sancte Marie de veneis superius per mensuram versus fossatum Castri venearum usque ad aliud sedimen quod comune Astense ibi habet, Et predicti Amedeus et frater eius Manfredus, habuerunt et eis obvenit in partem per sortem ab illo termino inferius usque ad terminum qui fuit determinatus inferius. Quas partes sicut sunt signate et terminate, predicti Amedeus et frater eius Manfredus promiserunt predicto Robaldo nomine dicti comunis habere et tenere imperpetuum firmas et aliquo tempore non removere et ipse Robaldus similiter nomine comunis Astensis illud idem eis promisit. Actum apud ecclesiam sancte Marie de veneis in Castro venearum. Testes interfuerunt Robaldus de villa, Obertus baxavinum, Pasturellus de covazolio Raynerius ratus et Manfredus de roncho.

Ego Guilelmus tortonus notarius palatinus interfui et precepto predicti Robaldi et predictorum Amedey et Manfredi fratris eius sic scripsi, et predictus Manfredus omnia predicta iuravit tenere firma et non removere.

219. *De quadam protestatione facta nomine comunis Astensis coram Episcopo Albensi occasione turris Vencarum.* 1224. 26 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione XII^a^ die Jovis VI° kallendas Octubris, presentia testium infrascriptorum, Robaldus gardinus, sindicus comunis Astensis ut continebatur in carta inde facta a Manfredo carena notario, In anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, Die sabati septimo intrante septembri nomine et vice comunis Astensis et a parte comunis Astensis dixit et protestatus fuit, coram domino Raynerio albensi episcopo nomine albensis ecclesie et episcopatus quod erat paratus prestare ei securitatem, de eo quod comune astense, Turim in loco de veneis hedificaverat, et ei facere rationem inde ei obtulit satisdationem. Actum apud Castrum Gorene. Testes dominus Manfredus abbas sancti gaudencij, Jacobus monachus, Rodulfus costacius et plures alij.

Et ego Guielmus tortonus notarius hanc cartam scripsi.

220. *De quadam protestatione facta nomine comunis Astensis prout inferius continetur.* 1224. 26 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto Indictione XII^a^ die jovis sexto kallendas Octubris presentia testium infrascriptorum, Robaldus gardinus sindicus comunis Astensis ut continebatur in carta inde facta a Manfredo carena notario, Anno domini MCCXXIIII^or^ indictione XII^a^ die sabati septimo intrante septembri nomine et vice comunis Astensis dixit et protestatus fuit, domino Maffeo Judici comunis Albe, nomine et vice illius comunis quod erat paratus prestare securitatem de eo quod comune Astense turrim in loco de veneis hedificaverat et ei paratus erat facere securitatem et rationem. Actum in civitate Albe. Testes interfuerunt Jacobus gareus et Jacobus favinus.

Et ego Guielmus tortonus notarius hanc cartam scripsi.

XXIII. De villa pozolij.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

Villa Pozolij est feudum comunis Astensis, ut patet sub rubrica de Castro Montisbersarij, In quodam capitulo posito sub rubrica de certis pactis et fidelitate prestita comuni Astensi per certos homines de Montebersario occaxione Montisbersarij et Malemortis.

XXIV. De Castro Trecij.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 12).

Castrum Trecij videlicet sexta pars est comunis Astensis, Et alie quinque partes sunt feudum comunis Astensis, et est civium Astensium pars illius castri.

221. *De venditione facta comuni Astensi per Ottonem marenchum de VI^a^ parte sexte partis Castri et ville trecij.* 1229. 14 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo nono indictione secunda die Mercurij XIIII° intrante Novembri, coram testibus infrascriptis, Otto marenchus qui dicitur

Scofonus vendidit domino homayro segaliole potestati Astensi nomine et vice comunis Astensis recipienti, sextam partem sexte partis pro indiviso Castri et ville Trecij cum turre et cum omni hedificio et cum omnibus sediminibus, et cum toto eo quod habebat intus Castrum et cum omni honore Contili et districtu et jurisdicione cum hominibus feudatis et infeudatis cum venationibus et piscationibus cum ecclesijs et capellis, furnis molendinis successionibus rupibus ruinis silvis terris cultis et incultis pratis et nemoribus nichil in se retinendo, pro precio librarum Trecentum Astensium de quibus vocavit et tenuit se solutum et quietum, renunciando exceptioni non numerate pecunie et precij non recepti, Tali modo quod potestas Astensis et comune Astense predicta omnia ut supra legitur jure proprietario teneat et possideat sine contradictione dicti Ottonis et eius heredum, quam venditionem promisit per se et per eius heredes dicto potestati nomine comunis Astensis defendere ab omni persona sub pena dupli sicut pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco. Et si defendere nollet vel non posset, vel ei subtrahere vellet, Et comune Astense proinde damnum aliquod vel expensas faceret vel substineret causa vel Judicio vel occasione evictionis facte in totum vel in partem vel alio modo promisit, dicto potestati nomine comunis Astensis restituere, Credendo sine sacramento, confitendo dictum Ottonem quod comune Astense est in possessione eius voluntate. Actum Aste in domo comunis. Interfuerunt testes dominus Obertus porca, henricus bertaldus, Albertus de porta, Borlotus berardengus. Et Manfredus carena notarius scripsit.

222. *De venditione facta comuni Astensi per Anselmum Marenchum de quinque partibus sexte partis Castri et ville Trecij.* 1229. 14 Novembris.

Anno domini MºCCXXVIIIIº Indictione secunda, die Mercurij XIIIIº Intrantis Novembris, coram testibus infrascriptis, Anselmus marenchus, Vendidit domino homario segaliole potestati Astensi nomine et vice comunis Astensis recipienti quinque partes sexte partis Castri et ville Trecij cum omni hedificio et sediminibus omnibus et cum toto eo quod habebat in turre et intus Castrum, et cum omni Contili honore et districtu jurisdicione et cum hominibus feudatis et infeudatis, furnis molendinis successionibus rupibus ruinis silvis terris cultis et incultis, pratis et nemoribus nichil in se retinendo pro precio librarum ducentum astensium de quibus vocavit et tenuit se solutum et quietum renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepti precij tali modo quod ipse nomine comunis Astensis, et comune Astense predicta omnia ut supra legitur jure proprietario teneat et possideat sine contradictione Anselmi et eius heredum. Quam vendicionem promissit per se et eius heredes, dicto potestati nomine comunis Astensis defendere ab omni persona sub pena dupli, sicut pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco, Sed et si defendere nollet vel non posset, vel comuni Astensi subtrahere vellet et comune Astense proinde damnum aliquod vel expensas faceret vel substineret causa vel iudicio vel occasione evictionis facte in totum vel in partem vel alio modo promisit dicto potestati nomine comunis restituere, credendo suo verbo sine sacramento confitendo quod comune Astense de predictis est in possessionem eius voluntate. Actum Aste in domo comunis interfuerunt testes Ubertus porca, Enricus bertaldus Albertus de porta, Borlotus berardengus.

Et Manfredus carena notarius scripsit.

XXV. De Neveys.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 16).

Castrum et villa Nevearum est feudum comunis Astensis.

223. *De venditione facta comuni Astensi per Nicolaum de Montealto et certos alios eius consortes de XII^a^ parte Castri et ville Nevearum et posse eorum.* 1217. 14 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo decimo indictione quinta die veneris quartodecimo intrantis Jullij Cartam venditionis iure alodij fecerunt Nicolaus de monte alto, et Rodulfus filius quondam Girbaldi de monte alto pro se et nomine fratrum suorum videlicet Guielmi, Bonefacij Arnaldi et Uberti, Jacobi Enrici et Oberti, In manibus domini Henrici advocati potestatis Astensis vice et nomine comunis Astensis recipientis, Nominatim de duodecima parte Castri et ville posse et districtus Comitatus et jurisdicionis de Neveis, quilibet pro medietate pro indiviso et pro diviso et de toto eo quod ipsi vel alius pro eis habebant tenebant et possidebant iuste vel iniuste in predicto loco et in pertinenti cum omni honore Comitatu jurisdicione districtu et posse, et hactenus habere visi erant in ipso loco et in pertinente, excepto prato de valle, cui coherent via et alie que ibi sunt coherentie, quod est et datum fuit Ardicioni fratri predicti Rodulfi et fratrum, Videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in vicis et in vijs in drictis et fictis, In furnis et molendinis in terris cultis et in cultis in gerbis pratis et nemoribus atque vineis, in puteis et fontibus in rupibus et ruinis, In aquaticis pasquis et venationibus et alijs rebus omnibus aliquo modo seu de cetero sunt habituri. Et siquid ultra predictam venditionem ibi habent vel habere visi sunt mera et inrevocabili donatione dicto potestati nomine et vice comunis ei dederunt et concesserunt. Tali modo quod ipse dominus henricus potestas et eius successores in regimine Civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis Astensis omnia supradicta jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant et pacem et guerram et quicquid voluerint faciant absque omni contradictione predictorum venditorum et fratrum et heredum suorum et omnium aliarum personarum pro eis contradictione. Insuper dictus Nicolaus et prenominatus Rodulfus pro se et nomine fratrum suorum et pro heredibus eorumdem venditorum promiserunt predicto potestati nomine comunis de Aste stipulanti sibi suisque in regimine civitatis Astensis successoribus nomine et vice tocius comunis Astensis predictam venditionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicuti pro tempore fuerit meliorata, Aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea predicti Nicolaus et Rodulfus predicto nomine renunciaverunt exceptioni non numerate pecunie, et ei juri quod non sunt decepti ultra dimidiam iusti precij. Confessi fuerunt se se recepisse a dicto potestate nomine comunis de Aste pro precio dicte venditionis libras Septuaginta novem Astenses, de quibus renunciantes ut supra quietos et pagatos se tenuerunt. Insuper dicti Nicolaus et Rodulfus pro se et nomine fratrum suorum Constituerunt se se possessores nomine comunis de Aste, quousque tradiderint comuni Astensi vel alicui pro comuni corporalem possessionem nomine comunis de Aste. Preterea promiserunt abrenunciare fidelitatibus suorum hominum de Neveis et eas

facere fieri comuni de Aste quandocumque voluerit nec postea ab eis recipere nisi salva fidelitate comunis Astensis. Et promiserunt facere jurare uxores eorum et fratrum ipsius Rodulfi et renunciare omni juri quod haberent in predicta venditione vel exigere aliquo modo possent, promisit etiam dictus Rodulfus eidem potestati predicto nomine stipulanti facere fratres suos eandem venditionem confirmare et id quod de jure facere debuerint eos fieri facere. Et si comune de Aste aliquod damnum incurreret vel sustineret, si inde ab uxoribus eorum vel alicuius ipsorum vel a fratribus dicti Rodulfi si illud quod de jure facere debent non adimpleverint promiserunt Nicolaus pro uxore sua et Rodulfus pro fratribus et dominabus suis videlicet uxoribus vel que in predicta venditione jus aliquod exigere possent si comune inde appelaretur vel conveniretur restituere pro predictis vel pro alia pro eis persona in aliquo tempore sub aliquo ingenio. Et pro predictis attendendis complendis et observandis, predicti Nicolaus et Rodulfus res omnes eorum et fratrum suorum dicto potestati nomine comunis pignori obligaverunt. Actum Aste sub porticu quondam domus Guale boyani. Interfuerunt testes dominus Conradus advocatus miles potestatis, Ruffinus de ripa, Merlus calzavacha, Conradus cacharanus Guillelmus cacaranus, Jacobus de Jaffa, Jacobus bovetus, Otto de barbarischo, Bonefacius crivellus, Ruffinus aremahostius, Obertus proagancitus, Cunradus cacaranus, Et multi alij.

Et Mussus boviculus notarius hanc cartam fecit.

224. *De traditione et inductione possessionis predicte XIIe partis factis per predictos Nicolaum et consortes comuni Astensi.* 1217. 15 Julij.

Eodem anno, die Sabati, xv° intrantis Jullij, In Castro de Neveis presentibus testibus, domino Guilelmo de revello, Petro turcho, Petro de moneta, Jacobo filio suo, Petro upia, et Garglia nuncius comunis Astensis. Nicolaus de monte alto, et Rodulfus nepos eius suo et fratrum suorum nomine tradiderunt et dederunt Bonefacio crivello clavario comunis Astensis, nomine comunis Astensis possessionem et tenutam per lapidem unum illius partis de Neveis quam vendiderant comuni de Aste, ut supra legitur, et eum in eam possuerunt nomine eorum partis et predictorum fratrum predicti Rodulfi, Castri et ville et posse et tocius comitatus et jurisdicionis et vexillum comunis Astensis per Garogliam nuncium Comunis supra eorum domum poni fecerunt.

Et Mussus boviculus notarius hanc cartam fecit.

225. *De ratificatione et approbatione facta per certos de montaldo de venditione predicta.* 1217. 18 Julij.

Eodem anno, die Mercurij xv° kalendas Augusti in ecclesia sancti Johanis de domate de Aste presentibus testibus domino Guielmo de montaldo, domino Bonefacio de bragida, jacobo de stoyerda, Petro de aracio et Bonefacio crivello clavario comunis, Quorum presentia, Ubertus Jacobus et henricus filij quondam Girbaldi de montealto promiserunt domino Henrico advocato potestati astensi nomine comunis Astensis stipulanti et supra dei evangelia juraverunt habere firmam et ratam venditionem illam quam Rodulfus eorum frater ut supra legitur fecerat comuni Astensi nec eam ullo tempore molestare nec removere nec rationem minoris etatis nec aliquo

alio jure contravenire, nec precium ulterius repetere, et de precio tacitos et contentos se tenuerunt et dare fortiam et virtutem quod fratres eorum compleant et faciant illud idem, Et si damnum comune pro eis incureret vel substineret comune restituere promiserunt et iuraverunt, omnes res eorum pro predictis attendendis dicto potestati nomine comunis pignori obligantes.

Et Mussus boviculus notarius hac cartam fecit.

226. *De investitura facta per comune Astense in Nicolaum de monte alto et consortes eius in rectum feudum de illa parte Castri et Ville Nevearum quam vendiderunt comuni Astensi.* 1217. 18 Julij.

Eodem die et loco presentibus testibus domino Bonefacio de bragida, domino Guielmo de monte alto, Conrado advocato, Rodulfo laiolio et Ruffino aranchabosco, dominus henricus advocatus potestas astensis consilio credencie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte, Investivit Nicolaum de montealto et Rodulfum nepotem suum pro se et nomine omnium fratrum suorum excepto ardicione in rectum feudum et nomine recti feudi in filios et in filias in masculos et feminas, Nominatim de illa parte Castri et ville posse Contili et iurisdicione de Neveis quam vendiderunt comuni astensi in alodium, qua investitura facta, dicti Nicolaus et Rodulfus pro se et nomine predicto, fecerunt potestati Astensi nomine comunis astensis fidelitatem et comuni et hominibus de aste talem qualem Vassali faciunt domino suo. In die crastino in ecclesia sancti Johanis de domate presentibus testibus domino Bonefacio de bragida Conrado advocato, Petro beccario, Bovino et Rodulfo laiolio, Eandem fidelitatem fecerunt, Ubertus et henricus fratres predicti Rodulfi.

Et Mussus boviculus notarius hanc cartam fecit.

227. *De ratificatione venditionis facte comuni Astensi ut supra per dominum Guilelmum et Bonefacium fratres dicti Rodulfi.* 1217. 14 Augusti.

Eodem anno et mense quod fuit die Jovis XIIII° mensis Augusti supra solarium domus quondam Guale boyani presentibus testibus, Uberto palido, Oberto gula, Jacobo boviculo, Ruffino arancabosco, Petro upia et Robaldo cicia, dominus Guilelmus et Bonefacius fratres prenominati Rodulfi promiserunt predicto potestati nomine comunis astensis stipulanti, ratam et firmam habere predictam vendicionem, nec ullo tempore molestare nec contravenire et de precio contentos et solutos se tenuerunt, Et dare fortiam et virtutem quod alij fratres eorum compleant illud idem, Et si comune astense proinde damnum substineret promiserunt ut supra legitur restituere omnes res suas eidem potestati nomine comunis astensis pro inde pignori obligantes, et ibidem fecerunt fidelitatem comuni et hominibus de aste talem qualem vassalus facit domino suo.

Et Mussus boviculus notarius hac cartam fecit.

228. *De renunciatione facta per Nicolaum et Bonefacium de monte alto in comune Astense de fidelitate suorum hominum occaxione Nevearum.* 1217. 8 Octobris.

Eodem anno et eadem indictione, die dominico octavo intrantis Octubris, In ecclesia de Niveis presentibus testibus Guilelmo de revello et Ottone de barbarisco, Nicolaus

de monte alto et Bonefacius nepos eius pro se et nomine fratrum suorum abrenunciaverunt fidelitatibus eorum hominum de predicto loco et fieri fecerunt comuni Astensi. Nomina illorum qui fecerunt fidelitatem sunt hec, Petrus buzia, Anselmus buzia, Otto roba, Albertus gambaldus, Jordanus gambaldus, Guilelmus frater eius, Amedeus fusalus, Arnaldus pavexius, Enricus de podio, Johanes mussus, Ubertus ratus, Robaldus mallonus, henricus fusalus, Arnaldus telgardus, Tebaldus berina, Guielmus telgardus, Robaldus mazerius, Guilelmus nata, Rogerius de matarello, Sorleonus, Obertus de castagnolis, Ubertus sardenna, Jordanus de oleza, Manfredus panfilius, Anselmus de matarello, Coselmus buzia, Anselmus fussalus, Anselmus gambaldus.

Ex hijs predictis omnibus, Mussus boviculus notarius cartam fecit.

229. *De venditione facta comuni Astensi per Guilelmum de revello et fratres suos de XVIII^a^ parte Castri et ville Nevearum.* 1217. 7 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo decimo indictione quinta die Jovis septimo intrantis septembris, Cartam venditionis iure alodij, fecit Guielmus de revello pro se et nomine fratrum suorum In manibus domini henrici advocati potestatis Astensis nomine et vice comunis Astensis recipientis, Nominatim de octava decima parte, Castri et ville et posse et districtus comitatus et jurisdicionis de Neveis et de toto eo quod in predicto loco hactenus adquisierint et de toto eo quod ipsi habebant tenebant et possidebant iuste vel iniuste in predicto loco et in pertinenti, Cum omni honore Comitatu jurisdicione districtu et posse vel hactenus habere visi erant in predicto loco et in pertinenti, videlicet in Militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis in vicis et in vijs in drictis in fictis in furnis et molendinis, In terris cultis et incultis in gerbis pratis vineis et nemoribus, In puteis et fontibus in rupibus et ruinis in aquaticis et pasquis et venatione, Et alijs rebus omnibus aliquo modo. Tali modo quod ipse dominus henricus potestas et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis omnia supradicta jure proprietario habeant teneant et possideant, Et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant absque contradictione ipsius venditoris et fratrum et heredum suorum, et omnium aliarum pro eis personarum. Insuper dictus Guilelmus pro se et nomine fratrum suorum et heredum promisit predicto potestati nomine comunis de aste stipulanti suisque in regimine civitatis astensis successoribus vice et nomine comunis Astensis predictam venditionem qualiter supra legitur inintegrum vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defendere sub penam dupli. Preterea iamdictus Guilelmus predicto nomine renunciavit exceptioni non numerate pecunie et ei Juri quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij et confessus fuit se recepisse a iam dicto potestate nomine comunis de aste pro precio iamdicte venditionis libras sexaginta septem astenses, de quibus pagatum et quietum supradicto nomine se tenuit et se possessorem ipsius venditionis constituit quousque comuni Astensi tradiderit corporalem possessionem. Preterea promisit eidem potestati predicto nomine abrenunciare fidelitatibus hominum quos ipse et fratres eius habent in Neveis et eas fieri facere comuni Astensi, quandocumque voluerit nec postea recipere nisi salva fidelitate comunis Astensis. Insuper promisit facere abrenunciare illas personas que in predicta venditione jus exigere possunt et facere confirmare fratres suos venditionem predictam qualiter supra legitur

insolidum et id quod de jure facere debuerit eos fieri facere, Et si comune astense dammum aliquod incurreret vel substineret, si a fratribus ipsius Guilelmi vel ab aliqua alia persona que in dicta venditione jus exigere posset si id quod de jure facere debent non adimpleverint appelaretur vel conveniretur in aliquo tempore sub aliquo ingenio promisit comuni Astensi restituere et facere fieri fidelitatem, vigintiquinque homines de armis, Et petrum de drogla et Jacobum de saya, qui ex eo tenent feudum in Neveis, et illos dominos de castro aynaldo qui ex eis ibi tenent feudum et ille qui fidelitatem facere nollet quod ei feudum saxire debet, ac predicto potestati nomine comunis Astensis promisit et pro predictis attendendis et complendis et observandis predictus Guilelmus omnes res suas et fratrem suorum eidem potestati nomine comunis pignori obligavit. Actum Aste in domo comunis, Testes dominus Enricus advocatus miles potestatis Astensis, Bonefacius crivellus, Gattus de aglano, Otto de barbarisco Guilelmus cacaranus, Thomas ginorius.

Ego Mussus boviculus notarius inde cartam feci.

230. *De ratificatione et approbatione factis per Ottonem et Manfredum fratres de revello de vendicione facta comuni Ast per Guilelmum de revello de dicta XVIII^{a} parte Nevearum.* 1217. 5 Octobris.

Eodem anno et indictione die Jovis quinto intrantis Octubris in domo comunis, In publica credencia per campanam congregata, dominus Otto et Manfredus de revello fratres presente et volente Jacobo de bargis eorum avunculo promiserunt domino Enrico advocato potestati Astensi nomine comunis Astensis stipulanti et Mamfredus supra dei evangelia iuraverunt habere firmam et ratam vendicionem illam quam Guillelmus de revello frater eorum ipsi potestati nomine comunis Astensis fecerat de decima octava parte Castri et ville et districtus et Contilis de Neveis, nec eam ullo tempore molestare nec removere nec contravenire nec ipse Manfredus specialiter ratione minoris etatis, nec aliquo alio iure et ullo modo nec precium ulterius repetere. Et de precio prefate venditionis quietos et pagatos se tenuerunt, Et quod dabunt fortiam et virtutem quod eorum mater renunciet omni juri quod in predictis et in predicta venditione haberet pro dote sua vel alio jure, Et si comune proinde aliquod damnum substineret vel incureret ipsi potestati nomine comunis restituere promiserunt et Manfredus iuravit omnes eorum res eidem potestati nomine comunis proinde pignori obligantes. Testes Conradus advocatus miles potestatis. Jacobus de bargis, Berardus de solario, Alionus scharampus, Nicolaus gardinus, Otto de barbarisco, Ruffinus de salucio Petrus calcaneus.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

231. *De tradicione possessionis facte in comune Astense per Guielmum de revello et fratres suos occaxione dicte venditionis superius facte comuni Astensi.* 1217. 8 Octobris.

Eodem anno et eadem indictione, die dominico octavo intrantis Octubris, In Castro Nevearum supra domum Guilelmi de revello et fratrum Guilelmus de revello pro se et nomine fratrum suorum, Ottonis et Manfredi, Tradidit et dedit Ottoni de barbarisco civi Astensi nomine et vice comunis de aste corporalem possessionem eorum partis

Castri de Neveis quam vendiderat pro se et nomine fratrum suorum, et ipsi fratres similiter comuni de Aste in alodium, et eum in eam possessionem posuit nominative Castri et ville et tocius posse. Testes Garogla nuncius comunis, Joseph filius petri porete, et Mussus boviculus vexillum comunis posuit et colocavit supra eorum domum. Item eodem die et in eodem castro iuxta domum Sclasi de aglano presentibus testibus Ogerio de morocio, Goselino buza et Gamboza, domina aldix mater predictorum Guilelmi Ottonis et Manfredi renunciavit juri ypothecarum senatui consulto veleyano, et omni alij juri quod in predicta vendicione haberet vel exhigere posset pro dote sua vel aliquo alio modo promisit Ottoni de barbarisco vice et nomine comunis de Aste stipulanti predictam venditionem firmam tenere nec per se nec per aliam personam molestare nec removere nec contravenire in aliquo tempore.

Et Mussus boviculus notarius predicta scripsit in cartis.

232. *De abrenunciatione fidelitatis facta in comune Ast per Guilelmum de revello et fratres suos de eorum hominibus Nevearum.* 1217. 8 Octobris.

Eodem die in villa de Neveis presentibus testibus Ottone de barbarisco et Bonefacio de monte alto, dictus Guillelmus de revello pro se et nomine fratrum suorum predictorum, abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum de neveis, Et pro eis fecerunt isti fidelitatem comuni Astensi, Ubertus iratus, Guilelmus brancha Anselmus sevialdus, Anselmus vetullus serraynerius, Guillelmus papa Otto gastaldus, Enricus branca Gualfredus yratus, Jacobus brancha, Anselmus Nicius, Guilelmus brancha fratrer Gualfredi, duminus, Guielmus gastaldus, Albertus capellus, Guido altesinius.

Et Mussus boviculus notarius predicta scripsit in cartis.

233. *De venditione facta comuni Astensi per dominum Guilelmum sclassum et Anselmum eius filium et Gattum de aglano de eorum parte Castri et ville Nevearum.* 1217. 9. Augusti.

Anno domini MCCXVII, Indictione quinta, die Mercurij nono die intrante Augusto, Coram subscriptis testibus dominus Guilelmus sclasus de aglano et Anselmus filius eius pro duodecima et decima octava parte et Gattus de aglano pro decima octava parte pro se et nomine heredum Manfredi presbiteri de aglano pro alia decima octava parte, et quorum heredum confitebatur se esse tutorem et curatorem quam habent in Neveis vendiderunt et tradiderunt domino Ambroxio curto Iudici domini Enrici advocati potestati astensi nomine et vice comunis Astensis superius designatas partes cum omni honore et jure districtu Contili et jurisdicione quam habent vel habere videntur iuste vel iniuste in castro de Neveis et in villa et posse et militibus et rusticis, in hominibus feudatis et infeudatis, in furnis et molendinis, in rupibus et ruinis in acquatibus et pasquis, piscationibus et venationibus, in silvis et nemoribus in puteis et fontibus cum omni alio jure sibi competente nichil in se retinentes pro precio denariorum astensis monete librarum trecentarum minus libris XII de quibus vocaverunt se se fore quietos et solutos a predicto comuni renunciantes exceptioni non numerate pecunie et non recepti precij, Tali modo ut ipse dominus Ambrosius nomine dicti comunis et dictum comune de Aste suprascriptas partes habeat teneat firmiterque possideat, Et de predictis rebus venditis quicquid voluerit facere faciat nomine dicti

communis sine omni contradictione predictorum venditorum et suorum heredum et omnium aliarum personarum pro eis quam vendicionem promisit eidem dicto nomine ab omni persona deffendere sub pena dupli sicut pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco sub ypotheca rerum suarum. Et constituerunt se se possessores nomine dicti comunis de predictis rebus venditis, preterea renunciaverunt juri quod essent decepti ultra dimidiam iusti precij Et si quid plus valeret illud dederunt dicto Ambrosio nomine dicti comunis pro pura mera et inrevocabili donatione inter vivos, quam venditionem, Jacobus filius dicti Manfredi presbiteri iuravit supra dei evangelia imperpetuum firmam et stabilem tenere et nullo tempore molestare nec contravenire, Preterea Gattus predictus promisit dicto Ambroxio dicto nomine dicti comunis facere jurare omnes sorores ipsius Jacobi que sunt maiores duodecim annorum hanc venditionem firmam tenere et alias omnes quando pervenerint in etate iurandi, Et si hoc non attenderet et dictum comune proinde damnum aliquod sustineret eidem Ambrosio nomine comunis restituere promisit, obligando ei dicto nomine omnia bona sua pignori. Actum Aste fuit hoc in domo comunis sive camera, Interfuerunt testes vocati, Anselmus mussus de curia, Guilelmus cassanus, Petrus Mutus de aglano, Ardicio scarampus et plures alij.

Et Thomas Ginorius notarius scripsit.

234. *De traditione possessionis facta comuni Astensi per Guilelmum sclassum et Anselmum eius filium et Gattum de Aglano et certos alios occaxione Castri et ville Nevearum.* 1217. 10 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo decimo indictione quinta, die Iovis decimo intrante Augusto presentibus testibus Jacobo de aygre et Guilelmo de revello atque rogerio sacerdote et henrico filio Badrij dominus Guilelmus sclasus de aglano et Anselmus eius filius et Gattus de aglano pro se et nomine filiorum quondam Mainfredi presbiteri de aglano quorum confitetur se esse tutorem et Jacobinus filius dicti Manfredi Auctoritate dicti Gatti curatoris sui ibi presentis, tradiderunt corporalem possessionem Rodulfo laiolio clavario comunis et Guilelmo laiolio vice et nomine comunis Astensis de Castro et villa et posse et jurisdictione et contili et districtus de eorum parte quam habent in Neveis et quam vendiderunt comuni Astensi in alodium sicut in carta inde facta continetur et Gargla nuncius comunis ibidem ad presens vexillum comunis super dicto Castro imposuit Actum fuit hoc in dicto Castro.

Et Thomas ginorius notarius scripsit.

235. *De renunciatione fidelitatis facta in comune Astense per predictos de Aglano de eorum hominibus Nevearum.* 1217. 11 Augusti.

Eodem anno et indictione, die veneris XI° intrantis Augusti presentibus Guilelmo laiolio et domino Rogerio sacerdote ecclesie sancti Petri de Neveis et Bertramo de cortasono, Guillelmus sclassus de aglano predictus et Anselmus eius filius et Gattus de aglano pro se et nomine filiorum dicti Man fredi presbiteri de Aglano quorum ipse tutor est ut confitetur, Et Jacobus filius dicti Manfredi presbiteri Auctoritate dicti Gatti curatoris sui ibi presentis renunciaverunt fidelitatibus omnium hominum quos habent vel habere videntur in castro et posse et villa et jurisdicione et contili et

districtu de Neveis Tali modo quod de cetero fidelitatem non requisierint nisi salva fidelitate comunis Astensis, Et ibidem ad presens preceperunt illis hominibus qui erant ibi presentes ut fidelitatem comuni Astensi facerent. Actum ante dictam ecclesiam. Et Thomas ginorius scripsit.

236. *De investitura facta per Comune Astense in Guilelmum sclassum et Gattum de aglano et certos alios in rectum feudum de illa parte quam vendiderunt comuni Astensi in Neveis.* 1217. 11 Augusti.

Eodem anno et indictione et die actum Aste in domo comunis presentibus Ambrosio curto et Cunrado advocato et Bonefacio crivello et Filipo notario, In plena Credentia per campanam congregata, dominus Enricus advocatus potestas Astensis nomine et vice comunis Astensis et Consilio Credencie per campanam simul congregate, Et ore ad os interrogate et scripte, investivit Guilelmum sclassum de Aglano et Gattum de aglano et Jacobinum filium Manfredi presbiteri de aglano suo nomine et nomine sororum suarum in rectum feudum et nomine recti feudi in filios et filias masculos et feminas nominatim de illa parte Castri et ville et posse Contili et jurisdicione quam vendiderunt comuni Astensi in alodium in Neveis et de Niveis. Qua investitura facta predicti Guielmus, Gattus et Jacobinus per se et nomine sororum suarum fecerunt fidelitatem potestati Astensi, et comuni et hominibus de Aste talem qualem Vassalus domino suo. Et Tomas ginorius notarius duas cartas unius tenoris inde fecit. Nomina supradictorum hominum de neveis qui fecerunt fidelitatem comuni Astensi et juraverunt sunt hec, Enricus curialis, Jordanus curialis, Otto gastaldus, Otto bozius, Guilelmus curialis, Petrus massus, Mussus zussus, Sorleonus, Carlevarius, Otto curialis, Caffanellus, Mussus gastaldus, Gandulfus panphilius, Jordanus de monasterio, Enricus de literdo, Manfredus panfilius, Anselmus scalonus, Guilelmus scalonus, Anselmus gaglerdus, Revellus, Miglocius, Grinda, Ubertus vetullus, Obertus de valle, Jacobus canneglletus Robaldus cocus, Guilelmus de traysio, Aycardus zuxus Raymondus spininus Otto de cexolis, Bonefacius de cexolis, Ubertus gastaldus, Guilelmus ruffinus, Anselmus frater eius Jordanus presbiter, Ruffinus canegletus, Otto roba, Otto aycardus, Guilelmus spininus, Otto gaglerdus, Jacobus filius helie Jordanus buscius, Rogerius de valle, Jordanus suxius, Sismondus de folcherdo Ferragattus, Servus Dei, Otto aycardus, Guielmus troya.

237. *De donatione facta comuni Astensi per Guielmum bassum de Neveys et certos alios suos consortes de eo quod habent in Neveys.* 1219. 8 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo nono decimo indictione septima, die sabati VIII° intrantis Junij, coram testibus infrascriptis. Guielmus bassus de Neveis, Fredericus, henricus, Jacobus et Robaldus eius filij precepto et presentia dicti Guilelmi, omnes eorum sponte fecerunt donationem puram et inrevocabilem inter vivos domino Resonato zazio Astensi potestati nomine et vice comunis Astensis, Nominatim de universis possessionibus et de omni eo quod ipsi habent juris eorum in alodium in Neveis et in terratorio et in pertinenti quoquo modo cum omni jure ratione accessione ingressu publico et privato predictis pertinentibus nichil in se retinentes renunciando omni Juri quod donatio inter vivos facta ultra quingentos soldos sine

insinuatione non valeat et omni alij legum auxilio. Tali modo quod comune Astense predicta in alodium et ad proprium comunis teneat et possideat et ex eis quicquid voluerit faciat absque omni predictorum et heredum suorum contradictione quam donationem prescriptam sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defendere promiserunt quod si non poterint vel noluerint eandem in duplum comuni Astensi restituere promiserunt et ibidem ipsi potestati habita investitura predictorum ab ipso potestate nomine comunis fecerunt fidelitatem talem qualem vassalus facit domino suo. Actum Aste in domo Rolandi de monte magno. Testes Ubertus de revello, Jacobus de sibona Manfredus cavazonus, Obertus maruccus, Rodulfus layolius et multi alij.

238. *De venditione facta comuni Astensi per Petrum turchum de Neveis de eo quod habebat in Neveys.* 1219. 23 Junij.

In nomine domini. Anno eiusdem, Millesimo ducentesimo Nono decimo indictione septima die dominico nono kalendas Julij. Cartam venditionis sub dupli defensione fecit jure proprietario Petrus turcus de Neveis, In manibus domini Resonati zazij potestatis Astensis vice et nomine comunis Astensis, Nominatim de toto eo quod habet vel habere visus est in Castro et in villa Nevearum et in posse contili et districtu, quod est vigesima quarta pars illius locij, et plus si plus ibi habet, In hominibus feudatis et infeudatis in terris vineis pratis et Nemoribus zerbis rupibus et ruinis ceterisque possessionibus, cultis et incultis in aquatico et pasquatico in ecclesijs et capellis piscationibus et venationibus nichil in se retinendo cum omni jure et jurisdicione Contili et districtu sibi et predicte venditioni pertinentibus pro precio librarum Octuaginta astensium de quibus renunciando exceptioni pecunie non numerate vocavit se solutum et quietum et eo juri similiter renunciavit quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij. Tali modo ut predictus dominus Resonatus potestas nomine comunis Astensis teneat et possideat per se et per suos successores in regimine civitatis Astensis post se intrantes et ipsum comune dictam venditionem proprietario jure et exinde quicquid voluerit faciat sine omne contradictione supradicti Petri et eius heredum et omnium aliarum personarum pro eo, quam venditionem sicuti supra legitur prenominatus Petrus per se et per suos heredes defendere promisit in duplum dicto potestati nomine comunis, Et si defendere non poterit aut per quodvis ingenium subtrahere quesiverit tunc in duplum eamdem venditionem predicto potestati nomine comunis restituere promisit et ipsi comuni sicut pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco et ibidem dictus Petrus constituit se possessorem dicte venditionis nomine comunis Astensis et pro comuni, donec ipse dederit corporalem possessionem predicte venditionis eidem potestati vel alteri persone pro comuni de Aste. Insuper ipse Petrus promisit eidem potestati nomine comunis facere fieri fidelitates suos homines predicti loci nec eas postea recipere nisi salva fidelitate comunis Astensis, promisit insuper dictus Petrus eidem potestati nomine comunis fieri facere filios suos fidelitatem comuni de Aste predicte venditionis. Actum hoc Aste in ecclesia sancti Johanis de domate. Interfuerunt testes Rollandus cepula miles potestatis, Bozo gardinus, Petrus durnaxius Mussus boviculus Guilelmus trossellus et albertus nuncius comunis Et Ruffinus aranchaboscus notarius scripsit.

239. *De investitura facta per comune Astense in rectum feudum in Petrum Turcum de Neveis de eo quod habebat in Neveis.* 1219. 23 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Nono decimo, indictione septima, die dominico nono Callendas Jullij, dominus Resonatus zazius potestas Astensis nomine comunis Consilio et voluntate tocius Astensis credentie, per campanam congregate et ore et ad os interrogate et scripte, investivit in rectum feudum et nomine recti feudi, In filios et in filias in masculos et feminas Petrum turcum de Neveis, Nominatim de toto eo quod habebat in castro de neveis et in pertinenti quod est vigesima quarta pars Castri et Ville et jurisdicionis et Contili predicti loci, et de pluri si plus habet ibi, quam vendiderat comuni de Aste sicut in carta facta per Ruffinum aranchaboscum notarium continetur excepto Sedimine cum lapidibus super eminentibus in predicto sedimine in quo ipse Petrus manet, Cui coherent illi de monte alto, Jacobus de deseya et via, quod sedimen cum lapidibus comune de Aste retinuit ad proprium et ad dominium consensu et voluntate dicti Petri, qua investitura facta supradictus Petrus et filij eius, Ogerius et Guillelmus fecerunt fidelitatem predicto potestati nomine comunis, et comuni de Aste, talem qualem vasallus facit domino suo. Actum Aste in ecclesia sancti Johanis de domate, Interfuerunt testes, Rollandus cepula miles potestatis Bozo gardinus, Petrus durnasius, Mussus boviculus, Guilelmus trossellus et Tabertus nuncius comunis.

Et Ruffinus Aranchaboscus notarius scripsit.

240. *De quadam permutatione et contracambio factis per Comune Albe in comune Astense occaxione Nevearum.* 1223. 22 Novembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione undecima, die Mercuri decimo Callendas decembris presentia testium subscriptorum, dominus Leonardus vice comes potestas albe in pleno consilio Albe, Ideo quod in concordia et pace Astensium et albensium actum fuerat quod comune albe deberet permutare totum illud quod habebat in castro Nevearum, Ita quod in se nichil retineret cum eo quod comune de aste habebat in castro Barbarischi prout in instrumento inde condito, et a Musso boviculo notario continetur Anno domini hoc eodem et indictione die . . . . . [2] volens dictam permutationem effectui mancipare ex causa permutationis dedit et tradidit domino Robaldo gardino sindico comunis Astensis nomine comunis Astensis totum illud quod comune Albe habebat vel habere videbatur in Castro Nevearum cum omni contille Castri nichil ibi retento, silicet feudum pro feudo et alodium pro alodio. Tali modo quod de cetero dictum comune Astense illud teneat jure proprietario quieteque possideat absque contradictione comunis Albe et cuiuslibet alterius persone pro eo promittendo insuper dictus dominus leonardus nomine comunis albe dicto domino Robaldo sindico comunis Astensis nomine ipsius comunis id quod continetur in dicta permutatione ab omni persona defendere, sed et si defendere nollet vel non posset

[1] Instrumentum hoc iterum occurrit in quinta Codicis parte; itaque inscriptione tantum suo loco servata ad N. 965. satis erit hic lectiones varias attulisse. — [2] *mercurij IV kallendas Aprilis.*

dictum comune Albe dicto comuni Astensi et comune Astense ex hac causa damnum aliquod substineret promisit dictus dominus Leonardus nomine comunis albe dicto domino Robaldo gardino nomine comunis Astensis stipulanti insolidum [1] restituere sub pena dupli quam eidem dare promisit. Insuper confessus fuit dictus dominus Leonardus potestas Albe nomine comunis Albe, Comune de aste possessionem habere et retinere de cetero de eo quod comune albe habet [2] vel habere videbatur in Castro Nevearum, hec omnia fecit dictus dominus Leonardus, voluntate et consilio omnium Credendariorum infradictorum [3] inde ore ad os interogatorum et scriptorum, quorum nomina sunt hec, Otto balduinus, Aycardus de nigla [4], Opizo [5] de Neveis, Ansaldus de preocha Andreas de donna Jacura [6], Enricus de niviglis [7], Garellus de trezio [8], Guilelmus de rivalta, Nicholinus [9] iudex, Ubertus Aydinus, Sicardus speralus Jacobus huretus [10], Obertus baerdus, Guilelmus salicus Guercius de publice, Manfredus bossius, Otto faloppus, Rollandus de morocio, Mascarus [11] de strata, Guilelmus albensis [12], Rogerius cayrolius [13], Jordanus de Neveis, Buninus pelleta, Ruffinus beccarius, Oppizo carbuxius [14], Jacobus regesolem, Ruffinus bessieta [15], Johanes de riazolio [16], Obertus bellantius, henricus censoldus, Petrus de riazolio [17], Otto rapa, Bonus homo capilla [18] Manfredus carentius, Otto mollis Obertus de marcenasco Barensius [19], Johanes forcia, Arnaldus comberus [20], Guilelmus de raconilio [21], Berguntius pugnus, Guilelmus niellus, Benedictus maingo [22], henricus follus, paio de marocio [23], Yellegrinus cepula [24], Anselmus numentonus, Obertus ferramenta, Anselmus trabinandus [25], Opizo balduynus, Guilelmus constancius, Guilelmus bavantus [26]. Testes interfuerunt dominus Jacobus de populo dominus Rogerius calocius, Rodulfus de pomo, Jacòbus cuminus vivianus [27] trossellus, Rufinus gardinus.

Et Guielmus trossellus notarius cartam fecit.

241. *De promissione facta per comune Albe comuni Astensi, de certis pactis et conventionibus observandis.* 1223. 29 Marcij [28].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione undecima, die Mercuri IIII° Callendas Aprilis dominus Jacobus de populo Judex Comunis Albe nomine comunis Albensis promisit domino Tebaldo Judici comunis Astensis nomine et vice comunis astensis [29] stipulanti et supra dei evangelia juravit attendere et attendi facere et compleri a potestate et comuni albe, et ab hominibus civitatis Albensis in omnibus et per omnia bona fide et omni fraude remota prout in scripto inferius notato continetur, versa vice dictus Tebaldus in omnibus et per omnia dicto domino Jacobo predicto nomine stipulanti, attendere et attendi facere et compleri a potestate comuni et ab hominibus civitatis Astensis similiter promisit et juravit. Tenor cuius scripti hic est. In nomine domini Amen, hec est forma pacis et concordie que tractatur inter

[1] *in integrum.* — [2] *habebat.* — [3] *suorum.* — [4] *vetulis.* — [5] *Ottacius.* — [6] *jachara.* — [7] *Nivigla* — [8] *Garesius de Trecio.* — [9] *Nicholaus.* — [10] *fantinus.* — [11] *Moscatus.* — [12] *Alleus.* — [13] *Cayrosius.* — [14] *Garbusius.* — [15] *Belluta.* — [16] *Riazolo.* — [17] *Riazolo.* — [18] *Capella.* — [19] *Baresius.* — [20] *Combrus.* — [21] *Raconisio.* — [22] *manigo.* — [23] *Morocio.* — [24] *Bellengerius Cepulla.* — [25] *Rubinandus.* — [26] *Bannanatus* — [27] *Guilelminus.*

[28] Huius pacis instrumentum iteratur in quinta Codicis parte; servata itaque sola inscriptione suo loco ad n. 966. hic lectiones varias afferemus. — [29] Deest *nomine et vice comunis astensis.*

Astenses et albenses que complebitur deo dante, Inprimis super Castro Nevearum et Barbarisci talis debet esse compositio, Videlicet quod Comune de Aste debet permutare id quod habet in castro barbarisci cum eo quod comune Albe habet in castro Nevearum feudum pro feudo, alodium pro alodio, de eo quod habet, in villa barbarisci comune de aste debet similiter facere permutationem cum eo quod habet comune de alba in villa Nevearum Tali forma quod massum Barbarisci atribuatur comuni albe pro masso nevearum et sic de masso in massum, Et si aliud juris habet comune de Aste in Castro et in villa barbarisci, debet recipere compensationem in eo quod comune albe habet vel [1] habere videbatur in villa Nevearum, Et si quid superhabundaverit [2] ipsi comuni albe facta dicta compensatione in villa Nevearum siquidem fuerint homines et fuerint proprij ipsius comunis albe, Ita quod aliquis in eis partem non habeat possit eos ibi [3] tenere prout voluerit et ducere alibi ad habitandum supra suum poderium nec comune de aste possit eos recipere nec consentire ad habitandum supra suum posse sine voluntate comunis Albe. Si vero fuerint comunes ipsi homines cum aliquo ex consortibus Nevearum, debeant ipsi homines morari et stallum facere in villa Nevearum et facere scuffia Castri quoad contile pertinet, nec possint dividi ipsi homines vel debeant absque voluntate illius vel illorum qui in eis partem habuerint sed comune Albe eos homines qui superhabundaverint silicet comunes teneat pro sua parte quiete et pacifice prout dictum est supra Ita quod ab eis percipiat quicquid percipere debet quo ad Jurisdicionem et ad omnia alia prout faciebat ante mensem unum quam Comune de Aste intraret in castro Nevearum Et hoc agi debet inter eos quod comune de alba nullo tempore fortiam in Castro Nevearum debet habere. Sed in Castro Barbarisci fortiam [4] faciat ad suam voluntatem et hec debent fieri tali modo, quod comune de alba nil retineat in Castro Nevearum, nec comune de Aste in castro Barbarisci. Super facto acquistorum talis debet esse conposicio si deo placuerit, videlicet quod comune de Aste non possit vel debeat aliquid acquirere in episcopatu Albensi a Neveis supra et specialiter per quatuor milliaria prope civitatem Albe in episcopatu Albensi. Et si aliquo casu ibi [3] aliquid acquireret esset comunis Albe exceptis terris laboratorijs sine aliquo contili. Comune vero Albe non possit aliquid acquirere in episcopatu Astensi, excepta Gorena [5] quam comune albe possit acquirere, sed comune de aste Gorenam [5] non possit acquirere per comune nec per divisum sub aliquo ingenio. Sed terras laboratorias possit acquirere comune Albe in episcopatu astensi sine aliquo contili. Sed nec in pollencio aliquid possit acquirere comune de aste sub aliquo ingenio, vel aliqua forma vel aliquo alio modo qui possent [6] excogitari. Sed comune Albe pollencium possit acquirere, Et exceptis predictis unaqueque dictarum [7] civitatum possit acquirere ad suam voluntatem in suo episcopatu, de alijs vero acquistis qui fierent extra dictos episcopatus, comune de Aste debet habere duas partes, et comune de alba terciam faciendo expensas comune de Aste pro duabus partibus et comune de alba pro tercia. Super facto Sancte Victorie sic esse debet, quod comune de Alba tenere debet prout modo tenet illud quod habet in Castro sancte victorie. Super facto debiti sic [8] fiat, quod solucio sortis tantum fieri debet per illos terminos ydoneos quos potestas

[1] *et.* — [2] *habundaverit.* — [3] *sibi.* — [4] *habere debet et.* — [5] *Gaurena.* — [6] *possit.* — [7] *ipsarum.* — [8] *esse debet et.*

Astensis unanimiter dixerit cum potestate Albe. Super facto unitatis et conventionis [1] civitatum predictarum, sic fieri debet, videlicet quod dicte Civitates uniri debent et amicicia Copulari prout melius potuerint, Cum consilio quatuor sapientum cuiuslibet civitatis. Ita quod ipse civitates efficiantur unum et idem corpus imperpetuum quo ad omnia prout melius videbitur expedire utrique civitati. Et hec fiant ad honorem domini Imperatoris, et salva eius fidelitate. Actum Aste in domo Jacobi de Sibona et Baiamondi de plathea. Testes, Petrus becarius, Petrus laurencius, Ardicionus de quarto.

Et Mussus boviculus notarius [2] cartam fecit.

242. *De quadam promisione facta per Comune Albe comuni Astensi de quadam Concordia observanda.* 1223. 30 Marcij [3].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione XI^a die Jovis tercio Callendas Aprilis coram subscriptis testibus, dominus Leonardus vicecomes potestas Albe nomine et vice comunis albe promisit domino Girardo manarie potestati astensi nomine et vice comunis Astensis stipulanti et supra dei evangelia juravit, attendere et attendi facere concordiam Astensium et Albensium ex una parte albensium prout tractata est et tractabitur et fiet per utrumque comune, et prout in carta inde facta a me Musso boviculo notario, Anno et indictione presentibus, die mercurij quarto exeuntis [4] aprilis, continetur, et quod faciet poni in statuto comunis albe supra quod eorum potestas juraturus est de regimine [5] civitatis speciale capitulum de huiusmodi concordia firma tenenda, et sic fiat de anno in annum ita quod duret imperpetuum, Et si quid additum fuerit vel diminutum, In huiusmodi concordia voluntate ambarum civitatum, quod de addito teneantur et de diminuto absolvantur. Insuper Guilelmus de ranconisio [6] rector societatum et Fulcus cerratus et Guilelmus de poblice, et Manfredus carencius et Nicolaus iudex et Tebaldus de zocho [7] et Opizo balduinus, et Manfredus bosus [8] et Ogerius de Vincol, et Opizo garbuxius et Buninus pelleta et volandus [9] bonatus et Obertus de strata et Mascarus de strata et Raferius et Anselmus de zacara et Obertus matarellus [10], et henricus de castello, et Guilelmus crespus et henricus follus et Guillelmus cerratus et Guilelmus de Vallis et Andreas de zachera, et Albertus de marcenasco et Jordanus oculi capre, et Jacobus carentius, et henricus censoldus et Otto de poblice et Petrus follus de serra ex parte Albensium iuraverunt illud idem attendere ex eorum parte, et dare forciam et virtutem conscilium et auxilium ut perpetuo attendatur. Actum in pratis de Govono. Testes dominus Tebaldus iudex comunis Astensis, Jacobus de populo Judex comunis albe, Rogerius calosus miles potestatis Albe et Jacobus curainus [11] notarius.

Et Mussus boviculus notarius inde cartam scripsit.

[1] *coniunctionis.* — [2] Deest *notarius.*

[3] Huius promissionis instrumentum iterum occurrit in quinta Codicis parte; inscriptionem tantum suo loco ad N. 967 servavimus, hic lectiones varias afferemus. — [4] *kalendas.* — [5] *venturus est regimine.* — [6] *Raconisio.* — [7] *Cozo.* — [8] *Bossus.* — [9] *Soldanus.* — [10] *Natarellus.* — [11] *Cuminus.*

243. *De quadam requisitione fidelitatis fiende comuni Astensi occaxione Nevearum.* 1224. 16 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto Indictione duodecima, Die dominico XVI intrante Novembri dominus Frassus Judex et gerens vicem domini Pagani de petra sancta Astensis potestatis, nomine et vice comunis Astensis dixit Durando de cortasono et ab eo requisivit ut faceret fidelitatem comuni Astensi de eo quod tenet in Castro Nevearum et quod olim tenebat a comuni Albe, Et quod ipse Frassus paratus erat nomine comunis Astensis ipsam fidelitatem recipere Actum aste in Canonica comunis. Interfuerunt Testes, Ottacius grasverdus, Filiponus de porta, Ottellus bucca nigra.

Ego Manfredus Carena notarius palatinus interfui et sic scripsi.

244. *De quodam pacto celebrato inter Nicolaum de monte alto et Rodulfum eius nepotem ex una parte et Comune Astense ex altera occaxione Nevearum.* 1217. 15 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo Septimo decimo indictione quinta die Martis XV Augusti. In dei nomine. Tale pactum est stipulatum et firmatum inter Nicolaum de monte alto et Rodulfum nepotem suum pro se et nomine fratrum suorum et Comune de Aste. Si turris vel palacium fiet in Neveis in eorum sedimine quod comune de Aste possit eam custodire cum suis guardijs, quociens comune de Aste guerram habuerit et Turris illa pro ipsa guerra comuni necesse fuerit, et eam tam diu munitam tenere pro comuni donec Comune ex illa guerra ad pacem pervenerit et comune de Aste ipsam turrim tempore pacis dicto Nicolao et nepotibus suis reddere debeat, Salvo eo quod eam semper munitam tenere debeant dum illam Turrim tenuerint et specialiter de illis guardijs que comuni fidelitatem fecissent contra omnes homines nec guardias ibi mutare nisi eas que fecissent vel prius facerent comuni Astensi fidelitatem, et ipsis postea salvo comuni, Ipsi vero Nicolaus et nepotes si turris ibi fiet debet comuni de Aste dare eorum homines de neveis cum bobus et cum personis a principio turris usque quo sit expleta et finita sicut illi vel illis qui pro comuni superstaret vel superstarent placuerit bona fide et dare illud adiutorium quod bona fide dare poterunt aliunde. Actum Aste in ecclesia sancti Johanis. Testes dominus Bonefacius de bragida, dominus Guilelmus de monte alto, Cunradus advocatus, Rodulfus laiolius et Ruffinus arancaboscus.

Ego mussus boviculus notarius palatinus interfui et iussu predictorum Nicolai et Rodulfi, et domini henrici advocati potestatis Astensis hanc cartam scripsi.

245. *De quodam denunciamento facto per comune Astense comuni Albe occasione Nevearum.* 1224. 8 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, die Dominico octavo intrante Septembri presentia testium infrascriptorum, Robaldus Gardinus, constitutus sindicus comunis Astensis ut per cartam factam a Manfredo carena notario In anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, die Sabati septimo intrante septembri apparebat nomine et vice comunis Astensis,

dixit et denunciavit domino Pagano de petra sancta potestati albe nomine comunis albe et Ambaxiatoribus qui cum eo erant, Videlicet Rollando de morocio Boneto sclasso, Albexano balduino, Bergondio pugno et Cunrado oculo capre quod comune Astense volebat hedificare et facere turrim unam in Castro de Neveis, Unde nomine comunis Astensis preparatus erat dare securitatem dicto potestati albe nomine comunis albe de opere illo demoliendo, si apparet dictum comune astense iniuste hedificasse et securitatem illam nomine comunis Astensis eidem potestati nomine comunis Albe ad satis dationem obtulit et predictis qui cum dicto potestate erant. Actum apud ecclesiam sancte marie de Neveis, In Castro de Neveis, Testes inde fuerunt vocati, Silibonus de porta, Aycardus de Veneis Raynerius ratus, Pasturellus et Ansaldus de covazolio et plures alij.

Ego Guilelmus tortonus notarius palatinus interfui et precepto dicti Robaldi gardini sic scripsi.

246. *De investitura facta per Comune Astense ad rectum feudum in Manfredum de Revello de eo quod tenet in Neveys.* 1242. 11 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione xv, die Martis xi° intrantis Marcij. Coram testibus infrascriptis, dominus Guido Marracius potestas Astensis nomine et vice comunis Astensis investivit Manfredum filium quondam Guilelmi de revello, de suo recto feudo de eo quod tenet a comuni Astensi in Neveis et alibi et ipse fecit ei fidelitatem nomine comunis Astensis, talem qualem Vasallus facit domino suo, Actum Aste supra voltas de dommo. Testes Gandulfus Aycardus, Rodulfus de castegnolis, Gandulfus Ottinus, Petrus garretus et Ubertus villanus.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et iussu ipsius potestatis hoc instrumentum pro comuni sic scripsi.

247. *De fidelitate facta comuni Astensi per Certos de Neveys occasione Nevearum.* 1242. 31 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione xv^a^ die lune ii° kal. aprilis coram testibus infrascriptis, Scaranpus de aglano et infrascripti de Neveis silicet prepositus et henricus filius Guilelmi ruffini Fredericus bassus, Ogerius schalonus, Jacobus tria modia et Odo pelatus, fecerunt fidelitatem domino Guidoni maracio potestati Astensi nomine comunis et comuni et hominibus de Aste, quibus omnibus precepit et cuilibet sub pena solidorum viginti ut coniurationem quam fecerunt absolvant et de sacramentis que inde fecerunt similiter sese absolvant nec ea ulterius teneant nec faciant aliam coniurationem vel sacramentum aliquod sine eius absolto, Qui omnes incontinenti de omnibus predictis se se absolverunt ad presens. Actum Aste in domo damanorum, Testes Guilelmus gardinus et Alionus.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et scripsi.

XXVI. De Casteno.

(Hic picta est turris cum moenibus. Vid. Tab. IX. n. 17).

Castrum et villa Castani est feudum comunis Astensis.

248. *De venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto marchionem de careto sive Sagone de omni eo quod habebat in Castano et in Curtemilia etc.* 1209. 6 Julij.

In nomine domini nostri yesu christi Amen. Anno eius Millesimo ducentesimo nono indictione decima, Die lune vi° intrantis Julij, dominus Otto de careto marchio Sagone consensu et voluntate domini Ugonis filij sui, fecit venditionem in manibus domini henrici zazij potestatis Astensis et nomine comunis de Aste jurio proprietario Nominatim de omni eo quod ipse dominus Otto tenet vel possidet per se vel per alodium iuste vel iniuste, In Castano, in Curtemilio etc. sicut in instrumento inde facto per Jacobum boviculum notarium die ut supra continetur in eodem Instrumento, punctum illud sive clausula, que sic incipit, preterea in eodem die in ecclesia sancti Johanis de domate, coram Credentia ibi per campanam congregata in presentia infrascriptorum, Jamdictus dominus Otto, consensu et voluntate domini Ugonis filij sui propter concordiam quam dominus henricus zazius potestas Astensis nomine comunis de Aste secum fecerat, fecit donnm in manu eiusdem henrici potestatis nomine comunis de Aste de sua parte laureti et comitatus laureti et Castagnolarum et pertinencijs castagnolarum, quam ipse dominus Otto dicebat esse sextamdecimam partem tali silicet modo, ut ipse henricus potestas astensis et eius successor nomine comunis Astensis dictam partem quiete de cetero iure proprietario habeat teneat et possideat et ex ea quicquid voluerit faciat, sine omni contradictione et inquietatione ipsius Ottonis et eius heredum. Insuper idem dominus Otto fecit pacem et finem et refutationem et pactum de non petendo in manu eiusdem henrici potestatis nomine comunis de Aste de omni jure et actione reali et personali, quod vel quam contra Comune de Aste vel personam aliquam aliam occaxione dicte partis vel occaxione damni quod habuerit ex eo quod comune de Aste dictam partem hactenus tenuit, haberet vel exigere posset in aliquo tempore ullo modo. Et insuper idem dominus Otto, et dominus Ugo eius filius promiserunt supradicto henrico zazio potestati Astensi nomine comunis de Aste stipulanti predictum donum predictamque partem et finem et refutationem et pactum de non petendo firmum et firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo modo, interfuerunt testes dominus Rollandus medicus, dominus Guidonus zazius, Baiamondus de plathea, Petrus laurencius Albertus de canelio Bonefacius de arguello, Sibilator de lanerio Bonefacius de gorzino et plures alij qui erant in credencia.

249. *De ratificatione dicte venditionis.* 1209. 6 Julij.

Eodem die et presentibus eisdem testibus, In contione celebrata urbe astensi in mercato de domate predictus dominus Otto, et Ugo eius filius juraverunt supra dei evangelia predictum donum et predictam pacem finem et refutationem et pactum de

non petendo firmum et firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo modo.

Ruffinus aranchaboscus notarius dictum punctum seu clausulam ex autentico exemplavit.

Eo Guielmus trotonus et Bonus infans de Valfenaria notarij subscripserunt.

250. *De venditione facta comuni Astensi per prefatum dominum Ottonem et Ugonem eius filium, de Castano, Curtemilio Bosea Turre de Burmea Bergollis, Ture de Uzone, Cagna Ursarolia Casteleto et alijs locis.* 1209. 6 Julij [1].

In nomine domini nostri yhesu christi Amen. Anno eius Millesimo ducentesimo nono Indictione duodecima, die lune VI.° intrantis Julij, dominus Otto de careto marchio Sagone cum consensu et voluntate domini Ugonis filij sui fecit vendicionem in manibus domini henrici zazij potestatis Astensis ad partem comunis de Aste et nomine comunis de Aste iure proprietario, Nominatim de omni eo quod ipse dominus Otto habet tenet vel posidet per se, vel per alium vel habebit ulterius et quondam seu modo visus est habere tenere et possidere per se vel per alium iuste vel iniuste in Castano, in curtemilio, in bosea in ture de burmia, in Bergolijs in turre de Uzone in cagna in Ursarolia in Casteleto in perleto in ulmo, In rocha venrana, in denex, in Montebaldono in ponte in Masungio, in pezolio, in Salegio, in Gurino, in vecimo, in loesio et in omni eo quod habet ex hac parte montis circini et a monte circino infra preter lenex et prunetum in castris silicet in villis et in posse et in districtu omnium predictorum locorum, in ecclesijs in capellis, in militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis, in pratis et cerbis in vineis et in boschis, in rupibus et ruinis, in venationibus et in piscationibus, in aquis et in pasquis, in furnis et in Molendinis, in drictis et in fictis, et in omnibus alijs rebus quas idem dominus Otto habebat tenebat et possidebat iuste vel iniuste per se vel per alium, et quondam seu modo visus est tenere et habere per se vel per alium iuste vel iniuste in predictis castellis et villis et locis et in eorum districtu et posse, et omni alio modo nichil in se retinendo pro precio Mille librarum denariorum bonorum ianuensis monete, de quibus renunciando exceptioni non numerate pecunie et omni legum auxilio quietum et pagatum se tenuit. Tali modo, ut predictus henricus zazius potestas astensis et successores eius nomine comunis astensis omnia predicta qualiter supra leguntur in solidum iure proprietario de cetero habeant teneant firmiter que possideant et ex hijs quicquid voluerint faciant sine omni contradictione predicti Ottonis et heredum suorum. Insuper dictus dominus Otto pro se et pro suis heredibus, promisit prelibato domino henrico zazio potestati astensi nomine comunis de aste stipulanti sibi suisque heredibus et successoribus aut cui dederint vel vendiderint omnia supradicta sicut supra leguntur in integrum sicut pro tempore meliorata fuerint aut valuerint sub extimatione in consimili loco ab omni homine sub dupli pena defendere et expedire, et eandem vendicionem firmam tenere nec

[1] Primam huius instrumenti partem, paucis omissis, jam inseruerat F. A. Ab Ecclesia in opere suo ms. cit. *Descriz. del Piem.* vol. I. cap. 19. Integrum postea edidit Moriondus *Mon. Acquen.* cit. pars I.ª col. 153, N. 134. Ex charta penes Cl. V. Platzaert.

removere nec contravenire in aliquo tempore ullo modo nec occaxione aliqua neque ratione illa (ulla) quod omnia predicta sint vendita seu tradita minus dimidia iusti precij, neque aliquo alio modo jure nec aliqua alia consuetudine nec aliquo alio modo et ibidem ipse dominus Otto constituit se tenere et possidere omnia predicta nomine comunis Astensis. Preterea dominus Ugo eiusdem domini Ottonis filius promisit domino henrico zazio potestati astensi ad partem comunis Astensis stipulanti, sibi suisque successoribus aut cui dederint vel vendiderint omnia supradicta sicut pro tempore fuerint meliorata aut valuerint sub extimatione in consimili loco ab omni homine defendere et expedire, et eandem venditionem firmam tenere nec removere nec contravenire in aliquo tempore ullo modo nec occaxione aliqua neque ea ratione quod omnia predicta sint vendita vel tradita minus dimidie iusti precij neque aliquo alio jure nec aliqua alia consuetudine nec aliquo alio modo, et si quid possidet ex predictis constituit se nomine comunis de Aste possidere. Actum urbe Aste in ecclesia sancti Johannis de domate, coram credencia ibi per campanam congregata. Interfuerunt testes dominus Rollandus medicus iudex potestatis Astensis Guidonus zazius eius miles, Baiamondus de platea, Petrus laurencius Guilelmus silvaticus, drocus palius, Albertus de cannelio, Sibilator de lannerio, Bonefacius de arguello, Bonefacius de gurrino et multi alij qui ad credentiam ibi convenerant. Eodem die prefatus dominus Otto iuravit supra dei evangelia hanc venditionem ut supra legitur in integrum firmam tenere nec removere nec contravenire in aliquo tempore occaxione aliqua ne ea ratione quod predicta vendita vel tradita sint minus dimidia iusti precij neque aliquo alio iure nec ulla consuetudine, nec aliquo alio modo per se nec per suos heredes nec per aliam suppositam personam, Juravit etiam abrenunciare fidelitatibus vasallorum, militum, et rusticorum et eos ex illis fidelitatibus absolvere, et fidelitates potestati et comuni astensi fieri facere bona fide et sine fraude, quociens posuerit vel mutaverit castellanum in aliquo predictorum castrorum et locorum quod faciet illum iurare fidelitatem comuni de Aste et postquam renunciaverit fidelitatibus vasallorum militum et rusticorum et ex eis eos absolverit quod postea non recipiet fidelitatem ab eis nisi salva fidelitate comunis et hominum de Aste, similiter dominus Ugo eius filius iuravit supra dei evangelia eandem venditionem ut supra legitur in solidum firmam tenere nec removere et non contravenire in aliquo tempore occasione aliqua nec ea ratione quod predicta vendita sint vel tradita minus dimidia iusti precij neque aliquo alio iure nec ulla consuetudine nec aliquo alio modo per se nec per suos heredes nec per aliam suppositam personam, Actum urbe Aste in publica concione facta in Mercato de domate, Interfuerunt testes dominus Rollandus medicus, Guidonus zazius, Baiamundus de platea, Petrus laurencius, Guilelmus silvaticus, drocus palius, Albertus de cannelio, Sibilator de lanerio, Bonefacius de arguello, Bonifacius de gurrino et multi alij qui adherant in illa contione. Eodem die et eodem loco silicet in illa contione, dominus henricus zazius potestas Astensis nomine et vice comunis de Aste, investivit dominum Ottonem de careto Marchionem Sagone, et dominum Ugonem eius filium in rectum et in gentile feudum in filios et in filias, Nominatim de toto eo quod dictus dominus Otto vendiderat comuni de Aste in Casta, In Curtemilio, In Bosea in turre burmie, in Bergulis in Turre de Uzono, in Cagna, In Ursarolia, in Castelleto, In perleto in ulmo in rocha venrana, in denex, in

Montebaldono, In ponte et in Gurino, in vecimo, et in pezolio in Salegio, in loceso et in tota illa terra quam dictus dominus Otto vendiderat comuni de Aste ex hac parte montis circini et a monte circino infra ipso henrico potestate Astensi nomine comunis de aste retinendo in se pacem et guerram, exercitus et itinera sucursus cavalcatas tocius predicte terre et omnium predictorum locorum et castrorum et omnium hominum in eis habitancium et fidelitates eorum, et servicium persone domini Ottonis, et domini Ugonis eius filij. Qua investitura facta in concione Astensi ibidem dominus Otto et dominus Ugo eius filius fecerunt et supra dei evangelia juraverunt fidelitatem de tota predicta terra potestati et hominibus de Aste pro comuni contra omnes homines talem qualem gentilis vasallus facit suo domino de gentili feudo. In qua fidelitate specialiter juraverunt quod non vetabunt predictam terram nec predicta loca vel castella potestatibus seu Consulibus in Aste per tempora existentibus nec hominibus de Aste guarnitis vel scaritis pro comuni nec pro diviso in aliquo tempore. Ita ut homines de Aste de tota predicta terra et Castellis et locis et hominibus pacem et guerram quandocumque et cuicumque et ubicumque voluerint, et ita ut ipsi dominus Otto et dominus Ugo eius filius teneantur ex tota terra illa et ex omnibus locis illis et castellis et hominibus facere pacem et guerram cum hominibus de Aste quandocumque et cuicumque et ubicumque homines de aste voluerint et eis dixerint vel mandaverint eo salvo quod non teneantur proinde facere guerram januensibus nec domino henrico de careto, et ita ut teneantur facere hominibus de Aste de universis hominibus predicte terre et predictorum locorum et Castrorum exercitus et itinera succursus et cavalcatas, tociens quociens hominibus de aste placuerit vel dixerint vel mandaverint. Et si quid aliud continetur in fidelitate quam vasallus facit suo domino, illud totum juraverunt attendere bona fide. In quo sacramento promiserunt attendere bona fide totum illud quod in scripto continebatur sicut illa coram eis in credencia lectum fuerat et ordinatum, In quo preter ea que supra leguntur, hec que inferius scripta sunt continebantur licet ibi non sint dicta in contione, et similiter salva domini Imperatoris fidelitate, Et salvo eo quod ipsi dominus Otto et dominus ugo eius filius non teneantur quin ipsi per se et per eorum homines possint offendere et gueriare Cuneum si voluerint et quod teneantur vetare stratam Albensibus per totam eorum terram si potestates vel Consules de aste ipsis dominis Ottoni et filio suo dixerint vel mandaverint, ita quod potestates vel Consules de Aste debeant vetare stratam eisdem albensibus per totam eorum terram et eorum posse et ubicumque poterint, si dominus Otto eis dixerit nisi comuni licencia ipsius domini Ottonis et potestatum vel consulum in aste per tempora existencium remanserit. Interfuerunt testes, dominus Rollandus medicus iudex potestatis, dominus Guidonus zazius eius miles, Baiamondus de platea, Petrus laurencius, Albertus de cannelio, Bonifacius de arguello, Sibilator de lanerio, Bonefacius de gurrino et multi alij in contione illa existentes. Preterea in eodem die, in ecclesia sancti Johanis de domate, coram credencia ibi per campanam congregata, et in presentia infrascriptorum iam dictus dominus Otto consensu et voluntate domini Ugonis filij sui, propter concordiam quam dominus henricus zazius potestas astensis nomine comunis de aste secum fecerat, fecit donum in manibus eiusdem domini henrici potestatis astensis nomine comunis de Aste, de sua parte laureti et Comitatus laureti et Castagnolarum et pertinencijs Castagnolarum, quam

ipse dominus Otto dicebat esse sextam decimam partem, Tali silicet modo, ut ipse henricus potestas astensis et eius successores nomine comunis astensis dictam partem quiete de cetero jure proprietario habeat teneat possideatque, et ex ea quicquid voluerit faciat sine omni contradictione et inquietatione ipsius Ottonis et heredum eius. Et Insuper dictus dominus Otto fecit pacem et finem et refutationem et pactum de non petendo in manu eiusdem henrici potestatis Astensis nomine comunis de aste de omni jure et ratione reali et personali, quod vel quam contra comune de Aste vel contra aliam personam aliquam occasione dicte partis vel occasione damni quod substinuerit, habuerit ex eo quod comune de Aste dictam partem hactenus tenuit haberet vel exigere posset in aliquo tempore ullo modo. Et insuper dictus dominus Otto et dominus Ugo eius filius promiserunt supradicto henrico zazio potestati Astensi nomine comunis de aste stipulanti, predictum donum predictamqne pacem et finem et refutationem et pactum de non petendo firmum et firmam tenere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo modo. Interfuerunt testes, dominus Rollandus medicus, dominus Guidonus zazius Baiamondus de platea Petrus laurencius, Albertus de canelio, Bonefacius de arguelo Sibulator de lanerio, Bonefacius de gurrino et plures alij qui erant in credencia. Eodem die et presentibus eis testibus, in concione celebrata urbe Aste in Mercato de domate, Predicti dominus Otto et Ugo eius filius, juraverunt supra dei evangelia predictum donum et predictam pacem et finem et refutationem et pactum de non petendo firmum et firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo tempore et modo. Item in eodem die presentia infrascriptorum testium, dominus henricus zazius potestas astensis nomine comunis de aste, promisit supradictis domino Ottoni et Ugoni eius filio stipulantibus et ipsi dominus Otto et dominus Ugo promiserunt ipsi henrico potestati astensi nomine comunis de Aste stipulanti omnes infrascriptas conventiones attendere et observare et firmas tenere secundum quod infra legitur et continetur, Videlicet si dominus Otto inciperet guerram voluntate comunis Astensis, Comune non faciat pacem nec treuguam nec guerram recrutam quin ponat ipsum dominum Ottonem in eandem pacem et treuguam. Si ipse dominus Otto eamdem pacem et treuguam habere voluerit et si noluerit nichilominus possit facere pacem et treuguam. Idem teneatur servare dominus Otto in omnibus si comune de aste gueram fecerit voluntate domini Ottonis. Si dominus Otto aliquam guerram fecerit voluntate comunis Astensis et de ea ad compositionem et pacem venerit et occaxione illius guerre et alia guerra superoriatur eo promittente et voluntate se velle facere iusticiam coram potestate vel consulibus de Aste sicut pro tempore fuerint, Comune de Aste teneatur adiuvare eum a domo sua propria et a domo domini Ottonis si pro terra quam ab eis accepit guerram fiat. Item comune de Aste non consenciet ut aliqua villa nova fiat de terra vel de hominibus quos dominus Otto tenet pro ipso comune. Item omnes conventiones que facte sunt inter dominum Ottonem et Comune de Aste, ipse dominus henricus potestas astensis et omnes potestates sequentes vel Consules sicut pro tempore fuerint, teneantur sacramento firmas et ratas habere. Actum urbe Aste in ecclesia sancti Johanis de domate. Testes dominus Rollandus medicus iudex potestatis astensis, dominus Guidonus zazius eius miles Baiamundus de platea, Petrus

laurencius Guilelmus silvaticus, drocus palius Albertus de canelio, Sibilator de lanerio, Bonefacius de arguello, Bonefacius de gurino, et multi alij ibi ad credentiam convocati. Eodem die et presentia eorumdem testium in publica contione facta urbe Aste in Mercato de domate, dominus henricus zazius potestas Astensis nomine comunis de Aste, et dominus Otto et dominus Ugo eius filius eorum nomine juraverunt supra sancta dei evangelia omnia predicta attendere et observare et firma tenere bona fide.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus omnibus supradictis interfui, et ex precepto predictorum domini henrici zazi potestatis Astensis et domini Ottonis et domini hugonis eius filij duo instrumenta videlicet unum de fidelitate et investitura feudi et alterum de pactionibus pro domino Ottone et istud instrumentum pro comuni in quo tenor illorum duorum instrumentorum cum alijs que supra leguntur continetur composui et scripsi.

251. *De possessione quam dedit dominus Otto de Careto Marchio Sagone comuni Astensi de Castano.* 1209. 12 Julij[1].

Eodem anno et eadem indictione die dominica XII intrantis Jullij, dominus Otto de careto posuit dominum henricum zazium potestatem astensem nomine comunis de Aste in possessionem Castelli et loci de Castano, et abrenunciavit fidelitatibus hominum illius loci et de bosea eas ipsi henrico nomine comunis de aste fieri iussit.

252. *De possessione quam dedit dominus Otto de careto comuni Astensi de Castro turris burmee et de infrascriptis Castris et locis.* 1209. 13 Julij.

Eodem anno et eadem indictione. Die Mercuri XIII° intrantis Jullij prefatus dominus Otto de careto posuit eundem dominum henricum zazum nomine comunis de Aste in possesionem Castri Turris Burmee[1].

Item eodem anno Die Jovis XIIII°, intrantis iullij dominus Otto posuit ipsum henricum nomine comunis de Aste in possessionem Castri vecimi presentibus Guidone zazio, Rodulfo durnaso, Baialardo berardengo, et henriacio de teglolis.

Item die veneris XV° intrantis Julij henriacius de teglolis nomine comunis de Aste, intravit possessionem Roche venracie in castro.

Item eodem die, dominus Ugo posuit eundem henriacium pro comuni de Aste in possessionem castri montis baldoni.

Item eodem anno. Die Sabati XVI° intrantis Jullij idem dominus Ugo suo nomine et nomine domini Ottonis patris sui tradidit eidem henriacio nomine comunis de Aste possesionem Castri et Turris de ponte, et supra turrim vexillum comunis de Aste poni iussit, et fidelitates hominum refutavit et Comuni eas fieri jussit.

Item die dominico XVII intrantis Julij, Idem henriacius intravit in possessionem Castri et Turris de uzone nomine comunis de Aste.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus predictis omnibus interfui notavi et scripsi. Nomina eorum qui fecerunt fidelitatem comuni Astensi, in quodam cartulario coyrij rubey continentur et scripta sunt.

[1] Harum possessionum ducumenta, sine inscriptione, superiori coniuncta sunt ap. Moriondum l. c.

253. *De quitatione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto marchionem Sagone de precio terre per eum vendite comuni Astensi.* 1209. 7 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo nono indictione xii[a] Die Veneris, Septimo intrantis Augusti. In domo comunis dominus Otto de careto vocavit et tenuit se quietum et pagatum de libris Mille ianuensibus quas comune de Aste ei dare debebat de precio terre quam comuni vendiderat. Testes, Marchio mollis Asbertus de canelio Drochus palius Sibilator de lanerio et Credendarij qui ibi aderant per campanam congregati.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et scripsi.

XXVII. De Bosea.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa de Bosea est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Massungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecinio, Loesio etc. Et ut patet sub rubrica predicti castri Castani in capitulo posito sub rubrica de possessione quam dedit prefatus dominus Otto de Careto de dicto loco Bosee folio.

XXVIII. De Vecimis.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa de vecimis est feudum Comunis Astensis ut patet sub rubrica de Castro et villa Castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Locesio etc. Et ut patet sub rubrica predicti castri Castani in capitulo posito sub rubrica de possessione quam dedit prefatus dominus Otto de Careto de dicto loco de vecimis folio.

XXIX. De Salegio.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Salegij est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto Marchionem Sagone, et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Locesio etc.

XXX. De Bergolijs.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa de Bergolijs est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de vendicione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Locesio etc.

XXXI. De Pezolio.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa pezolij est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo III° posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venracia, Denex, Montebaldono, Ponte, Massungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Locesio etc.

XXXII. De Turre Uzonij.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Turris de Uzono est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo III° posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto et Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Locesio etc. Et ut patet sub rubrica predicti castri Castani in capitulo posito sub rubrica de possessione quam dedit prefatus dominus Otto de Careto de dicto castro Turris Uzonij.

XXXIII. De Gurino.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Gurinj est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo III° posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Casteleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Massungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vezimio, Locesio etc.

XXXIV. De Locesio.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Locesij est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo III° posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bossea, Turre de Burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Casteleto, Perleto, Ulmo, Rocha Vevrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vezimio, Locesio etc.

XXXV. De Cagna.

(Hic picta est arx quam. Vid. Tab. IX, n. 4).

Castrum et villa Cagne est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castanij. In capitulo III° posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bossea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Vevracia, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimo, Locesio etc.

XXXVI. De Ursarolia.

(Hic picta est arx quam. Vid. Tab. IX, n. 4).

Castrum et villa de Ursarolia est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo III° posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venracia, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vezimo, Loesio etc.

XXXVII. De Ulmo.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa de Ulmo est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo III° posito sub rubrica da vendicione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Casteleto, Perleto, Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimo, Loesio etc.

XXXVIII. De Perleto.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Perleti est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo III° posito sub rubrica de vendicione facta

comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Casteleto , Perleto Ulmo, Rocha Venrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimo, Locesio etc.

XXXIX. De Rocha Vevrana.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Roche Vevrane est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha Vevrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pozolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Locesio etc. Et ut patet sub rubrica predicti castri Castani in capitulo posito sub rubrica de possessione quam dedit prefatus dominus Otto de Careto de dicto castro vevrane.

XL. De Masungio.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Masunçij est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani in capitulo tercio, posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi, per dominum Ottonem de Careto marchionem Sagone, et Ugonem eius filium, de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de Burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha vevrana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vezimio, locesio etc.

XLI. De Montebaudono.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17.)

Castrum et villa Montisbaudoni est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castanij. In capitulo tercio, posito sub rubrica de vendicione facta comuni Astensi, per dominum Ottonem de careto marchionem Sagone, et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rocha neurana, denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, locesio, etc. Et ut patet sub Rubrica de possessione quam dedit prefatus dominus Otto de careto, de dicto Castro Montisbaudoni posita sub dicta Rubrica predicti castri Castani.

XLII. De Denex.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa de Denex est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio, posito sub rubrica de vendicione facta

comuni Astensi, per dominum Ottonem de careto marchionem Sagone, et Ugonem eius filium, De Castano, Curtemilio, Bosea, Turre de burmea, Bergolijs, Turre de Uzone, Cagna, Ursarolia, Casteleto, Perleto, Ulmo, Rochaneurana, Denex, Montebaldono, Ponte, Masungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, locesio etc.

XLIII. De Ponte.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa de Ponte est feudum comunis Astensis ut patet sub rubrica de castro et villa Castani. In capitulo tercio posito sub rubrica de venditione facta comuni Astensi per dominum Ottonem de Careto Marchionem Sagone et Ugonem eius filium de Castano, Curtemilio, Uzone, Cagna, Ursarolia, Castelleto, Perleto, Ulmo, Rochaneurana, Denex Montebaldono, Ponte, Massungio, Pezolio, Salegio, Gurino, Vecimio, Locesio etc. Et ut patet sub rubrica predicti castri Castani in capitulo posito sub rubrica de possessione quam dedit prefatus dominus Otto de Careto de dicto castro pontis.

XLIV. De Curtemilia.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 18).

254. *De donatione facta communi Astensi per dominum henricum marchionem de sagona de tota illa terra que fuit Marchionis bonefaci de curtemilia.* 1191. 12 Maij.

Anno domini Millesimo Centesimo Nonagesimo primo, indictione nona, die dominico duodecimo intrante Madio, Ad honorem dei et beate Marie semper virginis, et beati Secondi martiris et omnium sanctorum, Et ad honorem et servicium henrici imperatoris Romanorum augusti, et salva eius fidelitate Et ad utilitatem et proficuum tocius communis Astensis et omnium amicorum eorum, dominus henricus marchio de sagona quondam filius marchionis henrici vercij, fecit donum Consulibus astensibus, nomine et vice tocius communis astensis, Nominatim de tota illa terra que fuit Marchionis Bonefacij de Curtemilia, que sibi evenit pro successione et hereditate ipsius Bonefacij, tam in Curtemilia quam in alijs locis, et precipue fecit donum eisdem Consulibus de sextadecima parte laureti et tocius comitatus laureti et Castagnolarum, et de tota terra que fuit supradicti Bonefacij quam in aliquo tempore aliquo modo acquirere posset, et de omni alio jure quod haberet in terra eiusdem Bonefacij. Item idem henricus marchio fecit eisdem consulibus vice tocius communis Astensis donum, de leuquo, silicet de castro et de villa, et de posse, cum omni eo quod habet tam in leuquo quam in curtemilia et in laureto, et in Castagnolis, et in tota terra illa, que fuit Marchionis Bonefacij de Curtemilia, que sibi evenit pro successione ipsius et quam in aliquo tempore acquisierit, in Castris silicet et in villis et in posse omnium predictorum locorum, in ecclesijs et in Capellis in militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis in zerbis et in pratis et in ruinis, et in pasquis rupibus, in vineis et in silvis, et in nemoribus, in venationibus et piscationibus in aquatu et Ripatu, et in Molendinis, in drictis et in fictis et in omnibus alijs rebus, et usibus publicis, quas tenet et

possidet per se vel per alium, iuste vel iniuste in predictis locis, et quas et quos ibi habet et hactenus habere visus est, Eo modo, ut ipsi Astenses Consules et successores eorum pro communi astensi, hec omnia predicta decetero habeant teneant et possideant, et faciant de predictis locis, et de predicta terra gueram et pacem cuicumque voluerint et faciant inde quicquid facere voluerint sine contradictione ipsius Marchionis henrici et eius heredum, Et insuper idem Marchio henricus, pro se et pro suis heredibus, predictis Consulibus Astensibus eorum que successoribus pro communi Astensi, hanc donationem qualiter supra legitur inintegrum ab omni homine sub dupli pena defendere promisit per stipulationem subnixam, Et confessus est idem Marchio henricus se jurasse ad sancta dei evangelia, hanc donationem firmam tenere nec eam in aliquo tempore removere. Nomina Consulum astensium quibus hanc donationem fecit sunt hec, Opizo de vivario, Ubertus laiolius, Rollandus crivellus, Nicolaus gardinus et Jacobus careocius consules de communi. Item Girardus girijorius, homodeus trossellus et henricus soldanus consules iusticie. Item Girbaldus de fossato, Jacobus palius, et Arnaldus de platea consules populi. Et ex hoc dono per quoddam lignum eos nomine communis astensis investivit, Et ibidem predicti Consules totam predictam terram, ipsi Marchioni henrico in feudum rectum pro masculo et femina tradiderunt. Tali modo quod ipse henricus marchio debet refutare fidelitates omnium militum et hominum predictorum locorum, et facere eos jurare fidelitatem Consulibus astensibus pro communi, et salva fidelitate communis Astensis ab eis suam fidelitatem postea recipere, et ibidem de hoc iuravit et fecit fidelitatem predictis Consulibus, nomine tocius communis Astensis, talem qualem vasallus facit suo domino, In qua fidelitate juravit supra dei evangelia quod non vetabit predicta loca nec predictam terram, silicet Castrum nec villam nec aliquam forciam Consulibus astensibus nec communi astensi varnito nec scharito quin faciant guerram et pacem cuicumque voluerint. Actum in urbe aste in communi Concione facta ad hoc in cortina sancti Secondi feliciter, Regente domino Frederico Romanorum imperatore Augusto, imperij eius anno primo. Interfuerunt testes Trencherius pillosus de manzano, Sismondus de centallo, Ubertus de platea, Petrus cicia, Baialardus berrardensis, Rollandus frater eius, Baiamundus carocius, Rodulfus durnasius, henricus frater eius, Guillelmus de frengo, Rollandus bergogninus, scarampus ardicij, Bertramus, Raymondus laiolius, Guillelmus laurencius, Robaldus nasellus, Guala boianus, Manfredus cavazionus, et multi alij. Insuper eodem anno, et eodem mense, sed non eodem die, omnes supradicti Consules confessi sunt, quod iamdictus Marchio henricus de prefato dono exceptaverat Montebaldonum.

Ego Jacobus boviculus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

255. *De possessione data per dominum Ottonem de careto communi astensi de castro Curtismilie.* 1209. 13 Julij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo nono, indictione duodecima die lune XIII° intrantis iullij dominus Otto de careto posuit dominum henricum zazium potestatem astensem, nomine communis de aste, in possessionem castri Curtismilie nomine

[1] Instrumentum hoc edidit Moriondus op. cit. superiori coniunctum, quod vide ad N. 250.

illius castri, et tocius alie terre quam vendiderat communi de Aste, et abrenunciavit fidelitatibus hominum qui de illo loco ibi erant, eorum nomine et nomine omnium aliorum hominum predicte terre, et eas potestati et communi de aste fieri precepit. Actum in castro Curtismilie, presentibus Guidone zazio, Rodulfo durnaso, Baialardo berardengo, Jacobo laiolio et henriacio de teglolis.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus predictis interfui notavi et scripsi.

256. *De donatione facta communi astensi per dominum Guillelmum Marchionem de Ceva de tota terra que sibi evenit in partem pro successione hereditatis domini Bonefaci marchionis de Curtemilia.* 1190. 27 Maij [1].

In Christi nomine ad honorem dei et beate Marie Virginis et sancti Secondi martiris et omnium sanctorum et ad honorem et servicium Frederici romanorum imperatoris Augusti, et filij eius Regis henrici, dominus Guilelmus marchio de ceva fecit donum in manibus Bayamundi caroccij, Raymondi laiolij, Marchisij cavicule et Rodulfi durnasij astensium consulum de comuni, et in manibus Petri cicie et Guillelmi silvatici et Guillelmi cavalerij astensium consulum de iusticia nomine et vice tocius communis Astensis, de tota ea terra que sibi evenit aut eveniet pro successione et hereditate domini Bonefacij marchionis de Curtemilia, quam ipse Bonefacius olim tenuit et possedit, Et de omni eo quod ipse Guilelmus marchio habet tenet et possidet in predicta terra iuste vel iniuste videlicet in militibus et in rusticijs, et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, et in terris cultis et incultis, in ecclesijs et in capellis, in zerbis et in pasquis in pratis in vineis, in silvijs et in boschis in rupibus et in ruinis, in venationibus et piscationibus, et in Molendinis, et in omnibus alijs rebus quas tenet et possidet in predicta terra aliquo modo, cum omni honore et comitatu predicte hereditatis et successionis iamdicti Marchionis Bonefacij, Eo modo ut ipsi consules et successores eorum nomine et vice communis Astensis, totam predictam terram de cetero teneant et possideant, et faciant inde quicquid facere voluerint, et pacem et guerram cuicumque voluerint absque ulla ipsius Marchionis Guillelmi de ceva et eius heredum, et aliarum omnium pro eis personarum contradictione, Et insuper idem Marchio Guilelmus de ceva, pro se et pro suis heredibus, predictis consulibus Astensibus eorum que successoribus nomine et vice tocius communis hanc donationem qualiter supra legitur in integrum ab omni homine sub dupli pena deffendere promisit per stipulatum Et sic ipsos Consules Astenses nomine et vice communis Astensis per quoddam lignum investivit. Actum urbe aste in publica contione anno millesimo centesimo nonagesimo indictione octava, die dominico sexto kallendas iunij. Interfuerunt testes, Ubertus de platea, Scarampus, Opizo de vivario, Jacobus de rohac et plures alij.

Ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

[1] Instrumentum hoc iam edidit Moriondus ex Charta penes Gasp. Sclavum. *Mon. Aquen.* cit. pars. II. col. 356. N. 107.

XLV. Castrum et villa Leuqui.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Leuqui est feudum communis astensis ut patet etiam sub titulo de Curtemilia capitulo primo.

257. *De investitura facta in rectum feudum per commune astense in dominum Jacobum de Careto marchionem Sagone de toto feudo quod tenet a commune astensi.* 1251. 8 Aprilis [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo primo indictione nona, die Sabati octavo mensis Aprilis, in nomine domini nostri Yhesu Christi amen et ad honorem et servicium eius et beate Marie Virginis, et sancti Secondi martiris, et omnium sanctorum et sanctarum dei, et communis astensis, dominus Osa de canevanova Astensis potestas in pleno Consilio de campana more solito congregato utriusque credencie et Rectorum societatum nomine et vice ipsius communis, et a parte [2] ipsius communis, investivit in gentile feudum, dominum Jacobum de careto marchionem sagone, de toto feudo quod tenet a communi astensi, et specialiter de Castris et villis, Novelli et Monclerij, et leuqui et Salezeti, que et quas ipse dominus Jacobus in eodem consilio, a predicto communi in feudum tenere confessus fuit, Qua investitura facta, ipse dominus Jacobus marchio, juravit et fidelitatem fecit eidem domino Ose recipienti nomine communis Astensis, in quo sacramento continetur posuit et juravit a modo esse fidelis ipsi communi et hominibus de aste, et potestatibus et consulibus de aste, in regimine civitatis astensis existentibus, et quod non erit in consilio vel facto ut perdant vitam vel membrum mentem vel sensum, vel quod habeant captionem aliquam contra eorum voluntatem, Et si scierit eorum malum omnibus modis prohibebit ne fiat, Et si illud prohibere non poterit, per se vel per alium [3] missum vel per suas litteras eisdem nunciabit, Credenciam quam potestas vel Consules de aste sibi dixerint privatam tenebit, nec eam ad damnum eorum [4] alicui manifestabit contra eorum voluntatem, donec palam fuerit, Totam terram de qua sunt saxiti et investiti, adiuvabit eos defendere contra omnes homines, et si eam perdiderint, ad eam tenendam et recuperandam eos adiuvabit et recuperatam adiuvabit eos tenere contra omnes homines. Et si quid aliud in fidelitate quamquam vasalus facit domino suo continetur illud observabit. Actum ast in palacio novo communis astensis [5]. Testes dominus Gambius [6] maniavacha, Paganus de Michallo civis cremone, Albertus ventus, Petrus sicardus.

Et ego Mediolanus grillus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

[1] Instrumentum hoc, iam inseruerat F. A. Ab Ecclesia in op. ms. cit. vol. I. cap. 23. idque postea edidit ad fidem ejusdem exempli Moriondus *Mon. Acquen.* cit. Vol. II. col. 667. Sup. N. 139. Idem exstat in Fragm. Taur. Cod. Alfer. fol. CCCXI. cuius lectiones varias subiungimus. — [2] *communis Astensis, et ad partem.* — [3] *suum.* — [4] Addit *alicubi vel.* — [5] Deest *Astensis.* — [6] *Cambius.*

258. *De possessione data Comuni astensi per dominum Manfredum marchionem Saluciarum, de Castro leuqui, et de Renunciatione fidelitatis suorum hominum.* 1224. 25 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, die lune sexto exeunte iunio, in castro leuqui, presentibus testibus domino leone de ceva, Ottone Sevengo et Jacobo zalce notario, dominus Manfredus marchio de Salucio tradidit et dedit, Guillelmo rotario et Jacobo de Jaffa ambaxiatoribus communis astensis nomine ipsius communis corporalem possessionem castri de leuquo, et ipsos nomine castri et ville et tocius posse in eam posuit et michi Musso notario baneriam communis supra turrim poni fecerunt. Eodem die in villa leuqui sub quadam nuce ante ecclesiam presentibus testibus supra nominatis, et Ottone de gorrea, dictus dominus Manfredus marchio, et Vercius cunradengus, pro se et nomine sociorum suorum qui partem habent in obligatione leuqui abrenunciaverunt fidelitatibus hominum de leuquo et dictis ambaxiatoribus nomine communis, eas nomine communis contra omnes homines fieri preceperunt.

Et Mussus boviculus notarius inde cartam scripsit.

259. *De fidelitate facta comuni Astensi per homines dicti Marchionis de Castro leuqui.* a. p.

Hic est tenor fidelitatis quam fecerunt homines dicti Marchionis, tam Milites quam alij de Carmagnola de Salucio et de leuquo, Et nomina illorum qui fidelitatem fecerunt communi de predictis locis in quodam cartulario communis longo quod in sacratorio communis poni debet scripta sunt et specialiter denotata, Juro esse fidelis decetero imperpetuum communi Astensi et hominibus de Aste, et potestati et consulibus qui in aste fuerint pro communi per tempora, nec ero in consilio nec in facto quod Rector astensium seu aliquis homo de aste perdat vitam vel membrum, mentem vel sensum vel quod capiatur contra suam voluntatem, Et si suum malum tractari vel fieri sciero bona fide ad meum posse disturbabo, et si vetare non potero, ei cum cicius potero manifestabo, Castra et villas Carmagnole Saluciarum, Castellionis, et leuqui communi Astensi salvabo custodiam et defendam contra omnes homines, Nec vetabo pro communi nec pro diviso, varnita nec scharita, quin inde faciant pacem et guerram ad suam voluntatem et ego faciam cum eis et sine eis, cum michi preceptum fuerit, Nec ero in consilio nec in facto quod commune astense predictam terram perdat, Totam aliam terram de qua Astenses saxiti sunt et investiti, vel de qua se saxierint et investiverint decetero cum ratione eos adiuvabo ad tenendum contra omnes homines, et specialiter illam quam dominus Manfredus marchio de Salucio tenet in feudum a communi astensi, et si eam perderent quod deus nolit adiuvabo eos ad eam recuperandum. Item juro facere pro communi astensi pacem et guerram, cavalcatam et exercitum, et succursum tociens et quociens michi preceptum fuerint pro communi. Et si quid aliud continetur in fidelitate quam homo facit domino suo illud attendam et observabo, Astenses pro communi et pro diviso ubicumque proposse meo salvabo custodiam et defendam in personis et rebus. Item iuro et promitto ego homo Saluciarum et Casteglioni, pacta et conventa inter dominum Manfredum

quondam marchionem de Salucio, et Manfredum nunc Marchionem de fodro communi astensi persolvendo attendere et observare, sicut in cartis inde factis continetur.

Et Mussus boviculus notarius in quadam carta sic scripsit.

XLVI. De novello.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Novelli est feudum communis Astensis ut patet eciam in titulo leuqui capitulo primo posito sub Rubrica de fidelitate domini Jacobi de Careto et de investitura in eum facta in rectum feudum per commune astense.

260. *De certis pactis et conventionibus factis inter et per Comune astense, et dominum henricum de careto Marchionem Sagone et certos alios suos consortes.* 1276. 4 Februarij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo sexto indictione quarta, Die Martis quarto februarij, dominus Manuel de Nigro astensis civitatis potestas, voluntate et consensu domini Oberti spinole Capitanei astensis populi et Rectorum societatum et credendariorum communis Astensis more solito congregatorum et de ore ad os interogatorum et scriptorum secundum morem astensis populi [2] quorum nomina inferius scripta sunt, et ipsi Capitaneus et Rectores et Credendarij auctoritate et consensu dicti potestatis nomine et vice communis Astensis, et dominus henricus ed careto marchio Sagone, et facius de Saliceto [3] procurator domini Conradi de careto fratris predicti domini henrici nomine ipsius cuius procurator est ut patet per instrumentum factum manu Jacobi de cingio notarij MCCLXXVI [4] die XXI° ianuarij ex altera, Taliter contraxerunt et gesserunt et [5] inter se se adinvicem convenerunt et societatem fecerunt, videlicet quod commune astense teneatur et debeat dare dictis Marchionibus forciam et virtutem ad recuperandum Novellum suo posse sine aliqua solutione pecunie non obstante aliqua impignoratione vel vendicione quam fecissent illis de brayda de ipso Castro, et non facere pacem nec treuguam vel guerram [6] recredutam cum communi Albe sine voluntate dictorum Marchionum quousque ipsi recuperaverint dictum Castrum. Et insuper dictum Commune Astense teneatur dare ipsis Marchionibus auxilium consilium et favorem ad manutenendum totam terram et honorem et iurisdicionem et posse quem quam et quod [7] habent citra iugum de quibus sunt saxiti et investiti. Item actum est in presenti contractu specialiter et expressim, quod Commune Ast debeat et teneatur domino henrico predicto dare Centum servientes sive balistarios [8] sumptibus dicti communis post

[1] Pacta haec iam inseruerat F. A. Ab Ecclesia in op. cit. *Descriz. del Piem.* vol I, cap. 23. transcripta ex Chronicis Ogerii Alferii; eadem edidit Moriondus *Monum. Acquen.* pars II, col. 441, N. 198., transcripta ex Fragm. libri viridis civitatis Astensis. Leguntur praeterea in Fragm. Taur. Cod. Alf. cuius lectiones varias hic afferemus. — [2] *Capituli.* — [3] *salizeto.* — [4] *Indicione quarta.* — [5] Deest *et.* — [6] Deest *vel guerram.* — [7] Deest *et quod.* — [8] *balistarij.*

festum pasce proxime venientis per mensem unum si opus fuerit, et inde dictum commune per ipsum dominum henricum fuerit requisitum. Qui dominus henricus fecit fidelitatem de Novello et Moncherio que tenebantur et teneri consueverunt in feudum a Communi Astensi Et dictus Facius nomine dicti domini Conradi de Saliceto quod similiter a dicto communi in feudum tenetur et teneri consuevit talem qualem facit et facere debet vasallus domino suo. Et insuper dictus dominus henricus et dictus facius nomine dicti domini Conradi promiserunt dicto potestati nomine et vice communis astensis tam de dictis feudis quam de alia terra quam tenent citra jugum facere pacem et guerram ex nunc ad voluntatem dicti communis [1] contra inimicos communis astensis, qua guerra incepta dictum commune Ast non possit facere pacem treuguam vel guerram recredutam sine ipsis cum inimicis ipsorum et specialiter cum rege Scicilie, Nec ipsi Marchiones cum inimicis communis astensis. Item predicte partes sibi adinvicem remiserunt omnes offensiones damna data illatas iniurias, et represalias, et omnem rancorem, et malam voluntatem que inter ipsas partes essent vel fuissent quacumque occasione usque in presentem diem. Que omnia et singula dicte partes adinvicem stipulantes attendere et observare complere et non contravenire promiserunt, Renunciantes condicioni sine causa et ex iniusta causa, et exceptioni doli et infactum, et omni juri civili et municipali, et omni alij juri et beneficio vel exceptioni seu defensioni quibus dicte partes vel aliqua ipsarum [2] possent venire contra predicta vel aliquod predictorum, sub bonorum suorum obligatione, que proinde sibi adinvicem pignori obligaverunt. Insuper dicti potestas Capitaneus Rectores et Credendarij, omnia et singula suprascripta tactis sacrosanctis evangelijs corporaliter juraverunt. Hoc acto quod de predictis omnibus et singulis observandis fiat capitulum speciale super quo iurent potestates et rectores civitatis astensis per tempora existentes, quod Capitulum de brevibus [3] communis Astensis canzellari non possit ammoveri vel evacuari, Et si aliquo casu esset canzellatum ammotum vel evacuatum, semper pro apposito, habeatur, ita quod presens instrumentum observetur ut capitulum speciale. Eodem modo dicti dominus henricus et [4] Facius procurator dicti [5] domini Conradi, in animam [6] ipsius domini Conradi juraverunt corporaliter tacto libro. Insuper juraverunt attendere et observare citaniaticum antiquum [7] et omnia et singula que in dicto citaniatico [8] continetur, et nomine ipsius domini Conradi et in animam [9] ipsius. Nomina autem credendariorum sunt hec, Petrus ypolitus, Jacobus cacayranus, Bertoldus augustus, Diniotus de augusto [10], Tomas de solario, dominus Johannes de ripa, dominus Tomas cazo, Guala mignanus, Girbaldus bergoninus [11], dominus Jordanus de ralvengo, Raymondus de solario, dominus Andreas de solario, dominus Guillelmus de solario, Manfredus [12] de solario, Franciscus pelleta, Benedictus Ottinus, Gualla ottinus, Rollandus layolius, Robaldus malabayla, Marchus sarachus, Belancius monachus, Berardinus de solario, Obertus deatus, Gandulfus de gorzano, Obertus cacayranus, Dominicus pelleta, Philipinus bergogninus, Henricus alferius, Henricus pelleta, Jacobus palidus pitafalia [13], Roffinus ypolitus, Guilelmus testa, Meylanus de solario, Aleramus bergogninus,

1 *comunis Astensis.* — 2 *ipsa.* — 3 *brevis.* — 4 Ad. *dictus.* — 5 Deest *dicti.* — 6 *anima.* — 7 *citaynaticum antiquum.* — 8 *citaynatico.* — 9 *anima.* — 10 *Doniotus de antegnano.* — 11 *bergogninus.* — 12 *Maynfredus.* — 13 *pitafaba.*

Georgius bergogninus, Bartolomeus de [1] cario, Manuel pulsavinus, Daniel palidus, vivaldus palidus, Bertardus [2] de monte magno, Bertolinus de ulmo, Jacobinus bulla, Petrinus beccarius, Manuel mignanus, Henricus de solario, Obertinus ottinus, Manfredus palidus, Guillelmus gardinus, Henricus de solario, filius [3] domini dinoti, Balderachus [4] pelleta, Pelleta de pelletis, Conradus malabayla, Johanes ypolitus, Johaninus gañ. [5] Bertoldus de solario, Ogerius de solario, Jacobus [6] gardinus, Manfredus mignanus, Petrinus mignanus, Facinus de solario, Bonus johanes abelonus, loysius de solario, Obertus de solario, Germanus de cornu [7], Raynerius mignanus, Centorius [8] strazatus, Henricus de Septimis, Rogerius de curia, Pastura beccarius, Thomas [9] alamanus, Bonefacius alionus, dominus drochus palidus, Johanes pelleta, Thomas de montenello [10], Loydus [11] testa, Guillelmus alionus, Manfredus pelleta, dominus Manuel gutuerius, Guillelmus de platea, Girbaldus pelleta, dominus Gorzanus laiolius, Thomas de antegnano, Albertus maruchus, Raymondus asinarius, Odo bonetus, Thomas asinarius, Thomas garetus, Florius garetus, Petrus monachus, Guillelmus barachus, Muzius [12] de arpezano, Jacobus culorius, Badus [13] laurencius, Chignonus [14] mazochus, Rollandus curtexius [15], Leo alferius, Ardicio marronus, Mitredives, Craveta garetus, Petrinus de gualfenaria, Robaldus [16] Ottinus, Manuel de antegnano, Robertus bertaldus, Guillelmus de clara, Henricus de platea, Georgius vilanotus, Alexander rube, Guielmus brunus, Philipus pedagierius, Thomas candera [17], Andreas barachus, Magister ugonus, Henricus de quarto, Bertaldus [18] tabernarius, Astexanus penacius [19], Frederichus ypolitus, Petrinus mancinella [20], Johanes de solario, Ruffinus mathonus [21], Obertus asinarius, Jacobus de beccarijs, Johanes de cazalupa, Osepus porreta [22], Muzius sitularius, Rubeus bertaldus, Raymondus [23] garetus, Sordelus palidus, Albaxius [24] layolius, Meylanus asinarius, Baldonus [25] de sancto Johane, Bartholomeus aranchaboschus, Fulchetus asinarius, Paganus alionus, Petrus penacius, Bertramus de comentina, Dinotus [26] garetus, Jacobus silvanus, Antoninus [27] aycardengus, Rubeus carenzanus, Tomas [28] rovezolius. Actum ast super voltas [29] de dom ubi consilia celebrantur. Testes Tomas bellonus, Rollandinus de cumignano, Guaterius gardeta [30], Beccanotus [31] preco et nuncius communis, et Obertinus de solario. Et inde dictus potestas, Capitaneus et Credendarij et rectores michi notario unum instrumentum et plura pro partibus unius tenoris composita fieri preceperunt.

Et ego Jacobus malbecus notarius palatinus interfui, et iussu ipsius potestatis sic scripsi [32].

[1] Deest *de.* — [2] *berardus.* — [3] Deest *filius.* — [4] *baldrachus.* — [5] *garretus.* — [6] *jacobinus.* — [7] *corno.* — [8] *Centori.* — [9] *Thomaynus.* — [10] *montevetulo.* — [11] layus. — [12] *Mucius.* — [13] *Conradus.* — [14] *Ghignonus.* — [15] *cortesius.* — [16] *Robaudus,* — [17] *caudera.* — [18] *bertoldus.* — [19] *penazius.* — [20] *manzinella.* — [21] *marronus.* — [22] *Oseb porretus.* — [23] *Raynerius.* — [24] *Albasius.* — [25] *baudonus.* — [26] *Doniotus.* — [27] *Antonius.* — [28] *Thomaynus.* — [29] *voltis.* — [30] *Gauterius guardeta.* — [31] *boconotus.* — [32] Add. *Et est in libro veteri in folio* CXLVII.

XLVII. De Salexeto.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17.)

Castrum et villa Salexeti est feudum comunis Astensis ut patet etiam sub rubrica Castri Leuqui capitulo primo posito sub rubrica de investitura in rectum feudum facta in dominum Jacobum de careto et de eius fidelitate.

261. *De quadam pace celebrata inter comune ast et Marchionum de vasto et ceterorum Castellanorum pro* (*ut*) *infra continetur.* 1228. 25 Novembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo octavo indictione prima, die sabati septimo kallendas decembris [2], presentia infrascriptorum testium. Hec est forma concordie et pacis communis de ast et Marchionum de vasto [3] et Castellanorum qui in hac concordia esse voluerint [4], presentia subscriptorum testium, dominus Otto marchio de careto [5], et dominus Oddonus eius nepos [6] marchionum de vasto [3] suo nomine et nomine omnium aliorum Marchionum de vasto [3], et dominus Guielmus marchio de Ceva et dominus Manuellus [7] eius frater suo et fratrum suorum nomine, quorum dictus dominus Guilelmus est procurator sicut continetur in carta inde facta a Robaldo de ceva notario in anno isto, die dominico duodecimo intrante Novembri et dominus Raymundus marchio de busca nomine suo et nomine fratrum suorum, et dominus Gratapalea nomine suo et nomine domini [8] henrici de Careto soci [9] sui cuius est procurator, sicut continetur in carta inde facta a Guielmo notario in anno predicto, die iovis Nono exeunte decembri [10], et dominus Bonefacius de brozasco et Jacobus de doglane nuncius [11] domini Manfredi [12] marchionis saluciarum, et dominus Jacobus de bagnosco [13], nec non et dominus Blanchotus de manciano [14], et dominus Petrus de montefalcono, et dominus guillelmus de caaralio [15] pro se et alijs suis consortibus omnes predicti suo et predictorum nomine, volentes venire ad concordiam cum communi de aste, promiserunt domino percevalli [16] de Auria potestati Astensi nomine et vice communis astensis omnia que inferius denotantur, Attendere complere et observare, firma tenere et nullo tempore

[1] Fragmentum hujus foederis summatim inseruerat F. A. Ab Ecclesia in op. cit. *Descriz. del Piem.* Tom. II, Cap. XVII, fol. 192. Idem cum additamentis postea edidit Moriondus *Monum Acquen.* pars. II. col. 423. N. 182. transcriptum ex Charta penes Gasp. Sclavum, et ex Fragm. libri viridis civit. Asten. Idem quoque edidit Muletti *Storia di Saluzzo* vol. II, pag. 263. novis cum additamentis, non tamen integrum transcriptum, ut ipse fatetur, ex ipso lib. virid. cit.

Eiusdem foederis pars, licet brevior quam quae a Moriondo et a Muletti edita est extat in Fragm. Taurin. Cod. Alfer. fol. CCCVII. et seq. quam postremo edidit San Quintino, *Osservazioni critiche sopra alcuni particolari delle storie del Piemonte* etc., pars. II, pag. 212, N. XCI.

Praeterea idem memorarunt Molina *Mem. Stor. d'Asti* II. 186; Grassi *Stor. d'Asti* I. 148; Adriani *degli antichi sig. di Sarmatorio ecc.* p. 386. et *Docum. Cheraschesi* p. 29; postremus Manuel di S. Giovanni *dei Marchesi del Vasto* etc. pag. 108. et seq. Horum omnium nimis longum est mendosas lectiones notare; integrum nunc exemplum exhibentes satis duximus varias hic Fragmenti Taurinensis cum nostro Codice collati lectiones subiungere.

[2] *Septembris.* — [3] *Guasto.* — [4] *voluerunt.* — [5] *Carreto.* — [6] Addit *potestas.* — [7] *Manuel.* — [8] Deest *domini.* — [9] *soceri.* — [10] *kalendas decembris.* — [11] *nuncij.* — [12] *Maynfredi.* — [13] *bagnasco.* — [14] *blanchetus de manzano.* — [15] *caarayla.* — [16] *percivalli.*

contravenire, per se se vel per aliquam interpositam personam. In primis dicti Marchiones et Castellani facient guerram et facere tenentur guerram communi Alexandrie et communi Albe et hominibus earum civitatum totis eorum viribus, et de tota eorum terra, et de omnibus eorum hominibus bona fide et sine fraude remoto omni malo ingenio, et ex illa guerra non facient pacem treuguam vel guerram recreutam nec possam aliquam dabunt vel accipient absque parabula communis Astensis eis data et concessa voluntate omnium Credendariorum astensium vel maioris partis. Item quod dicti Marchiones et Castellani prohibebunt et defendent et deffendi et prohiberi facient hominibus Albe et hominibus Alexandrie et de eorum posse, omnes stratas et Caminos quos et quas eis defendere et prohibere poterunt [1] specialiter per terram [2] ipsorum [3] Marchionum et Castellanorum. Item quod dicti Castellani et Marchiones non substinebunt sub aliquo ingenio, quod aliquis eorum homo vel vasallus det [4] vel faciat hominibus Albe et Alexandrie vel de eorum posse aliquod guidonagium per eorum terram vel per alteram [5] aliam partem, Et quod ipsi Castellani et Marchiones non dabunt vel facient aliquod guidonagium hominibus Albe vel Alexandrie vel de eorum posse, sed nec illud fieri substinebunt ab aliqua persona quam prohibere poterunt [6]. Item quod dicti Marchiones et Castellani prohibebunt suos homines [7] dare vel facere aliquam merchadendiam [8] hominibus Albe vel Alexandrie, vel cum hominibus Albe vel Alexandrie vel de eorum posse, et quod dicti Marchiones et Castellani facient jurare omnes suos homines vel in terram suam habitantes bona fide et sine fraude, quod ipsi non facient aliquam mercadendiam [8] vel contractum hominibus Albe, vel Alexandrie vel cum hominibus Albe vel Alexandrie vel de eorum posse. Item quod dicti Marchiones et Castellani, capient et capi facient et capi pacientur ab omnibus hominibus homines Albe et Alexandrie et de eorum posse in avere et persona per totam eorum terram et alibi ubicumque poterunt [9] Item quod dicti Marchiones et Castellani, non facient aliquod pactum vel aliquam concordiam in modum citaniatici vel vasalaticij [10] vel aliquo alio modo cum communi Alexandrie vel Albe, vel hominibus earumdem [11] absque voluntate et parabula communis astensis eis data et concessa voluntate tocius Consilij vel maioris partis. Item quod dicti Marchiones et Castellani habebunt et tenebunt in eorum terram toto tempore dum guerra duraverit Centum milites cum quibus offendant et guerram faciant [12] ad ignem et sanguinem hominibus Albe et Alexandrie bona fide et sine fraude, toto eorum posse. Item quod dicti Marchiones et Castellani facient exercitum de tota eorum terra bona fide et sine fraude supra homines albe ad voluntatem communis Astensis, in quo exercitu habebunt Centum milites et omnes predictos [13] quos habere poterunt [14] bona fide cavalcatas et succursum facient dicti Marchiones et Castellani supra albenses quocienscumque necesse fuerit communi astensi, si a communi astensi per nuncios vel per litteras inde fuerint requisiti. Super homines vero alexandrie facient dicti Marchiones et Castellani quatuor cavalcatas in quolibet anno habendo in qualibet earum quinquaginta milites cum equis coopertis ad voluntatem communis astensis. Item dicti Marchiones et Castellani facient guarnire [15]

[1] *poterint.* — [2] Add. *et posse.* — [3] Deest *ipsorum.* — [4] *debet.* — [5] *aliquam.* — [6] *poterint.* — [7] *suis hominibus.* — [8] *mercandiam.* — [9] *poterint.* — [10] *citaynatici vel vassallatici.* — [11] *eorundem.* — [12] offendent et guerram facient. — [13] *pedites.* — [14] *poterint.* — [15] *guarcare.*

omnes eorum homines armis competentibus, et facient jurare omnes eorum homines et homines habitantes in terra sua, facere guerram vivam ad ignem et sanguinem et toto eorum posse hominibus Albe et Alexandrie et de eorum posse. Item dicti Marchiones et Castellani, defendent, iuvabunt et manutenebunt Commune et homines de aste et de posse astensi in avere et persona, per totam eorum terram et alibi ubicumque poterunt [1]. Predicta vero, omnes predicti universaliter et singulariter promiserunt per se se et heredes eorum et successores suos perpetuo attendere et observare et complere et firma tenere et nullo tempore contravenire, Et si quis eorum contra aliquod predictorum veniret, alij Marchiones, et Castellani, illis [2] qui contravenirent [3] facient guerram vivam ad ignem et sanguinem ad totum eorum posse usque quo de contrafacto ad voluntatem communis astensis fuerit satisfactum [4]. Item iamdicti dominus Guillelmus de ceva, et dominus Manuellus eorum nomine et nomine fratrum suorum, fecerunt pacem et finem et refutationem, remissionem et absolutionem omnimodam et pactum de non petendo predicto domino Percivalli vice et nomine communis astensis recipienti, de omni offensione et damno, quod vel quam commune astense vel divisum eis vel eorum hominibus fecissent vel intulissent tempore alicuius guerre Ita quod ipsi vel eorum homines decetero imperpetuum commune astense vel divisum proinde non possint appellare vel convenire pro aliqua guerra que retro fuisset, et de omni jure quod ipsi vel eorum homines habent vel habere visi sunt versus commune astense vel divisum occasione alicuius debiti pacti vel conventi, Quod vel quem commune astense hinc retro habuisset cum domino Guilelmo de ceva quondam patre dictorum Marchionum, hoc acto quod pro eo quod diceretur vel dici posset a dictis Marchionibus vel ab aliquo pro eis, dictum commune versus eos non fecisset quod facere debuisset, vel quod aliquid contra eos fecisset, proinde dictum commune vel divisum non possit appelari nec conveniri a predictis Marchionibus vel ab alio pro eis. Item quod dicti Marchiones de ceva promiserunt facere et fieri facere alias fidelitates fratres suos communi astensi de locis Montis zemulli, Miroaldi et eorum posse, et de loco Castrinovi vel palodi, ad voluntatem communis astensis loco Octave Curtismilie. Item promiserunt facere, et fieri facere datum et cessionem, finem refutationem que communi astensi et pactum de non petendo, de omni eo quod habent vel habere videntur in Castagnolis et in Laureto et in comitatu Laureti et in pertinencijs eorumdem, et de hoc facient cartam communi Astensi secundum quod per unum Sapientem vel per plures fuerit ordinatum ita quod de defensione facienda non teneantur. Item predictus Gratapalea promisit dicto domino Percivallo potestati astensi vice et nomine communis astensis recipienti dari facere dominum henricum de Careto socerum suum ex causa predicte concordie communi Astensi, locum Salexeti cum omni iurisdicione et districtu et cum omnibus hominibus ct cum omnibus juribus ad dictum Castrum vel villam pertinentibus, de huiusmodi dacione faciet cartam communi astensi secundum quod per unum sapientem vel per plures fuerit ordinatum, quo peracto dictum commune astense debet dare in feudum rectum et gentile in filios et filias dictum Castrum et villam Salexeti cum

[1] *poterint.* — [2] *illi.* — [3] *contravenirel.* — [4] Reliqua desiderantur in Fragm. cit., ubi haec sequuntur. *Require in titulo albe* in folio...... Et in libro veteri in folio LX.

omni honore dicto domino henrico spectante et pertinente in dictis Castro et villa, Et ipse dominus henricus ipsi communi proinde faciet fidelitatem talem qualem vasallus facit domino suo.

Ad hec dominus Percivallus de auria potestas Astensis, voluntate et Conscilio tocius Credencie per campanam congregate et ore ad os interrogate et scripte, nomine et vice communis astensis, promisit prefatis Marchionibus et Castellanis omnia infrascripta capitula attendere complere et observare, et firma tenere et nullo tempore contravenire per se vel per aliquam personam interpositam. In primis quod Commune astense faciet guerram et facere teneatur guerram communi Alexandrie et communi Albe et hominibus earumdem civitatum totis viribus ipsius communis et de tota terra ipsius et de omnibus suis hominibus bona fide sine fraude, remoto omni malo ingenio, Et ex illa guerra non faciet pacem treuguam vel guerram vel possam aliquam dabit et accipiet absque parabula ipsorum Marchionum et Castellanorum ei data et concessa voluntate omnium predictorum. Item commune Astense non faciet pacem nec treuguam vel guerram recreutam vel possam aliquam dabit communi albe vel cum commune albe, usque quo dominus henricus de Careto et Gratapalea recuperaverint Castrum de sinis et Castrum et villam Novelli, et duas partes Castri et ville Montisforti, et usque quo Marchio de salucijs recuperabit leuquum et partem quam habere consuevit in Castro et villa Montisforti, Et usque quo dominus Otto de Careto recuperaverit padernum, et usque quo domini de Manziano recuperaverint Manzanum, dictis domino henrico et Gratapalea facientibus fidelitatem dicto communi astensi de eo quod recuperaverint, in Novello et in Monteforto et sinis Et dictis dominis de Manzano facientibus fidelitatem dicto communi astensi de eo quod recuperaverint in Manzano. Et hec omnia fient a predictis domino henrico et Gratapalea salva ratione quam Marchio montisferati habet vel habere consuevit in Novello et Monteforto. Item quod commune astense prohibebit et defendi et prohiberi faciet hominibus albe vel Alexandrie vel de eorum posse omnes stratas et caminos quos et quas eis defendere et prohibere poterunt et specialiter per terram ipsius communis. Item quod dictum commuue astense vel alius pro communi non substinebit sub aliquo ingenio, quod aliquis de Ast vel de virtute astensi det vel substinuerit hominibus Albe vel Alexandrie, vel de eorum posse aliquod guidonagium per terram astensem vel aliquam aliam partem sed nec istud substinebit fieri commune astense ab aliqua persona quam prohibere possit. Item quod dictum commune astense vel aliquis pro communi non substinebit sub aliquo ingenio, quod aliquis de ast vel de virtute astensi det vel faciat hominibus albe vel alexandrie vel de eorum posse aliquod guidonagium per terram astensem vel aliquam aliam partem sed nec istud substinebit fieri commune astense ab aliqua persona quam prohibere possit. Item quod dictum commune astense prohibebit omnibus hominibus de aste et de posse astensi dare vel facere aliquam mercadendiam vel contractum hominibus de alba vel de alexandria vel cum hominibus albe vel alexandrie vel de eorum posse. Item quod commune astense vel alius pro communi faciet iurare omnes homines de aste, vel in terra communis astensis habitantes bona fide et sine fraude, quod ipsi non dabunt vel facient aliquam mercadendiam vel contractum hominibns Albe vel alexandrie. Item quod commune astense recipiet episcopum astensem et comitem ubertum de blandrato, et filios suos

in eandem concordiam si in ea esse voluerint usque ad kallendas Madij proxime venturi. Item quod dictum commune capiet et capi faciet, et capi pacietur ab omnibus hominibus, homines albe et alexandrie et de eorum posse in avere et persona, per totam terram suam et alibi ubicumque poterunt. Item quod dictum commune non faciet aliquod pactum vel aliquam concordiam in modum citaniatici vel vasalatici vel aliquo alio modo cum communi Albe vel alexandrie vel hominibus earumdem absque voluntate et parabula dictorum Marchionum et Castellanorum eis data et concessa voluntate omnium supradictorum. Item quod dictum commune astense habebit et tenebit in terra sua toto tempore dum guerra duraverit ducentos milites cum quibus offendet et guerram faciet ad ignem et sanguinem hominibus albe et alexandrie et toto suo posse bona fide et sine fraude. Item quod dictum commune astense faciet exercitum per commune de Militibus et peditibus bis in anno ad postulationem dictorum Marchionum et Castellanorum supra terram albensem ab illa parte ubi est civitas de alba, in quo exercitu dictum commune habebit milites ducentos ad minus, cavalcatas vero faciet dictum commune quatuor supra terram albensem omni anno cum centum militibus chopertis, cum a dictis Marchionibus et castellanis per se se nuncios vel litteras fuerit requisitum, Succursum vero faciet bona fide dictis Marchionibus et Castellanis quociens eis necesse fuerit. Item dictum commune faciet guarnire omnes homines de aste vel de posse astensi armis competentibus et faciet jurare omnes homines habitantes in aste et posse astensi facere guerram vivam ad ignem et sanguinem ad totum eorum posse hominibus Albe et Alexandrie et de eorum posse. Item quod dictum commune defendet, iuvabit, et manutenebit Marchiones et Castellanos predictos et eorum homines et de eorum posse in avere et in persona per totam terram suam et alibi ubicumque poterunt. Item dictum commune non faciet nec fieri consenciet aliquam villam novam ab alba superius, et si fieri vellet vel fieret ab aliquo vel ab aliquibus, bona fide prohibebit. Item dictum commune non acquiret ab alba superius et a sancto Stephano superius in terram predictorum Marchionum et Castellanorum, nec in Sancto Stephano aliquid ad doneum absque voluntate omnium dictorum Marchionum et Castellanorum vel alicuius eorum contra eos vel eum faceret. Commune astense adiuvabit defendet et manutenebit bona fide et sine fraude omnes predictos, ita quod ipsi habeant et faciant vel habeant de villa illa et hominibus ville et de ipso homine voluntatem suam ad plenum. Item dictum commune non faciet vim seu forciam nec se intromittet nec solutionem fieri faciet de aliquo debito quod ipsi Marchiones et Castellani et eorum homines, et specialiter Jacobus de bagnasco et sui homines teneantur dare vel sint obligati hominibus de alba vel de posse albensi sine voluntate dictorum Marchionum et Castellanorum, et sine voluntate illius qui debitum dare debuerit, et eodem modo tenentur Marchiones et Castellani communi astensi. Item dictum commune non accipiet Albenses vel aliquem hominem de alba pro cive vel in civem nec babitatorem sine predictorum Marchionum et Castellanorum voluntate, et si acciperent de aliquo debito quod predicti Marchiones et Castellani eis vel ei deberent, non faciet eis rationem vel sub aliquo ingenio, ipsos ad solutionem faciendam non compellet. Et eodem modo tenentur Castellani et Marchiones communi astensi. Item dictum commune non permittet quod aliquis homo de aste vel de virtute astensi jus aliquod acquirat ab

aliquo vel ab aliquibus de alba vel de virtute albensi, versus predictos marchiones et castellanos et eorum res, vel versus aliquem predictorum, vel res eius vel versus aliquem hominem eorum vel res eius, et si acquiret quod jus illud penes illum qui illud acquiret sit cassum et inutille et nullius valoris, ita quod commune astense vel aliquis pro communi proinde faciat vel fieri faciat rationem vel forciam, Et eodem modo tenentur Castellani et Marchiones communi astensi. Item si commune astense pacem vel treuguam vel possam fecerit cum commune Alexandrie dictos Marchiones et Castellanos in ipsa pace et treugua vel possa ponet ita quod commune Alexandrie teneatur observare pacem vel treuguam vel possam predictis Marchionibus et Castellanis sicut communi Astensi. Item si de hac presenti guerra quam commune Astense et Marchiones et Castellani habent cum albensibus pax fieret et aliam guerram postea inciperent Albenses cum Marchionibus et Castellanis vel cum aliquo eorum vel econverso, si ipsi Marchiones et Castellani vel aliquis eorum postea aliquam guerram inciperent cum Albensibus, commune astense eos adiuvabit et manutenebit, et habebit et tenebit ducentos milites, et guerram faciet de tota terra sua dictum commune, et sic imperpetuum debeat observari et teneri a communi astensi. Et eodem modo dicti Marchiones et Castellani facere teneantur communi astensi, ita quod habeant et teneant centum milites semper durante guerra et guerram faciant de tota terra sua. Item tociens quociens homines Alexandrie guerram inciperent predictis Marchionibus et Castellanis vel alicui eorum commune astense eos iuvabit et manutenebit et guerram faciet predictis Alexandrinis de tota sua terra ad ignem et sanguinem, habendo et tenendo ducentum milites. Eodem modo Marchiones et Castellani tenentur communi astensi, habendo et tenendo centum milites. Item dictum commune astense non faciet pacem treuguam vel guerram recredutam cum Albensibus quam diu Albenses dederint illis de ceva tantum quantum ipsis vel alijs pro eis dederint in eo et pro eo quod ipsi acquisierint in Alba. Item commune astense dabit et solvet precise et sine tenore Marchioni de ceva libras sexcentum astenses usque in medium Aprilem proxime venientem et tantum plus quantum dominus Bonefacius Marchio Montisferrati, et dominus Oddonus filius quondam domini Ugonis de careto, et dictus dominus percivallus potestas dixeiint, et pro solvenda ipsa pecunia dabit fideiussorem commune Janue, et de hoc debet poni, ut predicta solutio fiat termino memorato, in brevi supra quod jurabit futurus potestas. Item prefatus dominus precivallus potestas astensis, vice et nomine communis astensis, voluntate et consensu omnium suorum credendariorum ore ad os interogatorum et scriptorum fecit Marchioni de ceva pacem finem et refutationem, remissionem et omnimodam absolutionem et pactum de non petendo de omni offensione et damno quod et quam ipsi vel alius pro eis fecissent vel intulissent tempore alicuius guerre communi astensi ita quod commune astense vel divisum, ipsos non possit appellare vel revocare pro aliqua guerra que retro fuisset, et de omni jure quod commune et homines de aste habent et habere visi sunt versus Marchiones de Ceva et res eorum occaxione octave partis Curtismilie et posse, et occaxione alicuius pacti et conventi qnod vel quem Commune astense habuisset hinc retro cum domino Guillelmo de Ceva quondam eorum patre, salva fidelitate predictorum Castrorum, silicet Miroaldij, Montiszemulli et Castri novi vel palodij. Hoc acto quod pro eo quod

diceretur vel dici posset a communi astensi vel ab alio pro communi, et quod dicti Marchiones de Ceva olim non observavissent communi Astensi prout debuissent, vel aliquid fecissent quod facere non debuissent versus dictum commune et homines de aste pro inde ab ipso communi vel ab alio pro communis non possint appellari vel conveniri seu impediri ipsi vel alius pro eis vel eorum res. Item statutum est inter predictos Commune Astense et Marchiones et Castellanos eorum et predictorum nomine, quod si controversia oriretur inter predictos commune et Marchiones et Castellanos predictos vel aliquem illorum, eo quod diceretur ab aliqua parcium quod dictum commune vel dicti Marchiones et Castellani vel aliquis eorum fecisset seu venisset contra aliquod predictorum capitulorum debet elligij a parte communis astensis una persona, et ex parte Marchionum et Castellanorum alia persona, que insimul cognoscant de eo quod deductum fuerit in controversia a predictis vel ab aliquo predictorum, et secundum quod ipsi dixerint et pronunciaverint debeat attendi et observari ab omnibus predictis, et specialiter ab illis inter quos fuerit controversia, et hec omnia fieri debeant et compleri, tam de electione personarum quam de pronunciatione infra duos menses postquam controversia facta fuerit vel orta, et repayramentum de contrafacto fiet secundum pronunciationem infra unum mensem post pronunciationem, et si hoc non fuerit observatum ab omnibus predictis, pena hinc inde promissa a partibus, tunc cum effectu comitatur et exigi possit ab eo, qui non observaverit pronunciationem, Aliter vero pena comiti nec exigi possit, pena vero comissa et exacta concordia predicta, in suo statu et sua firmitate quo ad omnia integraliter nichilominus permaneat. Item potestas et Commune Astense poni facient speciale Capitulum in brevi communis, quod potestas vel Consules vel rectores per tempora in regimine civitatis existentes, et Consiliarij civitatis eiusdem, teneantur jurare omni anno perpetuo dictam concordiam attendere complere et observare et firma tenere, ita quod aliquod Capitulum quod sit factum vel de cetero fieret, predicte Concordie obviare non possit vel debeat, sed in suo statu dicta concordia perpetuo debeat permanere. Versa vice dicti Marchiones et Castellani de cetero imperpetuum teneantur jurare omni anno omnia predicta et dictam concordiam attendere complere et observare, et in aliquo predictorum non contravenire, et per se se nec per alium sub aliquo ingenio, si a communi astensi fuerint requisiti. Item omnes cives astenses et homines predictorum Marchionum et Castelanorum decetero imperpetuum de quinquenio in quinquenium jurare debent dare fortiam et virtutem opem et consilium, quod predicta omnia de cetero imperpetuum attendantur compleantur et observentur a predictis Marchionibus et Castelanis et a communi astensi, et quod ipsi quantum in eis fuerit predicta omnia pro posse suo attendere et observare. Item predicti Marchiones de ceva suo et predicto nomine, promiserunt et ad sancta Dei evangelia juraverunt attendere et observare omnia predicta et firma tenere sub pena librarum decem milium ianuensium, pena soluta in sua firmitate concordia permaneat et commune astense sub eadem pena se obligavit. Obligantes proinde ad invicem omnia bona sua et pro predictis complendis et observandis et firmis tenendis et observandis, dictus potestas promisit et iuravit voluntate et consensu suorum Credendariorum quod dabit Marchioni de ceva pro societate, commune Janue et Marchioni Montisferati, et dominus Guillelmus de ceva et dominus Manuelus pro se et

fratribus suis promiserunt et juraverunt dare pro securitate communi astensi Commune Janue et Marchionem Montisferati. Item dominus Otto de Careto et dominus Gratapalea pro se et domino henrico, et dominus Raymondus de busca, Et dominus Oddonus de Careto, et Marchio Montisferati, et dominus Jacobus de bagnasco, promiserunt et juraverunt predicta omnia attendere et observare sub pena cuilibet eorum Marcharum mille argenti, et Commune promisit sub eadem pena cuilibet predictorum obligantes omnes predicti ad invicem omnia eorum bona, et pena comissa et exacta omnia predicta in sua firmitate permaneant. Hec omnia predicta ut superius scripta sunt, dominus percivallus aurie potestas Astensis nomine et vice communis astensis, voluntate et conscilio et consensu omnium suorum Credendariorum, ore ad os interrogatorum et scriptorum, et ipsi Credendarij, et dicti Marchiones et Castellani suorum et predictorum nomine promiserunt ad invicem et ad sancta dei evangelia juraverunt de cetero imperpetuum, attendere complere et observare et firma tenere, et in aliquo predictorum non contravenire per se nec per alium sub aliquo ingenio.

262. *De investitura facta per Comune astense in rectum feudum in dominum Conradum de careto de castro et villa Saleceti, et de toto eo quod tenet a comuni Astensi.* 1269. 2 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexagessimo nono indictione duodecima, die Martis secondo mensis Aprilis. In nomine domini nostri Yhesu Christi amen, ad honorem et servicium eius et beate marie virginis et sancti Secondi martiris et omnium sanctorum et sanctarum dei, et communis astensis, dominus Galvagnius de campesio astensis potestas in pleno consilio de campana more solito congregato utriusque Credencie et Rectorum societatum nomine et vice ipsius communis et a parte ipsius communis, investivit in gentile feudum dominum Conradum de careto Marchionem, de feudo quod tenet a communi astensi et specialiter de castro et villa Saleceti et pertinencijs, quod Castrum et villam cum pertinencijs dictus dominus Conradus, confitetur esse feudum communis astensis, et ipsum Castrum et villam cum pertinencijs in pleno conscilio a predicto communi in feudum tenere confessus fuit. Qua investitura facta, ipse dominus Conradus Marchio juravit et fidelitatem fecit eidem domino Galvagno recipienti nomine communis astensis, in quo sacramento ut continetur posuit et juravit a modo esse fidelem ipsi communi et hominibus de aste et potestatibus et consulibus de aste in regimine civitatis astensis existentibus, et quod non erit in Conscilio vel facto ut perdant vitam vel membrum mentem vel sensum, vel quod habeant captionem aliquam contra eorum voluntatem. Et si scierit eorum malum omnibus modis prohibebit ne fiat, et si illud prohibere non poterit, per se vel per alium suum missum, vel per suas litteras eisdem nunciabit, credentiam quam potestas vel consules de aste sibi dixerint privatam tenebit, nec eam ad damnum eorum alicui manifestabit contra eorum voluntatem, donec palam fuerit. Totam terram de qua sunt saxiti et investiti, adiuvabit eos deffendere contra omnes homines, et si eam perdiderint, ad eam tenendam et recuperandam eos adiuvabit, et recuperatam adiuvabit eos tenere contra omnes homines. Et si quid aliud in fidelitate quaquam vasalus facit domino suo continetur illud observabit. Actum ast super voltas de dommo. Testes interfuerunt, dominus henrichus de rocha, Johanes ferracanis, dominus Drochus palidus.

Ego Melanus grillus notarius palatinus interfui et hanc cartam sic scripsi, Et unum instrumentum et plura potestas eiusdem tenoris fieri iussit.

XLVIII. De Cario.

(Hic pictum est oppidum. Vid. Tab. VIII, n. 2).

263. *De Concordia facta inter Astenses et Carienses prout inferius continetur.* 1192. 17 Augusti.

Anno domini Millesimo Centesimo Nonagesimo secundo indictione decima, die lune sextodecimo Callendas Septembris, dominus Jacobus strictus potestas astensis tempore sui regiminis, et Rollandus berardensis, homodeus trossellus, Baiamondus carotius, Ubertus de Cario, et Raynerius falletus ex parte astensium salvo domino Imperatore et Astensi Episcopo, et Ulricus poglolius, Goslinus richus, Ubertus de donabentia, Guillelmus balbus, Otto barucelerius, Obertus primus, Obertus poglolius, Rollandus de albuzano, henricus caprarius, Ulricus tana, Jacobus merlus, Simeon balbus, et Jacobus grolius ex parte Cariensium. Salvo domino imperatore et eorum dominis, omnes supradicti iuraverunt concordiam Astensium et Cariensium perpetuo firmam tenere, sicut in cartis olim inter eos a Guidone notario comuniter factis continetur. Actum in ecclesia sancte Marie de musantia.

Et Jacobus boviculus notarius palatinus inde cartam scripsit.

Hec sunt nomina Cariensium qui juraverunt predictam concordiam astensium et Cariensium firmam tenere silicet, Milo merlus, Petrus primus, Petrus vercinus, Obertus de Aste, Ubertus quatorde, Bonus Johanes tonsus, Milo frater eius, Guillelmus rex, Selvagnus, Bonus iohanes balbus, Centorius, Guielmus boyronus, Guillelmus surdus, Ubertus de cantono, Petrus vacca, Manfredus frater eius, Aldus pometus, Segnorinus poglolius, Guillelmus barutellerius, Obertus binellus, Anselmus poglolius, Obertus poglolius, Limoge, Guido de ponte, Guido balbus, Otto de montea, Otto de albuzano, Raymondus bricius, Guibertus puglolius, Otto tonsus, Bartolomeus de loyrano, Anselmus de gillio, Ubertetus de cantono, Martinus normannus, Manfredus de ierbo, Guillelmus puglolius, paganus de monte falcono, Manfredus poglolius, Obertus de ponte, Aybertus de bublano, Robaldus tarditus, Cherus de luvatto, Andreas de bublano, Guido de vingle, Ubertus zalionus, Guillelmus zabertus, Milo de bucca, Simeon Petrus bonus de bublano, Girardus balbus, Porrus, Manfredus blanchus, Enricus vercinus, Ubertus filius limoge, Guido Capra, Ubertus grassus, Ubertus pauper, Guillelmus cornalasagra, Jacobus primus, Aldus caranus, Guslinus barutelerius, Ulrichus poglolius, Andreas de ponte, Romanus, Guillelmus de ponte, Ardicio taglacarnem, Ubertus primus, Guielmus de arenzono, Nicolaus de mercayle, Ubertus de tondonito, Bosso de castello, Otto guilambertus, Guido de ierbo, Guillelmus de odel, Vibertus de bulgaro, Alinerius bulla, Otto filius linogie, Ubertus balbus, ardicio filius Jordani poglolij, Obertus de bulgaro, Bentius merlus, Otto de odel, Guido de prata, Guillelmus poglolius, Obertus delabecharia, Otto alinerius, Guillelmus de mercayle, Blanchus, Ubertus de roes, Bentius primus, Guillelmus canavarius, Obertus grolius, Petrus girbaldus, Guiotus cessarius, Jacobus clama, Guiotus de Jordano, Jacobus tana, Guialardus Jacobus de albuzano, Jacobus mussus, Otto bulla, Johanes paramentalis, Tebaldus beccarius,

Otto de serprodomen, Guillelmus de domino Rollando, Petrus de donna bona, Michael pinzanus, Filipus beccarius, Bonus iohanes murator, Obertus Guitonus, Johannes de cellis, Johannes de donna canta, Oddonus carlevarius, Jacobus varnerius, Johanes lombardus, Philipus lupi, gardinus primus, Aldebertus de cumzano, Petrus garadolius, Murruellus, Milo carbenarius, Perinbertus de porcilio, Fornera, Petrus de vigna, Obertarius, Guillelmus boza, Ardicio molinarius, Rogerius de castro, Petrus de roes, Oddonus de la plancha, Enricus balbus, Goslinus binellus, Trottus gallo, Guiotus binellus, Peroninus, Bonus iohanes unterculus, Amazabovem, Jacobinus filius albertini, Girardus berbierius, Jacobus salamon, Albertus de planca Ubertus frater eius, Bonus iohannes de lacanal. Aycardus beccarius, Peronus borella, Obertinus amazabovem, Lafranchus balbus, Petrus braingus. Bartolomeus braingus, Jacobinus de reano, Albertus de buzulino, Bazella, Guielmetus loexanus, Segnorinus forbitor, Johannes de podio, Obertus filius eius, Guillelmus de plancha, Jacobus cloca, Girbaldus dunzanorius, Jacobus centorius, Ubertus turinolius, Bonus iohannes tarditus, Albertus boverius, Guielmus milianus, Petrus gollinus, Guillelmus normannus, Jacobus aliverius, Obertus bidanus, Guillelmus bertramus, Gracius, Petrus vetullus, Gilius ronetus, Obertus de cerreto, Johanes tana, Johanes de plancha, Petrus de cargnacio, Vivianus boverius, Johanes baravaglus, Bos filius oberti de cantono, Conradus molinarius, Johanes vicius, Raymondus gallea. Johanes maracius, Guido frater eius, Jacobus recagnus, Guillelmus de solaralio; Aamet moysel, Guillelmus fulcus, Jacobinus de roes, Guido de Johanne blancho, Guillelmus filius boni iohanis balbi, Jacobus de maxio, Ogerius delacanal, Bonus iohanes primus, Bosus alamanus, Guillelmus donna frixia, Jacobus de bona donna, Otto de castello, Manfredus filius amelij, Andrea bibanus, Guido grandis, Ottobonus de lacanal, Ubertus cavaverius, Otto de Monte guiono, Laurentius, Goslinus capra, Aymus roaldus, Michael de bragida, Anselmus de maglano, Aldus de ponte, Johanes renoverius, Otto petosus, Simeon de placia, Johanes frere, Ardicio de maglano, Johanes filius aldeberti, Petrus de mereutino, Johanes cavatia, Johanes stopa. Johanes de caliano, Johanes rube, Obertus de pavarolio, Enricus landro, Bosus de leutia, Guillelmus grassus, Ugo rubestus, Petrus Alexander, Otto maynerdus, Peribo de labrenda, Ubertus, Petrus de tondonito, Oddonus soma, Simeon, Ubertus crottus, Johanes marcellus, Guillelmus de gotan, Albricus rivallus, Goslinus de la cardonea, Jacobus de rois, Gillius baabucca, Guielmus filius Miloni pugloli, Petrus claurius, Caretus, Johanes grassus, Obertus canterius, Vivianus de Orbezorio, Nicolaus tonsus, Ubertus tonsus, Guielmus turbilius, Ardicio rasius valfredus, Vanus, Guido rube, Sigilfredus canterius, Stefanus ferator, Pontius, Petrus de arenzono, filius Guillelmi de caliano, Jordanus bidanus, Goslinus de aldeberto, Andreas pascalis, Guillelmus benedictus, henricus nasus, Otto de archipresbitero, Aymonetus, Johanes, Tebaldus ferarius, Bonus iohanes Grignerius, Burgus, Ottobonus gavatia, Manfredus de pernal, henricus baabuca, Petrus post, Armanus manteacius, Johanes leuruna, Bonus iohanes valdonus, Guillelmus goslinus, Guillelmus pellizarius, Adam molinarius, Eius filius, Caretus, Ubertus vialius, goslinus de poglano, Guillelmus de canonica, Petrus bonus, Aculiarius, Albertus de andrea calvo, Ansaldus prenchidona, Bulgarinus, Ricardus formagierius, Oddinus rubestus, henricus rubestus, Millo uberti canavarij, Jordanus formagierius, Gregorius, Oddonus barra, Alrichus de arenzo, Rodulfus filius

bulgarini, Raymonderius pelliciarius, Bergognus, Baiamondus de ponte, Arduinus, Ruffinus, Andrea guazza, Albertus cornalasagra, Albertus capra, Petrus de pino, Aibertus scaronus, Simeon de panzano, Avoarius, Bulzonus, Paxinus, Guielmus de barono, Millo poglolus, Johanes tornator, Tebaldus de rondonito, Guillelmus milloni pogloli, Johanes colerius, Jacobus de salice, Rollandus moltura, Ubertus moltura, Caretus iabertus, Rodulfus loxanus, Bellengera, Johanes sequitirius, Ugo de cicilia, Ubertus de castello, Petrus carlevarius, Lambertus, Segnorinus de bublano, Tarinus de pascuario, Vibertus de bulgaro, Guielmus de ysabel Milonus de bublano, Guielmus guitonus, Otto de hylia, lafrancus guasscus, Aybertus burgixius, Giroldus textor, Petrus fornarius, Andreas desperatus, Bragerius, Vivianus abandonatus, Petrus de puteo, Filipus de labera, Jacobus de la plancha, filius helye, Jacobus speluca, Reduinus, Johanes de tebaldo, Aycardus capastrus, Eius filius, Johanes de vayrerio, Guillelmus dodi, Peribon scazerius, Petrus donoia, Anselmus talucus, Obertus fortis.

264. *De quadam pace et concordia colebrata inter commune Ast et Comune Carij prout inferius continetur.* 1260. 18 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo indictione tercia, die veneris decimoctavo mensis junij, in nomine sancte et individue trinitatis amen. Hec est forma compositionis, et reformationis pacis et concordie, ordinate et tractate ut inferius continetur inter commune Astense ex una parte, et Commune Carij ex altera. In primis ordinatum et tractatum est, quod Commune et homines Carij teneantur et debeant iuvare salvare et custodire, manutenere et deffendere Commune Astense et homines civitatis Astensis et districtus astensis et terram quam commune Astense nunc tenet et posidet et decetero tenebit et possidebit, et facere pacem et guerram tam de loco, et a loco carij et eius posse quam aliunde et exercitus et cavalcatas pro commune Astensi contra omnes personas universitates et loca, et facere munitionem pro communi Astensi quandocumque commune Astense guerram habuerit, salvis habitatoribus et vasalis infrascriptis Communis Carij, in eorum feudis que ab eis tenent, videlicet illis de trafarelo et dominis de polmoncelo et illis de riviglasco et de baldisoto, Vergnano de montecuco, de alegnano, et de omnibus hominibus de andexello, dominis de castronovo et dominis de tondonito, salvis eciam civibus et vasallis communis astensis. Et commune Astense teneatur et debeat iuvare manutenere et defendere locum et commune Carij, et terram quam ad presens posidet, et tenet et decetero tenebit et posidebit contra omnes persona universitates et loca. salvis civibus vasallis et juratis communis Astensis. Hoc acto expressim, quod si aliquis civis vel vassallus vel juratus communis Astensis damnum vel offensionem vel iniuriam fecerit communi vel hominibus Carij, vel si commune Carij vel homines Carij, aliquod damnum vel offensionem seu iniuriam aliquam alicui civi astensi vel vasallo aut jurato communis astensis fecerint, de civibus inteligatur habitantibus extra aste, quod tunc Commune Astense cognoscat damna iniurias et offensiones sumarie et sine forma cause, infra mensem postquam ei denunciatum fuerit, et facta cognitione commune Astense compellat cives et vasallos vel juratos predictos qui damnum dedissent aut iniuriam vel offensionem fecissent, damnum et offensionem et iniuriam datam et factam ipsis Cariensibus restitui facere intra mensem a die cognitionis facte, ipsis

Cariensibus restituentibus dampnum iniuriam et offensionem Civibus vasallis et juratis predictis, quod si non facerent commune Astense non teneatur compelere cives Vasalos vel juratos predictos, et hoc locum habeat in damnis iniurijs et offensionibus que fierent ab hodie in antea, Et si predicti vassali cives aut jurati nollent dictum damnum iniuriam vel offensionem restituere secundum cognitionem predictam et infra dictum terminum, ipsis Cariensibus restituentibus ut supra, tunc commune Astense teneatur et debeat iuvare Carienses contra predictos quousque plenarie satisfecissent secundum quod pronunciatum esset per commune Astense. Item si contingerit quod aliquod commune universitas vel aliqua persona ostiliter intraret vel intrare attemptaret in terram et fines cariensium commune Astense teneatur et debeat Commune et homines Carij et eorum terram ad domum suam et in suis finibus adiuvare pro posse. Item quod medietas ville et hominum de Stellono cum pertinencijs et jurisdicione et contili ipsius ville sit communis Astensis et alia medietas communis Carij pro indiviso. Item quod medietas jurium que commune ast habet in Bulgaro et pertinencijs Bulgarij sit et esse debeat communis Carij. Et medietas jurium, que Commune Carij habet in Bulgaro et pertinencijs bulgarij, sit et esse debeat communis Astensis, et hoc pro indiviso. Item statutum est et ordinatum inter utrumque commune quod quam cito suprascripta et infrascripta jurata fuerint, et securitas ordinata prestita fuerit communi Astensi, quod compromissum et arbitratum factum per utrumque commune in dominum Russum de plozasco, et sentencia si quam tulit sit cassa et yrita, et cassum et yritum et quod in aliquo tempore super ipso arbitramento possit vel debeat nullam proferre sententiam dictus dominus Russus quod ordinatum commune Astense observatis, predictis, teneatur in omnibus observare et attendere imperpetuum. Item quod commune Carij pro predictis attendendis et observandis faciet securitatem hanc videlicet, quod universi homines Carij jurabunt attendere et observare omnia et singula suprascripta et infrascripta, et quod melius attendantur, dabunt et ponent in forciam communis Astensis locum et castrum Marentini et Bastitam serre, cum pertinencijs, Et quod unus civis Astensis habitans in Aste constituatur et ordinetur per commune Astense cum consensu communis carij, qui ipsum Castrum et bastitam serre pro utroque communi teneat et custodiat vel custodiri faciat, usque ad duos annos expensis tamen communis Carij, prout inferius continetur. Item quod si Commune et homines Carij observaverint omnia et singula suprascripta et infrascripta quod dictus Castellanus restituat et restituere debeat dicta Castra communi et hominibus Carij, ut inferius continetur. Et si ipsi Carienses non observaverint omnia et singula suprascripta et infrascripta, tunc Castellanus iamdictus restituat et restituere debeat et restituere possit communi Astensi dicta castra sine reprensione. Hoc acto quod homines dicti loci, Marentini de mandato communis Carij, et de voluntate ipsius communis, debeant jurare in manibus dicti Castellani, dare forciam, consilium auxilium et iuvamen ipsi Castelano ad tenendum et manutenendum dictum locum et castrum iam dictum, usque ad dictum terminum duorum annorum, et quod commune Carij absolvet dictos homines Marentini ab omni vinculo sacramenti quo tenentur communi Carij, usque ad dictos duos annos, ita quod ipsi homines interim teneantur castelano iamdicto in quantum tenentur communi Carij usque ad dictos duos annos, hoc addito, quod si infra duos annos

commune Astense venerit ad concordiam et pacem cum Comite Sabaudie, ct domino karulo comite provincie, et de questionibus et controversijs que sunt inter iamdictos Comites et Commune Astense, quod tunc Commune Astense teneatur et debeat restituere, et restitui facere dicta Castra Communi Carij integraliter solvendo prius Commune Carij expensas que facte essent in custodia ipsorum pro rata temporis quo custodirentur, ad rationem salarij inferius ordinati, Et quod homines Marentini de omnibus questionibus apparentibus inter eos, quocumque modo sint et quacumque de causa debeant parere sub Consulibus, qui consules eligantur de hominibus dicte ville, dum dictum Castrum tenuerit dictus Castelanus ut est dictum, Salvo eo quod omnia banna et omnes alie condiciones que descendunt a regimine dicti loci, aliquibus occasionibus et omnia alia que commune Carij consuetum est ibi habere et habet in ipsum commune Carij perveniant et sint ipsius communis et pro ipso communi capiantur tamen omnia et singula ea que provenerint occasionibus iamdictis versentur iu solutione custodie iam dictorum Castrorum. Et quod Castellanus ea possit capere et habere in solutione iamdicta. Omnes fictus redditus et drictus, et omnes godias et proventus quas homines Carij habent in dicto loco et hominibus dicti loci, tam in Castro quam in villa et pertinencijs, homines Carij ibidem possint capere et habere sine contradictione communis Astensis et dicti Castellani, et quod commune Ast et dictus Castelanus possint dicta Castra munire et facere muniri, ad suam voluntatem dando tantummodo commune Carij pro custodia ipsorum per annum libras CL Astenses et sicut superius et inferius legitur. Et omnia et singula Capitula huius compositionis et reformationis pacis et concordie dominus Bartolomeus, Tomas et dominus Guillelmus ex Scharampis cives Astenses sindici actores et procuratores communis Astensis ad hoc specialiter constituti ut patet per instrumentum sindicatus factum per Melanum grullum notarium MCCLX indictione tercia die martis XV.°mensis junij voluntate et consensu omnium Credendariorum et Societatum Communis Astensis, tam prime quam secunde credencie qui erant ad consilium prescripta die veneris XVIII mensis junij ad sonum campane et voce preconia more solito congregatum, et ipsi potestas Credendarij et Rectores de ore ad os interrogati et scripti ut mox est, nomine et vice communis Astensis, et pro ipso communi, promiserunt et juraverunt in manibus dominorum Michaelis balbi et uberti porcelli sindicorum actorum et procuratorum Communis Carij ad hec costitutorum pro communi Carij, ut patet per instrumentum factum ab henrico Scutino notario, MCCLX indictione tercia die lune XIIII.° iunij recipientibus et stipulantibus nomine et vice communis et hominum Carij, attendere et observare et complere in omnibus et per omnia imperpetuum cum effectu et nullo tempore contravenire, et facere et curare sic quod dominus Ruffus de pluzascho restituet communi et hominibus Carij Pecetum et serram solvendo prius et satisfaciendo Commune Carij ipsi domino Russo expensas quas fecit et facit in custodia ipsorum et quas eidem dare et solvere promiserunt iuxta formam pactorum habitorum inter ipsum Commune Carij et dictum dominum Russum de Plozasco. Et insuper dominus Bartolomeus Tomas et Guillelmus ex scharampis sindici actores et procuratores dicti communis, et jamdictus potestas et Credendarij et Rectores ut supra nomine et vice communis astensis fecerunt pacem finem et remissionem et omnimodam absolutionem in manibus iamdictorum sindicorum actorum et procuratorum communis Carij

recipientium et stipulantium nomine et vice communis et hominum Carij, de omnibus damnis offensionibus et iniurijs datis et illatis, per commune et homines carij, communi et hominibus de aste hinc retro, et de omnibus penis bannis et fallis quibus hactenus, et quas commune et homines Carij fecissent vel incurissent, ex eo vel ea occaxione quod fecissent, vel venissent versus commune astense, contra formam pactorum veterum habitorum inter commune astense et commune carij, et de quibus pactis commune astense dicit se habere plura instrumenta pubblica, et quod de omnibus hijs que commune seu homines Carij fecissent hactenus contra dicta pacta commune astense non appelabit ipsum commune Carij vel alium pro ipso communi Carij, Eo salvo quod suprascripta et infrascripta, non faciant preiudicium instrumentis veteribus communis astensis in futurum sed tamen nichilominus tam commune astense quam commune Carij, tam supradicta pacta quam infrascripta teneantur et debeant observare non obstantibus suprascriptis veteribus instrumentis. Et versa vice dictus dominus Nicolaus balbus, et Ubertus porcellus sindici actores et procuratores dicti Communis Carij ut supra cum consensu et voluntate dicti domini laydi teste potestatis Carij, et Bonifacij bertoldi potestatis societatis sancti Georgij de cario ibidem existentis, et ipsi potestates simul cum eis, nomine et vice communis et hominum carij, promiserunt et juraverunt omnia et singula capitula huius compositionis et reformationis pacis et concordie, et omnia ea et singula que in eis continentur in manibus predictorum Bartolomei Tomay et Guillelmi Scarampi sindicorum ut supra communis astensis recipientium et stipulantium nomine et vice communis astensis, attendere et observare et complere in omnibus et per omnia imperpetuum cum effectu, et facere et curare sic quod Conscilium Carij juret et promittat omnia predicta et infrascripta attendere ed observare et per singula cum effectu et non contravenire. Et insuper dicti sindici actores et procuratores communis Carij ut supra nomine et vice ipsius communis, fecerunt pacem, finem remissionem et omnimodam absolutionem in manibus iamdictorum sindicorum communis astensis recipientium et stipulantium nomine et vice communis et hominum de ast de omnibus damnis, iniurijs et offensionibus datis et illatis per commune et homines de aste, communi et hominibus de Cario hinc retro, et quod ponent et dabunt et consignabunt Castrum Marentini Castelano constituendo ut supra, usque ad diem dominicam per totam diem, et Bastitam de serra usque ad unum mensem proxime venturum et satisfacere domino Rufino de expensis factis in peceto et serra predicta, ita quod bastita serre possit dari communi astensi secundum quod est superius ordinatum. Item actum est in predicto contractu expressim, quod fiat speciale capitulum per utrumque commune in quo contineatur quod potestates et Rectores existentes per tempora in regimine cuiuslibet communis, teneantur precise attendere et observare in omnibus et per omnia, omnia ea et singula que superius et inferius continentur. Quod capitulum presens potestas cuiuslibet communis seu potestates venturi, teneantur facere poni in statutis utriusque communis, et ea imperpetuum observare, et si quod capitulum fieret per aliquod dictorum communium vel esset factum quod veniret contra predicta vel aliquod predictorum, vel in aliquibus derogaret, quod sit et esse debeat nullius momenti ipsis capitulis in suo robore perpetuo duraturis, et quod non possint de ipsis capitulis tempore aliquo removeri. Et de predictis unum et plura instrumenta eiusdem tenoris predicti potestates et sindici memorati, michi henrico scutino notario, et Mellano grillo notario facere

iusserunt. Actum aste supra voltas dommi. Testes interfuerunt, Ulricus girbaldus, Guiotus Anselmus, Bonefacius ypolitus, et Bocconus nuncius communis.

Et ego henricus scutinus notarius, hanc cartam de mandato dictorum potestatis et sindicorum sic scripsi et consimilem cartam et de eodem tenore fecit Melanus grillus notarius et fuerunt divise per alphabetum.

265. *De quodam instrumento sindicatus Comunis Carij.* 1260. 14 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo indictione tercia die lune XIIII.° mensis Junij, presentia infrascriptorum testium dominus laydus testa potestas Carij, voluntate consilio et consensu maioris Credencie communis Carij per campanam et nuncios more solito congregate, et ipsi Credendarij simul cum ipso potestate nomine et vice communis Carij et pro ipso communi, fecerunt constituerunt et ordinaverunt dominum Micaelem balbum, et dominum Ubertum porcellum et quemlibet insolidum presentes et recipientes sindicatum, eorum et dicti communis sinprodicos actores et procuratores, in omni negocio tractatu contractu, remissione et missione et satisdatione obligatione et cessione, quod et quas Commune Carij sive ipsi nomine communis Carij haberent facere cum communi et hominibus de Aste, sive cum sindico et sindicis eorumdem, ita quod dicti Sindici actores et procuratores possint facere et recipere pacem conventiones remissiones, promissiones satisdationes, obligationes et cessiones, et omnia alia et singula que inter commune Carij et commune astense facienda fuerint vel fieri videbuntur, et quicquid per ipsos sindicos actores et procuratores factum fuerit in predictis et circha predicta seu aliquod predictorum, dicti potestas et Credendarij suo nomine et nomine communis predicti, ratum et firmum habere tenere que inviolabiliter promiserunt, que omnia et singula, michi notario infrascripto stipulanti, nomine omnium et singulorum quorum interesset attendere et observare et non contravenire promiserunt, sub bonorum dicti communis obligatione, que salvo sacramento potestatis possint pignori obligare, que bona michi notario prescripto nomine pignoris obligaverunt. Actum Carij in ecclesia sancti Guillelmi, Testes interfuerunt, Merlus Costa, Bertonus gosbertus, et Perotus de gabiano.

Et ego Henricus scutinus notarius interfui, et hanc cartam iussu potestatis et Credencie sic scripsi.

266. *De quadam promissione restitutionis facta per comune astense comuni Carij prout inferius continetur.* 1260. 21 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo indictione tercia die lune vigesimoprimo mensis Junij, presentia infrascriptorum testium, in pleno conscilio generali civitatis astensis ad sonum campane in ecclesia de dommo more solito et voce preconia congregato, Saylenbene de mandra pro duabus partibus, et Guielmus cassanus filius quondam domini Oberti cassani pro tercia parte, in ipso consilio, in presentia domini Rugerij georgij potestatis astensis et credencie astensis in eodem consilio existencium, et in presentia Uberti porcelli sindici communis Carij, ut patet per instrumentum factum ab henrico Scutino notario, Millesimo ducentesimo sexagesimo indictione tercia, die lune XIIII.° mensis Junij, et in presentia Ulricij gribaldi ambaxiatoris dicti communis carij secundum formam pactorum habitorum de novo

inter commune astense ex una parte, et commune carij ex altera, de quibus pactis Melanus grillus, et henricus schutinus notarij fecerunt publica instrumenta, Et promiserunt dictus Salimbene pro duabus partibus et Guillelmus predictus pro tercia parte, et juraverunt reddere et restituere dicta Castra, Uberto Porcello sindico suprascripti communis Carij et Ulrico gribaldo ambaxiatori ipsius communis recipientibus et stipulantibus vice et nomine communis et hominum Carij usque ad duos annos proxime venturos, observantibus communi et hominibus Carij pacem et conventiones que continentur in instrumentis superius denotatis factis per predictos Mellanum et henricum, Millesimo ducentesimo sexagesimo indictione tercia, die veneris XVIII.° mensis Junij, vel antea, si commune astense venerit ad concordiam et pacem cum Comite de sabaudia, et comite provincie, prout in ipsis instrumentis plenius continetur. Et versa vice si commune et homines Carij non attenderent, et observarent pacta et conventiones jamdictas, promiserunt et juraverunt jamdicti Salimbene, et Guillelmus cassenus pro supradictis partibus domino Rugerio georgio potestati astensi recipienti et stipulanti nomine et vice communis astensis, restituere dicta castra communi astensi et in forciam dicti communis ad voluntatem ipsius communis astensis et ibidem dictus potestas voluntate et consensu Credendariorum ibidem existentium nomine et vice communis astensis ex una parte, et Ubertus porcellus sindicus dicti communis Carij, et Ulricus gribaldus ambaxiator dicti communis Carij nomine et vice communis et hominum Carij ex altera adinvicem inter eos statuerunt firmaverunt et ordinaverunt pro utroque communi, quod non possit fieri aliquod statutum, seu ordinamentum seu aliquid aliud contra predictos Saylimbene et Guillelmum quin ipsi possint restituere Castra predicta secundum quod superius promiserunt. Et si factum est vel fuerit nullius sit momenti, imo ipsa castra possint dare et restituere sine aliqua reprehensione secundum quod superius promiserunt. Actum aste in majori ecclesia astensi de dommo, Testes interfuerunt, Berardus de Cazalupa et Guillelmus monralia, et inde predictus potestas, et Sindicus supradictus communis Carij plura instrumenta fieri jusserunt.

Ego henricus scutinus notarius hijs interfui, et sic scripsi.

267. *De certis conventionibus promissionibus et pactis factis inter Astenses et Carienses prout inferius continetur.* 1273. 22 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo tercio indictione prima, die Mercurij XXII.° mensis Marcij, Tomas boviculus sindicus communis astensis ut patet per unum instrumentum factum a Jacobo besusto notario hoc eodem anno et indictione, die lune, vigesimo presentis mensis Marcij, nomine et vice communis astensis et ipsius communis hominum et civium et vassallorum ex una parte, et Fredericus de mercadilo et Odonus pilus sindicij communis et hominum Carij ut patet per instrumentum factum per Guillelmum baram notarium hoc eodem anno et indictione, die mercurij XXII.° presentis mensis Marcij, nomine et vice communis carij, et ipsius communis hominum burgiensium habitatorum et vassallorum ex altera parte, Taliter convenerunt pepigerunt et contraxerunt videlicet quod dictus Sindicus nomine communis astensis et ipsum commune debent nomine communis Carij restituere pactiones inter Astenses et Carienses habitas, et remittere omne jus ipsis

astensibus competens contra ipsos Carienses. Et si dicta instrumenta reperiri non possent sint cassa irita et nullius valoris et pro infectis penitus habeantur, Ita quod ex eis vel eorum occaxione nullum possit ipsis Cariensibus prejudicium generari, et facere pacem et finem de dictis juribus secundum quod melius fieri potest. Item debent ipsi astenses remittere omne jus quod habent in villa sancti Martini de stellono, et instrumenta super hec habita debent cassarij et penitus anullari, et ipsis Cariensibus restitui. Item si fuerit de voluntate dominorum de montaldo de torexana, Astenses debent remittere omne jus quod habent in Montaldo et Torexana. Item si aliquis inceperit guerram vel injurias vel offensiones aliquas fecerit cariensibus quod astenses teneantur ipsos Carienses juvare, cum toto eorum posse, et pro ipsis cariensibus gueram facere illis qui sic guerram inceperint, vel injurias vel offensiones facerent, Salvo eo quod si ille qui inciperet guerram esset civis vel vasallus astensis, quod commune Astense teneatur illi denunciare quod malefacta restituat, Et si ammonitus non restituerit infra quindecim dies, tunc Astenses teneantur juvare carienses cum ipsis cariensibus, et illis qui guerram incepissent et injurias seu offensiones fecissent cariensibus, gueram facere. Hoc acto, quod commune Astense postquam denunciatum fuerit ei per Carienses, debeat denunciationem prescriptam facere infra tercium diem, Et postquam guerra esset incepta per Astenses et Carienses de ipsa non possit fieri pax treugua vel guerra recreuta sine voluntate communium Ast et Carij. Item teneantur Astenses non facere pacem vel treuguam cum aliqua persona sine Cariensibus, ita quod Carienses sint in pace vel treugua secundum quod ipsi astenses erunt. Item ex adverso Carienses cum toto eorum posse, teneantur pro Astensibus facere pacem et treuguam et guerram contra omnes illos quibus guerram pacem vel treuguam faceret commune astense, et non facere pacem vel treuguam cum aliqua persona sine astensibus, Et si aliqui facerent guerram communi astensi, teneantur pro Astensibus facere guerram, Eo salvo quod si illi qui guerram inciperent communi astensi essent vassalli burgienses vel habitatores Carij, quod Carienses postquam eis denunciatum fuerit per commune astense infra terciam diem, postquam super hoc ammoniti fuerint, ut malefacta restituant, Et si ammoniti infra quindecim dies non fecerint, ex tunc ipsi Carienses teneantur illis qui guerram astensibus incepissent guerram facere cum ipsis Astensibus et de ipsa guerra non facere pacem vel treuguam recreutam vel guerram sine voluntate communium Ast et Carij. Item si contingerit communia Ast et Carij habere guerram Et astenses fecerint miliciam de quadringentis militibus quod Carienses debeant facere Milites centum, et si commune Ast plures milites faceret, commune tamen Carij non teneatur ultra dictos Centum milites, Et si pauciores quadringentis faceret commune Carij possit facere milites pauciores ad illam rationem. Et predicta omnia et singula promittent et iurabunt attendere et observare imperpetuum, Consilia dictornm communium et Sindici eorumdem nomine ipsorum communium. Item commune Astense teneatur absolvere et Relaxare et deliberare sine satisfa ctione aliqua omnes de Cario, et de jurisdicione Carij, qui sunt baniti communis astensis vel jurisdicionis eiusdem communis, exceptis bannitis pro homicidio, nisi dictum homicidium factum esset tempore guerre. Et Commune Carij teneatur absolvere et relaxare et deliberare sine satisdatione aliqua omnes de Ast, et de jurisdicione astensi qui sunt baniti communis Carij vel jurisdictionis eiusdem communis, Exceptis bannitis

pro homicidio ubi dictum homicidium factum esset tempore guerre. Qui Tomas boviculus sindicus communis astensis nomine et vice eiusdem communis et suo, promisit et corporaliter ad sancta dei evangelia juravit tactis scripturis omnia suprascripta et singula attendere et inviolabiliter observare imperpetuum. Et qui Fredericus de mercadilo et Oddonus pilus sindici dicti communis Carij, promiserunt et corporaliter ad sancta dei evangelia juraverunt tactis scripturis, omnia et singula suprascripta attendere et inviolabiliter observare imperpetuum. Insuper Obertinus rascherius, Buffa boverius, Paganus de rosso, dominus Raymondus balbus, Facius costa, Milotus simeon, Merlo costa, Surianus balbus, Guielmus sazonus, dominus Bertoldus maritanus, Carlo pullosius, Berardus de rosso, Henricus gribaldus, Facius bretonus, Nicolinus zanma, Guido boverius, Ubertus costa, Guielmus gribaldus, Ardicio maritanus, Sismondinus alamanius, Thomas de bove, Rogerius alamanus, Henricus de merchadillo, Corius grasverdus, Bertolotus baldrachus, Guido bretonus, Milo de podio, Bressanus nasus, Matheus rascherius, Ubertus lafranchus, Nicolaus caracius, Berrardus mezzonum, Nicolaus rascherius, Manfredus rat, Henricus costa, Rollandinus rollandus, Manfredus camma, Guielmus pullosius, Henricus guarzinus, Jacobus de terma Milo de solario, Facius rascherius, Merlo filius quondam Jacobi merlonis, Fredericus pullosius, dominus Michael balbus, Urricus gribaldus, Allinerius rascherius, Millettus narro, Jacobus barra, Jacobus fatillerius, Centorius tentor, Bozius de orbezorio, Ubertus de orbezorio, Facius filius quondam domini Oberti de tondonico, Petrinus de canali, Milonetus de medico, Jacobus demedico, Guido de persenda, Obertinus pullosius, Henricus scutinus, Ardicio de rollando merlone, Vercellus grasverdus, Bonus iohanes brengus, Facius de corneto, Facius nicolus, Manfredus de gerbo, Petrus de gerbo, Ubertus de peyto, Oddonus de hughessa, Guarinus de costa, Ubertus de ciglano, Gyrbaldus yratus, Lafranchinus bencius, Facius guaschus, Guillelmus frixius, Vercellinus carlevarius, Ruca cervinus, Henricus medalia, Parius, Caballus, Merlinus merlo, Matheus pometus, Guarnerius brolia, Rogerius de gorzano, Guillelmus barra, Robaldus gribaldus, Guillelmus de harenis, Petrus de jaspecto, Jacobus de podio, Thomas gualdonus, Petrus becchus, Ubertus de plancha, Johanes de beccaria, Guielmus vigonus, Ubertus porcellus, Ardicio rassorius, Bertonus de tondonico, Ubertus merlo, Guillelmus primus, Oddonus frixius, Ysedinus alinerius, Johanes brolia, Iocelinus bencius, Jacobus de taglaco, Picotus carleverius, Johanes de goyano, Ardicio de guarino, Jacobus rattus, Merlo centorius, Ballada pinzonus, Rivacius cor, Guielmus lepruna et Guielmus dodelius de maiori credencia communis carij, in ecclesia sancti Guielmi, per campanam et nuncios more solito congregati, predicta omnia et singula promiserunt, et corporaliter tactis scripturis ad sancta dei evangelia juraverunt, per se se et eorum successores filios et heredes, attendere et perpetuo inviolabiliter observare. Actum Carij in ecclesia sancti Guillelmi. Testes interfuerunt, Rollandus rastellus, Alegrinus filius bocconi nuncius communis astensis, Galvagnus rotarius, Petrinus de castellario, Michael de gracio nuncius societatis populi cariensis et Rubeus donninus.

268. *De quadam promissione facta per comune Ast comuni Carij de certis instrumentis Restituendis prout inferius continetur.* 1273. 27 Marcij.

Eodem anno et indictione, die lune, XXVII.° mensis Marcij, Actum Ast super voltis de dommo ubi consilia celebrantur, presentibus testibus, domino Simone de luyrano judice et vicario domini Bonaventure de vegijs potestatis Astensis, domino Rodalengo milite dicti domini potestatis, Bocconoto nuncio communis Astensis, Rubeo de bertolino, Matheo rascherio, Sismondino dorerio et Guillelmo barberio. In nomine domini amen. Thomas boviculus sindicus communis astensis ut patet per instrumentum factum manu Jacobi besusti notarij hoc eodem anno et indictione, die lune vigesimo mensis marcij nomine et vice ipsius communis Astensis et ipsius communis hominum et vassallorum et jurisdicionis ipsius communis Astensis, Comvenit et per stipulationem promisit, Oddono pilo, et Frederico de merchadilo sindicis communis Carij ut patet per instrumentum factum per manum Guillelmi barrie notarij hoc eodem anno et indictione, Die mercurij vigesimosecundo presentis mensis Marcij recipientibus et stipulantibus nomine et vice ipsorum et communis, et hominum Carij, et habitatorum et burgiensium ipsius communis, Reddere et restituere omnia Instrumenta hinc retro facta pactionum et conventionum factarum et habitarum inter commune Ast et commune Carij, et specialiter unum instrumentum factum manu Henrici scutini notarij in anno domini MCCLX indictione tercia, die veneris XVIII.° mensis iunij, Et cetera alia Instrumenta hinc retro facta inter commune Ast et commune Carij, tempore domini ferarij canis olim potestatis Astensis vel tempore alicuius rectoris communis astensis, per quemcumque notarium sint vel fuerint facta si reperiri poterunt, Alioquin sint cassa et irrita et nullius valloris et pro infectis penitus habeantur Instrumentis pactionum et conventionum nuper factarum per manus Jacobi besusti et Henrici scutini MCCLXXIII° indictione prima, Die mercuri XXII° mensis Marcij, inter commune Ast et commune Carij, in suo robore perpetuo duraturis. Item dictus Thomas nomine quo supra fecit predictis Sindicis communis carij recipientibus et stipulantibus nomine predicti communis Carij, pacem et finem et remissionem et omnimodam absolutionem pactumque de ulterius non petendo seu requirendo de omnibus supradictis et singulis instrumentis et juribus et rationibus dicto communi astensi competentibus ex dictis instrumentis, et de omnibus pactis et conventionibus et promissionibus et obligationibus contentis in dictis instrumentis et qualibet alia occaxione que ex predictis orta essent vel oriri possent. Item remisit dictus Thomas dicto nomine dictis Sindicis communis Carij nomine dicti communis omne jus et omnes actiones et rationes et petitiones, quod et quas dictum commune Ast habet vel habere videtur in villa Sancti Martini de stellono et jurisdicione et poderio dicte ville, et inde fecit dictus Thomas sindicus nomine communis astensis, dictis Sindicis communis Carij, nomine dicti communis pacem et finem et remissionem, et omnimodam absolutionem pactumque de ulterius non petendo seu requirendo ut supra, et predicte absolutiones, remissiones et obligationes et pacta omnia et singula valeant et teneant et firma sint non obstante si in dictis instrumentis vel aliquo ipsorum instrumentorum contineretur quod non valeret, remissio absolucio promissio vel pax vel finis que inde fieret, nisi per dicta instrumenta incisa vel per restitutionem ipsorum, et nisi

de instrumentis predictis, in instrumento pacis et finis que inde fieret de verbo ad verbum fieret mentio specialis, et non obstantibus capitulo seu capitulis Astensibus continentibus de non diminuendo conventiones quas commune Ast habet super Carium, cuius capituli tenor talis est. Item statutum est et ordinatum, quod potestas non possit ponere in consilio vel aliquis de sua familia, de Cassandis et diminuendis in totum vel in partem conventionibus quas commune Carij fecerunt et homines communi astensi, et si contra fecerit potestas ammittat de suo feudo libras L et quilibet Consiliarius qui hoc contionaretur vel diceret ammittat pro pena decem libras et consilium pro nichilo reputaretur, et non obstante aliquo alio capitulo vel aliqua alia exceptione vel jure qua vel quo dictum commune Astense vel aliquis habens causam ab ipso communi posset contravenire, Cassando et yritando et penitus annullando dictus Sindicus nomine quo supra omnia et singula capitula et jura et instrumenta quibus commune astense vel aliquis pro ipso communi modo aliquo posset contravenire, affirmando dicendo et protestando dictus sindicus communis astensis nomine quo supra, et potestas et Credendarij communis astensis infrascripti, se non fecisse datum vel cessionem alicui persone vel universitati de aliquo predictorum jurium, Et si repe-riretur aliquo tempore, promiserunt dicti potestas et Credendarij et sindicus communis astensis dictis sindicis nomine communis Carij ipsum commune Carij indempnem penitus conservare. Que omnia et singula suprascripta promisit dictus Sindicus communis astensis nomine communis Astensis dictis Sindicis communis Carij nomine ipsius Communis recipientibus firma habere et tenere perpetuo et non contravenire de jure vel de facto sub dannorum et expensarum et interesse restitutione consequenti, et bonorum omnium dicti communis astensis pignori obligatione, que proinde dictus Sindicus communis Astensis dictis Sindicijs communis Carij nomine communis Carij pignori obligavit. Preterea dominus Bonaventura de vegijs potestas astensis, et Cre-dendarij communis astensis tam prime quam seconde Credencie et Rectores societatum per campanam et nuncios more solito congregati, quorum credendariorum nomina inferius denotantur, una cum predicto Sindico predicta omnia et singula suprascripta ratificaverunt et approbaverunt et confirmaverunt prout melius potuerunt. Et ea omnia et singula promiserunt dictis sindicis communis Carij nomine dicti communis stipulantibus et recipientibus attendere et observare imperpetuum et non contravenire de jure vel de facto sub obligatione bonorum suorum et dicti communis astensis, Et etiam ad sancta dei evangelia dicti Sindicus et Credendarij communis astensis tactis scripturis corporaliter juraverunt, Renunciantes predicti potestas Sindicus et Credendarij Communis Astensis exceptioni non facte pacis et finis et remissionis, et omni alij juri et exceptioni usui moribus et statutis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent modo aliquo vel aliqua ratione. Nomina vero dictorum Credendariorum sunt hec, dominus Rollandus curtesius, dominus Mellanus de solario, dominus Raynerius rex dominus Manuel rotarius, Guillelmus guarleta, Rollandus de cumignano, Jacobus morandus, dominus Henricus alferius, dominus Jordanus de ralvengo, dominus Oddo cassenus iudex, Manuel de solario, Ubertetus laiolius, Antonius laurencius, dominus Rollandus layolius, Ubertus pulsavinus, Oddinus de cario, Marchus sarracus, Bonefacius de baennijs, Bonus iohanes abellonus, Manfredus de solario, dominus Guillelmus cachayranus Judex, Girbaldus bergogninus, Georgius monachus,

Roffinetus alferius, Gualla ottinus, Nicholaus de cario, Thomaynus de solario, Robaldus de aracio, Loysius laurencius, dominus Raymondus chacayranus Judex, dominus Roffinus rotarius, dominus Guido de sibona judex, dominus Henricus pecia judex, Henricus de septimis, dominus Thomas de becharijs Judex, Jacobus de porta, Guizotus scuerius, Petrinus claverius, Bergognus de placio, Opizo frenarius, Guillelmus guaglotus, Guielmus reverditus, Philipus cerratus, dominus Perrotus garretus Judex, dominus Andreas de solario judex, dominus Guielmus gardinus judex, Jacobus de gualfenaria, Petrus monachus, dominus Guillelmus gardinus nepos domini Oberti, Thomas bulla, Thomaynus scharampus, Bayamondus de gorzano, Ubertus de sibona, Ruffinus laurentius, Rogerius silvaticus, Georgius palidus, Johanes ysnardus, Guillelmus rognonus, Mayfredus rasparellus, Ardicio marronus, Sardus de solario, Guillemus pexinus, Jacobus prevengus, Mancellus layolius, Astexanus seglarius, Jacobus carena, Henricus de quarto, Vincenus trossellus, Raymondinus de solario, Obertus de solario, Raymondus asinarius, Jacobus isnardus, Petrus silvanus, Petrus garettus, Johanes asinarius, Georgius Thomas, Obertus de ferrarijs, Robaldus ottinus, Gualla layolius, Girbaldus pelleta, Manfredus de sancto Johane, Thomas de sancto iulliano, Guillelmus de versa, Baydane, Gallus ballesterius, Jacobus malbechus, Henricus villanus, Johanes de castellario, Petrus fusnellus, Germanus musa, Jacobus medalia, Gandulfus aycardengus, Nicolosus de curia, Girardus grasverdus, Bonefacius alionus, Petrus rosbertus, Robaldus de platea, dominus Thomas aranchaboschus, Osebius porreta, Fredericus ypolitus, Rollandus sarachus, Jacobus bertaldus, Albaxius layolius, Mellanus Ottinus, Thomas pelleta, Jacobus rex, Thomas guarleta, Jacobus de azano notarius, Bertolomeus aranchaboscus, Thomas de cumaniana, Petrus tamarellus, Paganus marronus, Philipus pecia, Johanes de platea, Johanes de cario, Manuellus pecia, Ubertus asinarius, Raynerius paniacha, Thomas asinarius, Martinus bonafusus, Conradinus filius Bertrami, Mucius de mo, Girardus de porta, Ruffinus de ranzano, Guillelmus brunus, Bertoldus tabernarius, Henricus aycardengus, Anselmus pelleta, Astexanus pennacius, Raymondus sbaratus, Jacobus laiolius, Nazarius gomundus, Rollandus rastellus, Leonus cazo, Rofinetus rotarius, Uberzonus malbeccus, Guielmus dux, Ubertus dominus, Manfredus de monte oriolio, Alexandrius vellerutus. Et inde unum et plura instrumenta michi henrico notario fieri iussa sunt, quorum unum hoc est factum pro communi Astensi. Et ego henricus scutinus notarius hijs omnibus interfui, et sic rogatus hanc cartam scripsi. Et consimilem cartam, et de eadem materia scripsit Jacobus besustus notarius.

269. *De quodam instrumento sindicatus et procure communis Carij prout inferius continetur.* 1273. 22 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Septuagesimo tercio indictione prima, Die mercuri XXII.° mensis Marcij presentibus testibus inferius nominatis. In pleno et generali consilio oommunis Carij, per campanam et nuncios in ecclesia sancti Guillelmi more solito congregato, dominus Obertinus Rascherius, et dominus Petrus de gerbo consules et Rectores Communis Carij, ut patet per instrumentum factum manu Guillelmi bare notarij hoc eodem anno mense et die in pleno et generali consilio communis carij, voluntate consilio et consensu Credendariorum communis Carij,

per campanam et nuncios more solito congregatorum, Et ipsi Rectores, et Credendarij, quorum nomina inferius scribuntur, nomine et vice communis carij, fecerunt constituerunt et ordinaverunt Fredericum de Merchadillo, et Oddonum pillum, presentes et recipientes, eorum et dicti communis certos nuncios auctores et procuratores et sindicos ad omnia negocia dicti communis carij facienda peragenda et pertractanda et firmanda, in pace conventionibus pactionibus remissionibus obligationibus et in quibuscumque alijs faciendis et instrumentis restituendis, et ipsum commune obligando et bona ipsius, et in omnibus alijs exercendis, Ita quod possint in animabus eorum jurare, et omnia alia facere que facienda occurrerint cum hominibus et communi Astensi et Sindico seu sindicis eorumdem et cum quibuscumque alijs personis, dantes dictis Sindicis liberam et generalem administracionem et mandatum in omnibus et singulis suprascriptis, et quicquid per dictos Sindicos factum actum promissum remissum gestum et firmatum et juratum fuerit in predictis omnibus et singulis et quolibet predictorum Ratum firmum gestum perpetuo habituri, michi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interesset habere et tenere perpetuo promiserunt sub bonorum dicti communis obbligatione, que proinde michi infrascripto notario stipulanti pignori obligaverunt. Nomina autem credendariorum sunt hec, Obertinus rascherius, Buffabonus, Paganus de rasso, dominus Raymondus balbus, Facius costa, Milletus symeon, Merlo costa, Surianus balbus, Guillelmus sazonus, dominus Bertoldotus maritanus, Carlo pullosius, Berardus de rosso, Henricus gribandus, Facius Bertonus, Nicolaus zaina, Guidobonus, Obertus costa, Guillelmus gribandus, Ardicio maritanus, Sismondinus alamanus, Thomas de bove, Rogerius alamannus, Henricus de mercadilo, Corius grasverdus, Bertolotus bandrachus, Guido bertonus, Milo de podio, Brexanus nasus, Matheus rascherius, Ubertus lafranchus, Nicolaus caracius, Berardus mezonus, Nicholaus rascherius, Manfredus ratus, Henricus costa, Rollandinus Rollandus, Manfredus zama, Guillelmus pullosius, Henricus guarcinus, Jacobus de trana, Milo de solario, Facius rascherius, Merlo filius quondam Jacobi merlonis, Fredericus pullosius, dominus Nicolaus balbus, Uricus gribandus, Alinerius rascherius, Miletus marro, Jacobus barra, Jacobus facilerius, Gentorius centor, Bocius de orbezorio, Ubertus de orbezorio filius quondam domini Uberti de tondonico, Petrinus de canali, Milonetus de medico, Jacobus de medico, Guido de persenda, Obertinus pullosius, Henricus scutinus, Ardicio rollandi merlonis, Vercellus grasverdus, bonusiohanes brengus, Facius de corneto, facius nicholus, Manfredus de gerbo, Petrus de gerbo, Ubertus de peyto, Od. de lugessa, Guarinus de costa, Ubertus de cillano, Girbandus iratus, lafranchinus benzius, facius genascus, Guillelmus frixius, Vercellinus carleverius, Ruca germanus, Henricus medalia, Parixius caballus, Merlinus merlo, Matheus pometus, Guarnerius brolia, Rogerius de godiano, Guillelmus bara, Robaldus gribandus, Guillelmus de arenis, Petrus de iosperdo, Jacobus de podio, Thomas gualdonus, Petrus bechus, Ubertus de plancha, Johanes de becharia, Guillelmus vigonus, Ubertus porcellus, Ardicio rasorius, Bertonus de tondonico, Ubertus merlo, Guillelmus primus, Od. frixius, ysedinus alinerius, Johannes brolia, Jocelinus benzius, Jacobus de taloto, Picotus carleverius, Johanes de godiano, Ardicio guarinus, Jacobus ratus, Merlo centorius, Ballada pinzonus, Rivazius cor, Guielmus leprana, Guielmus dodelius. Interfuerunt rogati testes, Ruffus diminus

nuncius communis Carij, et Michael garcio nuncius societatis sancti Georgi et Buffa boverius.

Ego Guillelmus bara notarius communis interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

270. *De quadam reformatione Conscilij habendi etc. prout inferius continetur.* 1273. 22 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, indictione prima, in cario die Mercuri xxii° mensis Marcij, presentibus testibus infrascriptis, dominus Petrus de gerbo rector populi Carij, voluntate et consensu domini Obertini rascherij rectoris societatis Militum Carij Requisivit consilium in plena et generali Credencia communis Carij per campanam et vocem preconiam in ecclesia sancti Guillelmi more solito congregata, super elligendis duobus sapientibus, qui recoligant consilium pro faciendis Sindicis et creandis, pro pactis et conventionibus faciendis inter commune et homines Carij ex una parte, et potestatem et Sindicum communis Astensis et ipsum commune Astense ex altera, in cuius consilij reformatione placuit omnibus credendarijs consilij communis qui in ipso consilio erant quorum nomina inferius continentur nemine discrepante, quod predicti dominus Petrus et Obertinus sint rectores communis Carij pro sindicis communis Carij elligendis et faciendis occaxione pactionum et conventionum faciendorum cum commune Astensi seu potestate et sindico dicti communis, et ad omnia alia facienda que erga predicta fuerint oportuna, dantes eisdem dominis Petro et Obertino in predictis generale mandatum, promittentes michi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine illorum quorum interesset attendere et observare quicquid predicti Rectores in predictis et circha predicta fecerint sub obligatione omnium bonorum dicti communis. Nomina autem Credendariorum sunt hec, Obertinus rascherius, Buffa boverius, Paganus de rosso, dominus Raymondus balbus, Facius costa, Milletus simeon, Merlo costa, Surianus balbus, Guielmus sachonus, dominus Bertoldus maritanus, Carlo pullosius, Berardus de rosso, Henricus gribandus, Facius bertonus, Nicolaus zama, Guido boverius, Ubertus costa, Guielmus gribandus, Ardicio maritanus, Simondinus alamannus, Thomas de bove, Rogerius alamannus, Henricus de marchadillo, Corius grasverdus, Bertolotus bandracus, Guido bertonus, Milo de podio, Brexanus nasus, Matheus rascherius, Mayfredus ratus, Henricus costa, Rollandinus rollandus, Mayfredus zama, Guillelmus pullosius, Henricus guarcinus, Jacobus de trana, Millo de solario, Facius rascherius, Merlo filius quondam Jacobi merlonis, Fredericus pullosius, dominus Nicolaus balbus, Uricus gribandus, Alinerius rascherius, Miletus naro, Jacobus bara, Jacobus fatilerius, Centorius centor, Bocius de orbezorio, Ubertus de Orbezorio, Facius filius quondam domini Oberti de tondonico, Perinus de canali, Milonetus de medico, Jacobus de medico, Guido de persenda, Obertinus pullosius, Henricus scutinus, Ardicio rollandi merlonis, Vercellus grasverdus, Bonus iohanes brengus, facius de corneto, Facius nicholus, Mayfredus de gerbo, Petrus de gerbo, Ubertus de peyto, Od. de lugossa, Guarinus de costa, Ubertus de cillano, Gribandus yratus, lafranchinus bencius, Facius guaschus, Guillelmus frixius, Vercellinus carleverius, Rucha cervinus, Henricus medalia, Parixius caballus, Merlinus merlo, Matheus pometus, Guarnerius brolia, Rogerius de godiano, Guillelmus bara, Rollandus gribandus, Guillelmus de harenis, Petrus de

iosperdo, Jacobus de podio, Thomas gualdonus, Petrus bichus, Ubertus de plancha, Johanes de beccaria, Guielmus vigonus, Ubertus porcellus, Ardicio rasorius, Bertonus de tondonico, Ubertus merlo, Guielmus primus, Od. frixius, ysedinus alinerius, Johannes brolia, Jocelinus benzius, Jacobus de taleto, Picotus carleverius, Johanes de godiano, Ardicio guarinus, Jacobus ratus, Merlo centorius, Ballada pinconus, Rivacius cor, Guillelmus leprana et Guilelmus dodilius. Interfuerunt testes rogati, Ruffus dininus nuncius communis Carij, et Michael de garcio nuncius Societatis sancti Georgi.

Ego Guielmus bara notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

271. *De quadam societate et amicicia facta per infrascriptos cum comunibus Ast et Carij prout inferius continetur.* 1278. 18 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo octavo indictione sesta, die lune decimoctavo mensis iullij. Ad honorem dei omnipotentis et beate Marie virginis matris eius et tocius curie celestis, Et ad honorem et bonum statum et conservationem et augmentum communis et hominum civitatis astensis et districtus, nec non communis et hominum Carij et districtus et domini Thome de Sabaudia et universitatis et hominum tocius Sabaudie comitatus existentium citra montem cenisium et omnium amicorum coadiutorum et juratorum omnium predictorum. Hec est forma confederationis, jure amicicie, societatis contracte et contractarum, inite et initarum, inter venerabiles patres dominum Decanum Dei gratia Abbatem Sancti Michaelis de Clusa, et dominum Burinum eadem gratia Abbatem secusie, et Nobiles viros dominum Petrum de Montefalcono vicarium pedemontis pro dicto domino Thoma et dominum Thebaldum de cois milite Castellanum avillane procuratorem dicti domini Thome vice et nomine eiusdem domini Thome et Universitatis et locorum et hominum et coadiutorum et amicorum comitatus predicti, ex una parte, et Rollandum de catanio sindicum actorem et procuratorem communis et hominum civitatis et districtus astensis, nec non Rogerium alamanum et petrum maonerium sindicos et nuncios communis et hominum Carij et districtus eiusdem nomine et vice predictorum communium et omnium coadiutorum et juratorum et amicorum et habitatorum et vassallorum ipsorum et cuiuslibet ipsorum ex altera. In primis namque predicti Sindici et procuratores nominibus suprascriptis fecerunt et juraverunt adinvicem videlicet dicti procuratores dicti domini Thome in animam ipsius domini Thome, et predicti Sindici, et nuncij dictorum communium Ast et Carij in animabus illorum a quibus sunt constituti sindici et nuncij et etiam omnium credendariorum utriusque communis, et omnium coadiutorum juratorum et amicorum suorum confederationem amiciciam et societatem usque ad decem annos proxime venturos pactionibus infrascriptis, Nempe procuratores predicti domini Thome procuratorio nomine pro eo et heredibus suis vice et nomine Universitatum locorum et hominum et coadiutorum et amicorum comitatus predicti, promiserunt et convenerunt stipulatione solemni interveniente predictis Sindicis actoribus et procuratoribus recipientibus et stipulantibus nomine et vice communis et districtus astensis et communis et districtus Carij, et omnium coadiutorum, juratorum amicorum, habitatorum et vasallorum utriusque communis, et alterius ipsorum, Quod ipse dominus Thomas, et heredes eius, et predicte Universitates, et homines comitatus prefati, adiuvabunt manutenebunt et defendent, bona fide et sine fraude commune et districtum

astense, et commune et districtum Carij, et omnes coadiutores et juratos et amicos ipsorum communium vel alterius ipsorum in avere et in personis, et in omnibus juribus eorum et cuiuslibet ipsorum cum ducentis hominibus armatis super equis bonis et convenientibus ad arma, et cum tota terra sua, et cum tota terra comitum seu Comitis Sabaudie que est citra montem zenisium, et cum omnibus coadiutoribus, amicis et juratis ipsius domini Thome et comitatus Sabaudie citra montem zenisium existentibus, contra quamcumque personam et universitatem que moveret ab hodierna die in antea guerram contra predicta communia vel aliquod ipsorum et districtus ipsorum communium, et coadiutores juratos et amicos communium predictorum vel alicuius ipsorum, et contra quamlibet persónam et Universitatem contra quam dicta communia, vel aliquod ipsorum, vel coadiutores vel jurati, vel amici predictorum communium vel alterius ipsorum guerram moverent vel moveret, cum conscilio et voluntate expressa dicti domini Thome de Sabaudia vel suorum heredum usque ad dictum tempus decem annorum, salvo romano Imperio, et Salvo domino philipo comite Sabaudie. Versa vero vice, prenominati Sindici, procuratores et nuncij dicti communis astensis et districtus et communis Carij, vice et nomine dictorum communium et districtuum et cuiusque eorum, et omnium coadiutorum, juratorum et amicorum ipsorum communium et districtuum et cuiuslibet eorum, promiserunt et convenerunt similiter solemni stipulatione intercedente prefatis procuratoribus dicti domini Thome recipientibus vice et nomine ipsius domini Thome et heredum suorum et omnium universitatum locorum et hominum et coadiutorum tocius terre dicti domini Thome et predicti Comitis Sabaudie, que est citra montes, et omnium coadiutorum et amicorum eiusdem domini Thome et predicti comitatus existentium citra montem zenisium, quod predicta communia et districtus et homines de ast et de Cario, et omnes coadiutores jurati et Amici ipsorum communium et cuiusque eorum, adiuvabunt manutenebunt et deffendent bona fide et sine fraude totis suis viribus atque posse dictum dominum Thomam, et eius heredes et omnes predictas universitates loca et homines et omnes predictos coadiutores seu juratos et amicos predicti domini Thome et dicti comitatus, contra quamcumque personam et universitatem, que guerram moveret ab hodie in antea contra dictum dominum Thomam vel eius heredes seu contra dictas universitates, loca et homines superius specificatos, vel contra coadiutores seu juratos vel amicos ipsius domini Thome et dicti Comitatus, et hoc in avere et personis et juribus ipsorum et contra quamcumque personam et universitatem, contra quas dictus dominus Thomas guerram moveret, Consilio et voluntate expressa communis astensis vel communis Carij, salvo Romano imperio. Predicta autem omnia facta sunt per predictos ut supra cum hac declaratione et hoc expressim convento inter eos, videlicet quod dictus dominus Thomas et Universitas et loca et homines sui Comitatus Sabaudie existentes citra montem zenisium, et coadiutores jurati et amici ipsius domini Thome, vel aliquis eorum et commune ast et Carij et districtus eorumdem et coadiutores jurati et amici ipsorum communium vel alterius ipsorum communium ad presens propter aliqua facta precedencia non inteligantur nec dici possint habere aliquam guerram cum aliqua persona vel Universitate. Item hoc actum et conventum est expresse inter predictos procuratores et Sindicos superius nominatos nominibus quibus supra, quod aliqua dictarum parcium non possit nec debeat de guerra de qua alteram partem iuvabit seu iuvare tenetur secundum formam prescriptam

facere treuguam nec pacem nec conventionem aliquam nec guerram recreutam, absque consensu et voluntate expressa alterius partis. Nomina autem cohadiutorum Amicorum et juratorum communis et hominum Civitatis Astensis et Carij sunt hec.

Dominus Episcopus Astensis, cum tota terra sua.
Commune et districtus Albe cum tota terra sua.
Dominus Episcopus Albensis cum tota terra sua.
Commune et homines Claraschi cum tota terra sua.
Commune et homines Montisregalis cum tota terra sua.
Commune et homines Cunei cum tota terra sua.
Commune et homines Savilliani cum tota terra sua.
Commune et homines Foxani cum tota terra sua.

Omnes cives astenses et vasalli civitatis astensis exceptis Marchionibus Montisferati et Saluciarum.

Item omnes vasalli et habitatores et burgienses Carij.

Item Actum est et conventum expresse inter predictos nominibus quibus supra, Quod prenominati procuratores dicti domini Thome, teneantur et debeant curare et facere bona fide et cum effectu, quod dictus dominus Thomas ratificabit et aprobabit expresse et solemniter predicta omnia et singula et hoc hinc ad tres edomadas proxime venturas, Et quod inde fiat instrumentum publicum dandum et tradendum infra predictum terminum dictis communibus ast et Carij, vel potestatis seu Rectoris eorum, Et versa vice dicti Sindici et Communia Ast et Carij, similiter teneantur et debeant curare et facere bona fide et cum effectu quod predicti coadiutores et jurati dictorum communium Ast et Carij, videlicet Episcopi et communia superius denotata et Nominati simili modo ratificabunt et approbabunt, expresse et solemniter predicta omnia et singula, hinc ad predictum terminum, et inde fient publica instrumenta danda et tradenda hinc ad predictum terminum predictis procuratoribus vel alteri eorum, ita tamen quod si contingerit aliquem vel aliquos ex predictis comunibus, Cohadiutoribus et juratis dictorum communium Ast et Carij, vel alterius eorum nollet ratificare et approbare ut supra, quod ipsi Episcopi et communia qui ratificare voluerint ut supra intra predictum terminum, non inteligantur esse in predicta confederatione societate et jura. Item promiserunt et convenerunt predicti procuratores predicti domini Thome se facturos et curaturos bona fide et cum effectu, Quod dictus dominus Thomas veniet personaliter infra quindecim dies post festum sancti Michaelis proxime venturum ad partes citra Montes Et quod ipse ratificabit et approbabit omnia et singula supradicta, et tactis sacro sanctis evangelijs, observare jurabit, et quod faciet approbare jurare et jurare omnia et singula supradicta, in omnibus et per omnia secundum quod superius scripta sunt, Castellanos, potestates, Consules Vicarios vel Sindicos locorum et hominum suorum, et Comitatus Sabaudie citra montes infra terminum supradictum. Et versa vice prefati Sindici dictorum communium ast et Carij, nomine ipsorum communium et cuiuslibet eorum promiserunt et convenerunt prenominatis procuratoribus dicti domini Thome recipientibus et stipulantibus, quod potestas et Rectores et Credendarij utriusque dictorum communium Ast et Carij, et potestas, et Consules dictorum locorum, et coadiutores et juratores suos simili modo approbabunt et ratificabunt et etiam jurabunt attendere et observare omnia et singula supradicta, infra octo dies

postquam inde fuerint requisiti a dicto domino Thoma vel eius nuncio. Item hoc actum est et conventum ut supra expresse inter predictos nominibus quibus supra, quod dictus dominus Thomas et universitas et loca et homines terre sue, et terre dicti Comitis Sabaudie que est citra Montes, non teneantur dare auxilium vel succursum predictis coadiutoribus et juratis dictorum communium Ast et Carij, nisi super hoc requisiti fuerint dicti dominus Thomas vel vicarius suus, vel Castellanus et officialles sui, vel Castellanus, Comitis sabaudie qui est citra Montes, a dictis communibus ast et Carij. Eodem modo predicta communia ast et Carij et districtus ipsorum communium et coadiutores et jurati et amici et vasalli, et habitatores ipsorum communium vel alterius eorum non teneantur nec debeant prestare auxilium vel succursum locis et hominibus predicti domini Thome et Comitatus Sabaudie citra montes, nec amicis vel juratis ipsius, Nisi predicta communia vel alterum ipsorum primitus fuerint requisita a dicto domino Thoma vel ab eius vicario seu Castellanis ipsius, seu a dicto domino Castellano dicti domini Comitis, qui est citra montes. Item hoc actum est et conventum inter predictos ut supra quod heredes dicti domini Thome sint et esse inteligantur in predicta confederatione societate et jura hinc ad predictum terminum decem annorum, eodem modo quo dictum est superius de predicto domino Thoma. Quibus vero ita peractis, prenominati procuratores et prenominati sindici nominibus quibus supra juraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia tactis scripturis et in animas predictorum, prout superius specificatum est attendere et observare cum effectu, et attendi et observari facere omnia et singula suprascripta in omni Capitulo suprascripto, Et precepta sunt fieri tria publica instrumenta, unum pro communi Astensi factum per me notarium, aliud pro dicto domino Thoma factum per Matheum piperarium notarium, aliud pro communi Carij factum per henricum scutinum notarium. Actum fuit hoc in pratis bulgarij. Interfuerunt testes dominus Roffinus de bargis, Ulricus de rivalta, dominus Ugonus bertramus, dominus Andreas garretus, dominus Gualla magnanus, Ubertus alionus, dominus Millonus de pasquario, dominus Alinerius Rascherius et Facius de corneto.

Et Ego Francischus de benengo notarius predictis omnibus interfui et sic scripsi.

XLIX. De Insula.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 19).

Villa Insule est de locis novis comunis astensis et homines dicte ville sunt Cives astenses et etiam est feudum comunis Astensis ut patet sub titulo et rubrica Maxij.

272. *De absolutione fidelitatis Manfredi, Aycardi et Ardizonis fratrum facta per Episcopum astensem.* 1198. 9 Junij.

Anno domini Millesimo centesimo Nonagesimo octavo indictione prima, die lune Nono intrante iunio presentia subscriptorum testium, dominus Bonefacius Astensis episcopus absolvit Manfredum de Insula, Aycardum et Ardicionem fratres eius ab hominio et fidelitate de quo et de qua sibi tenebantur, Et precepit eis quatenus communi astensi facerent hominium et fidelitatem sicut ipsi Episcopo tenebantur sic decetero comuni astensium tenerentur. Quapropter dominus Albertus de Fontana

potestas Astensium investivit iamdictos Aycardum, Manfredum et Ardicionem fratres eius a parte communis Astensis, de eorum recto feudo, ut sicut illud feudum tenebant pro astensi episcopo sic deinceps illud teneant pro communi astensi. Et ibidem iamdictus Manfredus de Insula, ponens manus suas inter manus domini Alberti de fon tana potestatis astensis vice communis astensis fecit eidem astensi potestati hominium ad partem et nomine tocius communis astensis. Et insuper ipse Manfredus Aycardus et ardicio fratres eius fecerunt fidelitatem iamdicto Alberto de fontana potestati astensi nomine communis astensis sicut vasallus facit domino suo. Actum aste in ecclesia sancti Johanis de domate in publica Credentia per campanam simul posita. Interfuerunt testes Ubertus iudex, Jacobus bovetus notarius, Jacobus Thomas, Jacobus palius, dominus Ruffinus de gorgiano, Guido de Castro aynaldo, Jacobus Barexanus, Jacobus vicedominus, et plures alij.

Et Thomas notarius cartam scripsit.

273. *De citaniatico Manfredi, Aycardi et Ardizonis de Insula.* 1202. 5 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo secondo, indictione quinta Die lune quinto intrantis Augusti, dominus Guido de pirovano potestas Astensis consilio Credencie per campanam congregate ut confessus fuit, fecit donum a parte comunis de aste in manibus Manfredi Aycardi et Ardicionis de Insula, quatinus ipsi cum eorum heredibus et cum omnibus rebus eorum habitis et habendis, a modo sint cives et abitatores urbis astensis inperpetuum faciendo exercitus itinera Cavalcatas guardias et alios mores ceteras que consuetudines urbis astensis inperpetuum, salvo eo quod usque ad decem annos sicut ordinatum est, fodrum non tribuant, sed a decem annis in antea dent fodrum in aste, sicut ceteri cives astenses secundum hoc quod extimati fuerint ab extimatoribus communis, pro quibus omnibus attendendis, ipse Manfredus Aycardus et Ardicio ipsi potestati nomine communis astensis, omnes eorum res pignori obligaverunt, et juraverunt supra dei evangelia decetero cum uxoribus et liberis et cum eorum familia statum et habitaculum in aste facere, et omnia predicta attendere et observare inperpetuum. Actum urbe Aste in solario Jacobi de stoyerda. Testes, Ubertus laiolius, Jacobus palius, Enricus soldanus, Anselmus de Curia, Jacobus roat, Ruffinus de ripa, Petrus de aracio, Guielmus rotarius, Manfredus de sancto sisto, Jacobus vola, Jacobus de sibona.

Et Jacobus boviculus notarius scripsit.

274. *De procura domini Petri rebechi canonici sancti Secondi astensis de possessione data per Episcopum astensem comuni astensi de Castro et villa Insule.* 1221. 29 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo Indictione Nona, die jovis III° exeuntis jullij, presentia subscriptorum testium, dominus Jacobus astensis episcopus, nomine Astensis ecclesie et episcopatus, constituit dominum Petrum rebeccum canonicum ecclesie sancti Secondi de aste ellectum prepositum, suum certum nuncium et procuratorem, ad mittendum Petrum Upiam nuncium et servitorem communis astensis in possessionem vel quasi possessionem nomine communis de aste tocius Castri et ville Insulle et pertinencium eorumdem, Et in possessionem vel quasi possessionem

Serre longe et Comitatus pro feudo et occaxione feudi quod predictus episcopus nomine episcopatus et astensis ecclesie dedit et concessit domino Guidoni de landriano potestati astensi nomine comunis de aste, ut in carta inde facta continetur. Actum aste in ecclesia sancti Aniani de castello. Interfuerunt testes magister Petrus beccarius, Guido de ferrarijs, Magister Enricus canonicus ecclesie sancti Aniani, Surleonus de malisco, Robaldus de pisenzana, Ubertetus porcellus et plures alij. Item eodem die, in castro Serrelonge, presentia testium, quorum nomina sunt, Raymondus parum sanguinis, Obertus scarella, Obertus repastus, guibertus de sulberico, Jacobus rostafumus, Anselmus de sala, Buninus truccus, Petrus cauda, Raynerius de pascario et amelius baro, Supranominatus dominus Petrus rebeccus, nomine iamdicti domini astensis episcopi et Episcopatus, et astensis ecclesie, tradidit possessionem vel quasi possessionem, per quamdam glebam terre supranominato Petro Upie nomine communis astensis, et ipsum posuit in possessionem de quarta parte Serre longe et Comitatus, pro feudo et occaxione feudi, quod prenominatus astensis Episcopus nomine astensis ecclesie et episcopatus, dedit et concessit prenominato domino Guidoni de landriano potestati astensi nomine communis de aste ut in carta inde facta continetur. Item eodem die in castro insulle, supranominatus dominus Petrus rebeccus nomine astensis Episcopi et episcopatus et ecclesie astensis, tradidit possessionem vel quasi possessionem per glebam unam terre iamdicto Petro upie nomine communis de Aste, et ipsum posuit in possessionem de toto Castro Insule et ville et pertinentium eorumdem pro feudo et occaxione feudi quod sepedictus dominus astensis episcopus nomine astensis ecclesie et episcopatus dedit et concessit predicto potestati nomine communis astensis, ut in carta inde facta continetur. Interfuerunt ibi Testes, dominus Anselmus sacerdos ecclesie sancti Stefani de antegnano, dominus astexianus sacerdos ecclesie sancte Marie de molegnano, Jacobus de bozolasco, Ricardus gavonus, Rollandus musca, Ogerius de sancto Stefano, Obertus vetullus, Gandulfus alexius, Mussus filius Robaldi rastelli, Jacobus de bragida.

Et Ruffinus aranchaboscus notarius omnibus interfuit predictis et scripsit.

275. *De quadam Requisitione facta a domino Jacobo astensi Episcopo per commune astense prout inferius continetur.* 1219. 26 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo nono decimo, indictione VII.ª die Mercurij XVII.º kalendas Septembris, coram testibus infrascriptis, dominus Resonatus zacius potestas astensis et Petrus beccarius civis astensis precepto ipsius potestatis ambo nomine et vice communis Astensis et in publica astensi Credentia per campanam congregata requisiverunt a domino Jacobo astensi episcopo ut commune astense investiret de suo feudo sicut olim predecessores suos investitum fuit, Et ipse dominus resonatus pro communi pro iamdicto feudo obtulit se paratum ipsi episcopo facere fidelitatem. Actum aste in domo communis. Testes, Petrus durnasius et Bozzus gardinus.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

276. *De certis pactis et conventis factis per certos homines infrascriptorum locorum cum comune Astensi, prout infra continetur.* 1198. 18 Januarij.

In nomine sancte et Individue trinitatis. Pactum tale et conventum fecerunt, Anselmus piria de monteleucio, Anfossus camolatus de mezadio, henricus musca et astexianus moranius nomine suo et nomine omnium hominum de monteleucio et de mezadio et de viglano de Insula de Caprayrolio, et omnium hominum aliorum locorum qui secum in hoc pacto et convento se se asociabunt consilio potestatis astensis vel consulum per tempora existentium, cum domino Alberto de fontana potestate astensi ad partem et nomine communis astensis perpetualiter ab utraque parte observandum, Videlicet quod omnes homines predictorum locorum silicet Montisleucij Mezadij Viglani Insule et Caprayroli et aliorum locorum qui se se cum eis ut supra legitur associabunt a presenti die in antea debent esse cives astenses a modo dando fodrum quandocumque astensis civitas ad fodrum devenerit secundum quod extimati fuerint ab extimatoribus positis in predictis et alijs locis ut supra legitur, consilio potestatis astensis vel consulum per tempora existentium sicut ceteri cives astenses, Et decetero faciendo exercitus, expeditiones fossata et universas consuetudines urbis astensis, in milicijs et in omnibus et alijs rebus sicut alij cives astenses, Et dando communi astensi pro censu annuatim quoque villa predictorum locorum et aliorum qui se cum eis associabunt in hoc pacto et convento Consilio potestatis Astensis vel Consulum per tempora existentium, de uno quoque iugo denarios XII et de uno quoque manuali denarios IIII^or^ astensis monete, Eo excepto quod eo anno quo fodrum persolverint et de predicto censu denariorum XII et denariorum IIII^or^ non teneatur. Item homines predictorum locorum et aliorum qui secum in hoc pacto et convento se asociabunt consilio potestatis astensis vel Consulum per tempora existentium, omni anno debent habere et tenere illum consulatum et illum potestatem, quos potestas astensis vel consules per tempora existentes in uno quoque predictorum locorum et aliorum locorum qui ut supra legitur secum associabunt pro communi astensi ibi posuerint, ita tamen quod ille potestas aut consulatus inter homines illius loci in quo constituti fuerint rationes et justicias facere debeant, et si quis alicuius predictorum locorum vel aliorum ut supra legitur ante potestatem vel consules sui loci justiciam facere noluerint, teneantur venire ante potestatem vel Consules astenses facturus et recepturus justiciam, Et si quis civis astensis vel de virtute astensi de aliquo homine predictorum locorum vel aliorum qui ut supra secum asociabunt querimoniam fecerit, teneatur tunc inde facere rationem ante potestatem astensem vel consules per tempora existentes. Item homines predictorum locorum et aliorum qui se se asociabunt ut supra legitur, in hoc pacto et convento, deinceps debent facere pacem et guerram omnibus hominibus quibus homines de aste pacem et guerram facerent secundum hoc quod eis a potestate astensi vel consulibus preceptum et ordinatum fuerit et inpositum, et salvare et custodire adiuvare et defendere homines de aste per commune et per divisum ubique contra omnes homines, in rebus et personis, Et si contingeret quod homines predictorum et aliorum locorum in aliquo vel in aliquibus locis consilio astensis potestatis, vel consulum per tempora existentium se se recoligere et simul ponere voluerint, et se se recoligerint et simul posuerint, omnia predicta ut supra

legitur insolidum attendere et observare debent bona fide et sine fraude, Et si aliquis predictorum et aliorum locorum in aste cum uxore et familia sua habitare venerit, de predicto censu denariorum XII et denariorum IIII° non teneatur dum in aste steterit. Quod pactum et conventum ut superius legitur insolidum predicti Anfossus Anselmus Henricus, Astexianus nomine suo et nomine omnium de monteleucio de mezadio, de Insula de viglano, de Capraroylio et aliorum locorum omnium qui se se in hoc pacto et convento consilio astensis potestatis vel consulum per tempora existentium secum asociabunt, promiserunt predicto Alberto de fontana potestati astensi ad partem communis astensis stipulanti, et juraverunt supra dei evangelia tenere firmum, et illud omni tempore attendere et observare si deus eos adiuvet, et illa sancta dei evangelia adinvicem vero dominus Albertus de fontana potestas astensis consilio Credentie per campanam cohadunate, nomine communis astensis promisit iamdictis Anselmo, Anfusso Enrico et Astexiano nomine suo et nomine omnium hominum predictorum et aliorum locorum qui se in hoc pacto et convento consilio potestatis astensis vel consulum per tempora existentium, cum eis asociabunt stipulantibus, et juravit supra dei evangelia, salvare custodire adiuvare et defendere omnes homines predictorum et aliorum locorum ut superius legitur in rebus et personis tamquam alios cives astenses illos silicet qui juraverunt predictum pactum et conventum tenere firmum, et illos qui decetero facient sacramentum fidelitatis quod fecerunt homines de mezadio communi astensi bona fide et sine fraude, et quod faciet jurare potestatem vel consules post eum intrantes illud idem attendere et observare, et quod ipsi facient jurare alium potestatem vel Consules post illos intrantes idem similiter attendere et observare, et sic de anno in annum, ita quod hec ut supra legitur omni tempore attendantur, et observentur, Preterea Credendarij quorum nomina sunt henricus soldanus, Ruffinus de ripa, Jacobus de vivario, Petrus turtellus, Jacobus de roata, Nicolaus gardinus, Rollandus bergogninus, Mamfredus de platea, Obertus de vivario, Salls̄. de turre, Baiamondus careocius, Jacobus thomas, Rodulfus durnasus, Jacobus palius, Guillelmus gardinus, Petrus cicia, Arnaldus de platea, Guillelmus rō., Magister petrus beccarius, Ubertus de plathea, Vivianus de fonte, Jacobus bovetus, Anselmus de curia, Roba, Raymondus alferius, Otto albricus, Surleo de Janua, Sicardus brandulus, Raymondus laiolius, Bayalardus berardensis, Obertus occulus bovinus, Jacobus de stoarda, Otto rotarius, Grafagnus ottinus, Guillelmus laurentius, Albertus de porta, Jacobus curialis, Guidacius faber, Henricus de valeriano, Otto vola, et otto grassus, juraverunt omnes supra dei evangelia predictum pactum et conventum tenere firmum, et dare forciam et virtutem et consilium predicto potestati, et potestatibus et Consulibus astensibus per tempora existentibus, ut predictum pactum et conventum, et predicta omnia ut supra legitur ab eis omni tempore attendantur et observentur. Actum est hoc in urbe astensi in domo communis. Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo indictione prima die dominico decimoquinto kalendas februarij. Interfuerunt testes, dominus Girardus de ardicione iudex domini Alberti de fontana potestatis astensis, Baiamondus de plathea, Johanes asinarius, Jacobus boviculus notarius, Otto Cappa et Otto monacus clavarij communis astensis.

Ego Thomas notarius palatinus Rogatus interfui et sic scripsi.

Denuo de Cario.

277. *De certis instrumentis Restitutis et datis in accomando per comune Astense Ambaxiatoribus Carij prout infra continetur.* 1221. 20 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione nona, die jovis terciodecimo kallendas junij, dominus Jacobus de populo judex et nunc vicarius domini Guidonis de landriano potestatis astensis, nomine communis astensis voluntate Credencie per campanam congregate ut confessus fuit acomendavit domino Ottoni de Jerbis, et Petro de tondonico ambaxiatoribus communis de cario nomine illius communis duo instrumenta facta per Jacobum boviculum notarium in anno domini MCC indictione tercia, videlicet unum ex ipsis die jovis decimo intrantis februarij, Et aliud die veneris XI intrantis februarij de pace et concordia statuto et ordinamento quam et quod potestas astensis et potestas vercellarum nomine communis earumdem civitatum statuerunt et fecerunt inter dominum Episcopum taurinensem et comune Taurini et comune carij, et comune Testone, que duo instrumenta predictus Otto et Petrus ambaxatores Carij, nomine illius communis sana et integra rendere promiserunt eidem Jacobo judici nomine communis de aste usque ad festum proximum sancti Martini, et lapso termino, similiter si ea non reddiderint eadem reddere promiserunt eidem Jacobo judici nomine communis de aste usque ad illum terminum vel terminos quem vel quos dictos Judex vel potestas seu Consules per tempora existentes darent. Interfuerunt testes, Jacobus de valfenaria, Tomas de curia, Barachinus notarius, Mussus boviculus. Actum hoc aste in domo Raynerij calcanei. Item eodem anno in domo predicta, die lune nono kalendas iunij, dominus Jacobus de populo iudex predicti domini Guidonis de landriano potestatis astensis nomine communis acomendavit domino Pagano de buzolo judici domini Jacobi rane potestatis Carij, et domino Guidoni de cerbis et Ugoni de medico, ambaxiatoribus Carij, nomine communis de Cario, Cartam unam divisam per alfabetum quam fecit Guielmus Vercellensis notarius, in anno dominice incarnacionis, Millesimo centesimo nonagesimo nono indictione tercia, die dominica que fuit decimo die mensis octubris, quam cartam predictus dominus Paganus judex, Guido de cerbis et ugo de medico ambaxiatores Carij, nomine illius comunis reddere promiserunt supradicto domino Jacobo de populo judici nomine communis astensis. Eodem modo et eodem termino sicut Otto de Jerbis et Petrus de tondonito supradicti, Alia duo instrumenta reddere promiserunt, in qua carta acomendationis continetur, quod dominus Ambroxius judex et vicarius potestatis Taurinensis vice et nomine illius potestatis et vice et nomine illius communis illius civitatis et nominatim de facto Episcopi Taurinensis eidem ambroxio consentientibus et laudantibus et confirmantibus infrascriptis hominibus Taurinensibus qui erant in illo consilio, Et qui omnes juraverunt sicut et ipse juravit per sancta dei evangelia attendere et observare omnia precepta et Mandata que dominus Girardus ginorius judex, et dominus henricus soldanus de civitate ast vice et nomine potestatis illius civitatis et illius communis, Et que dominus Bonusiohanes maginus, et dominus Girardus de carixio vice et nomine vercellensis potestatis et communis illius civitatis facient in personis et rebus de omnibus discordijs guerris et controversijs, quas Episcopus

Taurinensis et Commune Taurinense et eorum adiutores habent cum commune Carij et Testone et eorum adiutoribus etc. sicut in eadem carta continetur. Interfuerunt testes magister Petrus beccarius, Ardicio de quarto, Jacobus de Jaffa.

Et ego Ruffinus arancaboscus notarius hanc cartam scripsi.

278. *De quadam promissione facta comuni Astensi per Comune Carij de conservando commune ast indemnem etc. prout inferius continetur.* 1199. 14 Octobris.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo nono indictione secunda, Die jovis XIIII.° intrante mense Octubris, in palatio Canonice de cario, in pleno consilio, dominus Guielmus amiconus cariensis potestas, presentibus et consencientibus infrascriptis hominibus de credencia Carij et alijs quampluribus, convenit atque per stipulationem promisit nomine communis Carij obligando bona eiusdem communis, Girardo de carisio, et Bono Johani manzino de vercellis, Ab henrico soldano et a Girardo genorio judice et vice et nomine communis astensis et potestatis illius Civitatis, super hoc negocio relictis trahere ab omni damno cômune de Ast de manulevatione Captivorum de Cario, qui in civitate Taurini capti fuerunt pro alimentis vel guardijs, vel pro reversione carceris vel alio quolibet modo. Interfuerunt testes rogati, Guielmus notarius de vercellis, Guielmus de Judeo, Henricus maurus, Petrus de ecclesia, Philibertus, Jacobus baudet.

Et ego Henricus notarius palatinus hanc cartam scripsi.

279. *De quodam iuramento facto per infrascriptos homines de cario prout infra continetur.* 1199. 13 Octobris.

Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo nono indictione secunda, die mercuri XIII intrante mense Octubris, in presentia infrascriptorum testium, dominus Rogerius qui dicitur de Castegnianega judex et vicarius domini Guielmi amiconi Cariensis potestatis ipso domino Guielmo presente et consenciente, juravit supra sancta dei evangelia, presentibus, et consencientibus infrascriptis hominibus Carij, qui illud idem sacramentum juraverunt attendere et observare omnia mandata et precepta que dominus Girardus ginorius judex, et dominus Enricus soldanus vice et nomine astensis potestatis et illius civitatis communis, et que dominus Bonus iohanes manzinus et dominus Girardus de carisio vice et nomine vercelensis potestatis et communis illius civitatis facient in rebus et personis, de omnibus discordijs et Guerrijs et controversijs, quas comune Carij et eius adiutores habent cum Taurinensi episcopo et cum commune Taurinensi et eius adiutoribus, salvis omnibus addicamentis, que predicti potestates, vel prenominati Girardus et Henricus, et Bonus Johanes, et Girardus vel alij Nuncij a predictis potestate delegati ei fecerunt. Nomina illorum qui juraverunt sunt hec, Otto de arenis Otto de carmagnola, Boso de arenis, Anselmus gilij, Nicolaus de marcadilio, Rollandus de ast, Guielmus de marcadilio, Guido de Jerbo, Obertus de beccarijs, Guido de moleto, Johanes merlus, Jacobus primus, Goslinus ric, Alinerius de turri Johanes de paxano, Simeon balbus, Petrus caradolius, Jacobus zama, Guielmus buironus, Guielmus pulolius, Murruellus, Ogerius de monte, Raymondus bricius, Jacobus rasorius, Rascherius, Michael pinzonus, Guignola, Ubertus de cantore, Henricus babuca, Guielmus balbus, Petrus vacca, Girardus balbus, Guielmus de frixia, Petrus de tondonico, Otto de

albucano, Bencius primus, Guillelmus baruteleriüs, Jacobus merlus, Ubertus de rois, Girbaldus bronchus, Guielmus pololius, Bonus iohannes balbus, Guillelmus de barono, Segnorinus balbus, Ulricus tana, Ubertus de ponte, Guidotus centor, Simeon barella bacullum, Abbas de castello, Otto de prodom, Thebaldus de tondonico, Ardicio pololius, Obertus centallus, Guielmus surdus, Bonus Johanes tonsus, Ubertus magnus, Petrus de rois, Jacobus vigonus, Jacobus selvagnus, Petrus iullianus, Petrus de mongeneno, Peravina, Gillius babuca, Henricus varcinus, Ubertus quatuordecim, Otto tonsus, Jacobus rovetus, Ulriet pololius, Goslinus de frexia, Jacobus de albuciano, Henricus notarius. Actum est in palacio canonice de Cario in pleno consilio. Postea vero die sequenti in eodem palacio, presentibus predictis Bono iohane mancino et Girardo de carisio et Guielmo notario, Perboverius merlus, Bosso de castello, Pergirbaldus, Otto dodel, Guido de simone, Obertus canalus, Ubertus de bencia, Manfredus de Jerbo, illud sacramentum fecerunt quemadmodum prenominati. Interfuerunt testes, dominus guido de polzascho, Guielmus platus de testona, Guielmus scriptor de vercellis, Petrus de rabellio de testona, Et inde due carte uno tenore scripte sunt.

Et Ego Henricus Notarius hanc cartam scripsi.

280. *De quodam juramento facto per infrascriptos olim captivos prout inferius continetur.* 1199. 16 Octobris.

Anno dominice incarnationis Millesimo centesimo nonagesimo nono indictione tercia, Die Sabati qui fuit sextodecimo die mensis octubris, presentia illorum hominum nomina, quorum hic inferius invenientur, Bonus iohanes primus, Paganus de Monfalcono, Bonus iohanes de benza et Baiamontus zama, omnes de loco carij, Nec non Philipus panzonus, Cumbertus mulinerius, Ubertinus de castello, Guiotus de goiando, et Ardicio niger, omnes de testona, qui omnes homines isti de cario et Testona erant in vinculis in civitate Taurini et qui omnes juraverunt per sancta dei evangelii stare omnibus mandatis et preceptis que dominus Henricus soldanus et dominus girardus ginorius judex de Civitate Astensi vice et nomine potestatis illius civitatis, et que dominus Bonus iohanes manginus, et dominus Girardus de carisio vice et nomine potestatis Vercelensis et communis illius civitatis insimul in concordia, vel alij nuncij a predictis potestatibus astensibus et vercelensibus ad hoc constituti in rebus et personis, et in omnibus et per omnia eis fecerint. Insuper juraverunt specialiter attendere et observare omnia mandata et precepta, que illi qui sunt ellecti ad cognoscendum de guardijs et alimentis et securitatibus et solutionibus et terminis consequendis eis fecerint preterea, Bonus iohanes et Girardus de carisio vice et nomine potestatis vercellarum et communis illius civitatis dederunt ipsi domino Henrico et Girardo vice et nomine Astensis potestatis et communis illius civitatis, omnes illos Captivos de Cario et Testona, qui juraverunt ut supra insimul cum Johane de truffarello, et Manfredo de truffarello et Martino de testona, et Johane de baldisco, qui non juraverunt quia non multum divites erant in eorum forcia, et potestate, et ipsi dominus Enricus et dominus Girardus vice et nomine Astensis potestatis et communis illius civitatis in eorum forcia et potestate, et pro manulevatione, omnes illos captivos tam illos qui non juraverunt, quam illos qui juraverunt, et quos omnes captivos a parte potestatis Astensis et communis illius civitatis,

promiserunt dare et consignare potestati Vercellarum, et communi illius civitatis, vel eorum nuncijs, videlicet omnes illos captivos qui supra memorati sunt, si pax inter Taurinenses et episcopum Taurini, et adiutores communis illius civitatis ex una parte, et ex alia Carienses et Testonenses et eorum adiutores executioni non traderetur. Preterea predicti dominus Bonus iohanes et Girardus de carisio, vice et nomine potestatis Vercellarum et communis illius civitatis, confessi et contenti fuerunt se recepisse ab istis domino Henrico et Girardo vice et nomine potestatis Astensis et communis illius civitatis, in eorum forcia et potestate, Petrum gibuinum, Johanem de novol. dent, Petrum fumeriam, Aldebertum, Martinum de peregnano, Martinotum de gaxano, dominium et filium, Girardum galicianum omnes de taurino, et qui erant in vinculis apud locum carij, et quos omnes captivos, vice et nomine potestatis vercellarum et communis illius civitatis, promiserunt dare et consignare ipsis henrico et Girardo vice et nomine potestatis Astensis et comunis illius civitatis, si predicta pax executioni non mandaretur. Actum in ecclesia sancti dalmacij de Taurino, unde plures carte uno tenore scripte sunt, presentibus testibus Manfredo camice de Vercellis et Gualione Gibuino et Borgesio de taurino.

Et ego Guielmus Vercelensis notarius hanc cartam scripsi.

281. *De quadam cessione facta per commune Carij communibus vercellarum et ast de omnibus juribus que commune Carij habebat versus captivos Taurini.* 1199. 14 Octobris.

Anno dominice incarnationis Millesimo centesimo Nonagesimo nono indictione tercia XIIII° die mensis octubris presentibus infrascriptis testibus dominus Guielmus amiconus Cariensis potestas in pleno consilio ad campanam pulsato ipsi domino Guielmo consencientibus et laudantibus hominibus qui erant in dicto Consilio, a parte et nomine communis Carij, fecit cessionem et datum in manibus Boni iohanis mangini, et Girardi de Carixio de civitate Vercellarum vice et nomiue potestatis vercellarum et communis illius civitatis, et vice et nomine domini Girardi genorij judicis de civitate astensi, et Anrici soldani a parte et nomine potestatis astensis et communis illius civitatis Nominative de omni jure et actione reali et personali quod et quam Comune Carij habebat vel aliquo modo ei pertinebat versus Captivos Taurini omnes quos predictum comune Carij habet in vinculis, et ipsos Bonum Johanem et Girardum vice et nomine potestatis Vercellarum et communis illius civitatis et vice et nomine predictorum Girardi et Henrici nomine potestatis astensis et communis illius civitatis, ille dominus Guielmus a parte et nomine communis Carij, in suum locum posuit, ita quod omnes illi captivi in eorum potestate et forcia debeant esse et permanere, et quod de ipsis captivis amodo in antea faciant quicquid voluerint, sine tamen contradictione communis Carij, vel alicuius illius loci persone. Actum in palacio canonice beate marie de cario unde plures carte uno tenore scripte sunt, presentibus testibus, domino Ardicione preposito, et Roglerio judice illius potestatis, et Guielmo et henrico notarijs.

Et ego Guielmus Vercellensis notarius hanc cartam scripsi.

282. *De conventionibus, promissionibus et juramentis factis per comitem Ubertum de blandrato versus comunia Ast et Carij.* s. a.

In nomine domini, Ego comes ubertus brandati juro supra sancta dei evangelia tenere pacem astensibus et cariensibus et eorum hominibus adiutoribus finem et refutationem omnium malefactorum ab eis adversus me aut in rebus meis comissorum, nec per me nec per aliam personam inde alicubi faciam querimoniam, de qua proficuum consequar vel damnum ipsi consequentur et Captos solvam. Item juro quod non capiam pedagium nec vidam per me vel per alium nec curayam ab aliquo astensi a civitate astensi usque Taurinum, et bona fide custodiam et salvabo eos de grano porcili faciam eis rationem ante judicem bona fide a me et ab eis ellectum usque ad diem pasce prius venientem vel ante, De stoerda faciam eis rationem ante astensem episcopum usque ad predictum terminum aut ante aliquem judicem si magis placuerit astensibus et de hac re non faciam querimoniam alicubi qui michi prosit aut eis noceat. Castellanum porcili Rubum vel alium quandocumque fuerit ibi faciam jurare ut custodiat et salvet astenses in sua potestate, et quod non accipiet ab eis pedagium aut curayam aut vidam aliquo tempore. Versa enim vice astenses jurant predicto Comiti tenere pacem et finem et refutationem de omnibus maleficijs, et Capti debent esse absoluti, Et Carienses similiter jurant. Preterea ego Ubertus Comes non capiam in Cario nec in curia carij, nisi de quinque placitis de pedagio et de curaya, et de sextarijs, de banno placitorum non capiam plus sexaginta solidorum et de hijs debeo habere medietatem. Carium cum curia sua dabit Comiti pro fodro imperatoris libras cx, et ideo debeo eos et eorum res custodire et defendere ab imperatore et a marchione Montisferati nomine et ab omnibus alijs hominibus et hoc sine omni tenore, Et si aliquis investigaret malum cariensibus forte non habeo consentire et si discordia aliqua inter eos apparuerit bona fide, debeo eos ad concordiam adducere, et si non potero debeo esse equalis statera sicut bonus dominus, Terrarum enim quas habent in valle masij, quisque sit in propria possessione sicut tenebat ante guerram per unum annum, et si inde discordia appareret aut querimonia debet sedari arbitrio Guielmi et ardicionis de ruviliasco, et si nequirent tunc demum justicia sit inter eos. Item ego Comes ubertus, facio pacem et finem perfectam de castro Carij, Nec a modo faciam Castrum in Cario, nec ibi habebo nec in eius posse, et ideo Carienses dabunt michi quod precipiet Guielmus de ruviliasco, et utraque pars dabit ei illas securitates et pignora que eis pecierit. A die autem qua hec pax erit jurata et confirmata inter me et astenses et carienses, Villielmus de riviliasco precipiet hominibus Carij ut michi faciant fidelitatem de castro et de curia Carij, usque dies xl et ubique debent salvare et custodire personam comitis, excepto quod prius debent comuniter ad episcopum mittere ut eam fidelitatem defendat si vult, et si deffendere noluerit aut per rationem non poterit, Tamen eam facere oportebit sed si per aliquod tempus Ego Comes ab episcopo per rationem de predicta fidelitate emutus fuero, Carienses non debent inde teneri, et domini Montisfalconis et Testonenses et Comes quisque sit in sua tenuta et si inde querimonia emerserit sub domino Valfredo sit, De monte gennone si habent pacem firmam, firma sit sin autem sub Guielmo et

Rubo et Vidone grasso sit. Testes Petrus multura, Monacus frater eius, Goslinus castellionis, lanbertus de blandrato, Ogerius arene et plures alij.

Et ego Guido hanc cartam scripsi.

283. *De certis pactis et conventis factis inter comune ast et comune Carij prout infra continetur.* 1194. 31 Julij.

Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione XII^a^ Die dominico secundo kalendas Augusti. Quia Astenses et Carienses juraverant eorum concordiam firmam tenere, sicut in cartis inde factis, per manum Guidonis notarij continetur quoniam in illis cartis continebatur, quod astenses et carienses tenentur observare et attendere omne illud melioramentum, de quo utrique concordes fuerint per se et per successores eorum, Confessus fuit dominus Jacobus strictus potestas astensis, Quod ipse cum consilio credencie una cum domino Jacobo rohat Cariensium potestate, inter conventa astensium et Cariensium ideo tale melioramentum fecerant, videlicet ut astenses decetero non dent in cario pedagium, Et ut ipsi astenses emant in cario a cariensibus et a straneis sicut Carienses faciunt, et carienses pari modo decetero non dent in aste pedagium, Et ut ipsi Carienses emant in aste a civibus et a straneis sicut astenses faciunt. Item quod astenses de aliqua guerra quam cum comuni consensu et consilio cariensium acceperint, nec de alia aliqua guerra in qua fortuitu inciderint, non debent facere pacem nec treuguam nec guerram recreutam absque consilio et voluntate potestatis Cariensium, vel eorum consulum omnium vel maioris partis eorum, et nisi in eorum presentia. Similiter quod Carienses de aliqua guerra quam cum communi consensu et consilio astensium acceperint, nec de aliqua alia guerra in quam fortuitu inciderint, non debent facere pacem nec treuguam nec guerram recreutam, absque consilio et voluntate potestatis astensis vel eorum consulum omnium vel maioris partis eorum et nisi in eorum presentia, Et hoc fecerunt salvo domino Imperatore et Astensi episcopo, pro Astensibus et salvo domino Imperatore et eorum dominis pro Cariensibus. Actum in aste ad domum Calcanei de sancto Sisto. Interfuerunt testes, Calcaneus de sancto sisto, Obertus eius filius, Manfredus maronus et plures alij.

Et ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

L. De Azano.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 20).

Villa azani est de villis veteribus communis astensis et homines dicte ville sunt homines communis astensis solvendo fodrum rusticale omni anno communi astensi semel, Et ut patet etiam sub titulo Maxij.

284. *De possessione data communi Astensi per dominum Episcopum astensem de omnibus juribus que astensis ecclesia habet in azano.* 1221. 27 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione Nona, die dominico quinto kalendas Iullij, dominus Jacobus dei gratia Astensis episcopus nomine astensis ecclesie et episcopatus tradidit possessionem vel quasi possessionem per quoddam lignum, quod fuit ereptum de quadam Sepe, domino Guidoni de landriano potestati

astensi nomine communis de aste et ipsum similiter posuit in possessionem, Nominatim de omnibus rationibus et juribus, que astensis ecclesia et episcopatus habebant vel visa erant habere in loco azanij, Et hoc fecit dictus dominus Episcopus pro feudo et occaxione feudi quod idem dominus episcopus nomine astensis ecclesie et episcopatus dedit et concessit predicto domino Guidoni potestati nomine communis de aste, sicut in Carta inde facta continetur. Actum in loco azani. Interfuerunt testes dominus Brunus archidiaconus astensis ecclesie, dominus Guielmus de bragida prepositus, dominus Petrus de felizano Canonicus, Otto vicedominus, Ubertus porcellus, Ruffinus de ripa, Jacobus rastellus, Robaldus gardinus et plures alij.

Et Ruffinus aranchaboscus notarius scripsit.

LI. De Maxio

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 21).

Castrum et villa Maxij est de locis novis comunis astensis, Et homines dicte ville sunt Cives astenses.

285. *De possessione Castri et terre Maxij data comuni Astensi per dominum Jacobum Episcopum astensem.* 1221. 17 Junij.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus dei gratia sancte Mediolanensis ecclesie archiepiscopus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Ex officio suscepti regiminis constituti debitores eorum contractus licitos et actus legitimos necnon et transactiones rite perfectas confirmare tenemur, auctoritate Mediolanensis ecclesie cui miseratione divina licet indigni presidemus. Hinc est quod Nos cognoscentes concordiam seu transactionem per venerabilem fratrem nostrum Jacobum Taurinensem episcopum Imperialis aule vicarium, et per Guidonem de landriano potestatem astensem legitime celebratam, inter venerabilem fratrem nostrum Jacobum astensem episcopum nomine astensis ecclesie, voluntate et consensu Capituli eiusdem ex una parte, et Comune astense ex altera, ad utilitatem prescripte astensis ecclesie fuisse perfectam super Castro quod dicitur Rocha et loco, Maxij et Azani et Insule, et super quarta parte Comitatus Serrelonge. Auctoritate sancte Mediolanensis ecclesie, Confirmamus laudamus et coroboramus, investituram quoque factam a dicto astensi Episcopo super predictis de voluntate et consensu Capituli memorati, similiter confirmamus laudamus et coroboramus, statuentes ordinantes et decernentes suprascriptam concordiam transactionem et investituram perpetuam obtinere firmitatem sicut in cartis inde confectis continetur. Taliter quod nec predictus episcopus nec aliquis successor ipsius, possit contra predicta venire, vel aliquod predictorum aliquo tempore per se vel per submissam personam, imo dictum Commune, omnia de quibus investituram accepit, perpetuo teneat habeat firmiter que posideat sine contradictione cuiuscumque persone. Nulli ergo Ecclesiastice persone vel seculari contra hanc nostre confirmationis paginam liceat venire, quod qui facere attentaverit indignationem dei omnipotentis et gloriose matris eius virginis Marie, et beatissimi Ambroxij confessoris se noverit incursurum. Ad cuius rei certam inposterum evidentiam presentem paginam in formam publici instrumenti Redigi iussimus, et sigillo nostro fecimus communiri.

Huius rei testes, dominus Amezo de portaromana, Mediolanensis eeclesie ordinarius, magister Rebuffus astensis ecclesie archipresbiter, dominus Petrus prepositus sancti Dalmacij Taurinensis, Ubertus de landriano, Jacobus de sibona, Baialardus et ardicio de quarto astenses. Acta sunt hec apud Angleriam in palacio domini Archiepiscopi feliciter, presente dicto Guidone potestate astensi, Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione nona, die jovis quintodecimo callendas iullij.

Mussus boviculus notarius scripsit.

286. *De quadam compositione sive Concordia domini Jacobi Astensis Episcopi. et comunis Astensis, occasione Maxij.* 1221. 8 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo inditione Nona, quadam die Martis octavo mensis iunij, presentibus infrascriptis testibus, dominus Jacobus dei gratia Taurinensis ecclesie episcopus, Imperialis aule vicarius, et tocius ytalie legatus et dominus Guido de landriano Astensis potestas, fuerunt confessi et dixerunt, quod de compositione sive concordia facienda et ordinanda super discordijs et controversijs, que vertebantur inter dominum Jacobum dei gratia astensis ecclesie episcopum vice et nomine astensis ecclesie, sive ipsam astensem ecclesiam ex una parte, et ex altera ipsum potestatem astensem vice et nomine communis Astensis sive illud commune, sunt in concordia secundum quod in quodam scripto inde facto continetur, Tenor cuius scripti talis est, In nomine domini, hec est forma compositionis sive concordie que deo volente statuenda est inter Ecclesiam Astensem et Episcopum eiusdem nomine ipsius ecclesie ex una parte, et Comune de aste ex alia, Super omnibus discordijs seu controversijs que inter ipsos vertebantur vel verti poterant occasione terrarum vel godiarum earumdem, que omnia dictus episcopus a predicto communi petebat vel petere poterat usque ad hodiernum diem, videlicet. In primis, Comune de aste debet restituere astensi ecclesie, et Episcopo eiusdem, Castrum rupis et villam cum omnibus pertinencijs suis libere et absolute, Et idem Episcopus debet concedere eidem communi in eodem Castro et villa et eius pertinencijs et hominibus eiusdem Castri et ville pacem et guerram, exercitus, itinera, expeditiones et cavalcatas ita tamen, quod potestas astensis seu Rector civitatis eiusdem, vel commune eiusdem civitatis non possit compellere homines Rupis ire ad custodiendas munitiones, villas vel alia loca eiusdem Civitatis. Item quando necesse fuerit Astensibus, Episcopus debet concedere Castrum Rupis ipsis astensibus, ita quod Commune astense possit ipsum munire et munitum tenere dum ei necesse fuerit, et postmodum dictum commune debet restituere ipsum Castrum eidem Episcopo, in eo statu vel in meliori bona fide in quo concessum fuerit, et super huiusmodi restitutione facienda semel vel pluries, Commune astense exhibeat juratoriam cautionem, prout episcopus taurinensis ordinabit. Item Episcopus de aste possit descendere et habitare in predicto Castro etiam eo tempore quo Commune predictum illud habebit munitum, et si ipsi episcopo placuerit facere domum in qua custodes communis de Aste dum ibi fuerint, cum episcopus ibi advenerit possint habitare in ipso Castro, tunc ipsi Custodes debent descendere de palacio episcopi quod est in ipso Castro, et in domo pro eis facta in ipso Castro habitare, dum episcopus ibi fuerit, et postmodum cum episcopus secesserit de castro illo ipsi Custodes debent reddire in palacium episcopi et ibi habitare, et Castrum ipsum

custodire ut dictum est. Si vero Episcopus domum fieri facere noluerit ut dictum est tunc ipsi Custodes dum ibi fuerint debeant habitare in palacio episcopi ita tamen quod ipse episcopus facere possit parietem per medium palacij ita quod Custodes habitent ex una parte palacij, et episcopus ex alia cum predictum Castrum advenerit, et tunc ipsi Custodes non debeant clamare guayta guayta sine licentia episcopi. Item Custodes jurabunt custodire personam episcopi in ipso Castro et eius honorem, et quod non erunt in consilio vel auxilio quod astensis ecclesia illud amittat. Item opidani videlicet illi qui vocantur domini Castri rupis et homines loci eiusdem debent jurare de decem in decem annis facere guerram et pacem contra omnes homines ad voluntatem et preceptum dictorum astensium et communis eiusdem, salvo tamen imperio et ecclesia astensi. Potestas vero astensis et Consules seu Rectores Civitatis eiusdem jurabunt quod non dabunt favorem consilium vel auxilium dominis et hominibus castri Rupis contra Episcopum in facto illius locij. Et insuper dictus episcopus sive ecclesia astensis non possit vel debeat vendere castrum vel villam Rupis vel pertinentia eorumdem vel aliquo modo alienare pro feudo vel alio modo alicui persone dum Commune astense vellet tantumdem ei dare pro ipso Castro et pertinencijs eiusdem quantum alter vellet ei dare iusto precio bona fide. Et omnes predicte concessiones que faciende sunt communi astensi a predicto episcopo, debet ipsum Commune habere et tenere imperpetuum, facta sibi confirmatione prout alia debent ei confirmari, que inferius denotabuntur. Insuper Episcopus et ecclesia astensis dare debent in feudum quicquid habet in Maxio et pertinencijs eiusdem exceptis ecclesijs et albergaria predicto communi de aste. Ad quam albergariam debet ire potestas astensis cum episcopo si voluerit tamquam Vasallus. Item quicquid, habet in Azano exceptis ecclesijs, Et quicquid habet in Insula exceptis ecclesijs et fidelitate abbatis appostolorum quam ei facit, Et quicquid habet in comitatu Serrelonge vel videtur habere et in pertinencijs eiusdem exceptis ecclesijs. Commune vero de aste non debet facere vel fieri permittere bona fide aliquem locum novum in episcopatu astensi sine consilio Episcopi a loco lavezolarum superius, et si fieret ab aliquo vel ab aliquibus, debet dare operam pro posse bona fide ut locus ille destrueretur. Verum et si a Trevecia usque ad lavezolas fieret locus novus, commune astense non debet recipere in ipso loco aliquem hominem de terra ecclesie astensis, sed et si reciperetur terra quam detineret debet remanere domino de cuius loco secederet homo ille. Omnia vero predicta communi astensi in feudum data, seu aliquo modo concessa, debet ipse Episcopus facere confirmari ab Archiepiscopo Mediolanensi vel Cardinale, si habet generalem legationem. Et pro predictis in feudum datis, potestas astensis pro ipso communi debet facere fidelitatem in publica contione astensis ecclesie et eius episcopo et hoc in presenti, et quocies episcopus ibi renovabitur sub hac forma, Ego juro supra sancta dei evangelia, quod dum fuero rector communis astensis per me et per commune astense ero fidelis astensi ecclesie, et domino Jacobo astensi episcopo et suis Catholicis successoribus, possessiones et jura astensis ecclesie quas vel que possidet vel quasi possidet bona fide et sine fraude salvabo defendam et manutenebo per me et per Commune astense nec dabo consilium vel auxilium per me vel per commune astense ut amittantur seu diminuantur, et dabo auxilium tamquam vasalus domino pro posse meo et communi astensi et consilium bona fide et sine fraude ut amissa et diminuta recuperentur, exceptis hijs que

tenentur a communi astensi, nec ero in consilio quod Astensis episcopus amittat vitam membrum, vel quod detineatur contra suam voluntatem. Item non tractabo nec ero in consilio ut tractetur per me vel per commune astense malum astensi ecclesie vel episcopo, sed si sciero bona fide per me et per commune astense impediam sive disturbabo ne fiat, et si non potero disturbare certificabo per me vel per meum nuncium astensi ecclesie vel episcopo vel suis nuncijs quam cicius potero. Consilium si fuerit a me requisitum ab astensi ecclesia vel episcopo per se vel per suos nuncios per me et per commune astense bona fide et sine fraude secundum quod michi melius visum fuerit ad utilitatem astensis ecclesie et episcopi dabo, et nullis ad damnum suum pandam, Credentiam michi manifestatam ab astensi ecclesia vel episcopo, vel per nuncios sive per litteras suas nulli pandam per me vel per commune astense ad damnum astensis ecclesie et episcopi. Hec et alia que in fidelitate continentur juro per me et per commune astense bona fide observare, loca astensis ecclesie contra astensem ecclesiam et episcopum non minuam nec eis defendam per me vel per commune astense loca et munitiones que tenet Commune ab astensi ecclesia per me et per commune astense quocienscumque et quandocumque voluerit astensis ecclesia et Episcopus astensis varnita seu scarita eis non vetabo. Item tenor fidelitatis et tocius concordie debet scribi in statuto civitatis de aste supra quod juraturi sunt potestates vel rectores civitatis de aste, ita quod de anno in annum imperpetuum Consules vel potestates fidelitatem et concordiam episcopi astensis et communis de aste firmam et illibatam attendere et observare, insuper teneantur facere jurare semper imperpetuum de anno in annum omnes suos Credendarios et alios qui de eorum sequimine tenebuntur dare fortiam et virtutem, ut fidelitas et concordia episcopi, et communis astensis imperpetuum observetur, Et ex eorum parte pro posse bona fide observabunt, nec istud capitulum de fidelitate et concordia observanda, possit vel debeat canzellari vel vacuari de statuto civitatis de aste, et si quoquo casu reperiretur canzellatum vel vacuatum, nullius momenti sit canzellatio illa vel vacuatio, quin predictum Capitulum a potestate astensi et populo Civitatis eiusdem inintegrum imperpetuum observetur. De omnibus vero controversijs et petitionibus quas dictus episcopus vel ecclesia movebat vel movere poterat occasione prenominatarum rerum versus commune de aste, ipsum commune decetero sit absolutum, ita quod ab ecclesia astensi vel eius episcopo non possit vel debeat decetero appellari vel aliquo modo conveniri. Actum in palacio predicti domini Taurinensis episcopi unde plures cartas uno tenore scripte sunt inde presentibus testibus domino Petro preposito sancti Dalmacij, domino Milone cantore, domino Peronino canonicis Taurinensibus, Alberto de bessozo, Gavarro, et Guielmoto de mezeto Petro riba et alijs.

Guielmus de bellino vercellensis imperialis curie notarius scripsit.

287. *De possessione data per dominum Jacobum astensem episcopum comuni Astensi de omni jure quod ecclesia astensis habebat in loco de Maxio.* 1221. 27 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione Nona, Die dominico quinto kallendas iullij, dominus Jacobus astensis episcopus nomine astensis ecclesie et episcopatus, tradidit possessionem vel quasi possessionem per cuppum unius

domus, domino Guidoni de landriano potestati astensi nomine communis de aste, et ipsum posuit in possessionem de omni jure et ratione quod et quam dicta ecclesia et episcopatus habebant vel visa erant habere in loco de maxio et in pertinenti, Contili et jurisdicione, in omnibus feudatis et infeudatis in drictis in fictis, in aquatico et pasquatico, in venationibus et piscationibus et in omnibus alijs que astensis ecclesia ibi habebat, salvis ecclesijs, et hoc idem episcopus fecit pro feudo et occaxione feudi quod dictus episcopus nomine astensis ecclesie et episcopatus dedit et concessit predicto potestati nomine communis de aste, sicut in carta inde facta continetur. Actum in loco Maxi iuxta domum Agoni, ante ecclesiam sancte Marie de Maxio. Interfuerunt testes, Fredericus de comite, Enricus mussus frater eius, Obertinus eorum nepos filius quondam Manfredi de comite, Anselmus poma, Siffredus de gallicia, Ruffinus de daria, Albertus de burgo gastaldo, Guido de gotefredo, Raynerins de marcha, Johannes de guidone, Robaldus mazanus, Manfredus rubeus, Allamanus callossus, Anselmus cervinus, prepositus Michael ecclesie sancte Marie de Maxio, dominus Guillelmus de bragida prepositus astensis ecclesie, dominus Petrus de felizano canonicus Otto vicedominus, Ruffinus de ripa, Robaldus gardinus, Jacobus rastellus, Anselmus de podio, Petrus de gabicongna.

Ruffinus aranchaboscus notarius scripsit.

288. *De investitura facta in rectum feudum per comune astense in Fredericum de comite et certos alios infrascriptos de feudo quod comune Ast habet in Maxio.* 1221. 27 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione Nona die dominico quinto kallendas jullij, dominus Guido de landriano potestas astensis vice et nomine communis de aste investivit Fredericum de Comite, Enricum mussum fratrem eius, et Obertinum nepotem eorum filium quondam Manfredi de comite, de eorum recto feudo quod commune de aste habet in maxio et in posse. Qua investitura facta fecerunt eidem domino Guidoni potestati nomine communis astensis fidelitatem talem qualem Vassallus facit domino suo salvis alijs suis dominis in eorum feudo. Actum in loco Maxij iuxta domum Agoni, ante ecclesiam Sancte Marie de Maxio. Interfuerunt testes, dominus Guillelmus prepositus de bragida astensis ecclesie, dominus Petrus de Felizano canonicus, Ruffinus de ripa, Robaldus gardinus, Jacobus rastellus, Anselmus de poma, Siffredus de galicia, Ruffinus de daria consules Maxij, et plures alij.

Ruffinus aranchaboscus notarius scripsit.

289. *De renuntiatione fidelitatis infrascriptorum hominum facta per dominum Jacobum episcopum astensem et de precepto facto eisdem hominibus ut facerent fidelitatem comuni Astensi.* 1221. 27 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo Indictione Nona, Die dominico quinto kalendas jullij dominus Jacobus astensis episcopus nomine astensis ecclesie et episcopatus Renunciavit fidelitatibus domini Frederici de comite et henrici mussi fratris eius et Obertini nepotis eorum filij quondam Manfredi de comite, et ibidem precepit eis ut facerent fidelitatem domino Guidoni de landriano potestati astensi qui presens erat nomine communis de aste. Actum in loco Maxij iuxta domum

Agoni, ante ecclesiam sancte Marie de Maxio. Testes interfuerunt dominus Guillelmus de bragida prepositus astensis ecclesie, dominus Petrus de felizano canonicus, Ruffinus de rippa, Robaldus gardinus, Jacobus rastellus, et Anselmus de poma, Sifredus de galicia, Ruffinus de daria consules Maxij, et plures alij.

Ruffinus aranchaboscus notarius scripsit.

290. *De venditione facta comuni Astensi per Guillelmum ardanexium de lanerio de octava decima parte loci de Maxio.* 1225. 10 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quinto indictione terciadecima, die jovis decimo intrantis aprilis. Cartam vendicionis in alodium fecit Guillelmus frater Conradi ardanixij de lanerio, qui cognominatur Giraudus, in manibus domini Nicolay de andito potestatis astensis, vice et nomine communis astensis recipientis, Nominatim de octava decima parte sua Castri seu loci de Maxio, et pertinenciarum eius, quam tenet pro indiviso cum predicto Conrado fratre suo iuste vel iniuste nichil in se retinendo, in jurisdicione, Contili, districtu et posse, Et de omnibus alijs ad dictam partem pertinentibus, videlicet in Militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, terris cultis et incultis, pratis, gerbis, rupibus et Ruinis, vineis et Nemoribus, in drictis in fictis in furnis et molendinis aquaticis et pasquaticis, in venationibus et piscationibus, et in omnibus alijs condicionibus et juribus ad dictam partem Maxij pertinentibus, dictam autem venditionem fecit tali modo, quod dominus Nicolaus potestas, vice et nomine communis astensis jure proprietario in alodium, et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes, habeant teneant firmiter que possideant et quicquid voluerint inde faciant sine omni contradictione predicti Guillelmi et eius heredum. Insuper iamdictus Guillelmus promisit eidem potestati vice et nomine communis astensis stipulanti, suis que in regimine Civitatis Astensis existentibus successoribus vice et nomine communis astensis stipulantibus predictam vendicionem, qualiter supra legitur insolidum sicut pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defensare sub pena dupli. Preterea iamdictus Guillelmus, renunciando exceptioni pecunie non numerate, et illi juri quod non est deceptus ultra dimidiam justi precij, confessus fuit recepisse a communi de aste, pro precio dicte venditionis libras Nonaginta septem papienses de quibus se tenuit pagatum et quietum. Et si quid plus juris habet in Maxio et posse predicto potestati nomine communis ex predicta causa concessit, et constituit se nomine communis possessorem de predicta venditione quousque potestati nomine communis vel certo nuncio communis astensis tradiderit corporalem possessionem. Preterea promisit, quod ipse abrenunciabit fidelitatibus hominum quos habet in predicta venditione, et eas faciet fieri communi de aste quandocumque placuerit communi de aste. Insuper iamdictus Guillelmus et frater eius Conradus, promiserunt eidem potestati nomine communis si Fredericus frater eorum, vel alius occaxione Frederici appelaret vel conveniret, Comune astense de predicta venditione et inde damnum aliquod substineret causa vel iudicio aut alio modo, Illud insolidum predicto potestate nomine comunis restituere promiserunt supra omnia eorum bona, que dicto potestati nomine comunis proinde pignori obligaverunt, quicumque pro toto renuncians epistole divi adriani novis constitutionibus et omni juri de quo sese tueri possent.

Hec omnia supradicta in omnibus et per omnia, dictus Guielmus ad sancta dei evangelia juravit firma tenere perpetuo et nullo tempore removere nec contravenire, per se nec per suppositam personam sub aliquo ingenio nec precium ulterius petere supradictum. Actum urbe Aste supra solarium, Ottonis bulle et fratris. Interfuerunt testes Ruffinus de ripa, Guielmus bertramus, Bayalardus berardengus, Rollandus cazo. Aymericus rondana miles potestatis.

Ruffinus aranchaboscus notarius interfuit et scripsit.

291. *De quadam obligatione facta comuni Astensi per Ugonem carenam et nomine damixelle sororis sue de libris C. papiensium Maij.* 1208. 12 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo indictione sexta, die Mercuri duodecimo intrantis decembris. Confessus fuit dominus Ugo filius Jacobi Carene se suo nomine et nomine Damixelle sororis sue, accepisse a domino Girardo de rollandino potestate astensi, nomine et vice comunis de Aste libras centum papienses Renuncians exceptioni pecunie non numerate quos denarios predicto nomine promissit per stipulationem solvere dicto Comuni, usque ad sex annos proximos et completos, pro quibus obligavit eidem potestati predicto nomine suam partem et dicte sororis eius quam habent et tenent vel sunt visi habere et tenere, vel quam pater eorum tenuit in maxio et de Maxio quoquo modo, que est nona pars tocius Contilis et posse et districtus Maxij, videlicet in Militibus et ceteris hominibus feudatis et in infeudatis, In aquaticis et pasquis et pedagijs et fermis et molendinis, et omnibus alijs que ad Contile seu iurisdicionem predicti loci pertinent et ad eos occaxione dicti locij pertinere videntur, Retinendo in se predicto nomine eorum donnea silicet in terris pratis et nemoribus et fictis et drictis et redditibus et quartis et decimis et nichil aliud. Tali modo quod predictum comune Astense, dictam jurisdicionem et contile ad eos pertinencia occaxione partis supra memorate in loco et de loco Maxij, habeat teneat libereque possideat et utatur usque ad dictum tempus non obstante aliqua contradictione predictorum Ugonis et sororis sue. Et tali modo facta est dicta obbligatio quod non possit predicta redimere usque ad predictum tempus, sine voluntate dicti Comunis, Sed a termino in antea liceat eis redimere si voluerint de eorum propria pecunia, Ita quod eam non habeant nec summant mutuo vel dono vel aliquo alio modo ab aliquo Castellano vel Marchione vel Civitate Lombardie, vel ab aliqua alia persona supposita sub aliquo ingenio. Insuper premissit dicto potestati predicto nomine, quod infra predictum tempus supradicta vel aliquod supradictorum non obligabunt nec vendent nec dabunt nec infeudabunt, nec aliquo alio modo alienabunt alicui persone sub aliquo ingenio. Et si contingeret quod predictum comune ex predicto pignore aliquam utilitatem pecuniariam inde perciperet, quod illud non debeat nec possit in sortem computari. Et si omnia predicta non attenderet, Et Comune de Aste proinde aliquod damnum substineret vel expensas faceret, predicto potestati nomine comunis restituere promisit et credere potestati vel Consulibus per tempora existentibus in verbis eorum sine sacramento et proinde predicto nomine omnia bona sua comuni Astensi pignori obligavit, hec omnia supradicta attendere et observare, et nullo tempore contravenire per se nec per suppositam personam supra dei evangelia juravit et quod est etatis annorum quatuordecim et plurium et quod precium non repetet per

se nec per alium ratione minoris etatis nec aliquo alio jure sub aliquo ingenio. et juravit idem facere confirmare et jurare sororem suam et promissit facere fieri fidelitates comuni de Aste, et supra dei evangelia juravit ab hominibus suis de maxio ad libitum et voluntatem comunis Astensis et potestatis ad suum posse et facere talem cartam comuni Astensi qualem alij de Maxio comuni Alexandrie fecerunt si comune astense voluerit et quod faciet abrenunciare Matrem suam omni juri quod in dicta obligatione pro dote sua vel aliter haberet vel aliquo tempore exigere posset. Salvo quod non possit guerram facere astensi episcopo de predicta obligatione, Et quod eius homines predicte obligationes teneantur ipsi et sorori fidelitate salva fidelitate comunis de Aste. Actum Aste in publica credentia facta in domo comunis. Testes Petrus durnaxius, Jacobus advocatus, Guielmus cacaranus, Ruffinus de ripa, Ambroxius de lavolta et Gandulfus notarius.

Mussus boviculus notarius scripsit.

292. *De quadam investitura facta per dominum Bonefacium episcopum Astensem in comune Ast de Recto feudo quod dictum comune tenet in Maxio.* 1198. 26 Maij.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo Indictione prima, die martis septimo kal. Junij, dominus Bonefacius Astensis episcopus, Investivit nomine Astensis ecclesie, Girardum de Ardicione Judicem domini Alberti de fontana potestatis Astensis ad partem comunis Astensis pro augmento feudi quod Comune de aste tenet ab Astensi episcopo et nomine recti feudi, Nominative de maxio, de Rupe de Insula, et de quarta parte tocius Comitatus Serrelonge pro indiviso, cum Castris et villis, cum militibus rusticis et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, cum terris cultis et incultis, cum pratis et vineis cum zerbis nemoribus et silvis, cum rupibus cum Ruinis, cum aquaticis, cum pascuis, cum venationibus et piscationibus, cum furnis et molendinis, cum drictis fictis et reditibus, et cum omnibus usibus et rebus, et universis rationibus, quas habet tenet et possidet iuste vel iniuste per se et per alium et hactenus habere visus est in predictis locis et in eorum pertinencijs, et in quarta parte predicti Comitatus Cum omni posse honore et districtu Nichil in se retinens, Et de omni eo quod habet in azano et in eius posse. Tali modo ut comune de Aste deinceps predictum feudum teneat firmiterque possideat ut supra legitur insolidum, et de illo faciat nomine recti feudi quicquid facere voluerit sine omni contradictione iamdicti Bonefaci Astensis episcopi et successorum suorum et omnium personarum. Preterea Canonici Astensis ecclesie, Quorum nomina sunt, Ruffinus de torcello, Brunus thechitus, Et canonici ecclesie sancti Secondi, Quorum nomina sunt Petrus bellus prepositus, Segnorinus, Donascus Anselmus de sancto Johane sacerdos, Rollandus scharampus diaconus, Et Canonici ecclesie beati Martini, quorum nomina sunt Symon alferius et Gandulfus sacerdos et Vasalli eiusdem episcopi, quorum nomina sunt, Jacobus vicedominus, Jacobus de mezadio, Rodulfus et Guilelmus de Castro novo, Guielmus et Raynerius de corsem brando, Obertus de Viaricio et Ruffinus de guono, omnes confessi fuerunt iamdictam investituram feudi ut supra legitur factam a iam dicto episcopo eorum consilio et voluntate pro comodo et ingenti utilitate Astensis ecclesie et tocius episcopatus factam

esse, et expressim predicto episcopo in predicta feudi investitura comuni Astensi facienda consenserunt. Actum Aste in Claustro Astensis ecclesie feliciter. Interfueruut ad hoc vocati et rogati testes, Otto monachus, Otto cappa, Ubertus Judex, Baiamondus de plathea, Guielmus de catena, Jacobus palius, Guilelmus gardinus, Vivianus de fonte, henricus de bayenijs, Guilelmus techitus, Ubertus palius, Manfredus cavazonus, Magister petrus beccarius, Petrus cicia, henricus de sancto Johane, Bonefacius Thomas, Merlus de camigrano. Et Thomas notarius scripsit.

293. *De pacto hominum Maxij et comunis Ast et comunis Cesarie prout infra continetur.* 1190. 26 Septembris.

In nomine domini Amen. Ad honorem dei et servicium domini Frederici Imperatoris et Regis Anrici filij sui. Tale pactum et conventionem fecerunt homines de Maxio, cum hominibus Cesarie et de Aste silicet quod dant se personas et locum Castellum et villam ad faciendam pacem et guerram omnibus quibus homines Cesarie et de Aste comuniter voluerint, ut quisque per se faceret excepto contra suos dominos, sed contra dominos in campis Maxij, Castello et villa, debent adiuvare, salvare et guardare homines Cesarie et de Aste, Versa vice debent suos dominos adiuvare et guardare in suis campis Castello et villa. Item homines Maxij facient exercitum oste iter fossata comuniter hominibus Cesarie et de Ast et quibuslibet per se excepto si fuerint in exercitu domini Astensis episcopi, quod non tenebuntur tunc facere exercitum vel hoste hominibus Cesarie et Astensibus. Item eo anno quo Civitas Cesarie coliget fodrum in se dabunt semel in eo anno hominibus Cesarie libras decem et eo anno quo civitas de Aste coliget fodrum in se similiter semel in eo anno dabunt eis libras decem excepto quando dabunt fodrum regale Imperatori eunti Romam. Item quod bona fide et sine fraude vetabunt ne homines Cesarie et Ast dent pedagium in toto poderio Maxij preter vetus et iustum pedagium Navium Et hoc totum omnes homines Maxij a septuaginta annis inferius et a quatuordecim superius, super sancta dei evangelia jurant attendere et observare et quod omni quinque anno petentibus hoc comuniter hominibus Cesarie et Ast vel quibuslibet per se Renovabunt sacramentum ut supra legitur et omni anno consules Maxij hoc sacramentum facient, homines vero Cesarie et Ast promittent hominibus Maxij, quod eos adiuvabunt salvabunt et manutenebunt sicut Civitas facit suos Burgienses et quod nullum pedagium nec curadiam dabunt homines Maxij in Cesaria nec in Aste quod habeat comune ipsarum Civitatum. Item homines Cesarie et Ast propter factum vel debitum dominorum non debent capere cambium super homines Maxij, vel eorum res, nisi sint pro eis facti debitores vel fideiussores, nec disturbare nec inquietare factum est hoc in manibus Oberti nate et Anselmi cupe Consulum civitatis cesarie vice comunis ipsius civitatis Et in manibus Oberti cavalerij, Marchisij cavigie et Guillelmi de Aste consulum Ast vice comunis ipsius Civitatis a Gilio de crosa, Guilelmo felice Tirio consulibus Maxij, et post eos a toto comuni ipsius loci in loco Maxij, in pleno Arenco in platea iuxta ecclesiam. Anno dominice incarnationis Millesimo centesimo Nonagesimo, Indictione octava, die Mercuri sexto kal. Octobris, Isti consules Cesarie, Obertus nata, Anselmus Cupa vice comunis sue Civitatis, et Guielmus cavalerius, Marchisius cavigia, Guielmus de Ast, Consules de Aste vice comunis sue civitatis

et Gilius de crosa, Guilelmus felix et Tirius consules Maxij populo ipsius loci presente et hoc idem clamante inde tria instrumenta unius tenoris divisa per Alfabetum fieri Et scribi iusserunt et rogaverunt. Interfuerunt testes de dominis Maxij, Guido carena, Robaldus turta, Comes de lanerio, Girbaldus de porta, Rollandus crivellus, Jacobus de belser Bonefacius grecus, Villanus de riana, Robaldus lagorus, Astexianus filius guilelmi de Ast, Guilelmus gagnonus, Rollandus de galliciano, omnes hij sunt de Ast, Guielmus de Castro novo. Stephanus notarius scripsit.

294. *De possessione data comuni Astensi per Conradum Ardanexium et ejus fratrem de porticu ecclesie sancte Marie de Maxio et de nona et decima parte comitatus et jurisdictionis quos habebant in Maxio.* 1218. 16 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Octavo decimo indictione sexta, die Veneris xvi° die Marcij, presentia et testimonio Alberti moytij, de lanerio, Jacobi stremenati, Jacobi caloffi, Grimaldi, Petri de archu, Ottonis regis, Frederici comitis, et aliorum multorum, Cunradus filius quondam Alberti ardanensis, suo nomine et fratrum suorum Frederici et Guilelmi, dedit corporalem possessionem in manibus Guielmi cacayrani et Oberti maruchi Ambaxatorum comunis Astensis nomine et vice comunis Astensis de porticu et in porticu ecclesie sancte Marie de Maxio pro nona et decima parte Comitatus et Jurisdicionis quam habebat in maxio, Et de toto eo quod vendiderat comuni de Aste in Maxio et Comitatu et jurisdicione Maxij sicut continetur in carta venditionis inde facta. Actum in loco Maxij.

Gandulfus de fossato scripsit.

295. *De denunciamento facto per comune Astense Comuni Alexandrie quod non acquirant aliquid in Maxio nec in posse.* 1212. 16 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quinta decima, die Martis xvi° die intrantis octubris presentia infrascriptorum testium, dominus Guilelmus bertramus et dominus Rodulfus durnasus, ambaxiatores comunis Astensis nomine et vice comunis Astensis et a parte comunis Astensis denunciaverunt et contradixerunt domino Johanni de vasto, domino Ugoni clar, domino Alberto enges et domino Guidoni sape consulibus alexandrie, et toti credencie Alexandrie vel majori parti, nomine et vice comunis Alexandrie, ne debeant emere neque obligare Maxium nec villam Maxij, vel homines Maxij aliquo modo sub aliquo ingenio. Actum in Ecclesia sancti Petri de Alexandria coram consulibus Alexandrie in credentia predicta, Testes dominus Nicolaus de foro dominus Anselmus zopus, dominus Guido de piovera, Petrus fantinus, dominus Bonefacius de rovereto, Barata, Guisulfus acerbus, villanus silvaticus et dominus provincialis judex.

Et Ribaldus turtur notarius scripsit.

296. *De requisitione et postulatione facta per comune Astense a certis de Maxio ut fidelitatem faciant comuni Astensi.* 1199. 11 Januarij.

Anno domini Millesimo Centesimo Nonagesimo nono indictione secunda, Die lune xi° die intrantis Januarij, presentia infrascriptorum, dominus Petrus de petra sancta potestas astensis vice comunis de aste, postulavit Gilio de crosa Guidoni de gotefredo,

Jacobo de bargo et Grimaldo vice comunis de Maxio, fidelitatem de loco Maxij, quem dominus Bonefacius Astensis episcopus dederat comuni de aste in augmento eorum feudi, et confessus fuit quod ante festum dei natalis, hanc eandem fidelitatem ab eis postulaverat et quod ei dederant terminum respondendi de ferijs dei natalis et dixit quod illi professi fuerant se venisse in Aste nomine comunis de Maxio. Actum urbe ast in domo comunis, Testes, Nicolaus gardinus, Baiamondus de plathea, Jacobus judex, Rodulfus durnasius, Opizo calcaneus, Ruffinus de ripa, Otto monacus, Jacobus de vivario, Raynerius calcaneus Guilelmus silvaticus et multi alij.

Et Jacobus boviculus scripsit.

297. *De quodam pacto facto per Comune Astense et homines de Maxio prout inferius continetur.* 1214. 20 Januarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quartodecimo indictione tercia Die lune terciodecimo kal. februarj In nomine domini amen Ad honorem domini Frederici regis Romanorum et semper Augusti, dominus Sivoletus de lanerio potestas Maxij una cum Credendarijs insimul congregatis ut confessus fuit, Tale pactum et conventionem per stipulationem subnixam fecit nomine Comunis Maxij per se et per suos successores cum domino Guilelmo bertramo et domino Robaldo gardino Ambaxiatoribus comunis Astensis, nomine comunis recipientibus videlicet quod dat nomine comunis Maxij dictis domino Guilelmo bertramo et domino Robaldo gardino nomine comunis Astensis personas et locum et Castellum et villam Maxij, ad faciendum pacem et guerram omnibus hominibus quibus comune de Aste facere voluerit, exceptis dominis suis sed contra dominos suos in campis Maxij Castello et villa debent adjuvare et salvare homines de aste. Et versa vice debent suos dominos salvare adjuvare et guardare suis campis. Item quod ipse nomine comunis Maxij et homines de Maxio facient exercitum hoste iter fossata hominibus de Aste, excepto si fuerint in exercitu domini Astensis episcopi, quod tunc non tenebuntur facere exercitum hoste vel iter comuni astensi. Item eo anno quo civitas astensis coliget fodrum in se, dabunt predicti homines Maxij hominibus de Aste, In anno libras decem papiensium excepto quando dabunt fodrum regale Imperatori eunti Romam. Item quod bona fide et sine fraude vetabunt homines Maxij ne homines de Aste dent pedagium in toto poderio Maxij preter vetus et justum pedagium navium et hoc totum dictus Sivoletus potestas Maxij cum Credendarijs suis nomine comunis Maxij, Et omnes homines Maxij a septuaginta annis inferius et a quatuordecim superius secundum tenorem veteris instrumenti versus comune de aste juraverunt attendere et observare, Et quod omni quinquennio petente hoc Comune astense ut supra legitur renovabunt sacramentum, et omni anno, Consules Maxij, vel potestas ibidem per tempora existentes hoc sacramentum faciet. Et inde sunt composita duo instrumenta unius tenoris. Actum in loco Maxij ante ecclesiam ipsius loci, Testes presbiter Manfredus qui manet ad ipsam ecclesiam, Manfredus comes de lanerio Petrus upupa, Rollandus scutifer domini Guilelmi bertrami, Johanes rollandus.

Et Ubertus medicus notarius scripsit.

298. *De quodam pacto facto per Astenses et homines de Maxio prout Inferius continetur.* 1152. 28 Januarij.

In nomine domini. Pactum inter Astenses et homines Maxij sub jurejurando, tale firmatum est, quod homines Maxij debent salvare astenses homines et res eorum in potentatu Maxij contra omnes homines bona fide usque in capite decem annorum, Et si aliquid hominibus de Aste fuerit ablatum in potentatu Maxij, homines Maxij debent dare suam operam bona fide pro posse ut recuperent, Quod si fuerint invitati debent venire in astensi exercitu cum militibus et peditibus, proprijs expensis et messionibus semel in anno, Et Maxienses milites tantum duabus vicissitudinibus per annum suis proprijs amissionibus et ad stipendia comunis astensis. Insuper vero non debent permittere Manfredum de lanerio ingredi in loco Maxij quamdiu discordiam astensem tenuerit nisi tantum cum duobus socijs, Nec debent vetare hominibus Aste si voluerint Magnifredum ibi capere, nec debent munire locum maxij, absque consilio astensium consulum. Similiter Comune Aste debet salvare homines Maxij in potentatu Maxij et in potentatu Aste contra omnes homines salvis eorum debitis, nec homines de Maxio debent teneri de aliquo malo nec fidejussoria, nec debito quod seniores Maxij fecissent vel fecerint nisi fuerint in debitore et fidejussore, Et comune Aste non debet se intromittere de illis justicijs, quas Seniores de Maxio habeant in Maxio. Actum anno domini Millesimo centesimo LII° v° kal. februarij indictione xv^{a} Azone de curia existente consule.

299. *De quadam obligatione facta comuni Astensi per Sivoletum et Anselmum fratrem ejus de lanerio de libris XXX et solidos VII minus denarios IIII^{or} papiensium occasione Maxij.* 1218. 5 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die lune quinto intrantis Novembris, Coram testibus infrascriptis. Confessi fuerunt Sivoletus de lanerio et Anselmus frater ejus se se eorum nomine et nomine Frederici Ansaldi et Alberti fratrum suorum accepisse a domino Girardo de rolandino potestate Astensi vice et nomine Comunis Astensis libras Triginta tres et solidos septem minus denarios quatuor papiensium, Renunciando exceptioni pecunie non numerate Quos denarios predicto nomine solvere promisit usque ad sex menses proximos et completos pro quibus predicto nomine obligavit eidem potestati nomine comunis partem suam, et predictorum suorum fratrum, quam habent et tenent vel visi sunt habere et tenere juste vel injuste in maxio et de maxio, que est tercia pars none partis tocius contilis et posse et districtus Maxij, videlicet in hominibus feudatis et infeudatis, in aquaticis et pasquaticis et pedagijs, in furnis et Molendinis, et in omnibus alijs que ad Contile sive ad jurisdicionem predicti loci pertinent et ad eos occasione dicti loci pertinere videntur, Retinendo in se se eorum donnea silicet in terris pratis et nemoribus fictis et drictis et redditibus et quartis et decimis et nichil aliud, Tali modo quod predictum Comune astense predictam jurisdicionem et contille ad predictos pertinentia occaxione partis superius memorate in loco Maxij, habeat teneat libereque possideat et hijs libere utatur usque ad predictum tempus non obstante aliqua contradictione predictorum Sivoleti et Anselmi et fratrum suorum, Et tali modo predicta obligatio

facta fuit, quod eis non liceat predicta redimere usque ad tempus predictum sine voluntate dicti comunis et a termino in antea liceat eis redimere si voluerint de eorum propria pecunia, Ita quod eam non habeant nec sumant mutuo neque dono ab aliquo Castellano vel Marchione vel Civitate lombardie, vel ab aliqua alia persona supposita a predictis sub aliquo ingenio. Insuper predicti Sivolitus et Anselmus predicto nomine, promiserunt dicto potestati quod infra predictum tempus supradicta vel aliquod supradictorum non obligabunt nec vendent nec dabunt nec infeudabunt nec alio modo alienabunt alicui persone sub aliquo ingenio. Et si contingeret quod predictum comune ex predicto pignore aliquam utilitatem pecuniariam inde perciperet quod illud non debeat nec possit in sortem computari, Et si omnia predicta non attenderent, et Comune astense aliquod damnum substineret vel expensas faceret potestati predicto nomine comunis pro se se et nomine fratrum suorum restituere promiserunt, et credere potestatibus vel consulibus in Aste per tempora existentibus in eorum verbo sine sacramento Et inde omnia sua bona comuni Astensi pignori obligaverunt. Item promiserunt facere fieri fidelitatem comuni astensi eorum homines Maxij ad libitum et voluntatem comunis Astensis secundum suum posse, Et promiserunt eidem potestati si placuerit ei vel alteri potestati vel consulibus per tempora existentibus quod ipsi facient comuni Astensi de obligatione Maxij talem cartam qualem alij de Maxio fecerunt comuni Alexandrie eidem potestati stipulanti facere promiserunt. Item promiserunt facere fieri et confirmare illud idem a dictis fratribus eorum sub ypoteca omnium rerum suarum obligatione, quas proinde ipsi potestati nomine comunis obligaverunt, Salvo eo quod Comune de Aste de predicta obligatione non possit guerram facere Astensi episcopo, Et quod homines ipsorum de predicta parte teneantur ipsi et fratribus de fidelitate salvo comuni Astensi. Actum Aste in domo comunis in publica Credentia per campanam congregata, Testes, Petrus durnaxius henricus mazochus et Ruffinus aranchaboscus.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

300. *De quadam obligatione facta comuni astensi per Albertum et Ottinum filios quondam domini Alberti moycij de lanerio de libris XL papiensium occasione Maxij.* 1218. 4 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo Indictione VI.ª Die Jovis quarto intrantis octubris, Confessi fuerunt Albertus et Ottinus filij domini Alberti moycij de lanerio quondam se se accepisse a domino Girardo de Rolandino potestate Astensi, vice et nomine comunis Astensis libras Quadraginta papiensium renunciando exceptioni non numerate pecunie, quos denarios promiserunt solvere dicto comuni, usque ad annos sex proximos et completos pro quibus obligaverunt eidem potestati nomine predicti comunis partem suam quam habent et tenent vel visi sunt habere et tenere iuste vel iniuste in Maxio et de Maxio que est medietas none partis tocius contilis et posse et districtus Maxij, videlicet in hominibus feudatis et in feudatis, in aquaticis et pasquaticis et pedagijs et furnis et molendinis, et omnibus alijs que ad contile seu jurisdicione predicti loci pertinent vel pertinere videntur, retinendo in se se eorum donnea silicet in terris pratis et nemoribus et fictis et drictis et reditibus et quartis et decimis et nichil aliud Tali modo quod predictum

comune astense predictam jurisdicionem et contile, ad predictos pertinentia occaxione partis superius memorate in loco Maxij, habeat teneat quieteque possideat et hijs libere utatur usque ad predictum tempus non obstante aliqua contradictione predictorum Alberti et Ottonis, Et tali modo predicta obligatio facta fuit quod eis non liceat predicta redimere usque ad predictum tempus sine voluntate dicti comunis et a termino in antea, liceat eis redimere si voluerint de eorum propria pecunia, Ita quod eam non habeant neque sumant mutuo neque dono vel aliquo alio modo sub aliquo ingenio ab aliquo Castellano vel Marchione vel civitate lombardie, vel ab aliqua alia persona supposita a predictis sub aliquo ingenio Insuper iamdicti Albertus et Ottonus promiserunt dicto potestati quod infra predictum tempus supradicta vel aliquod predictorum non obligabunt nec vendent nec dabunt nec infeudabunt nec aliquo modo alienabunt alicui persone sub aliquo ingenio. Et si contingeret quod predictum comune ex predicto pignore aliquam utilitatem pecuniariam inde perciperet quod illud non debeat nec possit in sorte computari. Et si omnia predicta non attenderent et Comune de Aste damnum aliquod substineret vel expensas faceret potestati predicto nomine comunis restituere promiserunt et credere potestati vel Consulibus in Aste per tempora existentibus in eorum verbo sine sacramento, Et inde omnia bona sua comuni Astensi pignori obligaverunt. Hec omnia supradicta attendere et observare et nullo tempore contravenire per se nec per suppositam personam supra dei evangelia juraverunt. Insuper promiserunt facere fieri fidelitatem comuni Astensi eorum homines de Maxio ad libitum et voluntatis comunis astensis secundum suum posse, Et promiserunt eidem potestati si placuerit ei vel alteri potestati, vel consulibus per tempora existentibus quod ipsi facient comuni astensi de obligatione Maxij talem cartam qualem alij de Maxio fecerunt comuni alexandrie, eidem potestati stipulanti facere promiserunt. Actum Aste supra solarium Frederici bertaldi. Testes Fredulus bertaldus, Enricus mazochus Petrus durnasius, Robaldus gardinus et Ruffinus aranchaboscus.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

301. *De quadam obligatione facta comuni astensi per dominum Orandum de quatordeo de libris L. papiensium occasione Maxij.* 1218. 5 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta die veneris quinto intrantis Octubris confessus fuit dominus Orandus de quatordeo, se recepisse a Domino Girardo de rolandino potestati Astensi vice et nomine comunis Astensis libras quinquaginta papiensium exceptioni non numerate pecunie renunciando, quos denarios promisit solvere dicto comuni usque ad sex annos proximos et completos pro quibus presentibus et consencientibus Manfredo Uberto et Guielmo filijs domini Raymondi de lanerio quondam eidem potestati obligavit nomine comunis astensis partem suam quam habet et tenet vel visus est habere et tenere iuste vel iniuste in Maxio et de Maxio que est medietas None partis tocius Contilis et posse et districtus Maxij videlicet in hominibus feudatis et infeudatis in Aquaticis et pasquis et pedagijs in furnis et molendinis et omnibus alijs que ad contile seu jurisdicionem predicti loci pertinet et ad eum occaxione dicti loci pertinere videntur, Retinendo in se sua donnea silicet in terris pratis et nemoribus et fictis et drictis et redditus et quartis

et decimis et nichil aliud. Tali modo quod predictum comune astense predictam jurisdicionem et Contile ad predictum Orandum pertinencia occaxione partis superius memorate in loco Maxij habeat teneat libere que possideat et hijs libere utatur usque ad predictum tempus non obstante aliqua contradictione predicti Orandi. Et tali modo predicta obligatio facta fuit quod ei non liceat predicta redimere usque ad predictum tempus sine voluntate dicti comunis, Et a termino in antea liceat ei redimere si voluerit de sua propria pecunia, Ita quod eam non habeat nec sumat mutuo neque dono vel aliquo alio modo ab aliquo Castellano vel Marchione vel civitate lombardie vel ab aliqua alia persona supposita a predicto Orando sub aliquo ingenio. Insuper predictus Orandus promisit dicto potestati quod infra predictum tempus supradicta vel aliquod supradictorum non obligabit nec vendet nec dabit nec infeudabit nec aliquo modo alienabit alicui persone sub aliquo ingenio, Et si contigeret quod predictum Comune ex predicto pignore aliquam utilitatem pecuniariam inde perciperet quod illud non debeat nec possit in sortem computari, Et si omnia predicta non attenderet, et Comune de Aste aliquod damnum substineret, vel expensas faceret, predicto potestati nomine comunis restituere promisit, et credere potestatibus vel Consulibus in Aste per tempora existentibus in eorum verbo sine sacramento, et inde omnia sua bona comuni astensi pignori obligavit. Hec omnia supradicta attendere et observare et nullo tempore contravenire per se nec per suppositam personam supra dei evangelia juravit. Insuper promisit facere fieri fidelitatem comuni Astensi suos homines de Maxio, ad libitum et voluntatem comunis Astensis secundum suum posse et promisit eidem potestati si placuerit ei vel alteri potestati vel Consulibus per tempora existentibus quod ipse faciet comuni astensi de obligatione Maxij talem cartam qualem alij de Maxio fecerunt comuni Alexandrie eidem potestati stipulanti facere promisit. Actum Aste in domo comunis in publica credentia per campanam congregata. Testes Petrus durnaxius, Enricus maziocus et Ruffinus aranchaboschus.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

302. *De confessione facta per Conradum Ardanesium et Albertum moycium de lanerio versus comune Ast prout infra continetur.* 1222. 22 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo secundo indictione decima Die Sabati vigesimo secundo Octubris Ante dominum Guidonem de landriano potestatem Astensem Conradus arnaldensius et albertus moycius de lanerio, fuerunt confessi quod ipsi non fecerant fidelitatem comuni Astensi de eo quod habebant in Maxio et quod Astensis episcopus non preceperat eis ut comuni Astensi inde facerent fidelitatem et dixerunt et protestati fuerunt quod si Episcopus ille preciperet sibi ut illam fidelitatem facerent eidem comuni ipsam Astensi comuni facerent, Et quod si episcopus ille eis precipisset ut illam facerent fidelitatem dicto comuni illam ipsi comuni fecissent. Actum Aste in domo scharamporum. Interfuerunt testes, Ruffinus de ripa, Guielmus cassanus, Rollandus rex, Conradus beraldus, Fredericus bertaldus, Ipolitus ypolitorum, et Ubertus alferius.

Et Bonus infans de Valfenaria notarius scripsit.

303. *De quadam promissione facta comuni Astensi per dominum Jacobum astensem episcopum quod eius vasali de Maxio facerent fidelitatem comuni Astensi.* 1221. 26 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione Nona, Die sabati vi° Kalendas Jullij, coram testibus infrascriptis, dominus Jacobus astensis episcopus, voluntate domini Brunonis archidiaconi, domini Guilelmi de bragida prepositi, domini Egydij, domini Petri de felizano domini Uberti de cathena, et domini Girbaldi canonicorum Astensis ecclesie et aliorum quamplurium sapientum ibi presentium promisit domino Guidoni de landriano potestati astensi vice et nomine comunis astensis stipulanti, dare operam bona fide quod vasalli de maxio faciant fidelitatem comuni Astensi, quod si facere nollent quod in eos officium suum exercebit modis omnibus bona fide sicut faceret et exerceret pro astensi ecclesia vel pro aliquo vasallo eiusdem, et forciam suam ut hoc attendatur similiter adhibebit. Insuper quod dominus Ruffinus de torcello Cantor, et dominus Guascus de corsembraldo canonicij eiusdem ecclesie consentiant transactioni et omnibus alijs que acta sunt inter me memoratum episcopum nomine astensis ecclesie et Comune Astense mediantibus domino Jacobo Taurinensi episcopo Imperialis aule vicario, et Guidone de landriano potestate Astensi et firmum habebunt sicut in cartis inde compositis continetur. Actum Aste in claustro maioris ecclesie. Testes, Thomas notarius, Guala techitus, Jacobus de sibona, Ardicio scharampus, et multi alij.

Et Mussus boviculus notarius scripsit.

304. *De obligatione Conradi Ardanexij et fratrum suorum facta comuni astensi de libris C. papiensium occasione Maxij.* 1218. 7 Marcij.

Anno domini Millesimo Ducentesimo Octavo decimo, Indictione vi^a^ Die Mercurij septimo die intrantis Marcij, Cunradus ardanensis suo nomine et fratrum suorum Frederici et Guielmi, Confessus fuit se accepisse a domino Girardo de Rollandino potestate Astensi vice et nomine comunis astensis libras Centum papiensium renunciando exceptioni non numerate pecunie quos denarios promisit dicto comuni solvere usque ad sex annos proximos et completos pro quibus obligavit eidem potestati recipienti nomine dicti comunis astensis partem suam et fratrum suorum quam habent et tenent vel visi sunt tenere iuste vel iniuste, que est nona pars tocius Contilis et posse et districtus Maxij, Videlicet in hominibus feudatis et infeudatis in aquaticis et pasquaticis et pedagijs furnis et molendinis, et in omnibus alijs que ad contile seu jurisdicionem loci predicti pertinent et ad eos occaxione dicti loci pertinere videntur, Retinendo in se se eorum donnea, scilicet in terris pratis et nemoribus fictis et drictis et redditibus, quartis et decimis, et nichil aliud. Tali modo quod predictum comune astense predictam jurisdicionem et contile ad predictos pertinencia occaxione partis superius memorate in loco Maxij habeat teneat libereque possideat et hijs utatur libere usque ad predictum tempus non obstante aliqua contradictione predicti conradi et fratrum suorum, Et tali modo predicta obligatio facta fuit quod non liceat eis predicta redimere usque ad predictum tempus sine voluntate dicti comunis et a termino in antea liceat eis redimere si voluerint de eorum propria pecunia ita quod

eam non habeant nec sumant mutuo neque dono vel aliquo alio modo ab aliquo Castellano vel Marchione vel comite lombardie vel ab aliqua persona supposita a predictis sub aliquo ingegnio. Insuper promisit dictus Conradus pro se et pro fratribus suis dicto potestati quod infra predictum tempus supradicta vel aliquod supradictorum non obligabunt nec vendent, nec dabunt nec infeudabunt, nec alio modo alienabunt alicui persone sub aliquo ingenio et quod facient jurare statim Fredericum et Guielmum cum venerint ad etatem quatuordecim annorum omnia predicta tenere et habere firma et rata et nullo tempore contravenire per se nec per alium Et si contingeret quod predictum comune ex predicto pignore aliquam utilitatem pecuniariam inde perciperet, quod illud non debeat nec possit in sortem computari, Et si omnia predicta non attenderet et inde comune aliquod damnum vel expensam substineret vel faceret, potestati predicto nomine comunis restituere promisit et credere potestati vel Consulibus in Aste per tempora existentibus in eorum verbo sine sacramento et inde omnia sua bona pignori obligavit, hec omnia attendere et observare et nullo tempore contravenire per se nec per suppositam personam juravit. Preterea promissit facere fieri fidelitatem comuni Astensi suos homines de Maxio ad libitum et voluntatem comunis astensis pro posse suo. Actum Aste in ecclesia sancti Johannis de domate in publica credentia interfuerunt testes dominus Albertus et peruzolius milites potestatis.

Petrus mussus de aglano Jacobus mignanus et Rollandus laiolius clavarij comunis, Ubertus medicus notarius.

Et Philipus durcus notarius scripsit.

305. *De quadam promissione facta comuni Astensi per Conradum ardanensem prout infra continetur* 1218. 7 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die Mercurij septimo die intrantis Marcij. Conradus Ardanensis pro se et pro fratribus suis promisit domino Girardo de rollandino potestati astensi nomine et vice Comunis astensis facere ipsi domino Girardo vel potestati vel Consulibus in Aste per tempora existentibus, ad eorum libitum et voluntatem talem obligationem Maxij qualem alij de Maxio fecerunt Comuni alexandrie. Actum Aste in ecclesia sancti Johanis de domate, in publica Credentia. Interfuerunt testes, domini Albertus et peruzolius milites dicti potestatis, Petrus mussus de aglano, Jacobus migranus et Rollandus laiolius Clavarij comunis.

Et Philipus durcus notarius scripsit.

306. *De promissione facta per dominum Bonefacium episcopum astensem comuni astensi de faciendo donum et investituram dicto comuni de toto eo quod hahabet in Maxio Rupe et Insula et Azano.* 1198. 20 Junij.

Anno domini Millesimo Centesimo Nonagesimo octavo indictione prima, die veneris XI° exeunte Junio presentia subscriptorum testium dominus Bonefacius Astensis Episcopus promissit domino Alberto de fontana potestati Astensi ad partem comunis astensis stipulanti et juravit supra dei evangelia facere donum et investituram predicto domino Alberto de fontana potestati astensi nomine comunis de Aste, Nominatim de

toto eo quod habet in Rupe in Maxio in Insula, et in Azano, in castris scilicet et in villis in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis in terris cultis et incultis in rupibus et Ruinis in pratis gerbis et nemoribus, in silvis et venationibus et piscationibus, in aquaticis et pasquis, in furmis et molendinis, in fictis et redditibus, et in omnibus usibus et rebus et rationibus, quas habet tenet et posidet, iuste vel iniuste per se et per alium et hactenus habere visus est in predictis locijs et in eorum pertinencijs cum omni districtu et honore, et de quarta parte tocius comitatus de Serra longa pro indiviso cum omnibus usibus et rationibus predicte quarte partis pertinentibus Nomine recti feudi et pro augmento veteris feudi, quam Comune de Aste tenet pro Astensi Episcopo, ut predictus Albertus potestas, Nomine comunis astensis teneat et possideat predicta loca ut supra legitur nomine recti feudi et pro augmento recti feudi per se et per eius successores sine omni contradictione predicti Episcopi et successorum eius. Insuper idem Episcopus juravit supra dei evangelia quod predictum donum et investituram ut supra legitur tenebit firmum et firmam et non removebit ullo tempore per se nec per eius successores nec per aliam pro eo personam suppositam Et quod ipse per se nec per aliam faciet illud quare Comune de Aste predictum feudum amittat, Et quare Comune de Aste aliquod onus recipiat ab ecclesia, vel ab aliqua persona, Et comune de Aste inde ab ecclesia, vel ab aliqua persona forte appelaret quod absit quod comune de Aste de omnibus adiuvabit ex illo facto usque in finem bona fide et sine fraude, Et de causa et de omni alio facto quod ei insurgeret, Et quod abrenunciavit fidelitatibus omnium hominum predictorum locorum, scilicet militum et rusticorum et illas faciet fieri Comuni de Aste et quod tradet potestati vacuam possessionem predictorum locorum, usque ad diem Martis proximam preter de Castro Rupis de quo similiter tradet possessionem si poterit Et nisi posset quod bona fide Comune de aste omnibus modis adiuvabit quare possessionem illam habeat, Et quod bona fide predictum feudum ut supra legitur et donum et investituram faciet confirmari comuni Astensi ab Astensi capitulo et ab Archiepiscopo Mediolani, que omnia ut supra legitur nisi episcopus observaret, Guonum cum Castro et villa et omnibus pertinencijs quod predicto potestati nomine comunis Astensis donaverat, de cetero ex puro dono, quod ibidem eidem potestati ad partem comunis fecerat sit proprium comunis Astensis, Et potestas per se et per eius successores Inde faciant quicquid facere voluerint jure proprietario, sine omni episcopi et successorum eius contradictione. Quod donum similiter episcopus Idem juravit tenere firmum et non removere per se nec per submissam personam, Et facto dono et investitura, et omnibus predictis observatis a predicto Episcopo, Tunc potestas Astensis nomine comunis pro hoc feudo debet facere fidelitatem predicto Episcopo sicut Vasallus facit domino suo. Actum in ecclesia sancti Theodori feliciter. Interfuerunt testes Ubertus iudex, Bayamondus iudex, Petrus cicia, Girardus Gincirius Magister petrus becharius Guielmus gardinus Guielmus ratio, Jacobus de Vivario Nicolaus gardinus, vicedominus qui dicitur Jacobus et Rodulfus de Castro novo.

Et Thomas notarius scripsit.

307. *De modo et forma pro quibus Comune Ast patitur dominum Marchionem Montisferati esse in tenuta et possessione medietatis pro indiviso illius partis quam comune Alexandrie tenebat in Maxio.* 1229. 4 Novembris.

Anno domini Millesimo Ducentesimo vigesimo Nono Indictione secunda die dominico quarto intrantis Novembris presentia infrascriptorum testium, hec est forma qua comune de ast seu potestas Astensis nomine comunis substinet seu patitur dominum Marchionem Montisferati esse in tenuta et possessione medietatis pro indiviso illius partis quam Comune Alexandrie tenebat in loco Maxij Eo die quo comune de Aste et Marchio Montisferati intraverunt in locum Maxij, videlicet pro eo quod patitur dictum Marchionem tenere et possidere dictam partem pro indiviso nullum preiudicium pareret comuni Astensi vel ecclesie seu episcopatui astensi, in proprietate vel quasi promittendo dictus Bonefacius Marchio dicto potestati nomine comunis astensis predicti quod si in aliquo tempore, Comune Astense vel Ecclesia Astensis seu Episcopatus Astensis vellet appellare dictum Bonefacium marchionem Montisferati de predicta parte quam tenet in loco Maxij quod ipse Bonefacius Marchio parebit et stabit juri de predicta parte dicto comuni vel episcopatui Astensi seu ecclesie Astensi coram comuni Janue vel coram Episcopo Astensi, vel coram amicis comunibus ellectis a predicto comuni et a marchione, Et si dicti Amici non concordarent, Comune Janue vel comune Novarie sit pro medio ita quod ellectio alterutrius dictorum comunium sit Marchionis. Omnia predicta dixit et protestatus fuit dominus Marchio, Et promisit in plena credentia comunis Astensis, domino homario potestati Astensi recipienti nomine comunis. Actum in villa Maxij in ecclesia sancte Marie. Testes Jacobus laiolius Ansaldus de lanerio henricus ginorius, dominus henricus de encisia, Careocius nuncius comunis, Jacobus de graphagnano, zabotus nuncius comunis Bartholomeus pulsavinus, Ypolitus carocius inde dictus Marchio et potestas astensis duas cartas unius tenoris scribi jusserunt.

Et Conradus crivellus notarius scripsit.

308. *De quadam promissione facta per comune astense Consulibus Maxij prout infra continetur.* 1229. 6 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo nono Indictione secunda die Jovis sexto intrante decembri presentia infrascriptorum testium, dominus homarius segaglola potestas Astensis Nomine et vice comunis Astensis voluntate et consensu utriusque Credentie per campanam congregate et ore ad os interrogate et scripte per stipulationem promissit henrico de podio Jacobo calofro Ottoni Rubeo consulibus Maxij nomine comunis illius loci quod quandocumque comune Astense venerit ad concordiam cum Marchione montisferati de eo quod ipse Marchio nunc tenet in loco Maxij Quod Comune Astense recipiet homines de Maxio in cives secundum quod in infrascriptis capitulis continetur et usque quo dictum Comune se concordaverit cum dicto Marchione ut supra dictum est, et usque quo receperit dictum comune de Ast dictos homines de Maxio ut dictum est, Promisit dictus Potestas nomine dicti comunis dictis consulibus Maxij nomine comunis Maxij et hominum dicti loci tenere homines de Maxio in

illa libertate et ita liberos prout in infrascriptis capitulis continetur. Salvo eo quod interim fodrum dare non teneantur. Tenor et forma capitulorum hec est.

In nomine domini Amen. Petunt homines de Maxio a comuni Astensi quod potestas et comune Astense teneantur omnes homines de Maxio et omnes homines qui in dicto loco aliquo tempore habitabunt nisi fuerint de Ast vel de eorum locis novis seu villis veteribus recipere in cives et tenere pro civibus et eos salvare et custodire et defendere in dicta villa et extra villam et ubique ad modum et formam Civium astensium habitancium in civitate Astensi ad portam archus in avere et personis pro illis tribus partibus, quas Comune astense ibi tenet et pro alia quarta parte cum illam quartam partem habebit et tenebit comune de Aste et non possint homines de Maxio recipere aliquem extraneum pro habitatore sine voluntate comunis Astensis. Item volunt quod potestas et Comune Astense teneantur eos salvare et custodire et deffendere contra omnes homines ad opus et utilitatem comunis Maxij et dicto comuni omnia ea que dictum Comune Maxij tenet et posidet et visum est tenere et possidere in dicta villa et extra villam et specialiter eorum comunia salva fidelitate qua tenetur Comune de Aste Astensi Episcopo. Ita tamen quod Comune de Aste per se teneantur eis dicta Comunia non minuere. Item volunt quod omnes cause civiles et principales que ventilabuntur inter homines illius locij seu cognitio causarum civilium et principalium dicti loci, et justicie teneantur et fiant in dicto loco Maxij, sub illo judice quem ibi habebunt potestates vel Consules, qui erunt in regimine dicti loci pro illa judicatura quam ipsi dare Consueverunt Ita quod non teneantur plus dare pro judicatura et expensis judicis et non possint compelli facere rationem nisi in dicta villa de dictis causis civilibus et principalibus preter pignora quare fieri debent in Aste. Item volunt quod Potestas Astensis et Comune teneantur eis dare illum potestatem vel judicem quem ipsi elligerint et cum quibus se concordaverint et non possint elligere potestatem vel Judicem aliunde quam de civitate astensi, salvo eo quod tempore guerre non possint elligere potestatem aliquem nisi cum consensu potestatis astensis Cum consilio Credentie Astensis tocius vel maioris partis, sed de salario potestatis non possint compelli dare nisi ad eorum libitum. Item volunt quod potestas Astensis et Comune remittant illas libras x papiensium, quas ibi capere consueverant et alias libras decem papiensium, quas Comune Alexandrie ibi similiter capiebat et alios redditus si quos Comune ibi habet pro tercio quarto, quinto fictu et successione hominum loci Maxij. Item volunt dare fodrum comuni astensi de libris ducentis astensibus quocienscumque Civitas ad fodrum pervenerit vel colectam aliquam pro comuni et non de pluri aliquo tempore, Ita quod non teneantur plus dare de eorum libris quam dabunt Cives Astenses habitantes ad portam archus et nolunt compelli fodrum dare aliquo tempore quo guerram haberent pro comuni astensi ab Astensi civitate inferius. Item volunt homines de Maxio teneri salvare et custodire et deffendere potestatem astensem et Consules pro tempore in regimine Civitatis Astensis existentes et totum Comune de Aste et omnes homines de aste pro comuni et pro diviso et specialiter locum Maxij ad honorem et utilitatem comunis Astensis Et facere pro predicto comuni Astensi exercitus itinera et cavalcatas et succursus, pacem et guerram ad ignem et sanguinem contra omnes homines secundum eorum posse, Et quod de illa guerra non facient pacem nec treuguam nec possam aliquam dabunt sine voluntate comunis Astensis, Et si comune de illa guerra pacem fecerit teneatur dictos

homines de Maxio ponere in illa pace, predicta volunt facere pro comuni et non amplius salva fidelitate qua tenentur et teneri debent comuni Astensi. Item volunt quod speciale capitulum apponatur in Capitulo super quo potestas juraturus est. Quod potestas et comune teneantur supradicta omnia attendere Et quod facient potestatem vel Consules post se intrantes in regimine Civitatis Astensis hoc idem jurare attendere et jurari facere sequentes potestates vel Consules post se in dicto regimine intrantes, hec eadem facere et sic de anno in annum imperpetuum, Et quod non permittent apponi in brevi comunis Astensis aliquod capitulum aliquo tempore quod veniat contra predicta, Et si aliquo tempore poneretur quod sit cassum et inutile et nullius valoris et pro non apposito. Et inde fuerunt precepta duo Instrumenta eiusdem tenoris, unum quorum debet habere comune astense, Et aliud Comune Maxij. Actum Ast in domo comunis, Interfuerunt testes, henricus bertaldus, Jacobus laiolius, Conradus Crivellus Guilelmus de tana, Baialardus botacius.

Et ego Manfredus Carena notarius palatinus interfui et sic scripsi.

Et ego Guilelmus de passatore notarius predictum instrumentum vidi legi et in isto libro continue exemplavi et posui, Et sicut in illo continebatur sic et in isto novo continetur exemplo, Nichil addens vel diminuens preter litteram punctum vel sillabam tamen parcium significatione retenta, et me subscripsi et meum signum apposui.

309. *De vendicione facta comuni astensi per Rollandum de podio de Maxio de Sedimine uno posito in loco Maxij.* 1229. 30 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo nono indictione secunda, die Martis tercia kal. Novembris presentia infrascriptorum testium, Rollandus de podio de Maxio vendidit et tradidit domino homario segaglole potestati astensi vice et nomine comunis astensis recipienti Sedimen cum lapidibus illius sediminis et cum omni ingressione accessione et usu publico et privato ad dictum sedimen cum lapidibus pertinentibus Nichil in se retinendo, quod et que sunt in villa Maxij, ubi dicitur in podio Cui coherent Anselmus coiracius, Bellotus cognatus eius fossatum ville et via pretesta, Bernardus de podio pro precio librarum, cxxx astensium quos ab eo nomine dicti comunis fuit confessus habere, Renunciando exceptioni non numerate pecunie, et non recepti precij, Tali modo quod dictus potestas nomine dicti comunis et dictum comune, Sedimen cum lapidibus, teneat habeat quieteque possideat et inde jure proprietatis quicquid voluerit facere faciat sine contradictione ipsius Rollandi et suorum heredum et aliarum personarum pro eis tuencium. Quam vendicionem predictus Rollandus dicto potestati nomine dicti comunis defendere promisit, et auctorizari sub pena dupli, quod si facere noluerit aut nequiverit vel per quodvis ingenium subtrahere quesierit aut nequiverit, tunc in duplum qualiter supra legitur insolidum dictam vendicionem restituere promisit sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco cum omnibus damnis et expensis et omni interesse quod et quas dictum comune proinde faceret vel substineret causa vel iudicio vel quoque alio modo. Et pro hijs omnibus et singulis attendendis et observandis et complendis dictus venditor dicto potestati nomine dicti comunis pignori obligavit omnia sua bona, Renunciando omni juri et specialiter quod non possit dicere se fore deceptum ultra dimidiam justi precij Insuper remisit dictus venditor dicto potestati

nomine dicti comunis astensis illam denunciationem, que quando res empta evincitur ab emptore venditori fieri consuevit. Actum in Villa Maxij In ecclesia sancte Marie. Testes Jacobus laiolius, Barlotus de sancto Johane, Obertus cassanus, Anselmus rebuinus.

Et Cunradus crivellus notarius scripsit.

LII. De Aglano.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 22).

Castrum Aglani est feudum comunis astensis Et domini dicti Castri tenent ipsum Castrum in feudum a comuni astensi.

310. *De vendicione facta comuni Astensi per dominam Beldi filiam quondam domini Bayamondi de Aglano de sua parte Aglanij et de confirmatione facta de dicta venditione.* 1213. 18 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo tercio decimo indictione prima, Die Veneris quintodecimo Callendas Novembris domina Beldi filia quondam domini Bayamundi de aglano vendidit et tradidit domino Ottoni marchioni de Careto potestati Astensi recipienti vice et nomine comunis Astensis jure alodij, Nominative totum illud quod ipsa habebat tenebat et posidebat iuste vel iniuste in Aglano in Castro et villa et posse et in hominibus feudatis et infeudatis in ecclesijs et capellis in militibus in vicis et vijs in furnis et molendinis in drictis et in fictis in terris cultis et incultis in zerbis et pratis, in vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis, in aquatu et ripatu, in pasquis et puteis et fontibus, In venationibus et piscationibus et in omnibus alijs rebus cum omni honore et contili, comitatu, et Contili et posse, que habebat vel habitura est aliquo modo. Nichil in se retinens pro pretio sue partis sibi contingentis, de libris quingentis quinquaginta, quod precium est pro se et pro omnibus illis qui vendiderunt, sive dederunt comuni Astensi, de qua sua parte sibi contingente, se tenuit solutam et quietam renunciando exceptioni non numerate pecunie. Eo modo facta est predicta vendicio, ut dictus dominus Otto potestas Astensis nomine et vice comunis Astensis per se et per suos successores habeat teneat quieteque possideat predictam venditionem ut est signata et terminata infra terminos et coherentias cum omni accessione et ingressione sua et usu publico et privato et cum omni honore et districtu et jurisdicione et contili, cum quo et qua ipsa tenebat et posidebat, vel visa erat tenere et possidere, Et faciat inde quicquid facere voluerit proprietario jure, sine omni contradictione ipsius domine Beldi, et heredum. Insuper dicta Beldi, omni juri renunciavit, Et quod venditio valeret ultra dimidiam justi precij vel quod decepta esset ultra dimidiam predictam venditionem ab omni persona defendere promisit cum ratione pena dupli, Et si defendere noluerit aut nequiverit, vel per aliquod ingenium subtrahere quesierit, tunc in duplum eandem venditionem secundum quod meliorata fuerit vel amplius valuerit emendare ei predicto nomine promisit sub extimatione precij in consimili loco, cum stipulatione subnixa. Preterea dicta Beldi sua sponte et voluntate ad sancta dei evangelia juravit dictam vendictionem perpetuo tenere firmam et nullo tempore removere nec contravenire per se nec per aliam personam

suppositam nec precium sub aliquo ingenio petere vel peti facere. Actum Aste in domo quondam petri cicie interfuerunt testes dominus Bonefacius de gurino, Nicolaus gardinus, Albertus de caneglis, Petrus mussus de aglano, Jacobus griffanus, Gardinus.

Item eodem anno et indictione, die dominico tercio decimo Callendas Novembris, dominus Guilelmus de montecuco maritus predicte Beldi, confirmavit ex sua parte venditionem predictam superius factam a predicta Beldi uxore sua domino Ottoni de careto potestati astensi nomine comunis Astensis et eam venditionem ratam et firmam habet et habere promisit et quod sua voluntate et precepto eam fecit Insuper predictus dominus Guielmus vendidit et tradidit jure alodij, Gasco nuncio comunis recipienti nomine comunis astensis et vice et nomine comunis astensis, In omnibus et per omnia totum illud quod ipse habebat vel visus erat habere in Aglano in Castro et villa et posse et districtu et Contili in omnibus et per omnia sicut domina Beldi a se fecerat, renunciando quod valeret plus duplo et promisit ipsam venditionem deffendere ab omni persona pena dupli cum ratione sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco cum stipulatione subnixa. Actum in Castro Montiscuchi, Interfuere testes dominus Maurus sacerdos de lovencisio, Rogerius de Veregnano, Guilelmus gilius prepositus de pulia homodeus de monte cucho, Obertus ferarius henricus de mairano, Ogerius porcella, lafranchus Obertus ferzetus.

Et ego Gandulfus donaschus notarius palatinus omnibus interfui et sic rogatus scripsi.

311. *De pactis factis per comune Astense et Muccagatam de Aglano.* 1205. Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinto indictione octava hec est concordia facta inter homines de Aste et Muccagatam de aglano, tempore domini Ruffini georgij potestatis Astensis. Inprimis ipsi domini Muccagate de Aglano debent esse Cives Astenses et unus illorum debet stare et habitare in Aste semper tempore guerre nisi absolto potestatis vel Consulum Astensium per tempora existentium remanserit, et hoc cum Milicia furnita, habendo a comuni Astensi equacionem et emendam sicut alij Milites astenses a comuni haberent et habendo a comuni de Aste domum unam ad voluntatem comunis usque in libris xx et plus si comuni placuerit dando ipsi domini Comuni de Aste omni anno cum Civitas ad fodrum venerit fodrum de libris xxxii. Et debent ipsi domini facere pacem et guerram per se et per eorum homines et per eorum terram pro hominibus de aste contra omnes homines et terram astensem, et homines de Aste defendere et adiuvare et manutenere ubique in here et personis et specialiter per eorum terram et per eorum forciam et facere exercitus et cavalcatas iter et succursus pro hominibus de Aste contra omnes homines salvo imperatore et salvis eorum juratis de aquesiana. Tali modo, quod si homines de Aste per comune vel pro diviso intrarent terram aquesianam liceat eis per eorum personas specialiter et non cum alijs ipsam terram aquesianam defendere usque ad terminum quo eis tenentur et ab ipso termino in antea teneantur facere pacem et guerram exercitus et cavalcatas iter et succursus pro hominibus de Aste contra omnes homines et salvis eorum dominis ut liceat eis terram eorum dominorum defendere et ad ipsam recuperandam eos adiuvare de eorum personis specialiter et non cum alio vel

cum alijs et curere cum ipsis dominis ad illam terram recuperandam et salvo eo quod si homines de aste curerent terram Alexandrinorum, quod liceat eis ipsam terram defendere pro eorum personis specialiter et non cum alio vel cum alijs et salvo eo quod cum homines de aste cavalcaverint albam quod liceat domino Guilelmo classo et domino Manfredo presbitero per eorum personas specialiter intrare albam et ipsam defendere. Item predicti domini debent reducere homines de Aste et de Virtute Astensi pro comuni et pro diviso in Aglano in Castro et in villa et omibus alijs locijs et Castris eorum salvo eo quod non teneantur eis tribuere forciam Castrorum. Item predicti domini non facient pacem nec treuguam nec guerram recreutam absque parabula et voluntate comunis Astensis data Consilio credentie Astensis per campanam congregate omnium vel maioris partis, homines vero de Aste debent predictos dominos et eorum terram adiuvare et deffendere tamquam eorum cives.

Item homines de Aste non debent eis eorum homines aufferre nec locum novum de eorum hominibus facere, nec eorum homines pro civibus accipere, stando in Castro novo et in eorum locis, et si in Aste pro stallo faciendo venerint quod terram eorum debet ipsis dominis remanere et si mobile ei saxitum fuerit, quod debet ipsis dominis facere restitui, et si illud mobile in Civitate inventum fuerit, et de hoc Capitulo predicti domini teneantur versus homines de Aste facere de eorum hominibus et eorum rebus. Item homines de Aste debent permittere tenere ipsos dominos in Castagnolis illud quod tenebant ibi pro feudo vel pro pignaria. Item homines de Aste debent absolvere eorum homines de Castro novo de citaniatico sive ipsis hominibus placeat sive non, si salvo sacramento Astenses absolvere potuerint, et omne illud quod ipsi domini in ipsis eorum hominibus de Castronovo habent vel habere debent, quod Astenses debent eos permittere habere nisi venerint contra sacramentum Astensium. Item si ratio ab ipsis dominis requireretur de aliqua re que usque huc acta sit, debet fieri ratio sub ipsis dominis, et de hijs que a modo evenirent, debent ipsi domini facere rationem sub potestate Astensi et si de eorum hominibus querimonia fieret ab hominibus de Aste debent ipsi domini cognoscere et rationem facere eis infra unum mensem et si cognoscere vel rationem facere nollent vel non possent seu non facerent infra predictum terminum postea potestas seu Consules Astenses, debent eis justiciam facere tamquam de eorum hominibus et Civibus, et hoc tantum pro hominibus de aste et de virtute Astensi. Item si aliquis consortum predictorum dominorum ad hanc concordiam venire voluerit quod homines de Aste teneantur eos recipere in hunc modum ut supra legitur, usque ad octavam pasce proxime. Item si homines de Aste ad pacem et ad treuguam venerint de aliqua guerra unde ipsi dòmini essent in guerram pro hominibus de Aste, debent eos ponere cum eis in illa pace vel treugua, et hec omnia dominus Ruffinus Georgius potestas astensis debet jurare attendere et complere et facere jurare potestatem vel Consules post eum in Aste venientem omnia predicta attendere. Ita ut consules vel potestas in Aste per tempora existentes de anno in annum hoc jurent tenere firmum. Item sacramenta ab utraque parte debent renovari de decem in decem annis si a partibus requisitum fuerit.

Die lune XIIII° die kalendas Januarj, In quodam campo qui est in Valle que dicitur de villa nova Inter Montem grossum et ynsulam, dominus Ruffinus georgius potestas Astensis nomine comunis Astensis juravit ad sancta dei evangelia ut superius

legitur attendere facere et complere et ibidem dominus Guilelmus dassus et Anselmus eius filius juraverunt supra sancta dei evangelia ex eorum parte omnia predicta attendere facere et complere. Interfuerunt testes, Petrus laurentius, Girardus ginorius, Scarampus, Jacobus cassanus, Manfredus cassanus, Bertramus berrardus et Garganus de quatordeo. Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona, Die Martis III° intrantis Januarj in Cimiterio sancti Secundi de Viglano, presentia Manfredi de solario, Azonis palij, Bertrami berardi, Manfredi Cassani, Jacobi sicchi, Oberti de monmorino, et plurium aliorum, dominus Manfredus presbiter de Aglano et dominus Muccagata ex eorum parte juraverunt ad sancta dei evangelia ut supra legitur omnia predicta attendere et complere bona fide et sine fraude Preterea die veneris VI° intrantis Januarij, in domo comunis, presentia domini Guizoli bertoni Judicis domini Ruffini georgij potestatis Astensis, Petri durnasij, et Bertrami berardi Credendarij qui ibi per campanam insimul convenerant juraverunt ad sancta dei evangelia ut superius legitur attendere ex eorum parte. Nomina Credendariorum qui juraverunt sunt hec, homodeus trossellus, Robaldus faxolius, Bonanatus pelleta, henricus aytropus, Bergonius falletus, Jacobus clericus Albertus de porta, Oddo gagla, Gandulfus cacayranus, Manfredus cassanus, Guilelmus rotarius, Gaalla buccanigra, Guilelmus de beccaria, Petrus de rupe, Jacobus malabrancha, henricus soldanus, Bayamondus carocius, Oddo monachus, Ubertus laiolius, Ubertus de platea, Nicolaus gardinus, Berardus adurnus, Petrus cicia, Oddo vola, Arnaldus de platea, Petrus de moneta, Ghigardus berrardengus, Bonus iohanes villanus, Berardus benedictus, Oliverius malcapucius, Gandulfus de porta, Jacobus de donna Mandra, Girardus ginorius, Rollandus berardengus, Baiamondus regolatus, Jacobus migranus, Jacobus porreta, Jacobus bergogninus, Petrus laurencius, Robaldus nasellus, Opicius falletus, Rollandus cazo, Thomas notarius, Jacobus roba, Jacobus ypolitus, Jacobus layolius, Jacobus domine Otte, Guilelmus silvaticus, Jacobus de stoerda, Azo palius, Oppicius albricus, Rodulfus durnasius, Bonefacius crivellus, henricus mazochus, Obertus oculus bovinus.

Ego Jacobus vetulus hanc cartam scripsi.

312. *De donatione facta comuni Astensi per dominos de Aglano et infrascriptos de Castro et villa Aglani.* 1213. 18 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo terciodecimo indictione prima, Die Martis quartodecimo kallendas Jullij, presentia infrascriptorum testium, Donationem simplicem et inter vivos fecerunt domini de aglano eorum spontanea voluntate, quorum nomina sunt, Manfredus presbiter, Guilelmus mussus, Jordanus de aglano, Gillius suo nomine et nomine Ascherij nepotis sui, Gattus, henricus de monte cucho, et Albertus de camino, In manu domini Ottonis de careto potestatis Astensis, nomine et vice comunis Astensis recipientis, Nominatim de omni eo quod ipsi per se se vel per alios, habent tenent et possident, et hactenus per se se vel per alios visi sunt habere, tenere et possidere juste vel injuste, in castro et villa et posse de Aglano et de omni eo quod ibi acquirere poterint in aliquo tempore cum omni honore comitatu et districtu quos habent vel hactenus habere visi sunt in predicto Castro et villa et posse de Aglano, et in pertinente, videlicet in Militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis in vicis, et in vijs, in drictis et fictis, in furnis et molendinis, in terris cultis et

incultis, in vineis et nemoribus in pratis, et cerbis, in rupibus et ruinis, in aquatu et Ripatu, in puteis et fontibus, in venationibus et piscationibus, et in omnibus alijs rebus cum omni honore et comitatu districtu et posse quos habent vel hactenus habere visi sunt ipsi vel alij pro eis in predicto Castro et villa, et posse aliquo modo seu decetero sunt habituri, Excepta decima quam tenent a Marchione Montisferati, Eo modo ut ipse dominus Otto de Careto potestas Astensis et ejus successores in regimine civitatis astensis, omnia suprascripta jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid facere voluerint faciant absque omni contradictione supradictorum donatorum et heredum eorum et omnium aliarum personarum pro eis. Preterea predicti donatores constituerunt se se possessores predicte donationis nomine comunis Astensis quousque potestati Astensi vel ejus nuncio, nomine comunis astensis corporalem possessionem, abrenunciantes illi legi que dicit quod donatio inter vivos facta ultra quingentos soldos sine insinuatione non valet et omni alij legum auxilio promittentes etiam dicto domino Ottoni de Careto potestati astensi nomine comunis astensis abrenunciare fidelitatibus suorum hominum universorum quos habent in Castro et villa et posse de aglano et eas fieri facere comuni de aste et eas postea ab eis non recipere in aliquo tempore, nisi salva fidelitate comunis Astensis. Actum Aste in publica contione facta in mercato de domate. Interfuerunt testes, dominus Bonefacius de gorrino, dominus Gregorius judex potestatis, Albertus de canellio, Guarrus de mezadio Guilelmus frater ejus, Rollandus varolius, Baldus de turre, Ubertus de platea, Berrardus bertramus et plures alij.

Sequenti die dominico qui fuit nono kallendas Jullij supradicti domini de Aglano, abrenunciaverunt fidelitatibus suorum hominum quos habent in aglano, et eas fieri preceperunt comuni de Aste. Et nomina illorum qui fecerunt fidelitatem pro predictis dominis inferius continentur.

Pro domino Jordano de Aglano juraverunt isti, Bogla, Ogerius rubeus, Guilelmus torbolanus, Albertus torbolanus, Guilelmus manducavaccam, Anselmus torbolanus, Obertus de vignatio, Anselmus rogerius, henricus torbolanus, Jacobus mellianus, Quagleta, Guilelmus ruffus, Otto de bossea.

Pro domino Gillio et nepote suo Ascherio juraverunt isti, Obertus rubeus, Armannus, Henricus rastellus, Bertramus, Rollandus baapizus, Guilelmus de sparoarijs, Otto barachus, Rodulfus baarizus, Otto flachalasagna, Astexanus baarizus.

Pro Alberto de camino, Nicolaus camolatus, Raymondus de bosco.

Pro Guilelmo musso et henrico de montecucho, Jacobus ypolitus, Petrus de pasca, Anselmus cagnolius, Guilelmus de pontibus, Otto mora, Ubertus stroionus, Stephanus, Periota, Raymondus rubeus, Guido de valle canina, Obertus cerratus, Jacobus mussus, Guilelmus, Niger.

Pro domino Manfredo presbitero, Nicolaus de rocha, Johanes citara, Arnaldus citara, Ferrarius notarius, Guilelmus bullionus, Petrus zurla, Canaverius, Guilelmus mazochus, Johanes laborator, Henricus carabuccus, Carganus, Obertacius.

Pro Gatto, Obertus lunellus, Ogerius de Valle canina, Henricus pulverellus, Castrator, Guilelmus bencius, Guilelmus berrinus, Manducapanem, Ginorius, Aglanus, Albertus corvus, Albertus bovacius, Guilelmus bayamondus, Manfredus mascarellus, Cologla.

313. *De Investitura facta ad rectum feudum per comune Ast, in predictos dominos de aglano, de eo quod habebant in Aglano.* 1213. 18 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo terciodecimo indictione prima, Die Martis XIIII° kallendas Jullij dominus Otto de Careto potestas Astensis nomine et vice communis Astensis investivit in rectum feudum et nomine recti feudi, in filios et in filias, in masculos et feminas, predictos dominos de aglano, videlicet Manfredum presbiterum, Guielmum mussum, Jordanum de aglano, Gilium suo nomine et nomine Ascherij nepotis sui, Gatum henricum de montecucho, et Albertum de camino, Nominatim de omni eo quod comune Aste habet in Aglano, in castro et villa et in posse propter donationem illam quam ipsi inde fecerant Comuni de Aste, qua investitura facta prenominati omnes fecerunt fidelitatem ipsi domino Ottoni potestati Astensi nomine communis de Aste, et comuni et hominibus de Aste, Talem qualem vassalus facit domino suo, Eo salvo quod ipsi et eorum homines inter se possint vendere et alienare salva fidelitate et ratione comunis Astensis. Actum Ast in publica contione facta in mercato de domate, Testes dominus Bonefacius de gorrino, dominus Greorius judex potestatis, Albertus de canelio, Gavarrus de mezadio, Ubertus de platea, Rollandus cazo, Petrus marronus, Obertarius culorius et plures alij.

Et ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

314. *De donatione facta comuni Astensi per Anselmum de boschis de calocio et Bramenzonum fratrem eius de omni eo toto quod habebant in castro et villa Calocij et de eorum fidelitate.* 1213. 11 Octobris.

Anno domini Millesimo Ducentesimo Terciodecimo indictione prima. Die Veneris IX intrantis octubris coram subscriptis testibus. Donationem simplicem et inter vivos fecerunt Anselmus de boschis de calocio et Bramenzonus fratrer eius in manu domini Ottonis de careto potestatis Astensis, nomine et vice comunis Astensis recipientis, Nominatim de omni eo quod ipsi per se se vel per alios habent tenent et possident et hactenus per se se vel per alios visi sunt habere tenere possidere iuste vel iniuste, In Castro et villa et posse de Aglano et de omni eo quod ibi acquirere poterint in aliquo tempore cum omni onore et Comitatu et districtu quos habent vel hactenus habere visi sunt in predicto Castro et villa et pertinentijs, videlicet in militibus, et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in vicis et in vijs, in drictis et fictis, in furnis et molendinis, in terris cultis et incultis, in vineis et nemoribus, in cerbis et pratis, in rupibus et ruinis, in aquatu et ripatu, in puteis et fontibus, in piscationibus et venationibus, et in omnibus alijs rebus, cum omni honore et Comitatu, districtu et posse, quos habent vel hactenus habere visi sunt ipsi vel alij pro eis in predicto Castro et villa et posse aliquo modo, seu decetero sunt habituri, Excepta decima quam tenent a Marchione Montisferati. Eo modo ut ipse dominus Otto de Careto potestas Astensis et eius successores in regimine civitatis Astensis omnia supradicta jure proprietario, habeant teneant possideant firmiterque, Et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant absque omni contradictione supradictorum donatorum et heredum eorum et omnium aliarum pro eis personarum. Preterea predicti donatores constituerunt sese possessores predicte

donationis nomine comunis Astensis quousque potestati Astensi vel eius misso nomine comunis Astensi tradiderint corporalem possessionem abrenunciantes illi legi que dicit quod donatio inter vivos facta ultra quingentos soldos sine insinuatione non valet et omni alij legum auxilio. Promittentes etiam dicto domino Ottoni de Careto potestati Astensi nomine comunis Astensis abrenunciare fidelitatibus suorum hominum universorum quos habent in Castro et villa et posse de Aglano, et eas fieri facere comuni de Aste et eas postea ab eis non recipere in aliquo tempore nisi salva fidelitate comunis Astensis. Actum est in curia Azonis golte rubee. Interfuerunt testes, dominus Gregorius judex potestatis Astensis, Petrus laurentius, Guidacius bergogninus, Rollandus cassanus et plures alij.

315. *De eadem investitura in rectum feudum.* 1213. 11 Octobris.

Eodem die et loco et presentia eorumdem testium supranominatorum, Idem dominus Otto de careto potestas Astensis nomine comunis Astensis et vice ipsius comunis, Investivit in rectum feudum et nomine recti feudi in filios et in filias in masculos et in feminas predictum Anselmum de boscho, et Bramenzonum fratrem eius, Nominatim de omni eo quod Comune de Aste habet in Aglano in Castro villa et posse propter donationem illam quam ipsi inde fecerant comuni de Aste, Qua investitura facta predicti Anselmus et Bramenzonus frater eius fecerunt fidelitatem ipsi domino Ottoni potestati astensi nomine comunis de Aste et comuni et hominibus de Aste talem qualem Vassallus facit domiuo suo. Eo salvo quod ipsi et eorum homines inter se possint vendere et alienare, salva fidelitate et ratione comunis Astensis.

Et Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

LIII. De Castro Montis.

316. *De pacto et convento citaniatici uberti et Johanis fratrum de Monte et de eorum fidelitate facta comuni Astensi.* 1193.

In nomine domini nostri yhesu christi. Anno eius Millesimo Centesimo nonagesimo tercio indictione undecima. Ad honorem dei et beate Marie semper virginis et beati Secondi Martiris christi et ad honorem et servicium Astensis civitatis et omnium amicorum eius. Pactum tale et conventum inter Jacobum strictum potestatem Astense nomine comunis Astensis, Et ab altera parte, Ubertum de Monte et Johanem fratrem eius firmatum est perpetualiter inter eos observandum, videlicet quod predicti Ubertus et Johanes de monte debent salvare, custodire personas et res omnium Astensium civium et omnium hominum de eorum virtute et omnium auxiliatorum eorum bona fide et sine fraude per universum posse eorum et alibi quo poterint, Et quod reducent eos in domo sua, Silicet in castro Montis munitos et scaritos, et quod permittent illos de domo sua et precipue de Castro montis facere pacem et guerram cuicumque ipsi voluerint et maxime facere guerram Bonifacio grasso vivam et omnibus hominibus cum quibus Astenses guerram haberent et ex personis et hominibus et terra eorum et precipue de Castro montis, Et quod de guerra Bonifacij grassi et de alijs guerris quas Astenses haberent non facient pacem nec finem treuguam nec guerram recreutam absque parabula potestatis

aut Consulum astensium si potestas ibi non fuerit et Credentie per campanam cohadunate tocius aut maioris partis, Et si potestas astensis vel Consules aut illi qui ex eorum parte fuerint aliquid in credentiam manifestaverint quod illud privatum tenebunt nec alicui persone ullo aliquo modo manifestabunt nisi parabula potestatis vel Astensium Consulum, Aut eorum ex eorum parte qui credentiam sibi iniunxerint aut donec palam fuerit. Et debent facere jurare omnes homines suos predicta omnia imperpetuum attendere et observare ex parte eorum per bonam fidem et sine fraude. Et hec omnia ut supra legitur predictus Ubertus propria manu juravit attendere et observare bona fide et sine fraude, si deus illum adiuvet et illa sancta dei evangelia Inperpetuum. Et insuper sub pena centum Marcarum argenti quam dominus Ubertus comes pinguis de coconada promisit dare Jacobo stricto potestati astensi nomine astensis comunis per stipulationem subnixam, Nisi predicti Ubertus et Johanes predicta omnia ut superius legitur inintegrum non attenderent et observarent. Actum in urbe Astensi in ecclesia sancti Sisti. Interfuerunt testes, Guielmus marchio Encisie, Manfredus advocarius de montecuco, Obertus de ripalba, Petrus caneffus de Alexandria, Thebaldus bahaxol de Alexandria, Bayamondus Judex, Petrus cicia, Henricus soldanus, Manfredus de solerio, Jacobus boviculus et Otto bassus notarius.

Ego Thomas notarius palatinus interfui et scripsi.

LIV. De Maglano.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 23).

De villa Maglani. Villa Maglani est de locis novis comunis Astensis, et homines dicte ville sunt cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives astenses. Et dicta villa facta fuit de hominibus fravearum, Vallium, Venearum et Aulongi.

317. *De pacto Citadancie facto cum comuni Astensi per Anselmum Ottonem et Ruffinum de Maglano.* 1198. 23 Septembris. [1]

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo Indictione prima. Die Mercuri nono kalendas octubris presentia infrascriptorum testium, Anselmus de maglano et Otto et Ruffinus de Maglano tale pactum et conventum fecerunt cum domino Alberto de fontana potestate astensi nomine comunis de Aste, silicet quod ipsi et eorum heredes debent esse cives et habitatores Urbis Astensis imperpetuum et debent emere domum pro precio librarum XXIIII.^or Astensium usque ad carlevarium proximum quam domum non debent postea vendere nec obligare nec aliquo modo a se alienare in aliquo tempore nisi consilio et voluntate potestatis et [2] Consulatus Astensis et credencie per campanam simul posite tocius vel maioris partis et debent a modo dare fodrum in Aste de libris Septuaginta duabus astensibus quociens civitas ad fodrum venerit et facere omnes mores et consuetudines civitatis pro libris LXXII

[1] Instrumentum hoc iteratur in quarta Codicis parte; itaque servata tantum inscriptione suo loco, varias hic lectiones afferemus. — [2] *vel.*

astensibus sicut alij cives astenses facient pro consimili extimatione. Item debent facere exercitus cavalcatas et succursus per se et per omnes suos homines quandocumque ipsi Astenses voluerint et facere de eorum domo et de eorum Castello guerram et pacem cuilibet civitati et cuicumque ipsi Astenses voluerint nec debent vetare eorum domum nec eorum Castellum hominibus de Aste guarnitis vel scaritis quin faciant inde pacem et guerram cuilibet civitati et cuicumque voluerint, Et debent salvare et custodire homines de Aste in persona et in avere pro comuni et pro diviso in eorum terra et alibi ubicumque poterunt bona fide et sine fraude, Et debent facere jurare omnes eorum homines salvare et custodire omnes homines de Aste in persona et in avere et facere pro eis pacem et guerram et exercitus et cavalcatas et succursus contra omnes homines quandocumque Astenses voluerint salvis eorum donneis [1]. Et sicut supra legitur predicti Anselmus et Otto et Ruffinus de Maglano promiserunt domino Alberto de fontana potestati Astensi, nomine comunis stipulanti et supra dei evangelia juraverunt bona fide attendere et observare, Et dominus Albertus de fontana potestas astensis nomine comunis de Aste investivit predictos [2] Anselmum Ottonem et Ruffinum, ut ipsi eorumque heredes sint cives et habitatores Astenses ita [3] ut supra legitur in perpetuum, Et promisit eis omnibus salvare et custodire eos et eorum homines et eorum terram bona fide sicut cives Astenses imperpetuum. Actum urbe Astensi in mercato de domate. Testes Nicolaus gardinus, Guilelmus de Cathena, Guilelmus silvaticus [4], Obertus de sancto Julliano, Ottonus pipinus, et Rollandus [5] faxolus.

Et Jacobus Boviculus notarius scripsit.

LV. De Calocio.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 3.).

De Calocio. Villa Callocij est de locis novis comunis Astensis, et homines dicte ville sunt Cives Astenses in omnibus et per omnia sicut alij Cives civitatis Astensis habitantes in Ast.

318. *De donatione facta comuni A.tensi per dominum Robaldum manteacium de Calocio de octava parte Castri et ville calocij.* 1202. 21 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo Indictione quinta die Sabati duodecimo kal. Januarj. In domo comunis de Aste in credentia per campanam congregata, Presentia infrascriptorum testium, dominus Robaldus manteacius de calocio fecit donationem in manibus Consulum comunis et Justicie de Aste quorum nomina sunt Jacobus rohat, Baiamondus carocius, Guilelmus gardinus, Manfredus de solario, Vivianus de fonte, Magister petrus beccarius, henricus soldanus, Jacobus de mandra nomine comunis de Aste ad partem eiusdem comunis, Nominatim de sua parte que est octava pars Castri et ville et posse Callocij, quam dividit cum domino Gualla de Calocio et medietatis alterius octave partis quam pro uxore sua filia henrici de Castro Aycardo habuit et quarta pars alterius octave partis, quam pro uxore sua

[1] *dominis.* — [2] *predictum.* — [3] Deest *ita.* — [4] *Sylvaticus.* — [5] *Robaldus.*

aquistavit ab Imperatoribus, Et de omni eo quod tenet et possidet ipse et alius pro eo iuste vel iniuste et hactenus tenere visus est pro hijs supradictis partibus, in Castro et in villa et in posse Callocij, videlicet in ecclesijs et Capellis in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis, in gerbis et vineis, in pratis in silvis et nemoribus, In venationibus et piscationibus, in aquatu et pascuo, in rivis et in rupibus et ruinis et in omnibus alijs rebus ad predictas partes pertinentibus, cum omnibus rationibus, accessionibus et ingressionibus ad predictas partes pertinentibus, cum omni honore et districtu et comitatu, Nichil in se retinendo, Eo modo ut ipsi Consules et eorum successores silicet Consules vel potestates in Aste per tempora existentes omnia predicta nomine comunis de Aste, ad dominium et proprium comunis de Aste habeant teneant firmiterque possideant et faciant inde cuicumque voluerint pacem et guerram, et quicquid facere voluerint sine ipsius Robaldi et heredum eius contradictione. Insuper ipse Robaldus pro se et pro suis heredibus predictis consulibus nomine comunis stipulantibus eis eorumque successoribus pro comuni ab omni homine sub pena dupli defendere promisit sicuti pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco, et refutavit fidelitates hominum et eas facere fieri comuni de aste, et uxorem suam jurare facere hanc donationem firmam tenere nec removere, Et confessus est se posuîsse ipsos Consules vice comunis Astensis in possessionem predictorum, Et pro hac donatione receperat a comuni de Aste libras sexaginta quinque et solidos duodecim astenses. Et insuper juravit hanc donationem firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere. Interfuerunt testes Manfredus de insula, Aycardus de Insula, Ardicio de Insula, Anselmus de curia, Ubertus palius, Otto laiolius, Guilelmus de Catena, Guilelmus de Cario, Guilelmus sicardus, Robaldus faxolus et multi alij. Et Gandulfus notarius inde fecit cartam precepto domini Oliverij ysembardi potestatis Astensis et voluntate Jacobi boviculi notarij qui tradaverat et abreviaverat ipsam. Et dictus Jacobus boviculus subscripsit.

319. *De donatione facta comuni Astensi per dominum Bosium de calocio de octava parte Castri et ville Calocij.* 1202. 25 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta Die lune septimo kal. decembris in Curia domus comunis Astensis, dominus Bosus de calocio fecit donationem in manibus Astensium Consulum comunis et iusticie, quorum nomina sunt Jacobus roat, Guilelmus gardinus Baiamondus carocius Manfredus de solario, Vivianus de fontana, Magister petrus beccarius henricus soldanus, et Jacobus de mandra nomine comunis Astensis, Nominatim de sua parte, que est octava pars Castri et ville et posse et districtu Calocij, sicut eam tenet et possidet, et visus est tenere et possidere ipse vel alius pro eo iuste vel iniuste, cum omni honore et districtu ipsi octave parti pertinentibus, Nichil in se retinendo, in Militibus et hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis, in silvis et nemoribus in rivis et pascuis, in rupibus et ruinis, in aquatu et pasquo, et in omnibus alijs rebus, cum omnibus rationibns ibi pertinentibus, Eo modo ut ipsi Consules et eorum successores nomine comunis Astensis faciant inde quicquid voluerint sine omni contradictione sua et heredum suorum et omnium personarum pro eis. Et hoc donum eis ab omni homine sub pena dupli

deffendere promisit sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco. Et insuper ipse bosus juravit hanc donationem firmam tenere nec per se nec per aliam personam molestare nec removere et hoc idem facere jurare filios suos qui jurare poterunt et quos Consules voluerint Et confessus fuit se posuisse Consules nomine comunis in possessionem predictorum. Interfuerunt testes, Petrus cicia, Guillelmus de Catena, Jacobus de stoyerda, Albertus de porta, Robaldus gardinus, Robaldus faxolus, Albertus crivellus, Otto laiolius et Otto bassus. Et Gandulfus notarius, precepto domini Oliverij ysembardi potestatis astensis, voluntate Jacobi boviculi qui abreviaverat eam cartam, cartam fecit, Cui dictus Jacobus boviculus subscripsit.

320. *De quadam promissione facta comuni Astensi per homines de Calocio de essendo Cives astenses prout infra continetur.* 1202. 25 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta Die lune septimo kal. decembris. In curia domus comunis Astensis, presentia infrascriptorum testium, Guilelmus de fractis et Guillelmus donalda Consules Calocij et Moralia, et Petrus saccus de Calocio eorum nomine et nomine omnium aliorum hominum de Calocio promiserunt dictis Consulibus videlicet Jacobo de rohat, Guilelmo gardino, Baiamondo carocio, Manfredo de solario, viviano de fonte, magistro Petro beccario, Enrico soldano, et Jacobo de mandra nomine comunis Astensis stipulantibus, et supra dei evangelia juraverunt pactum et conventum eorum et hominum de Aste, de hoc quod esse debent cives Astenses, attendere et observare sicut dominus Guilelmus de Catena et dominus Petrus beccarius concordes fuerint, et cum consilio consulum eorum ordinaverint si usque ad octo dies eorum domini cum hominibus de aste concordati non fuerint, vel ad illum terminum quem consules eis semel vel pluries dederint vel mutaverint. Et proinde ipsis Consulibus nomine comunis astensis omnes eorum res pignori obligaverunt. Interfuerunt testes, Petrus cicia, Jacobus de stoierda, Albertus de porta, Robaldus gardinus, Robaldus faxolus, Albertus crivellus, Otto laiolius, et Otto bassus. Et Gandulfus notarius precepto domini Oliverij ysembardi potestatis Astensis et voluntate Jacobi boviculi notari qui dictum pactum et conventum abreviaverat scripsit.

321. *De donatione facta comuni Astensi per dominum Henricum de calocio de IIII^a parte Castri et ville Calocij.* 1202. 2 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta Die lune secundo intrantis decembris. In domo comunis astensis in credentia per campanam et per nuncios congregata, dominus henricus de calocio fecit donum in manibus consulum Astensium comunis et justicie, quorum nomina sunt, Jacobus rohat, Baiamondus Carocius, Guilelmus gardinus, Vivianus de fontana, Manfredus de solario, Magister Petrus beccarius, henricus soldanus, et Jacobus de mandra nomine et vice comunis astensis, Nominatim de sua parte que est quarta pars Castri et ville et posse Callocij, cum omni eo quod ipse vel alius pro eo, habet tenet et possidet iuste vel iniuste, vel hactenus tenere visus est in illa quarta parte Castri et ville et posse Calocij, In militibus, silicet et in alijs hominibus feudatis et infeudatis, In terris cultis et incultis, in vineis et pratis in silvis et nemoribus in venatione et piscatione, in ripatu et in aquatu, in

rivis et ripis, in gerbis et pasquis, in rupibus et in ruinis et in omnibus alijs rebus, cum omnibus suis rationibus, et cum omni districtu et honore Nichil in se retinendo Eo modo ut ipsi Consules et successores eorum nomine comunis Astensis aut cui dederint, faciant de predicta donatione qualiter supra legitur insolidum quicquid facere voluerint sine omni ipsius henrici et heredum ipsius contradictione. Insuper ipse henricus pro se et pro suis heredibus dictis Consulibus vice comunis Astensis stipulantibus eis eorumque successoribus aut cui dederint ab omni homine sub pena dupli deffendere, et fidelitati hominum renunciare, et eis Consulibus vice comunis facere fieri promisit, et hanc donationem firmam tenere, per se nec per aliam personam molestare nec removere et supradicta bona fide attendere juravit, in quo sacramento addidit facere jurare uxorem et filios et nurus suas illud idem bona fide. Addicientes insuper henricus predictus et dicti Consules, quod volebant hanc donationem esse in scriptis redactam. Et insuper idem henricus confessus fuit se posuisse Consules in possessionem predictorum Et pro hac donatione recepit a comuni de Aste, libras septuaginta quinque astenses. Interfuerunt testes, Guilelmus de catena, Nicolaus gardinus, Berardus coglalda, Ubertus palius, Otto laiolius.

Et Gandulfus notarius precepto domini Oliverj Isembardij potestatis astensis et voluntate Jacobi boviculi notari qui predicta abreviaverat inde cartam fecit, cui dictus Jacobus boviculus subscripsit.

322. *De apprehensione possessionis facta per comune astense de hoc quod domini Bossus et henricus de Calocio dederant comuni Astensi in Calocio.* 1202. 4 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo Indictione quinta Die Mercurj quarto die decembris. Baiamondus carocius nomine comunis Astensis intravit in possessionem Calocij, de hoc quod dominus Bosus et dominus henricus de Calocio dederant comuni Astensi, et baneriam comunis supra palatium ipsius henrici nomine comunis de Aste poni fecit. Interfuerunt testes, Guillelmus de Catena, Robaldus manteacius de calocio, Rodulfus farulfus, Jacobus carena, et Petrus guastagnus. Item eodem die et loco et eorum presentia, Anselmus filius dicti henrici juravit donationem illam, quam pater eius fecerat comuni de aste de sua parte Calocij firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore removere.

Et Gandulfus notarius precepto domini Oliverij Isembardi potestatis astensis, et voluntate Jacobi boviculi notari qui abreviaverat predicta, Inde fecit cartam, qui dictus Jacobus boviculus notarius subscripsit.

323. *De investitura facta per comune Astense ad rectum feudum in dominum henricum de Calocio de IV^a^ parte Castri et ville Calocij, Et de octava parte predictorum.* 1202. 6 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta, Die veneris sexto intrantis decembris, In domo comunis, In credentia per campanam et nuncios congregata, Astenses consules comunis et Iusticie, quorum nomina sunt Jacobus rohat, Baiamondus carocius, Guilelmus gardinus, Manfredus de solario vivianus de fontana, Magister Petrus beccarius, henricus soldanus, et Jacobus de mandra nomine comunis

astensis, Investiverunt dominum henricum de calocio nomine recti feudi in filios et in filias, de quarta parte Castri et ville et posse Callocij, cum omni honore et cum omnibus rationibus sicut ipse comuni dederat ad proprium et in alodium, ut ipse et heredes eius masculi et femine jure recti feudi omnia supradicta a modo teneant et possideant imperpetuum. Et ibidem fecit fidelitatem comuni et consulibus de Aste sicut vasallus facit domino suo. Eodem die et loco et presentia eorumdem testium, ipsi Consules eodem modo investiverunt dominum Bosum de Calocio de octava parte Calocij, et ipse eis fecit talem fidelitatem qualem vasalus facit domino suo. Interfuerunt testes, Ardicinus bertramus potestas Cunei, Manfredus de Insula, Aycardus de Insula, Raynerius de corsembraldo, Ubertus donabentia, Guilelmus de catena, Guillelmus de Chario, Ubertus palius, Otto laiolius, et multi alij.

Et Gandulfus sacri palacij notarius, ex precepto domini Oliverij ysembardi potestatis astensis et de voluntate Jacobi boviculi notari qui abreviaverat prout superius continetur Inde cartam fecit, Et Item Jacobus boviculus subscripsit.

324. *De donatione facta comuni Astensi per dominum Gualam de Calocio, de octava parte Castri et ville Calocij.* 1203. 26 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo tercio indictione sexta Die Martis septimo kal. Septembris, Presentia infrascriptorum, dominus Guala de Calocio fecit donationem inter vivos et inrevocabilem in manu domini lantelmi de landriano potestatis Astensis nomine comunis de Aste, et ad partem comunis de Aste, Nominatim de sua parte que est octava pars Castri et ville de Calocio, quam dividit cum Robaldo manteacio de Calocio, vel cum alio si cum alio dividit, Et de omni quod ipse tenet et possidet et alius pro eo iuste vel iniuste et hactenus visus est habere et tenere pro predicta parte In Castro et in villa et in posse Calocij, videlicet in Ecclesijs et capellis, in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis in gerbis in vineis et pratis In silvis et nemoribus, in venationibus et piscationibus in aqua et pasquo, in rivis in rupibus et in ruinis, et in omnibus alijs rebus ad predictam partem pertinentibus, Cum omnibus rationibus et accessionibus et ingressionibus ad predictam partem pertinentibus, Cum omni honore et districtu et comitatu Nichil in se retinendo, Eo modo ut ipse dominus lantelmus potestas Astensis et eius successores, silicet Consules vel potestates per tempora existentes omnia predicta nomine comunis de Aste ad dominium et proprietatem comunis de Aste habeant et teneant firmiterque possideant et inde faciant quicquid voluerint sine ipsius Gualle et eius heredum contradictione. Insuper predictus dominus Gualla pro se et pro heredibus suis, predicto potestati stipulanti nomine comunis promisit predictam venditionem sub pena dupli deffendere, sicut pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco Et ibidem ipse dominus Guala predicto domino lantelmo potestati astensi nomine comunis fidelitates suorum hominum de Calocio refutavit Et promissit ei nomine comunis astensis eas facere fieri comuni de aste, et facere jurare uxorem suam et Nurum suam et filios suos si habet, hanc donationem firmam tenere et non removere. Et pro hac donatione ibidem confessus fuit se recepisse a comuni de Aste libras sexaginta astenses. Preterea dictus dominus Gualla juravit supra sancta dei evangelia omnia predicta firma tenere nec per se nec per

aliam personam in aliquo tempore aliquo modo removere vel aliqua ratione molestare. Actum in civitate de Aste, in ecclesia sancti Johanis de domate in publica Credentia, Interfuerunt testes, Ubertus de platea, Manfredus de Insula Aycardus de Insula, Baialanus balbus, Otto gagla, Jacobus porneta, heustachius caecus et Baiamondus nuncius comunis Et Jacobus vetulus notarius scripsit.

325. *De investitura facta per comune astense ad rectum feudum in dominum Gualam de Calocio, de octava parte Castri et ville Calocij.* 1203. 26 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo tercio Indictione sexta die Martis septimo kal. septembris presentia infrascriptorum, dominus lantelmus de landriano potestas Astensis, nomine comunis de Aste, investivit dominum Gualam de Calocio nomine recti feudi in filios et in filias de octava parte Castri et ville et posse Callocij cum omni honore et cum omnibus rationibus sicut ipse comuni de Aste dederat, Ut ipse et heredes eius masculi et femine jure recti feudi omnia predicta a modo teneant et possideant imperpetuum, absque predicti domini lantelmi et successorum eius contradictione. Item dictus dominus Gualla, iamdicto domino lantelmo potestati nomine comunis astensis fecit ibidem fidelitatem sicut vasallus facit domino suo. Actum urbe Aste in ecclesia sancti Johanis de domate in publica credentia, interfuerunt testes henricus soldanus, Robaldus de calocio, Aycardus de insula Albertus crivellus, Robaldus gardinus, Thomas notarius et plures alij.

Et predictus Jacobus vetulus notarius scripsit.

326. *De donatione facta comuni astensi per Trencherium de Calocio de sexta parte Castri et ville Calocij.* 1203. 1 Februarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo tercio indictione sexta, Die Jovis kall. Februarij, presentia infrascriptorum, Trencherius filius quondam Gribaldi de calocio, cum consilio Bonefacij privigni sui et Jacobi patris ipsius Bonefacij eius consiliatorum fecerunt donationem inter vivos et inrevocabilem in manibus domini lantelmi de landriano potestatis astensis, nomine comunis astensis Nominatim de sua parte tota, que est sexta decima pars Castri et ville et posse Callocij, Et de medietate turris de porta eiusdem Castri, Et de omni eo quod ipse tenet et possidet et alius pro eo iuste vel iniuste et hactenus visus est habere et tenere, pro predicta parte in castro et in villa et in posse Calocij, videlicet in ecclesijs et capellis, in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis, in gerbis et vineis, in pratis in silvis et Nemoribus, in venationibus et piscationibus, in aquatu et pascuo, in rivis in rupibus et ruinis, et in omnibus alijs rebus ad predictam partem pertinentibus, cum omni honore et districtu et comitatu Nichil in se retinendo, Eo modo ut ipse dominus lantelmus potestas et eius successores silicet Consules vel potestates in Aste per tempora existentes, omnia predicta nomine comunis de Aste ad dominium et proprium comunis de Aste habeant teneant firmiterque possideant Et inde quicquid voluerint faciant et cuicumque voluerint pacem et guerram sine ipsius Gualle et suorum heredum contradictione. Insuper dictus Trencherius pro se et pro heredibus suis predicto domino lantelmo potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti sibi et suis successoribus pro comuni, ab omni homine sub pena dupli defendere promisit

sicuti meliorata fuerit aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco. Item dictus Trencherius ibidem refutavit fidelitates suorum hominum de Calocio, et promisit predicto potestati nomine comunis eas fieri comuni de Aste et ibidem fuit confessus inde recepisse a comune, libras triginta et denarium unum. Actum Urbe Aste in domo Guilelmi dompneti. Interfuerunt testes Jacobus, Tomas de curia, Giribonus de porta, Manteacius de Calocio et Ogerius brandolus.

Et Jacobus vetulus notarius scripsit.

327. *De cessione jurium data comuni Astensi per dominum henricum de Calocio versus et contra Trencherium et patrem suum occaxione calocij.* 1204. 4 Februarij.

Anno domini, Millesimo ducentesimo quarto indictione septima die mercuri quarto intrantis februarij dominus henricus de calocio, dedit cessit atque mandavit domino lantelmo de landriano potestati astensi nomine comunis de Aste omnia jura realia et personalia omnesque rationes et actiones reales et personales utiles et directas quas et que habebat et exigere poterat versus predictum Trencherium et patrem suum et res eius de calocio per quoddam instrumentum compositum anno domini Millesimo centesimo sexagesimo quarto tercio nonas Madij, indictione octava, a Tero notario Eo modo ut ipse dominus lantelmus nomine comunis Astensis et successores eius de predictis rationibus et actionibus realibus et personalibus, possit adiuvare et deffendere, et ex hijs se tueri, in agendo et respondendo modis omnibus versus predictum Trencherium et res eius, et versus quamlibet aliam personam sicut ipse dominus henricus facere poterat, Et proinde dictus dominus henricus confessus fuit se recepisse a comuni libras decem astenses. Actum urbe Aste super solario Guilelmi dompneti. Interfuerunt testes, Petrus cicia, Otto monachus, Jacobus clericus, Thomas notarius, Et plures alij.

Et idem Jacobus vetullus notarius scripsit.

328. *De vendicione facta comuni Astensi per Brunum de Calocio nomine Ottonis papini de VIII[a] parte Castri et ville Calocij et de confirmatione et aprobatione dicte vendictionis.* 1205. 25 Maij.

In nomine domini Amen, anno eius Millesimo ducentesimo quinto indictione octava, Die Mercuri octavo kal. Junij. Brunus de Calocio nomine Ottonis Papini patris sui, et eius precepto ut confessus fuit, fecit cartam venditionis jure alodij, in manu domini Ruffini georgij potestatis astensis nomine comunis astensis et ad partem ipsius comunis recipientis, Nominative de parte ottonis papini patris sui, que est octava pars, Castri et ville et posse Calocij, et medietas alterius octave partis eius Castri et ville et posse. Et de omni eo quod ipse Otto vel alius pro eo tenet et possidet, et hactenus visus est tenere et possidere iuste vel iniuste pro hac supradicta parte, In castro et in villa et in posse Calocij videlicet in ecclesijs et Capellis, in militibus et alijs hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis in vineis et pratis, in nemoribus et silvis, in gerbis et pasquis in venationibus et piscationibus in aquatu et mollendinis, in ripis et rupibus, et in omnibus alijs rebus ad dictam partem pertinentibus, cum omnibus accessionibus et ingressionibus et

rationibus ad predictam partem pertinentibus Cum omni honore districtu et comitatu et dominio sicut hactenus visus est tenere et possidere per se vel per alium, iuste vel iniuste Nichil in se quoquo modo retinendo, Eo modo ut ipse Ruffinus georgius potestas Astensis et eius successores Consules vel potestas in Aste per tempora existentes nomine comunis astensis, et illud comune de Aste, omnia predicta jure alodij ad dominium et proprium comunis de aste, habeant teneant firmiterque possideant et faciant inde pacem et guerram, et quicquid voluerint faciant, sine omni contradictione ipsius Ottonis papini, et heredum eius. Insuper dictus Brunus nomine ipsius Ottonis patris sui per se et pro suis heredibus predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco iamdicto Ruffino potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti, sibi suisque successoribus silicet Consulibus vel potestatibus in Aste per tempora existentibus et comuni de Aste, aut cui dederint, ab omni homine sub pena dupli deffendere promisit, Et confessus fuit se recepisse a comuni de Aste pro precio huius venditionis libras septuaginta quinque astenses de quibus pagatum se tenuit. Insuper juravit supra dei evangelia hanc venditionem firmam tenere, nec per se nec per aliam personam ratione materne dotis nec eo jure quo excedat dimidiam justi precij nec aliquo alio modo in aliquo tempore eam molestare nec removere. Actum Aste, ad portam vivarij, in planchile Jacobi de stoierda. Testes dominus Guizolus judex potestatis, dominus henricus florus eius miles, Ubertus de platea, Baiamondus de platea, Girardus ginorius, Petrus laurencius Guilelmus veroblius, Robaldus manteacius de Calocio, dominus Ugo de Caxinis et Bosus bruxamusca de calocio.

Item die Veneris sexto kal. Junij in Castro Calocij in domo Ottonis papini de Calocio, ipse Otto papinus pater prelibati Bruni, vendicionem illam quam Brunus filius eius fecerat a se fecit et eam laudavit et confirmavit et per omnia firmam tenere promisit, Et confessus fuit quod Brunus eius filius eam suo precepto fecerat, et Siribonum de porta et Jacobum boviculum notarios nomine potestatis et comunis de Aste in sua domo nomine aliorum omnium que habent in Calocio, Brunus eius filius suo nomine et suo precepto posuit in possessionem.

Item Jacobus ogerius et Robaldus et Agnex et Selamonda filij et filie ipsius Ottonis juraverunt supra dei evangelia, hanc venditionem firmam tenere nec per aliam personam ratione materne dotis nec eo jure quod valeat ultra dimidiam justi precij, nec aliquo alio jure nec alio jure nec alio modo in aliquo tempore molestare nec removere. Insuper dicti Brunus et Jacobus frater suus et Ogerius promiserunt Saribono de porta et Jacobo stremenato nomine comunis astensis stipulantibus facere Ubertum et Guilelmum fratres eorum et Beatricem sororem eorum illud idem jurare quandocumque fuerint illius etatis qua de Jure jurare poterunt, Testes ugo de caxinis dominus Enricus de calocio, Jacobus donasacus Ruffinus filius quondam Rollandi de donna persenda henricus ferrarius et multi alij. Ibidem idem Otto renunciavit fidelitati suorum hominum qui ibi erant, et Comuni fidelitatem fecerunt quorum nomina sunt hec, Boxus bruxamusca, Anselmus Villanus, Ogerius de Castagnolis et henricus.

Et Mussus boviculus notarius palatinus, ex precepto domini Uberti buccafollij potestatis astensis ei dato ab eo per consilium maioris partis Credentie sicut in carta

a Filipo notario facta continetur, Et ex mandato Jacobi boviculi notarij patris sui qui hanc cartam abreviaverat secundum modum et tenorem illius abreviature scripsit.

329. *De investitura facta per comune astense ad rectum feudum in Brunum de calocio de VIII*^{a} *parte et de medietate alterius VIII*^{e} *partis Castri et ville Calocij.* 1205.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinto indictione octava dominus Ruffinus georgius potestas astensis nomine et vice comunis astensis, Investivit Brunum de Calocio filium Ottonis papini nomine ipsius comunis et suo nomine et fratrum suorum in rectum feudum in filios et in filias, Nominatim de octava parte et de medietate alterius octave partis Castri et ville Calocij cum omni honore et cum omni jure quam octavam partem et medietatem alterius octave partis Comune de aste habet in Calocio ex venditione illa quam ipse Brunus nomine dicti Ottonis patris sui fecerat ipsi potestati nomine comunis Astensis in alodium, Eo modo ut ipse Otto papinus, et sui heredes masculi et femine, omnia supradicta imperpetuum teneant et possideant nomine recti feudi ut supra legitur jure recti alodij In filios et filias a modo pro comuni de aste, Et ibidem ipse Brunus suo nomine et nomine patris sui fecit fidelitatem comuni astensi et hominibus de aste talem qualem vasalus facit domino suo. Actum aste in ecclesia sancti Johanis de domate in Credencia per campanam congregata et per nuncios. Testes Ugo de Casinis, Robaldus manteacius, Bosus brusamusca, Petrus cicia, Baiamondus, de platea, Siribonus de porta, Jacobus mignanus, Petrus curialis, Ardicio bertramus, henricus soldanus, Guilelmus gardinus, Aycardus de Insula, Garganus de quatorde, Rollandus cazo et multi alij.

Et Mussus boviculus notarius palatinus precepto domini Uberti buccafolli potestati astensis sibi dato ab eo per consilium maioris partis credencie per campanam congregate sicut in carta a philipo notario inde facta continetur et ex mandato Jacobi boviculi notarij patris sui qui hanc cartam abreviaverat secundum modum et tenorem abreviature ipsius scripsit.

330. *De vendicione facta comuni astensi per dominum Manteacium de Calocio et Albertum de porta de tercia parte palacij de Calocio et de renunciatione facta de dicta vendicione.* 1228. 2 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo octavo indictione prima, Die veneris secundo intrantis Junij dominus Manteacius de calocio presente et consentiente Guilelmo filio suo et Albertus de porta filius quondam Siliboni de porta maritus domine Agnetis quondam filie domini Guale de Calocio suo nomine et nomine dicte Agnetis fecerunt cartam venditionis silicet Manteacius pro medietate et Albertus suo et uxoris eius nomine pro alia medietate sub dupli defensione jure proprietario, in manibus domini Percivalis de auria potestatis astensis vice et nomine comunis astensis recipientis, Nominatim de tercia parte quam habent inter eos pro indiviso in palacio et sediminibus palacij de Calocio, cum omnibus pertinencijs ipsius partis sicut signatum est et terminatum infra terminos et coherencias, cui choherent pars eiusdem Castri et villelmi Cassani et fratrum, et rupis seu fossatum de Castello Nazarius et Guilelmus de Vallibus, Braymenzonus, cisterna castri et venditores, pro precio librarum

Centum astensium, de quibus ipse Manteacius et Albertus suo nomine, et nomine predicte uxoris sue, vocaverunt sese solutos et quietos renunciando exceptioni pecunie non numerate et non recepte. Et eo modo facta est predicta vendicio ut prefatum Comune de aste teneat et possideat et inde faciat quicquid voluerit proprietario jure cum omni jure ratione ingressione usu publico et privato et accessione ipsi vendicioni et vendicionibus pertinentibus in dicta vendicione sicuti tenebant et possidebant vel visi erant tenere et possidere, sine omni contradictione predictorum et heredum suorum, quam vendicionem ipse Manteacius, et Albertus eius nomine et nomine uxoris eius, ab omni homine deffendere promiserunt Et si deffendere non poterunt aut noluerint, aut per aliquod ingenium subtrahere quesiverint, tunc in duplum eandem vendicionem dicto potestati nomine comunis restituere promiserunt sicuti pro tempore fuerit meliorata vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco. Et confessi fuerunt predicti venditores possidere predicta nomine comunis Astensis, quousque inde dederint ipsi potestati vel alteri nomine comunis possessionem corporalem predictorum, et ipsum dominum percivalem potestatem nomine comunis constituerunt suum nuncium et procuratorem ad intrandum possessionem tamquam in rem propriam comunis astensis. Actum Aste in ecclesia sancti Stephani, Testes interfuerunt dominus Bernardus de meleco miles potestatis, Baialardus berardengus, Guilelmus laiolius, Manfredus carena, Ottacius grasvertus, et plures alij. Item die dominico quarto intrantis iunij presentibus testibus Johane ypolito, Guidone rastello, Berardo monaco, Jacobo sacco, Alberto de porta et pluribus alijs, domina Agnex filia quondam domini Guale de calocio uxor Alberti de porta, renunciavit Raynerio gastaldo Castellano calocij pro comuni nomine comunis de Aste omni suo juri quod habebat vel exigere poterat aliquo modo, In venditione palacij et sediminis de Calocio, quod Albertus filius quondam Siriboni de porta maritus eius vendiderat domino percivali de auria potestati astensi nomine comunis sicut in predicta carta continetur, et confirmavit vendicionem ipsi Raynerio nomine dicti comunis recipienti pro comuni, Et post renunciationem vendidit eidem Raynerio recipienti predictam partem suam palacij et sediminis cum omni jure suo, et ipsi rei pertinenti, Et inde tradidit possessionem corporaliter una cum Alberto marito suo de predicta vendicione supra nominato Raynerio nomine comunis astensis. Et prefatus Manteacius fecit hoc idem, de dicta possessione presente et consenciente filio suo Guilelmo. Actum in Calocio ante cisternam. Preterea eodem die, presentia Alberti et Anselmi de porta Iohanis ypoliti, Guidonis rastelli et Berardi monaci, In Calocio in domo Manteacij, domina Ellena uxor ipsius Manteacij, et Agnex uxor predicti Guielmi filij sui, non coacte sed eorum sponte sicuti confesse fuerunt, abrenunciaverunt dicto Raynerio nomine comunis astensis omni juri quod habeant in predicta venditione, quam dictus Manteacius fecerat ratione pignoris dotium earum vel alio modo ypothecarum Juri senatui consulto veleyano renunciaverunt et omni Juri.

Et Ruffinus aranchaboscus predictis omnibus Interfuit, et inde cartam scripsit.

331. *De fidelitate facta Comuni Astensi per dominum Ogerium cerratum occaxione eius tocius quod tenet a dicto Comuni in Calocio.* 1225. 26 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quinto Indictione terciadecima, Die lune septimo kalendas Junij, presentia subscriptorum, dominus Ogerius cerratus de

alba Juravit fidelitatem domino Nicholao de andeto potestati de aste nomine comunis astensis, Nominatim de toto eo quod ipse a comuni de aste tenebat in Calocio et in posse, et hoc fecit pro se et nomine successorum eius in regimine civitatis astensis existencium, tam pro comuni quam pro diviso, talem qualem gentilis vasalus facit Nobili domino suo, Recepta tamen prius Investitura feudi a predicto domino Nicolao potestate nomine comunis de toto suo recto feudo quod In Calocio et posse tenebat a comuni. Actum urbe Aste In domo Ottonis bulle. Interfuerunt testes Baialardus berardengus, Rollandus cazo, Guilelmus Cassanus et plures alij.

Ego Ruffinus aranchaboscus notarius palatinus interfui et scripsi.

332. *De vendicione facta comuni Astensi per Braymenzonum de Calocio et Nepotes eius de duabus partibus palacij de Callocio et sediminum.* 1228. 22 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo octavo Indictione prima, Die sabati xi° kalendas Augusti coram testibus infrascriptis, Braymenzonus de Calocio et Nazerius et Guilelmus de vallibus nepotes eius filij condam Anselmi de boschis, vendiderunt et ex causa venditionis tradiderunt Oberto vardalosso civi astensi et sindico comunis astensis et procuratori ad hanc venditionem recipiendam ut apparet ex abreviario Manfredi carene publici notari scripto In anno domini Millesimo ducentesimo presenti et Indictione, Die Martis vi° intrantis Iunij, nomine et ad partem ipsius comunis recipienti Nominatim duas partes palacij de Calocio et sediminum ipsius palacij cum omnibus pertinencijs ipsarum duarum parcium sicut signata sunt et terminata Infra terminos et coherentias, quibus coherent pars ejusdem Castelli, Guilelmi cassani et fratrum et fossatum seu rocha Castelli et Cisterna castri, et comune Astense pro illa tercia parte eiusdem palacij et sediminum quam vendiderunt dominus Manteacius de calocio et Albertinus filius siriboni de porta condam suo nomine et nomine uxoris sue, cum omni Jure ratione accessione et Ingressione, et usu publico et privato, ipsi venditioni et venditoribus pertinentibus Insolidum, pro precio librarum trecentum vigintiquinque Astensium, de quibus renunciantes exceptioni non numerate pecunie quietos et solutos sese tenuerunt, et eum predicto nomine posuerunt ad presens in possessionem predictorum Et eo modo facta est hec solucio, et vendicio quod dictum comune Astense, predicta habeat teneat et possideat, et quicquid voluerit inde faciat sine omni contradictione ipsorum venditorum et suorum heredum et omnium personarum pro eis, et predicta ab omni homine dicto Oberto predicto nomine promiserunt defendere, et si defendere non poterint vel noluerint, vel per quodvis ingenium subtrahere quesierint tunc predicta sub pena dupli eidem comuni restituere promiserunt sicut meliorata fuerit aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco. Insuper domina Gema mater dictorum Nazarij et Guilelmi, et Aldis uxor ipsius Nazarij, renunciantes ypothecario juri et omni alij juri et omni legum auxilio quod habebant vel aliquo tempore possent exigere In predictis promiserunt et alldis promisit et supra dei evangelia Iuravit predictam renunciationem et vendicionem firmas tenere nec removere In aliquo tempore. Actum in Calocio in sedimine predicto. Interfuerunt testes, dominus Amedeus de lanerio, Ulricus caressonius, Petrus calderarius, Albertinus de porta, Fredericus boviculus et Ubertus paganotus.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus Interfui et voluntate dicti Sindici et predictorum venditorum scripsi.

333. *De possessione data Comuni Astensi per dominum Guallam de Calocio de VIII^a^ parte Castri et Ville Calocij. Et de fidelitate facta dicto Comuni per Infrascriptos.* 1203. 28 et 27 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo tercio Indictione vi^a^ Die Jovis v° kallendas Septembris, presentia subscriptorum testium, dominus Guala de calocio tradidit possessionem Robaldo Gardino ambaxiatori comunis Astensis, nomine et ad partem comunis astensis, Nominative de octava parte Castri et ville de Calocio, quam diviserat a Robaldo manteacio de Calocio, Et de omni eo quod habebat tenebat et possidebat Juste vel Jniuste, per se et per alium In Castro et villa Callocij, Et dando ei de terra et lapidibus, posuit ipsum Robaldum nomine comunis Astensis in domo in qua ipse Gualla moratur, et ipsa domo et pro omnibus alijs terris et possessionibus et universis rebus corporalibus et Incorporalibus quas habebat in Calocio, de quibus donum fecerat, domino lantelmo de landriano potestati astensi nomine comuuis Astensis. Tali modo ut ipse potestas et Consules post eum in urbe astensi per tempora existentes, predictam possessionem nomine comunis astensis teneant firmiterque possideant et faciant quicquid facere voluerint sine omni contradictione predicti Guale et heredum eius. Actum In Calocio. Testes henricus de Calocio, Anselmus et Barybenconus filius eius.

Ego Thomas notarius, hanc cartam scripsi.

Eodem anno die Mercuri vi° kallendas septembris, Guido de roberto, Aycardus de roberto, Jacobus gallina, Jacobus carmassa, et Robaldus ferrarius fecerunt fidelitatem Robaldo gardino recipienti nomine comunis Astensis, sicut vasallus facit domino suo. Actum in Castro Calocij. Testes, Mantegacius et Calocius et plures alij.

Eodem anno et eodem die, ante ecclesiam Castri de Calocio, Albertus faxanus et Boiardus, eandem et eo modo fecerunt fidelitatem eidem Robaldo gardino nomine comunis. Testes Mantegacius et Calocius.

Ego Thomas notarius scripsit.

334. *De Vendicione facta comuni Astensi per Raynerium bertaldum procuratorem nomine domine Ottine uxoris Robaudi bertaldij de XX^a^ minus octo centena et sexagesima parte Castri calocij.* 1264. 6 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quarto Indictione septima, Die sexto mensis Junij, In presentia infrascriptorum testium, Raynerius bertaldus qui dicitur rossetus procurator domine Ottine uxoris Robaudi bertaldi, ut continetur in carta inde facta ab Oddone de quatordeis notario, In anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, Indictione sexta, die Jovis tercio intrante Madio, nomine ipsius domine Ottine et procuratorio nomine, vendidit, et ex causa venditionis tradidit seu quasi tradidit In alodium Iure proprietario et possessorio nomine, vigesimam minus octo centenam et sexagesimam partem Castri Contilis et segnoriti Calocij, cum hominibus feudatis et infeudatis, et cum omni Iurisdicione mero et mixto imperio, et molendinis furnis, aquatico et pasquatico, venationibus piscationibus, Roxijs carigijs dacijs

Rupibus et ruinis spectantibus ad Iurisdicionem et Contile predicte partis, domino Alberto de malavolta potestati astensi recipienti nomine et vice comunis Astensis, pro precio librarum Centum quinquaginta sex, et solidorum tredecim et denariorum quatuor astensis monete, quod precium predictus procurator nomine predicte domine Ottine fuit confessus a predicto potestate nomine Iamdicti comunis habuisse et recepisse, Renunciando exeptioni non numerate pecunie seu non receptorum denariorum et spei future numerationis et omni alij exceptioni. Tali modo facta est dicta vendicio, quod dictus potestas nomine iamdicti comunis, et ipsum Comune predictam rem venditam, habeat teneat quiete que possideat, et ex ea faciat quicquid facere voluerit sine contradictione predicti procuratoris et predicte domine Ottine suorum que heredum et omnium aliarum personarum cum omnibus actionibus accessionibus Ingressionibus et egressionibus usibus publicis et privatis, et cum omnibus supra se et Infra se, Nichil in se retinendo, dando eidem potestati nomine predicto liberam potestatem et facultatem Ingrediendi corporalem possessionem de predictis ad suam liberam voluntatem, Constituendo ipsum nomine predicti comunis procuratorem ut in rem suam. Quam autem venditionem predictam predictus procurator nomine predicto promisit potestati recipienti nomine comunis Astensis defendere disbrigare et auctorizare a quacumque persona colegio et universitate, quod si facere nollet vel non posset aut sub quovis ingenio subtrahere quereret, tunc in duplum eidem potestati nomine comunis Astensis restituere promisit per stipulationem subnixam. Actum ast In palacio comunis Interfuerunt testes rogati, Jacobus valbella, Oddo de abbate, Bochonus nuncius comunis, Jacobus gonella et Johanes de castellario.

Et ego Petrus silvanus notarius palatinus Interfui et sic scripsi.

LVI. De Castro Viginti.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum viginti est de locis novis comunis astensis, Et homines dicte ville sunt Cives Astenses de quantitate librarum LX.

335. *De quadam promissione facta comuni astensi per Manfredum monacum de viginti et henricum eius nepotem occaxione viginti prout Inferius continetur.* 1202. 12 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo, Indictione quinta, Die Jovis XII.° intrantis decembris, In domo comunis Astensis, Presentia infrascriptorum, Manfredus monacus de viginti, et henricus nepos eius, promiserunt Consulibus Astensibus videlicet Jacobo roat, Baiamondo careocio, Guielmo gardino, Viviano de fonte, Manfredo de solario, Magistro Petro becario, Henrico soldano, et Jacobo de donamandra nomine comunis astensis stipulantibus, quod a proximo festo Anni novi usque ad unum annum, ipsi et Wala frater ipsius henrici facient comuni de Aste eandem donationem, de eorum parte Castri et ville et posse de viginti, et eodem modo quam fecerunt de eorum parte Curticellarum sicut continetur In carta inde facta, vel antea si antea fuerit terminus quinque annorum, de quo Juraverunt suis Consortibus et si ab isto presenti anno novo usque ad unum annum terminus ille non fuerit, ex quo terminus

ille fuerit ab illo anno novo In antea Infra xv dies postea hoc idem attendere facere et complere promiserunt et Juraverunt. Quod si non fecerint, obligaverunt eis nomine comunis pro pena totum hoc quod habent in viginti et in Curticellis et in posse astensi, ut ipsi Consules nomine comunis de aste, omnia illa Jure alodij et proprij comunis Astensis teneant et possideant imperpetuum, donec ista comuni de Aste attendantur et compleantur, et Juraverunt hoc pignus firmum tenere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere, et facere Jurare Wualam donum de viginti in eadem pena que supra continetur firmum tenere, pro qua pena dictis Consulibus nomine comunis predictas res suas pignori obligaverunt et pignus firmum tenere Juraverunt. Testes homodeus trossellus, henricus aytroppus, Ubertus de platea, Albertus crivellus, Ubertus palius, Otto laiolius, Jacobus judex, Mussus trosellus, Jacobus ypolitus eius filius, Otto bassus et Otto de montebersario, Manfredus barbafala de Castronovo, henricus creva oculum, Bosus de dona flora de Viginti, Albertus de monte garello, Petrus bonus de lanerio, Guielmus calvus et multi alij.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus Interfui et scripsi.

336. *De quodam precepto facto Monaco de Viginti occaxione Castri de Viginti prout Infra contineclur.* 1221. 2 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo Indictione nona, Die Mercuri secundo Intrantis Junij, dominus Guido de landriano potestas astensis, ex parte comunis astensis precepit Monaco de viginti in fidelitate quam comuni astensi fecit, ne illud quod a comuni astensi tenet in feudum alicui persone sub aliquo ingenio det nec vendat nec aliquatenus alienet, Ita quod honor comunis in aliquo minuatur, sine precepto et voluntate potestatis vel consulum in Aste per tempora existentium. Actum aste in Claustro ecclesie sancti Sisti. Testes Freulus bertaldus, Thomas de curia, Mussus ypolitus, Jacobus de Valfenaria, Otto durnasus, Manfredus cavazonus, Guilelmus rotarius, Ubertus gula, Raynaldus palius, Jacobinus laiolius et alij quamplures

Ego Mussus boviculus notarius palatinus Interfui et scripsi.

337, *De vendicione facta comuni Astensi, per Bossum traversagnum et eius fratrem, de sexta parte Castri et ville de Viginti.* 1213. 17 Februarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo terciodecimo Inditione prima Die dominico terciodecimo kallendas Marcij, Cartam venditionis Jure alodij fecerunt Bosus traversagnus et frater eius Anselmus, In manibus domini Ottonis de Careto potestatis astensis nomine et vice comunis Astensis recipientis Nominative de sua parte Castri et ville et posse de viginti quam partem dicebant esse sextam partem, Et de omni eo quod ipsi vel alius pro eis habebant tenebant et possidebant iuste vel iniuste In predicto loco silicet in Castro et Villa et posse, et de omni eo quod ibi acquirere poterint aliquo tempore, Cum omni honore et comitatu et districtu quos habent vel habere hactenus visi sunt in predicto loco et In pertinente, Videlicet in militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In vicis et in vijs, In drictis et fictis in furnis et molendinis In terris cultis et Incultis In Zerbis et pratis et omnibus alijs rebus,

Cum omni honore comitatu et districtu et posse quos habent vel hactenus habere visi sunt ipsi vel alius pro eis In Castro et Villa et posse de viginti, aliquo modo, seu decetero sunt habituri, Eo modo ut dominus Otto potestas Astensis et eius successores In regimine civitatis astensis nomine et vice comunis astensis omnia supradicta Jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant absque omni ipsorum Bosi traversagni et fratris sui Anselmi et heredum eorum et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Et insuper ipsi Bosus et Anselmus pro se se, et pro suis heredibus promiserunt titulato domino Ottoni potestati astensi nomine comunis Astensis stipulanti sibi suis que in regimine civitatis astensis successoribus nomine, et vice comunis astensis, predictam vendictionem, qualiter supra legitur Insolidum, vel sicut pro tempore fuerit, meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco, ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea supradicti bossus et Anselmus renunciantes exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non sint decepti ultra dimidiam iusti precij, fuerunt confessi sese recepisse a dicto domino Ottone potestate astensi nomine et vice tocius comunis Astensis pro precio predicte vendictionis libras ducentas viginti papienses, de quibus se se tenuerunt solutos et quietos. Ad hoc predicti Bosus et Anselmus constituerunt se se possessores predicte vendicionis nomine comunis de aste quousque tradiderint ei vel alij pro comuni corporalem possessionem, et promisserunt etiam domino Ottoni potestati astensi nomine comunis de aste stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum, quos habent in viginti, et eas fieri facere comuni de aste et eas capere si decetero receperint salva fidelitate comunis astensis. Actum aste In domo faynerij calcanei et fratris sui. Interfuerunt testes, dominus Bonefacius de gorrino, Monachus de viginti, Bayalardus balbus ypolitus, Baialardus berardensis, Raynpertus, Guizardus berardensis, Arnaldus balzanus de montebersario Robaldus zicelarius, Gardinus, Petrus didon, Rodulfus capra, Arnelus, Nicolaus rubeus Anselmus fea de viginti.

Ego Gandulfus donascus notarius hanc cartam scripsi.

338. *De venditione facta comuni Astensi, per henricum bosum et Gualam eius fratrem, de XII^a^ parte Castri et Ville de viginti.* 1215. 11 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinto decimo Indictione tercia, Die Jovis XI.° die intrantis Junij, Cartam venditionis Jure alodij fecerunt, henricus bossus et eius frater guala, In manibus domini Uberti bucefolli astensis potestatis vice et nomine comunis astensis recipientis, Nominatim de eorum parte Castri et ville et posse de viginti que est duodecima pars ut confitebantur et plus si ibi fuerit Et de omni eo quod ipsi vel alius pro eis habebant tenebant possidebant iuste vel Iniuste In predicto loco silicet in Castro et villa et in posse cum omni honore et comitatu et districtu, quos habent vel habere hactenus visi sunt in predicto loco et In pertinente, videlicet in Militibus, et in ceteris hominibus feudatis et Infeudatis, et In ecclesijs et Capellis, In vicis et vijs, In drictis et fictis et furnis et mollendinis, et in terris cultis, et incultis, In zerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis In aquatu et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et in fontibus, et omnibus alijs rebus Cum omni honore comitatu et districtu et posse quos habent

vel hactenus visi sunt habere ipsi vel alius pro eis In Castro villa et posse de viginti aliquo modo, Eo modo ut ipse dominus Ubertus potestas astensis, et eius in regimine Civitatis astensis successores, nomine et vice comunis Astensis omnia supradicta Jure proprietario, habeant teneant firmiterque possideant Et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsorum henrici et Guale et heredum eorum, et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Et insuper prenominati henricus, et Guala pro se et pro suis heredibus, promiserunt prelibato domino Uberto potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti sibi suis que in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice comunis astensis, predictam venditionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea supradicti henricus et Guala, exceptioni non numerate pecunie et eo juri quo dicitur quod non sunt decepti ultra dimidiam Justi precij renunciantes, confessi fuerunt se recepisse a dicto domino Uberto potestate astensi nomine et vice tocius comunis astensis, pro precio predicte vendicionis libras quadraginta astenses, de quibus pagatos et quietos se tenuerunt, promittentes etiam ipsi domino uberto potestati astensi nomine et vice comunis astensis stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum de viginti, et eas comuni de aste fieri facere, et si decetero eas receperint, salva fidelitate comunis astensis eas recipere promiserunt. Ad hoc ut supradicti henricus et Gualla constituerunt se se possessores predicte vendictionis nomine comunis astensis quousque ipsi potestati vel eius misso nomine comunis astensis tradiderint corporalem possessionem predicte vendictionis, profitentes etiam se se hanc venditionem fecisse comuni de aste eo modo et ea Intentione, quod dictus potestas nomine comunis astensis eos in filios et in filias in feudum reddere debet. Preterea dciti henricus et gualla fecerunt pacem et finem dicto domino uberto potestati vice et nomine comunis astensis et pactum de non petendo, de libris duodecim et dimidia astensibus quas comune de aste eis dare debebat pro medietate librarum viginti quinque astensium, quas comune de aste eis et Monacho patruo eorum pro illo sedimine quod Pezoni habebant in pizoleo eis dare debebant, de quibus libris duodecim et dimidia pagatos et quietos se se tenuerunt. Actum Aste in ecclesia sancti Martini Interfuerunt testes dominus Ruffinus buccanigra Judex papie dominus Barocius de burgo papiensi, dominus Manfredus marchio de Encisia, Bayamondus de platea, Guilelmus bertramus Jacobus de Jaffa et Jacobus de platea, Bucinus, Jacobus boviculus notarius, Gandulfus chacayranus Robaldus turtur, Bernardus notarius et alij quamplures.

Ego Philipus notarius hanc cartam scripsi.

339. *De quadam promissione facta comuni astensi per Jacobum de Viallo de viginti prout infra continetur.* 1218. 10 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo Indictione sexta, Die Mercuri decimo Intrantis octubris, coram subscriptis testibus, Jacobus filius condam Rogeri vialis de viginti, promisit domino Girardo de rolandino potestati astensi nomine comunis astensis venire in aste usque ad diem dominicum proximum quandocumque voluerit, Et quod faciet cartam vendicionis ipsi potestati, nomine comunis talem qualem sui

consortes fecerunt de sua parte Castri et Ville et posse de viginti et de Castronovo similiter, et pro precio sibi pro parte competenti et bona fide dabit operam et virtutem quod fratres eius compleant et faciant illud idem sub pena librarum Centum astensium pro sua parte si a se non attenderet supradicta, Et proinde omnes res suas dicto potestati nomine comunis pignori obligavit, Et sicut supra legitur Juravit attendere et complere, et omnia pro parte sua insolidum facere sicut sui Consortes fecerunt pro utroque Castro et villa et pertinencijs, omni modo. Actum aste in domo comunis, Testes Petrus durnasius, Ruffinus aranchaboschus, et Surleonus maronus In publica astensi credentia per campanam congregata.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

340. *De vendicione facta comuni astensi per Conradum de mirbello suo nomine et nomine Guielmi mineti patrui sui de VI^a parte turris et sediminis de viginti.* 1219. 2 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo nono decimo Indictione septima, die Sabati secundo Intrantis Marcij, Coram testibus Infrascriptis, Conradus de mirbelo per se et nomine Guielmi mineti patrui sui, fecit cartam venditionis domino Resonato Zazio astensi potestati nomine et vice comunis astensis Nominatim de sexta parte pro Indiviso Turris et sediminis de viginti supra quod scita est et fundata quam tenebat in feudum ab eodem comuni, Cum omni Jure ratione et actione, sibi et predicto patruo suo et dicte turri pertinentibus quoquomodo, et confirmavit venditionem quam eius nomine et nomine predicti patrui sui fecerat Ascherius ayraldus de ipsa turri et sedimine, domino Girardo de Rollandino potestati astensi nomine comunis astensis et omnia attendere promisit que in carta inde aliax facta per me Mussum notarium continetur, anno proxime preterito, die Sabati VI. Intrantis octubris, et confirmavit possessionem inde datam eidem comuni, et omnia alia inde facta a prefato ascherio suo et predictorum nomine, ut continetur in alia carta per me Mussum notarium eodem anno preterito facta die lune XI. kallendas nevembris, Et eandem confirmavit In omnibus et per omnia sicut pro eo promiserat Albertus de mongarello, ut in carta per me Mussum facta continetur, et eandem confirmare facere promisit domino Ruffino patri suo, et de precio dicte venditionis quietum et pagatum se tenuit quod illud nullo tempore repetere promisit. Insuper fecit pacem et finem et refutationem dicto potestati, de omni Jure et actione quod vel quam habebat vel exigere poterat aliquo modo in dicta turri et sedimine, promittens quod ipsum comune vel alium pro comuni per se nec per alium in aliquo tempore non appellabit, nec conveniet et ipsam venditionem ab omni homine eidem comuni sicut pro tempore fuerit meliorata, vel valuerit sub extimatione precij in consimili loco defendere promisit in duplum, et Inintegrum restituere et resarcire. Actum Aste in ecclesia sancti Johannis de domate. Testes, dominus Rollandus cepula miles potestatis, Albertus de turricela judex eius, Jacobus de sibona, Ubertus arnaldus et Ruffinus de ripa.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et cartam scripsi.

341. *De vendicione facta comuni Astensi per Arnellum de Viginti de sexta parte turis et sediminis de viginti.* 1219. 24 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo nono decimo Indictione septima, Die veneris, VIIII° kallendas Junij, Arnellus de Viginti vendidit domino Resonato Zazio astensi potestati nomine et vice comunis astensis recipienti, sextam partem Turris de Viginti et sediminis supra quod scita est et fondata quam tenebat in feudum a prefato comuni, cum omni Jure et actione, accessione et Ingressione, et omni usu publico vel privato, sibi et predicte vendicioni quoquo modo pertinentibus, Nichil In se retinendo, faciendo insuper pacem finem et refutacionem predicto potestati, de omni Jure et actione accessione et Ingressione et usu, quod et quas habebat vel exigere poterat aliquo modo In dicta Turri et sedimine, Et in tantum quantum tenet via ante dictam turrim de versus domum ipsius Arnelli, Ita quod nullum laborerium nec hedificium aliquo modo supra dictam viam, nec In ipsa turri facere possit, promittendo ipsi potestati predicto nomine quod ipsum comune in aliquo tempore Inde non appelabit nec conveniet in aliquo tempore. Et fuit confessus se ab ipso potestate recepisse pro precio ipsius venditionis libras tredecim et solidos tredecim et denarios quatuor astenses, de quibus renunciando exceptioni non numerate pecunie quietum et pagatum se tenuit et se constituit possessorem ipsius vendicionis quousque dicto comuni tradiderit corporalem possessionem. Et tali modo facta est predicta vendicio, Ut Comune astense eandem vendicionem ad proprium et in alodium habeat teneat firmiterque possideat, et ex ipsa quicquid voluerit faciat sine omni ipsius et heredum eius et omnium aliarum pro eo personarum contradictione. Quam vendicionem sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij, ab omni homine defendere promisit, quod si non posset, vel nollet tunc eandem vendicionem sub dupli pena eidem comuni restituere promisit, Et si contingerit quod Comune inde appelaretur a Sorore sua vel ab alio pro eo, promisit omne damnum proinde ipsi comuni datum restituere et credere inde potestati et consulibus eorum verbis sine sacramento. Et proinde omnes res suas comuni astensi pignori obligavit. Actum Aste supra domum Rollandi de monte magno, Testes Petrus de aracio, Cazo, Jacobus de sibona et Ruffinus aranchaboschus.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

342. *De venditione facta Comuni Astensi per Manfredum monacum de viginti de XII^a^ parte Castri et Ville de viginti.* 1215. 16 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinto decimo Indictione tercia, Die Martis, XVI kallendas Jullij coram subscriptis testibus, Cartam vendicionis Jure alodij fecit Manfredus monachus de viginti In manibus domini Uberti bucchefolli potestatis astensis vice et nomine comunis astensis recipientis Nominatim de sua parte Castri et ville et posse de viginti, que est duodecima pars ut confessus fuit et plus si ibi plus fuerit, Et de omni eo quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat In predicto loco de viginti Silicet in Castro et Villa et posse de viginti, cum omni honore et comitatu et districtu et posse quos habet, vel hactenus habere visus est

ipse vel alius pro eo In predicto loco et In pertinenti, videlicet in militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis In vicis et in vijs et drictis et fictis, In furnis et molendinis In terris cultis et Incultis In zerbis et pratis In vineis et nemoribus In rupibus et ruinis In aquatu et ripatu et pascatu et venationibus et piscationibus In puteis et fontibus, et In omnibus alijs rebus et cum omni honore et comitatu et districtu et posse quos habet et hactenus habere visus est ipse vel alius pro eo In Castro et villa et posse de viginti aliquo modo Eo modo ut ipse dominus Ubertus potestas astensis et eius in regimine civitatis astensis successores nomine et vice comunis astensis omnia supradicta Iure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant absque omni ipsius Manfredi monaci et heredum eius et omnium aliarum personarum pro eo contradictione. Insuper prenominatus Manfredus monacus pro se et pro suis heredibus promisit prelibato domino Uberto astensi potestati nomine comunis de aste stipulanti, sibi suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice tocius comunis de aste, predictam venditionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata ant valuerit sub extimatione precij In consimili loco, ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea predictus Manfredus monachus exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam Justi precij renuncians, Confessus fuit se recepisse a dicto domino Uberto potestate astensi nomine et vice comunis de aste pro precio predicte vendicionis libras quadraginta astenses, de quibus quietum et pagatum se tenuit promittens eciam ipsi domino Uberto nomine comunis astensis stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum de viginti, et eas comuni de aste fieri facere, et si decetero eas receperit salva fidelitate comunis de aste eas recipere. Ad hoc, ut supradictus manfredus monachus constituit se se possessorem predicte vendicionis nomine comunis de aste quousque ipsi potestati vel eius misso nomine comunis astensis predicte vendicionis tradiderit corporalem possessionem, profitens etiam se hanc vendicionem comuni de aste fecisse, Eo modo et ea Intentione, quod dictus potestas nomine comunis astensis in filios et in filias ei in feudum rendere debeat. Preterea dictus Monachus fecit finem et refutationem pacem et pactum de non petendo dicto domino uberto potestati astensi vice et nomine comunis astensis de libris duodecim et dimidia astensibus, quas comune de aste ei et henrico et Guale nepotibus suis pro illo sedimine quod Pecconi habebant in puteolo eis dare debebat, de quibus libris duodecim et dimidia quietum et pagatum se tenuit. Actum Aste In ecclesia sancti Johanis de domate In publica Credentia per campanam congregata. Interfuerunt Testes, dominus Barocius miles potestatis astensis, Jacobus monachus, Raymondus de solario, Jacobus boviculus, Sicardus malcinctus, Albertus de cinalio et alij multi, qui erant In credencia.

Eodem die et loco et presentia eorundem testium, prenominatus dominus Ubertus buccafollus potestas astensis vice et nomine comunis, et consilio credentie per campanam congregate nemine contradicente Investivit Manfredum monachum de viginti in rectum feudum et nomine recti feudi in filios et in filias, Nominatim de sua parte Castri et ville et posse de viginti, quam nuper ut supra legitur vendiderat et tradiderat comuni de aste in alodium, Et de illa parte Castri et ville et posse Curticellarum, quam olim comuni de aste In alodium vendiderat. Qua investitura facta,

dictus Manfredus monacus fecit fidelitatem dicto domino Uberto potestati astensi nomine comunis de aste, et comuni de aste talem qualem vasallus facit domino suo et Inde.

343. *De possessione data Comuni astensi per Manfredum monacum de viginti de Castro viginti, et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum.* 1215. 12 Julij.

Item eodem anno et eadem Indictione, Die dominico qui fuit duodecimo Intrantis Jullij, prenominatus Manfredus monacus de viginti tradidit et dedit domino Ruffino bucchenigre Judici domini Uberti bucchefolli potestatis astensis nomine comunis astensis corporalem possessionem Castri de viginti, et eum nomine comunis Astensis in eam posuit nomine Castri et ville et tocius posse. Actum in Castro de viginti, Testes Nicolaus rubeus et Bayamondus frater eius, Anselmus peblanus, Anselmus arnellus, et Jacobus boviculus.

Item eodem die, In villa de viginti, Idem Manfredus abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum de viginti et eas fieri Jussit comuni astensi. Nomina illorum de viginti qui pro eo fidelitatem fecerunt, sunt hec, Obertus gargus, Guilelmus robertus, Obertus spalla.

Ego Mussus boviculus, hanc cartam scripsij.

344. *De possessione data comuni Astensi per henricum bosum de viginti et Gualam ejus fratrem de eorum parte viginti quam vendiderant comuni Astensi.* 1215. 14 Junij.

Anno domini, Millesimo ducentesimo quintodecimo Indictione tercia, Die dominico XIIII° Intrantis Junij, presentia subscriptorum testium, Henricus bosus de viginti, et Guala frater ejus dederunt et tradiderunt, domino Barocio militi domini Uberti buzefolli potestati astensi nomine comunis astensis, corporalem possessionem illius partis Castri et ville et posse de viginti quam vendiderant comuni astensi et eum in predictam possessionem posuerunt nomine comunis astensis, Nominative castri et ville et tocius posse, Et insuper predicti Guala et Henricus abrenunciaverunt fidelitatibus eorum hominum de viginti, et eas fieri preceperunt comuni astensi, Ita ut eos postea ab eis possint recipere salva fidelitate comunis. Qui fecerunt fidelitatem comuni astensi pro eis sunt isti, Leo de donna flore et Otto frater eius, Sicherius, Casolius, Ottolinus de monte garello, Obertus bolla, Tavella, Albertus visca, Cordacius et Rodulfus dola. Actum in Castro de viginti, Testes Jacobus monachus clavarius comunis astensis, Jacobus boviculus, Guido serviens potestatis astensis, Nicolaus rubeus, et Petrus bidon ambo de viginti.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

345. *De venditione facta comuni Astensi per Nicolaum rubeum de viginti suo nomine et nomine Bayamondi fratris sui et petri bidon et Ascherium Ayraldum et certos alios, de V partibus turris de viginti.* 1218. 6 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo Indictione sexta, die sabati sexto intrantis octubris Nicolaus rubeus de viginti pro se et nomine Bayamondi

fratris sui, et nomine Petri bidon, et Ascherius ayraldus nomine suo et nomine Vilielmi mineti et Conradi de mirbello, fecerunt cartam vendicionis et venditionem domino Girardo de rolandino potestati astensi nomine comunis de aste recipienti, Nominatim de quinque partibus Turris de viginti et sediminis supra quod est sita et fondata, quam tenebant ab ipso comuni astensi In feudum, cum omni Jure et ratione sibi et predicte Turri pertinentibus quoquo modo, facientes Insuper finem et refutationem dicto potestati de omni Jure et actione quod et quam habebant vel exigere poterant aliquo modo, In dicta turri et sedimine, promittentes eidem potestati nomine comunis, quod ipsum comune in aliquo tempore non appelabunt inde nec convenient sub aliquo Ingenio, et confessi fuerunt se se pro se et nomine supradicto recepisse ab eodem potestate nomine comunis pro precio dicte vendicionis libras quinquaginta octo et solidos septem et denarios quatuor astenses, de quibus renunciantes exceptioni non numerate pecunie quietos et solutos et pagatos se predicto nomine tenuerunt, et se nomine comunis constituerunt possessores predicte venditionis Nomine predicto, quousque comune Inde habuerit possessionem, et proinde eidem potestati predicto nomine predictam vendicionem, per se et eorum heredes sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defendere in duplum. Insuper promiserunt facere fieri a predictis Bayamondo, Petro bidonio, Cunrado et Guielmo de mirbello eandem venditionem pro predicto precio nullo alio precio accepto et facere abrenunciare illas personas que in dicta vendicione Jus exigere possent, Silicet uxores suas et predictorum omnium, eorum Juri in predicta turri et sedimine eis competenti. Alioquin promiserunt eidem potestati predicto nomine restituere, omne damnum et expensas quod et quas Comune predictum inde faceret vel substineret, et sicut supra legitur attendere promiserunt et ad sancta dei evangelia Juraverunt, et attendere facere a predictis et uxoribus eorum sub pena librarum Centum astensium, et pro hijs omnibus attendendis et observandis omnes eorum res ipsi potestati predicto nomine pignori obligaverunt. Actum Aste supra solarium Frederici bertaldi. Testes Petrus beccarius, Petrus laurencius, Ypolitus, Anfosus de viginti et Ruffinus aranchaboschus.

346. *De vendicione facta comuni Astensi, per Bayamondum rubeum de VIII^a^ parte, et Petrum de bidone de viginti de parte Turris et sediminis Castri de viginti.* 1218. 9 Octobris.

Sequenti die Martis Nono intrantis octubris Petrus bidon de viginti pro quarta parte pro Indiviso dicte turris, Bayamondus rubeus pro octava parte pro indiviso, fecerunt cartam vendicionis, et vendicionem, domino Girardo potestati astensi nomine comunis astensis de predicta Turri et sedimine ut supra legitur, quam ab ipso comuni tenebant in feudum cum omni Jure et ratione sibi et predicte turri pertinentibus quoquo modo, Et confessus fuit dictus Petrus se pro precio dicte quarte partis libras XVII et Baiamondus pro precio octave partis supradicte libras octo et solidos quindecim astenses a comuni recepisse, de quibus renunciantes exceptioni non numerate pecunie quietos et pagatos se tenuerunt facientes pacem et finem et refutationem, et constituentes se se possessores nomine comunis astensis, et promittentes ut supra in predicta vendicione eorum nomine facta In omnibus et per omnia attendere

et observare qualiter supra legitur et venditionem deffendere, et omnia predicta Insolidum facere et complere, ut in predicta carta continetur cum omni conventu, et pro hijs omnibus attendendis, et complendis et observandis omnes eorum res dicto potestati nomine predicti comunis pignori obligaverunt. Preterea Albertus de montegarello de viginti sub pena librarum Centum in bonis suis promisit predicto potestati nomine comunis facere fieri vendicionem a Cunrado de mirbello de sua parte et Guielmo mineti de mirbello predicte turris, que est sexta pars illius turris, et sediminis et confirmare predictam vendicionem quam Ascherius ayraldus dicto potestati nomine comunis astensis, nomine predictorum Cunradi et Guielmi fecit de dicta turri in omnibus et per omnia, et facere confirmare eandem vendicionem a domino Ruffino patre dicti Cunradi pro precio et pro parte precij sibi competenti pro sexta parte pro Indiviso, ad rationem librarum septuaginta pro totali vendicione ipsius turris et sediminis nullo alio precio accepto. Actum Aste in domo comunis. Testes Petrus beccarius, Petrus laurencius, Guielmus cassanus, Girardus iosbertus, Ardicio de quarto, Ruffinus de ripa, et Petrus durnasius.

347. *De possessione data comuni Astensi, per Ascherium et Ayraldum de viginti et certos alios Infrascriptos de quinque partibus turris de viginti.* 1218. 22 Octobris.

Item eodem mense, Die lune Undecimo kallendas Novembris, in Castro de viginti juxta turrim, presentibus testibus Arnello de viginti, Bergognino musa, Baialardo botacio et lafranco portonario de viginti, prenominati Ascherius ayraldus, pro se et nomine Cunradi de Mirbello pro sua parte et pro parte patrui sui Guielmi de mirbello quam habebat in dicta turre, Nicolaus rubeus et Baiamondus frater ejus, et Petrus bidon, dederunt et tradiderunt Ardicioni de quarto et Robaldo gardino ambaxiatoribus comunis astensis, nomine et vice comunis corporalem possessionem quinque parcium predicte turris quam comuni astensi vendiderunt in alodium, et quam prius ab ipso comuni in feudum tenebant sicut in cartis inde factis continetur.

348. *De abrenunciatione facta Comuni astensi per dominam Jordanam uxorem petri bidoni in vendicione facta dicto Comuni per suprascriptum petrum de dictis turre et sedimine.* 1218. 22 Octobris.

Eodem die In Castro predicto, presentibus testibus, Baialardo botacio et Guielmo filio Petri porrete, domina Jordana uxor Petri bidoni, abrenunciavit omni Juri ypothecarum et omni alij Juri et legum auxilio, quod habebat vel aliquo tempore exigere posset, In vendicione predicta pro dote sua vel aliter, promittens Robaldo gardino ambaxiatori comunis nomine comunis astensis quod ipsum comune nec aliam personam pro comuni in aliquo tempore non conveniet nec appelabit per se, nec per aliam personam. Preterea eodem die In villa de viginti, presentibus testibus, Bergogno musa, et Guala boso de viginti, domina Flos uxor Nicolai rubey de viginti, abrenunciavit omni Juri ut domina Jordana superius fecit in omnibus et per omnia promittens similiter dictis Ardicioni et Robaldo ambaxiatoribus comunis predicto

nomine, ipsum comune nec aliam personam pro communi per se nec per aliam personam non appelare nec convenire In aliquo tempore.

Ego Mussus boviculus notarius has cartas scripsi.

349. *De vendicione facta Comuni astensi per Bergognum de viginti suo nomine et nomine Muruelli fratris sui de eorum parte viginti vallium. Et de Castronovo de calcea.* 1212. 14 Augusti.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo, Indictione quinta decima, Die Martis quartodecimo intrantis Augusti cartam vendicionis Jure alodij, fecit Bergognus de viginti suo et fratris sui Murrueli nomine, In manu domini Ugonis de careto potestatis astensis nomine et vice comunis de aste recipientis, Nominatim de eorum parte Castri et ville, et posse de viginti et de vallibus, et de eorum parte Castri et ville et posse de Castro novo de Calcea et de omni eo quod ipse et frater ejus Murruellus vel alius pro eis habebant tenebant et possidebant Juste vel Injuste in predictis locis, silicet In Castro et villa et posse de viginti et de vallibus et de Castro novo, Et de omni eo quod ibi acquirere poterint in aliquo tempore, Cum omni honore et comitatu et districtu quos habent vel hactenus habere visi sunt in predictis locis et in pertinencijs, videlicet in militibus et In ceteris hominibus feudatis et Infeudatis, In ecclesijs et capellis, In vicis et in vijs In drictis et fictis In furnis et molendinis In terris cultis et Incultis In zerbis et pratis In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis, In aquatu et pasquatu, et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et in fontibus et in omnibus alijs rebus, cum omni honore et comitatu et districtu et posse quos habent vel hactenus habere visi sunt ipsi vel alius pro eis In Castro et Villa et posse de viginti et de vallibus et in castro et villa et posse Castri novi de calcea, aliquo modo, seu decetero sunt habituri, Excepta decima quam tenent a Marchione montisferati, Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis et ejus successores in regimine civitatis astensis nomine et vice comunis astensis, omnia supra dicta Jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant absque omni ipsorum heredum eorum, et omnium aliarum pro eis personarum contradictione, Et Insuper dictus Bergognus suo et fratris sui nomine, pro se et pro suis heredibus, promisit prefato domino ugoni potestati astensi nomine communis astensis stipulanti sibi suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice comunis astensis predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea supradictus Bergognus exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam Justi precij, renuncians, Confessus fuit se recepisse a dicto domino Ugone potestate astensi nomine et vice tocius comunis astensis pro precio predicte vendicionis libras quadraginta papienses et libras triginta septem astenses, de quibus quietum et pagatum se tenuit. Ad hoc idem Bergognus constituit se possessorem predicte vendicionis nomine comunis de aste quousque tradiderit ei corporalem possessionem. Promisit etiam dicto domino Ugoni potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum quos habent in viginti et in vallibus et

in Castro novo de Calcea et eas fieri facere comuni de aste, et eas postea recipere, si eas decetero receperit salva fidelitate comunis de aste. Promisit Insuper predicto domino Ugoni potestati astensi nomine comunis de aste, quod Murruellus frater ejus quandocumque venerit illud idem prout superius scriptum est concedet et confirmabit et ratum habebit per omnia. Actum aste in domo comunis, Testes Jacobus porreta, Ruffinus de ripa, Baialardus berardengus et plures alij.

350. *De possessione data comuni Astensi per Bergognum de viginti suo nomine et fratris sui, de illa parte de viginti et de vallibus quam vendidit comuni Astensi, et de abrenunciatione suorum hominum.* 1212. 16 Augusti.

Sequenti die Jovis sextodecimo Intrantis augusti, predictus Bergognus suo et fratris sui nomine tradidit et dedit Uberto palido nomine comunis astensis corporalem possessionem illius partis de viginti et de vallibus quam vendidit comuni de aste, et eum in eam posuit, nomine Castri et ville et tocius posse de viginti et de vallibus. Actum in Castro de viginti. Testes Rogerius vialis, Nicolaus de viginti, Jacobus boviculus, Manfredus cordacius, et Bruxaboscum. Eodem die abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum de viginti et de vallibus, Eisque precepit, ut eas prestent et faciant comuni de aste.

351. *De possessione data comuni Astensi per Bergognum de viginti de sua parte Castrinovi de calcea quam vendidit comuni astensi, et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum.* 1212. 16 Augusti.

Eodem die, In loco Castrinovi, supradictus Bergognus, tradidit et dedit predicto Uberto palido, nomine comunis de aste corporalem possessionem illius partis Castrinovi de calcea quam vendidit comuni de aste, et eum in eam posuit nomine Castri et ville et tocius posse. Testes, Tebaldus duminus, Manfredus duminus, et Jacobus boviculus. Eodem die abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum quos habet in Castronovo eisque precepit ut eas prestent et faciant comuni de aste. Nomina illorum de viginti et de vallibus qui fidelitatem fecerunt comuni de Aste pro predicto Bergogno sunt hec, Manfredus cordacius, Bruxaboscum, Lafranchus rex, Guala rex, Jacobus gerla, Guilelmus de cessullis, Guilelmus sinistrarius et Jacobus sinistrarius.

Isti sunt de Castronovo qui fecerunt fidelitatem comuni de aste pro eodem, Guilelmus de valle organa, Jacobus eius frater, Henricus de preolis, Petrus marengus, Petrus de alda, Rollandus de petro de alda, Guilelmus ebreus.

Ego Mussus boviculus, has cartas scripsi.

352. *De investitura facta per comune Astense ad rectum feudum in Bergognum de viginti et Muruellum eius fratrem de illa parte viginti et Vallium Castrinovi de calcea et de eorum fidelitate facta dicto comuni.* 1212. 17 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo, Indictione quinta decima, Die sabati XVI° kallendas Novembris, dominus Ugo de careto potestas astensis, nomine et vice comunis astensis, Investivit Bergognum de viginti et Murruelum fratrem eius, In rectum feudum et nomine recti feudi, In masculum et In feminam, In filios, et in filias, Nominatim de illa parte Castri et ville et posse viginti et vallium, et

Castrinovi de calcea, quam vendiderant comuni de aste in alodium. Qua Investitura facta ipsi fecerunt ei nomine comunis astensis fidelitatem talem qualem vasalus facit domino suo. Actum ast In planchile Jacobi curialis. Testes, Obertus de corsembrando Henricus maletus, Albertus crivellus, et Manfredus barba fala.

Et ego Mussus boviculus notarius palatinus, precepto domini Uberti buccefolli potestatis astensis, michi dato ab eo per consilium maioris partis Credencie per campanam congregate sicut in carta a Filipo notario inde facta continetur, et ex mandato Jacobi boviculi notari patris mei qui hanc cartam abreviaverat secundum tenorem et modum abreviature ipsius sic scripsi.

353. *De vendicione facta comuni Astensi per Albertum et Ruffinum fratres de viallo de viginti, de septima parte Castri et ville de viginti.* 1218. 15 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo octavo decimo Indictione sexta, Die lune xv° Intrantis Octubris, Cartam vendicionis Jure alodij fecerunt Jacobus, Albertus et Ruffinus fratres filij condam Rogerij vialis de viginti, In manibus domini Girardi de rollandino potestatis astensis nomine et vice comunis astensis recipiendo, Nominatim de eorum parte Castri et ville et posse de viginti, que est septima pars eiusdem loci, et si plus ibi est eorum Juris pura et Inrevocabili donatione inter vivos eidem potestati nomine predicto dederunt renunciantes, Illi Juri quod donatio Inter vivos facta ultra quingentos soldos sine Insinuatione non valet, et de eorum parte de vallibus, et de omni eo quod ipsi vel alius pro eis habebant tenebant et possidebant Juste vel Iniuste in predictis locijs, et de eorum parte similiter Castri et ville et posse Castri novi de calcea, silicet In Castris et villis et curia et contili et Jurisdicione predictorum omnium, Nichil in se retinentes, Cum omni honore et contili et alijs omnibus ipsis fratribus et predicte vendicioni pertinentibus quoquo modo quos habent vel hactenus habere visi sunt in locis predictis et pertinencijs eorum, videlicet in militibus, et In ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In vicis et in vijs, In drictis et fictis, In furnis et molendinis, In terris cultis et incultis, In zerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis et venationibus et alijs omnibus que habent vel hactenus habere visi sunt, ipsi vel alij pro eis, In Castris et villis et posse et contili predictorum locorum aliquo modo seu decetero sunt habituri. Eo modo ut ipse dominus Girardus potestas et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis astensis, omnia supradicta Jure proprietario et in alodium, habeant teneant firmiterque possideant et ex ipsis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsorum venditorum et heredum eorum et aliarum omnium pro eis personarum contradictione. Insuper pro se sé et pro eorum heredibus promiserunt predicto potestati nomine et vice comunis astensis stipulanti suisque In regimine civitatis astensis successoribus nomine comunis de aste predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine defendere, quod si defendere noluerint vel non poterint, tunc eadem vendicio ipsi potestati nomine comunis stipulanti, vel eius successoribus tunc temporis in regimine civitatis existentibus restituere promiserunt in duplum. Preterea renunciando exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quod dicit quod non sunt decepti ultra dimidiam justi precij, confessi fuerunt se se recepisse ab ipso potestate nomine

comunis, libras Centum nonaginta octo et solidos sex et denarios octo papiensis monete et libras septuaginta quatuor astenses, de quibus omnibus quietos et pagatos se tenuerunt, et constituerunt se se possessores predicte vendicionis nomine comunis Astensis, quousque potestati astensi nomine comunis vel certo nuncio ipsius comunis tradiderint corporalem possessionem. Promiserunt etiam predicto potestati, predicto nomine stipulanti abrenunciare fidelitati eorum hominum predictorum locorum, et eas fieri facere comuni astensi, nec postea recipere nisi salva comunis astensis fidelitate. Insuper promiserunt facere abrenunciare Agnetem eorum sororem omni Juri quod in predicta vendicione habet, vel in aliquo tempore exigere posset ratione matris sue, vel aliquo alio modo quandocumque pervenerit ad etatem annorum duodecim, et Jurare predictam vendicionem firmam tenere, et abrenunciare similiter, nec per se, nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere. Alioquin omne damnum quod comune astense proinde aliquo modo substineret, et si inde appellaretur vel evinceretur in aliquo restituere promiserunt eidem potestati nomine supradicto, omnes eorum res predicto nomine, sibi proinde pro pignore obligantes, et sicut supra legitur predicti Jacobus, Albertus et Ruffinus, In omnibus et per omnia predictam vendicionem et alia predicta, promiserunt et Juraverunt firmam et firma tenere et attendere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare, rec removere nec contravenire racione minoris etatis, vel pro dote matris eius seu aliquo alio modo et Jure sub aliquo ingenio, nec precium ulterius repetere ullo modo, et hoc confessi fuerunt se se fecisse consilio et voluntate domini Manfredi marchionis encisie, et Nicolai atque Robaldi gardini parentum ipsorum et Petri de marenzana, et Oberti comfanoneri et Rodulfi capre, et Bergogni muse consortum suorum de viginti ibi presentium. Actum aste In publica Credentia per campanam congregata In domo comunis. Testes Petrus durnasius et Ruffinus aranchaboscus, et Ucelus de viginti.

Ego mussus boviculus hanc cartam scripsi.

354. *De possessione data comuni Astensi, per suprascriptos Jacobum, Albertum et Ruffinum eorum palacij Castri de Viginti.* 1212. 22 Octobris.

Eodem anno et mense, Die lune XI° kallendas Novembris coram subscriptis testibus, Jacobus Albertus et Ruffinus fratres predicti et filij dicti Rogerij condam tradiderunt et dederunt domino Ardicioni de quarto Judici et Robaldo gardino ambaxiatoribus comunis astensis Nomine et vice eiusdem comunis corporalem possessionem eorum palacij Castri de viginti, et ipsos predicto nomine. In ipsum palacium posuerunt nomine Castri et ville et tocius posse de viginti et nomine Castri et ville de vallibus. Actum in dicto Castro supra solarium predicti palacij. Testes, Bayalardus botacius, Bergognus de viginti, Guilelmus filius Petri porrete, et Paganus boviculus.

355. *De quadam procura facta, ad dandam possessionem comuni Astensi, per Albertum de Viginti de Castro viginti.* 1212. 22 Octobris.

Eodem die et loco, presentibus testibus, Ottone bucca et Guilelmo bazer, predictus Albertus filius condam dicti Rugerij, constituit Jacobum fratrem suum loco sui, et suum certum nuncium ad dandum predictis ambaxiatoribus nomine comunis

astensis possessionem Castri novi de calcea, et ad fidelitates eorum hominum fieri faciendam comuni astensi pro vendicione predicta, et quicquid inde fecerit ratum et firmum habere promisit.

356. *De possessione data comuni Astensi, per predictum Jacobum suo nomine et nomine Alberti patris (fratris) sui, et Ruffinum eorum fratrem de Castronovo de Calcea.* 1212. 22 Octobris.

Eodem die. In Castro novo de calcea presentibus testibns, Manfredo carello de Castronovo et Guilelmo filio Petri porrete, predictus Jacobus suo nomine et predicti Alberti fratris sui et Ruffinus frater eorum, tradiderunt eisdem Ambaxiatoribus nomine comunis Astensis corporalem possessionem Castri de Castronovo de calcea nominative Castri et ville et tocius posse pro vendicione suprascripta.

357. *De abrenunciatione fidelitatis facta Comuni astensi per predictos fratres de eorum hominibus de Viginti et de Vallibus, et de Castro novo de Calcea.* 1212. 22 Octobris.

Eodem die, supra solarium predictorum fratrum de Castro Viginti, presentia Bayalardi botaci, pagani boviculi, et Guilelmi filij Petri porrete, prefati Jacobus et fratres abrenunciaverunt fidelitatibus eorum hominum de viginti et de vallibus et eas fieri fecerunt comuni astensi. Item eodem die Juxta pontem Castri novi de calcea sub quadam porticu comunis, predictus Jacobus suo et Alberti fratris sui nomine et Ruffinus frater eorum fecerunt idem de fidelitatibus eorum hominum Castrinovi, abrenunciantes ut supra.

Ego Mussus boviculus has cartas scripsi.

Nomina hominum ipsorum de viginti et de vallibus, qui fecerunt comuni astensi fidelitatem sunt hec, Guilelmus bazer, Albertus covalovum, Guilelmus sinistrarius, Obertus de bosco, Oddo de vaglis, Obertus martinus, Henricus boxa, Obertus caierius, Lafranchus portonarius, Manfredus cordacius, Lafranchus potarellus, Henricus de vaglis, Guilelmus vercius, Johanes mazola, Ruffinus filius Guilelmi ardicionis, Leo de flore, Petrus mannaria, Albertus niger, Henricus genna, Otto bucca, Vitullus, Obertus bacer, Henricus buccus, Pellerinus, Ubertus de vaglis, Minella, Robaldus bazer, Mussus, Astexanus ferarius, Rodulfus bazer, Johanes aymerichus, Oderela, Tarascus, Guilelmus aymericus, Guilelmus bariolius, Gualla rex, Henricus potarelus, Robaldus de vaglis, Jacobus de vaglis, Anfosus de Viginti et Tebaldus magister.

Nomina hominum ipsorum de Castronovo, qui fecerunt comuni astensi fidelitatem sunt hec, Ascherius poncius, Albertus poncius, Guilelmus de cunrado, Henricus de valle organa, Guilelmus guercius, Bayamondus plota, Petrus de alda, Albertus de cunrado, Guilelmus pocius, Henricus albergandus, Petrus et rogerius filij barbefale, Jacobus de totobono, Arnaldus Albergandus.

358. *De vendicione facta Comuni astensi, per Guielmum minetum de mirbello de sua parte castri et ville de viginti et de Castronovo de Calcea.* 1212. 17 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die mercuri decimo septimo Intrantis octubris, Cartam vendicionis Jure alodij, fecit Guilelmus minetus de mirbello, In manibus domini Ugonis de careto potestatis astensis nomine et vice comunis astensis recipientis, Nominatim de sua parte Castri et ville et posse de viginti et de vallibus, et de sua parte Castri et ville et posse Castrinovi de calcea, de omni eo quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat Juste vel Iniuste in predictis locis, silicet in Castro et villa et posse predictorum locorum, Et de omni eo quod ibi acquirere poterunt In aliquo tempore Cum omni honore et comitatu et districtu, quem habet vel habere hactenus visus est, in predictis locis et In pertinencijs, videlicet in militibus, et In ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In ecclesijs et capellis, In vicis et In vijs In drictis et fictis, In furnis et molendinis, In terris et cultis et Incultis, In zerbis, et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et in ruinis, In aquatu et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et In fontibus et in omnibus alijs rebus cum omni honore et comitatu districtu et posse, quos habet vel hactenus habere visus est ipse vel alius pro eo In Castro et villa et posse de viginti et de vallibus, et in Castro et villa et posse Castrinovi de calcea aliquo modo seu decetero est habiturus, excepta decima quam tenet a Marchione montisferati, si aliquam tenet ab eo, Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis et eius successores In regimine civitatis astensis nomine et vice comunis de aste, omnia supradicta Jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et gueram et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsius Guilelmi et heredum eius, et omnium aliarum personarum pro eo contradictione. Et insuper idem Guilelmus pro se et pro suis heredibus promisit, prelibato domino Ugoni potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti sibi suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice tocius comunis de aste predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea supradictus Guilelmus minetus exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam Justi precij renuncians, confessus fuit se recepisse, a dicto domino Ugone potestati astensi nomine et vice comunis astensis, pro precio predicte vendicionis libras XXVI papienses et libras decem et dimidiam astenses, de quibus quietum et pagatum se tenuit. Ad hoc idem Guielmus constituit se possessorem predicte vendicionis nomine comunis de aste quousque tradiderit ei corporalem possessionem, promisit etiam predicto domino Ugoni potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum, quos habet in viginti et In Vallibus et In Castronovo, et eas fieri facere comuni de aste, et eas postea recipere si voluerit salva fidelitate comunis de aste. Actum Ast in solario Jacobi curialis. Testes, dominus Bonefacius de gorino, Baialardus berardengus, Arnaldus balzanus, Albertus crivellus, Alamanus mesclavinus, Arnellus de viginti, Nicolaus de viginti, Rodulfus capra et Bergognus de viginti. Die Jovis

quintodecimo kallendas Novembris, prenominatus Guilelmus minetus tradidit et dedit Baialardo berardengo vicario comunis de aste nomine comunis de aste corporalem possessionem Castri de viginti et eum in eam posuit nomine Castri et ville et posse eiusdem Castri, et Castri de Vallibus. Actum in loco de viginti, Testes, Arnaldus balzonus, Rodulphus capra, Jacobus boviculus.

359. *De possessione data comuni astensi, per Guielmum minetum de Castro novo de Calcea.* 1212. 17 Octobris.

Eodem die In Castronovo, predictus Guielmus minetus, tradidit et dedit eidem Bayalardo nomine comunis de aste, possessionem corporalem, Castri novi de calcea, et eum in suam partem posuit nomine castri et ville et tocius posse. Testes Ascherius de viginti, Jacobus boviculus, Cuminus Guilelmus de calamandrana, Jacobus ravacinus et plures alij.

Isti sunt de viginti qui fecerunt fidelitatem comuni de aste pro predicto Guielmo, Albertus de mongarelo, Anselmus de mongarelo, Arlotus de mongarelo.

Isti sunt de Castronovo qui fecerunt fidelitatem comuni de aste comuniter, pro Guilelmo mineto, pro Ascherio de viginti, pro Arnelo de viginti, pro Baiamondo rubeo, et pro Nicolao fratre suo, Aycardus pelleta, Nicolaus calegarius, Bestagnus, Henricus de rumure, Arnaldus pelleta, Jacobus pelleta, Guielmus qui fuit filius taisij, Oddonus Jorius, Bosius de dona mansia, Guilelmus filius eius, Donadeus, Gandulfus gravisarmatus, Petrus donadeus, Vivianus de donamarca, Petrus de mele, Johannes donadeus, Obertus piperata, Guielmus calocius, Henricus mutus, Nicolaus rex, Petrus carona, Ugo de Castronovo.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus, has cartas scripsi.

360. *De fidelitate facta comuni astensi, per Guilelmum de mirbello de feudo quod tenet a comuni astensi in viginti et Vallibus et in castronovo de Calcea.* 1212. 22 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quinta decima, Die lune undecimo kallendas Novembris, dominus Ugo de careto potestas astensis nomine comunis de aste, Investivit Guielmum de mirbello in rectum feudum in filios et in filias, et In Conradum nepotem suum, Nominatim de illa parte Castri et ville et posse de viginti et Vallium, et Castrinovi, quam vendiderat comuni de aste in alodium, Qua Investitura facta, ipse Guielmus fecit ei nomine comunis de aste, et comuni de aste fidelitatem talem qualem vasalus facit domino suo. Actum aste, In solario Jacobi curialis, Testes Jacobus de dona sibona, Albertus crivellus, Baialardus berardengus, Bergognus de viginti et Murruelus frater eius.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

361. *De venditione facta Comuni Astensi, per henricum grullum de viginti et Bonefacium grullum et Jacobam et Benincam eius sorores de infrascriptis partibus de viginti.* 1212. 25 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, die Jovis octavo kallendas Novembris Cartam vendicionis sub dupli defensione fecerunt

Henricus grullus de viginti pro medietate pro Indiviso, et Bonefacius filius condam Guielmi Grullij, et Jacoba et Beninca que vulgo Casina vocatur eius sorores, pro altera medietate, cum parte Cunradi fratris sui pro indiviso, In manibus alberti crivelli clavarij comunis astensis, recipientis nomine et vice comunis astensis, quem dominus Ugo de careto potestas astensis nomine et vice comunis astensis suum certum missum ad hanc cartam recipiendam constituerat, Nominatim de toto eo quod habebant vel exigere poterant et visi erant habere In Castro et In villa de viginti et posse, et districtu et in posse et terratorio de Vallibus, et de omni eo quod in predictis locis acquirere poterunt in aliquo tempore, cum omni honore et comitatu et districtu, quem habent vel habere hactenus visi sunt, In predictis locis et in pertinencijs videlicet in Militibus, et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In ecclesijs et Capellis, In vicis et in vijs, In drictis et fictis, in furnis et molendinis In terris cultis et Incultis, In gerbis et pratis In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis In aquatu et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et fontibus, et omnibus alijs rebus, cum omni honore et comitatu et districtu et posse quem habent, vel hactenus habere visi sunt, Angricus grullus, et Bonefacius et Jacoba et Benninca prout superius legitur cum parte Cunradi fratris sui pro Indiviso, vel alius pro eis in Castro et In villa de viginti, et posse et in districtu et posse et terratorio de Vallibus aliquo modo seu ac decetero habituri sunt, Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis et eius successores In regimine civitatis astensis existentes nomine et vice comunis astensis, omnia supradicta Jure proprietario, habeant teneant firmiterque possideant, et eis guerram et pacem et quicquid voluerint amodo faciant, absque omni contradictione omnium predictorum et eorum heredum et omnium aliarum personarum contradictione. Et insuper prenominati Anricus et Bonefacius, et Jacoba et Beninca cum parte Conradi fratris sui pro Indiviso, pro se se et pro suis heredibus, promiserunt prelibato alberto nomine et vice domini Ugonis de careto potestati astensi stipulantibus, suis que successoribus in regimine civitatis astensis existentibus nomine et vice tocius comunis astensis predictam vendicionem qualiter superius legitur Insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locijs, ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea predicti Anricus, Bonefacius, Jacoba, et Benninca, exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non sint decepti ultra dimidiam justi precij abrenunciantes, fuerunt confessi se se recepisse a predicto Alberto nomine comunis astensis, pro precio predicte vendicionis, libras quadraginta papienses cum parte Cunradi, de quibus tenuerunt se quietos et pagatos, quam vendicionem sepedictus Bonefacius, Jacoba et Beninca eius sorores, Juraverunt ad sancta dei evangelia perpetuo ratam et firmam tenere, et nullo tempore per se nec per suos heredes vel per aliam personam molestare. Insuper Alaxa eorum mater, et Otta uxor dicti domini Anricij grullij abrenunciaverunt In manibus dicti domini Alberti nomine comunis astensis ypothecario Juri, senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio quod in dicta vendicione habebant vel exigere poterant aliquo modo, Et dicta Otta Juravit hanc vendicionem et refutationem firmam et ratam tenere. Iterum prenominati Anricus, Bonefacius, Jacoba et Beninca, constituerunt se se possessores predicte venditionis nomine comunis de aste quousque tradiderint potestati astensi, vel suo misso, corporalem possessionem, promiserunt etiam

prenominato Alberto nomine comunis abrenunciare fidelitatibus suorum hominum quos habent in viginti et in Vallibus et eas fieri facere Comuni de aste et eas recipere, Si decetero receperint salva fidelitate comunis astensis, et facere abrenunciare omnes personas omni Juri quod In hac vendicione haberent vel exigere possent aliquo modo. Preterea predictus Anricus et Bonefacius et prenominate Sorores, eiusdem Bonefacij, constituerunt suum missum Cunradum grullum, ad ponendum in corporalem possessionem Albertum crivellum nomine comunis astensis, de toto eo quod ipsi vendiderunt comuni astensi in Castro et In villa de viginti et posse et de vallibus. Testes Jacobus bovetus notarius Anricus turrellus filius condam Johanis turreli, Bonefacius de garbella, et Jacobus pitonus. Actum in villa de casurcio.

Ego Gandulfus notarius hac cartam scripsi.

362. *De possessione data Comuni Astensi, per Cunradum filium quondam Guielmi grulli suo nomine et fratris et sororum suarum de toto eo quod vendiderant dicto Comuni in Viginti et in Vallibus.* 1212. 28 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo, Indictione quintadecima. Die dominico quinto kallendas Novembris presentia infrascriptorum testium, Cunradus filius condam Guielmi grulli de viginti suo nomine et nomine fratris sui Bonefacij et sororum suarum Jacobe et Benincase et nomine henrici grulli patrui sui, dedit corporalem possessionem Jacobo de sibona clavario comunis astensis, nomine et vice comunis astensis et domini Ugoni de careto potestatis astensis, nomine comunis astensis de toto eo quod ipsi vendiderant comuni astensi, In castro et in villa de viginti et posse de Vallibus, ipsumque Jacobum de sibona in domum quam dictus Cunradus et frater et sorores, et henricus Grullus habebant in Castro de viginti, per omnia alia in possessionem posuit, Testes monacus de viginti, Albertus de mongarello et Jacobus levaoculum. Actum in Castello de Viginti.

Ego Gandulfus notarius hanc cartam scripsi.

363. *De vendicione facta Comuni astensi per Cunradum filium quondam domini Grulli suo nomine et nomine fratris et sororum suarum de eorum parte viginti et Vallium.* 1212. 22 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die lune undecimo kallendas Novembris presentia infrascriptorum testium, Cartam vendicionis sub dupli defensione fecit Cunradus filius condam domini Grullij suo nomine et nomine Bonefaci fratris sui, et Jacobine et Benincase que vulgo Casina vocatur, et Alaxie matris eorum et nomine henrici grulli patrui sui et precepto eorum, Ut confessus fuit, In manibus domini Ugonis de Careto potestatis astensis recipientis nomine et vice comunis de aste, Nominatim de eorum parte quam ipsi habent et habere visi sunt in castro et in villa et in posse de Viginti et de Vallibus, et de toto eo quod ibi acquirere poterint in aliquo tempore, cum omni honore et comitatu et districtu quos habent, vel hactenus habere visi sunt in predictis locis et pertinencijs, videlicet in militibus et in ceteris hominibus feudatis, et infeudatis, In ecclesijs et capellis, In vicis et in vijs, In drictis et fictis In furnis et molendinis, In terris cultis et Incultis, In gerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis, In aquatu

et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et fontibus et In omnibus alijs rebus cum omni honore et comitatu et districtu et posse quos habent vel hactenus habere visi sunt, vel alius pro eis, In castro et in villa et in posse de viginti et de Vallibus aliquo modo seu de cetero habituri sunt. Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis et eius successores, In regimine civitatis astensis existentes nomine et vice comunis astensis omnia supradicta Jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant, absque omni predictorum et eorum heredum et omnium aliarum personarum contradictione. Insuper idem Cunradus suo nomine et nomine fratris sui Bonefacij et matris sue et sororum suarum predictarum et patrui sui Anrici grullij, per se et per eorum heredes promisit prelibato domino Ugoni de careto potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti, sibi suisque successoribus In regimine civitatis astensis existentibus nomine et vice tocius comunis astensis, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locis, ab omni homine defendere sub pena dupli, pro qua vendicione dictus, Cunradus fuit confessus se recepisse suo nomine et aliorum predictorum exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam Justi precij renuncians, a predicto domino Ugone de careto potestate astensi, libras quadraginta papiensis monete, de quibus quietum et pagatum suo nomine et aliorum predictorum se vocavit. Insuper idem Cunradus constituit se possessorem suo nomine et nomine fratris sui et matris sue et sororum suarum, et patrui sui Anrici grullij, de predicta vendicione nomine comunis de aste quousque tradiderit ei vel suo misso corporalem possessionem, promisit etiam domino Ugoni prenominato nomine comunis de aste stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum quos habet in Viginti, et in Vallibus, et eas facere fieri comuni astensi, et eas recipere si de cetero eas recipere voluerit, Salva fidelitate comunis astensis, et facere abrenunciare omnes personas omni Juri quod in hac vendicione haberent, vel exigere possent aliquo modo. Testes Nicolaus de bublio Jacobus boviculus notarius, Albertus crivellus, Bergognus bergogninus, Jacobus curialis, Bergognus de viginti, et Murruelus eius frater. Item predictus Cunradus juravit predictam vendicionem perpetuo firmam tenere et precium ulterius non exigere. Actum In urbe astensi.

Ezo Gandulfus notarius hanc cartam scripsi.

364. *De vendicione facta comuni Astensi, per Rodulfum Capram de Viginti de sua parte Castri et ville de Viginti et Vallium.* 1212. 14 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quartadecima, die Martis quartodecimo Intrantis Augusti, Cartam vendicionis Jure alodij fecit Rodulfus Capra de viginti In manu domini Ugonis de careto potestatis astensis nomine et vice comunis astensis recipientis, Nominatim de sua parte, Castri et ville et posse de viginti et de vallibus et de omni eo quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat Juste vel Iniuste in predictis locis, silicet in Castro et villa et posse de viginti et de vallibus, et de omni eo quod ibi acquirere poterit in aliquo tempore, Cum omni honore et comitatu et districtu quos habet vel hactenus habere visus est in predictis locis et in pertinencijs, videlicet in Militibus et ceteris hominibus

feudatis et infeudatis, In ecclesijs et capellis, In vicis et in vijs, In drictis et fictis, In furnis et molendinis, In terris cultis et incultis, In cerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis, In aquatu et pasquatu et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et fontibus et In omnibus alijs rebus, Cum omni honore et comitatu et distrinctu et posse quos habet vel habere hactenus visus est ipse vel alius pro eo, In Castro et villa et posse de viginti et de vallibus aliquo modo seu de cetero est habiturus, Excepta decima quam tenet a Marchione montisferati, Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis et eius successores in regimine civitatis astensis nomine et vice comunis de aste omnia supradicta habeant teneant firmiterque Jure proprietario possideant, et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsius Rodulfi capre et heredum eius et omnium aliarum personarum contradictione. Et insuper idem Rodulfus, pro se et pro suis heredibus, promisit prelibato dom'no Ugoni potestati astensi nomine et vice comunis astensis stipulanti sibi suisque In regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice tocius comunis de aste, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locis ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea supradictus Rodulfus exceptioni non numerate pecunie, et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam justi precij renuncians, Confessus fuit se recepisse a dicto domino Ugone potestate nomine et vice tocius comunis astensis pro precio predicte vendicionis libras quadraginta papienses de quibus quietum et pagatum se tenuit, Ad hec idem Rodulfus constituit se possessorem predicte vendicionis, nomine comunis de aste quousque tradiderit ei corporalem possessionem, promisit etiam predicto domino Ugoni potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum quos habet in viginti et in vallibus et eas fieri facere comuni de aste, et eas si de cetero reciperet postea recipere salva fidelitate comunis astensis, et facere abrenunciare Matrem suam et sororem suam omni Juri quod haberent vel exigere possent, In predicta vendicione aliquo modo. Actum in urbe de aste In Curia domus comunis astensis. Testes Jacobus porreta, Guielmus de beccario calavarij comunis astensis, Bayalardus berardengus, Ruffinus de ripa, Petrus de aracio, Manfredus barbafala, Bergognus de viginti, Cunradus bertaldus, Obertus de taxeris, Jacobus boviculus, Petrus upia et multi alij.

Ego Mussus boviculus hanc cartam scripsi.

365. *De possessione data Comuni astensi per suprascriptum Rodulfum Capram de Castro Viginti.* 1213. 24 Februarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo terciodecimo Indictione prima. Die dominico sexto kallendas Marcij, In Castro de Viginti, Rodulfus capra, tradidit et dedit Alberto Crivello nomine comunis de aste, corporalem possessionem Castri de Viginti, et eundem in suam partem posuit, nomine Comunis astensis, nomine illius Castri et ville et tocius posse, et nomine Castri de Vallibus, Testes, Arnaldus balzanus, Rogerius vialius, Merlus de malamorte, Arnellus de viginti, Petrus bidon, Bergognus musa, Guielmus dux, Amedeus de monte vetulo.

366. *De renunciatione facta per dominam Totadonam versus Comune astense in suprascripta vendicione facta per predictum Rodulfum filium suum.* 1213. 24 Februarij.

Eodem die, In Villa de viginti, In domo predicti Rodulfi, domina Totadonna mater predicti Rodulfi et Alaxia soror eiusdem, ypothecario Juri senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio quod in predicta vendicione per sese vel per aliam personam haberent vel exigere possent, renunciaverunt, Et predicta Alaxia, Juravit predictam vendicionem et refutacionem firmam tenere nec per se nec per aliam personam In aliquo tempore molestare vel removere nec contravenire ullo modo. Testes, Rogerius vialus, Arnaldus balzanus, Bergognus musa, Bayamondus rubeus, Petrus bidon, Arnellus ascherius de Viginti et plures alij.

367. *De abrenunciatione fidelitatis facta per suprascriptum Rodulfum de hominibus, quos habebat in Viginti et Vallibus.* 1213. 24 Februarij.

Eodem die, Prenominatus Rodulfus capra, abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum de viginti et de vallibus, eisque precepit ut eas facerent comuni astensi. Qui pro eo Juraverunt fidelitates sunt isti, Petrus faro, Otto debella, Guielmus sinistrarius, lafrancus rex, lafrancus potarellus, Obertus gotofredus, Guielmus de cesullis, Johanes mazola, Petrus gastaldus, Ubertus merlus, Ubertus capellus, et Odonus faro.

Ego mussus boviculus, has cartas scripsi.

368. *De vendicione facta comuni Astensi, per Nicolaum rubeum de Viginti, de sua parte Castri et Ville de Viginti.* 1212. 17 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die Mercuri, xvij°, Intrantis octubris Cartam vendicionis Jure Alodij, fecit Nicolaus rubeus de Viginti, In manu domini Ugonis de careto potestatis Astensis, nomine et vice comunis de aste recipientis, Nominatim de sua parte Castri et ville et posse de viginti et de sua parte Castri et ville et posse de Castronovo de Calcea, Et de omni eo quod ipse vel alius pro eo, habebat tenebat et possidebat iuste vel Iniuste in predictis locis, silicet in Castro et villa et posse predictorum locorum, Et de omni eo quod ibi aquirere poterit in aliquo tempore, Cum omni honore et comitatu et districtu quos habet vel hactenus habere visus est In predictis locis et in pertinencijs, videlicet in Militibus et in ceteris hominibus feudatis et Infeudatis, In ecclesijs et cappellis, et in Vicis et in vijs, In drictis et fictis, In furnis et molendinis In terris cultis et Incultis, In zerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et In ruinis, In aquatu et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et in fontibus, et In omnibus alijs rebus, Cum omni honore et districtu et posse quos habet vel hactenus habere visus est ipse vel alius pro eo In castro et villa et posse de viginti, et In Castro et villa et posse Castrinovi de calcea, Aliquo modo seu decetero est habiturus excepta decima quam tenet a Marchione Montisferati. Eo modo ut ipse Ugo potestas Astensis et eius successores In regimine civitatis de aste, nomine et vice comunis de aste, omnia supradicta Jure proprietario habeant, teneant

firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsius Nicolai rubei et heredum eius et omnium aliarum personarum pro eo contradictione. Et insuper idem Nicolaus, pro se et pro suis heredibus promisit prelibato domino Ugoni potestati Astensi nomine comunis astensis stipulanti, sibi suisque In regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice comunis de aste, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit, sub extimatione precij in consimilibus locis, ab omni homine deffendere sub pena dupli. Preterea sepedictus Nicolaus exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam Justi precij renuncians confessus fuit se recepisse a predicto domino Ugone potestate astensi nomine et vice comunis astensis, pro precio predicte vendicionis libras quadraginta papienses et libras triginta tres et dimidiam astenses, de quibus quietum et pagatum se tenuit. Actum aste In solario Jacobi Curialis. Testes, Bayalardus berardengus, Arnellus de viginti, Rodulfus capra, Arnaldus balzanus, Albertus Crivellus, Bergognus de viginti et plures alij.

369. *De possessione data comuni Astensi, per Nicolaum rubeum de Viginti, de Viginti.* 1211. 18 Octobris.

Sequenti die Jovis quinto decimo kallendas Novembris, In Castro de viginti, prefatus Nicolaus rubeus tradidit et dedit Bayalardo berardengo vicario comunis astensis nomine comunis de aste, Corporalem possessionem Castri de viginti, et eum in eam posuit pro sua parte nomine castri et ville et tocius posse, et nomine Castri de vallibus. Testes, Rogerius vialus, Arnaldus balzanus, Rodulfus capra et plures alij.

370. *De Renunciatione facta per Floram uxorem dicti Nicolai in dicta venditione facta prout supra per suprascriptum Nicolaum et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum.* 1212. 18 Octobris.

Eodem die et loco, Flora uxor dicti Nicolai ypotecario Juri senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio quod in dicta vendicione haberet vel exigere posset per se vel per aliam personam in aliquo tempore renuncians, sua sponte, et non coacta ut dixit Juravit supra sancta, Dei evangelia hanc refutationem et predictam venditionem firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo modo. Testes, Rogerius vialus, Arnaldus balzanus, Rodulfus Capra et plures alij.

Eodem die, abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum quos habet in viginti et in vallibus, et eas fieri precepit comuni de aste.

Ego mussus boviculus has cartas scripsi.

371. *De vendicione facta comuni Astensi, per Bayamondum rubeum de viginti, de sua parte viginti et vallium, et Castrinovi de Calcea.* 1212. 18 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die Jovis quinto decimo kallendas Novembris. Cartam vendicionis Jure alodij, fecit Bayamondus rubeus de viginti, In manibus Bayalardi berardensis vicarij comunis astensis nomine et vice comunis astensis recipientis, Nominatim de sua parte Castri et ville

et posse de viginti et de vallibus et de sua parte Castri et ville et posse Castrinovi de Calcea, Et de omni eo quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat iuste vel Iniuste in predictis locis, silicet In Castro et Villa predictorum locorum, Et de omni eo quod ibi acquirere poterit in aliquo tempore cum omni honore et comitatu et districtu quos habet vel hactenus habere visus est in predictis locis et in pertinencijs, videlicet, In Militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis. In ecclesijs et cappellis, In vicis et in vijs, In drictis et fictis, In furnis et molendinis, In terris cultis et Incultis, In zerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et in ruinis, In aquatu et ripatu, et pasquatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et In fontibus et In omnibus alijs rebus cum omni honore et comitatu et districtu et posse, quos habet vel hactenus habere visus est ipse vel alius pro eo, In Castro et villa et posse de viginti et de vallibus et in castro et in villa et posse Castrinovi de Calcea aliquo modo seu de cetero est habiturus, Excepta decima quam tenet a Marchione Montisferati. Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas Astensis et eius successores in regimine civitatis de aste, nomine et vice comunis astensis omnia supradicta Jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant, absque predicti Bayamondi et heredum eius et omnium aliarum personarum pro eo contradictione. Et insuper idem Bayamondus pro se et pro suis heredibus, promisit supradicto Bayalardo berardensi vicario comunis de Aste nomine et vice comunis astensis stipulanti, Comuni de aste et domino Ugoni de careto potestati astensi, sibi et suis successoribus in regimine civitatis astensis per tempora existentibus nomine et vice comunis de aste, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij In consimilibus locis ab omni homine defendere sub pena dupli: Preterea sepedictus Bayamondus exceptioni non numerate pecunie, et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam justi precij renuncians, Confessus fuit se recepisse a prefato Bayalardo nomine comunis de aste, pro precio predicte vendicionis libras Quadraginta papienses et libras triginta tres et dimidiam astenses, de quibus quietum et pagatum se tenuit, et predicto Bayalardo nomine comunis astensis tradidit et dedit corporalem possessionem Castri et ville et posse de viginti nomine illius castri et castri de vallibus. Actum in Castro de viginti In domo ipsius Bayamondi et fratris sui. Testes Guielmus minetus de mirbello, Rogerius Vialus, Arnaldus balzanus, Rodulfus capra et plures alij.

372. *De renunciatione facta per Alaxiam uxorem dicti Bayamondi in suprascripta vendicione facta Comuni Astensi per suprascriptum Bayamondum de Castro et posse Viginti.* 1212. 18 Octobris.

Eodem die et loco, Alaxia uxor dicti Bayamondi, Ipothecario Juri senatui consulto Veleyano et omni alij legum auxilio quod in dicta vendicione haberet vel exigere posset per se vel per aliam personam renuncians sua sponte et non coacta ut dixit Juravit supra dei evangelia, hanc refutationem et predictam vendicionem firmam tenere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo modo. Testes, Arnaldus balzanus, Rogerius vialius, Rodulfus capra et Jacobus boviculus.

Eodem die abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum quos habet in viginti et vallibus, et eas fieri precepit Comuni de Aste.

373. *De possessione data Comuni astensi per Bayamondum de Viginti suo nomine et Nicolay fratris sui, de Castronovo de Calcea.* 1212. 18 Octobris.

Eodem die in Castronovo, predictus Bayamondus de viginti, suo nomine et nomine fratris sui Nicolai, tradidit et dedit Bayalardo berardensi Corporalem possessionem Castri novi de Calcea, et eum In eorum partem posuit nomine Comunis astensis, nomine Castri et ville et tocius posse. Testes, Ascherius de viginti, Jacobus boviculus, Cuminus, Guielmus de Calamandrana, Jacobus ravacinus, Jordanus de bonacijs, et Manfredus de romano.

Eodem die, abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum quos habet in Castronovo, et eas fieri precepit comuni de Aste.

Isti sunt de viginti qui fecerunt fidelitatem Comuni astensi pro supradictis Bayamondo et Nicolao fratre suo et de vallibus similiter, Ardicio de vallibus, Viglozonus de gos, henricus bonus johanes, Martinus de boverio, Obertus de silo, Leonus de flore, Astexanus de luvaria, Rollandus frater eius, Dodus de anna, et Cordacius. Nomina illorum de Castronovo qui fecerunt fidelitatem Comuni pro predictis, Continentur et scripta sunt In carta Guielmi mineti de mirbello, quam fecit comuni de eadem vendicione Castrinovi.

Ego Mussus boviculus notarius, has cartas scripsi.

374. *De fidelitate facta Comuni Astensi per Nicolaum rubeum de viginti et Bayamondum fratrem eius de feudo quod tenent a Comuni Astensi, in Castro et posse de viginti et de Vallibus et Castro novo de Calcea.* 1212. 23 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo. Indictione quintadecima, Die martis decimo kallendas Novembris, dominus Ugo de careto potestas astensis nomine et vice Comunis de aste, Investivit Nicolaum rubeum de viginti et Bayamondum fratrem suum, In rectum feudum, et nomine recti feudi In filios et in filias, Nominatim de illa parte Castri et ville et posse de viginti et de vallibus et de Castronovo de Calcea, quam vendiderant ipsi domino Ugoni potestati astensi et Bayalardo berardensi nomine et vice comunis astensis in alodium, qua Investitura facta predicti Nicolaus et Bayamondus fecerunt ei nomine communis astensis fidelitatem talem qualem vasalus facit domino suo. Actum Ast ante domum Jacobi curialis. Testes Jacobus de stoerda, Petrus de aracio, Jacobus de sibona, Albertus Crivellus, Jacobus de catena, Guielmus de sancto stephano, et Bergognus de viginti et plures alij.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

375. *De procura facta per Comune astense, ad recipiendam vendicionem de eo quod habet Bayamondus rubeus in viginti et Vallibus et in Castronovo de Calcea.* 1212. 17 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die mercuri decimo septimo Intrantis Octubris, dominus Ugo de careto potestas astensis nomine et vice comunis de aste. Instituit et fecit. Baylardum berardengum suum

certum nuncium et procuratorem. ad recipiendam cartam vendicionis eorum que Bayamundus rubeus habet in viginti et Vallibus et in Castro novo de Calcea, sicut in Carta supradicta continetur vendicionis, Ita ut id quod inde fecerit ita firmum sit quemadmodum esset si ipse faceret. Actum aste In solario Jacobi curialis. Testes, Bonefacius de gorino, Nicolaus de bubio et Murruellus.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

376. *De venditione facta comuni Astensi per Petrum bidonem de Viginti, de parte quam habebat Rodulfus eius frater in Castro et villa de viginti.* 1217. 20 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo decimo Indictione quinta, Die Sabati tercio decimo kallendas Junij, coram testibus infrascriptis, Petrus bidon de viginti, vendidit et cartam vendicionis fecit Jure alodij, In manibus domini henrici advocati potestatis astensis nomine et vice tocius comunis de aste recipientis, Nominatim de parte Rodulfi condam fratris sui, quam habebat in Castro et turri et villa et posse de viginti, In qua turri confitebatur se et dictum fratrem suum habere quartam partem, Et de toto eo quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat, Juste vel Iniuste in castro et turri et villa et posse de viginti cum omni honore et comitatu et districtu quos habebat, vel hactenus habere visus erat in predicto loco et in pertinente, Videlicet In militibus, et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In vicis et in vijs, In drictis et fictis, In furnis et Molendinis, In terris cultis et Incultis, In cerbis et pratis, vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis, puteis atque fontibus, In aquatis et pasquis et venatione, et alijs rebus omnibus, aliquo modo seu de cetero est habiturus vel frater eius habuit. Eo modo ut ipse dominus enricus potestas astensis et successores eius in regimine civitatis Astensis per tempora existentes nomine et vice Comunis Astensis, omnia supradicta Jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et gueram et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsius petri seu Rodulfi fratris sui, si viveret et heredum eorum et omnium aliarum personarum pro eis contradictione. Insuper idem Petrus pro se et pro suis heredibus promisit predicto potestati nomine comunis de Aste stipulanti, Sibi suisque in regimine Civitatis Astensis per tempora existentes successoribus nomine et vice tocius comunis de Aste, predictam vendicionem qualiter supra legitur, inintegrum vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco, ab omni homine defendere sub pena dupli et specialiter a dicto Rodulfo fratre suo si viveret et veniret et ab omni persona pro eo. Preterea predictus Petrus renunciando exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij. Confessus fuit se recepisse a dicto potestate, nomine Comunis de Aste pro precio predicte vendicionis, Libras decem et octo Astenses de quibus quietum et solutum se tenuit. Ad hoc idem Petrus constituit se possessorem predicte vendicionis quousque ipsi comuni tradiderit corporalem possessionem. Item promisit abrenunciare fidelitatibus hominum predicti fratris sui, quos habebat in viginti, et comuni Astensi eas fieri facere, Nec eas postea recipere nisi salva fidelitate Comunis de Aste. Item promisit eidem potestati nomine comunis, facere confirmari a predicto fratre suo hanc vendicionem qualiter supra legitur insolidum, si in aliquo tempore venerit, et eidem

comuni facere fieri fidelitatem quandocumque ipsum Comune libras sex sibi dare voluerit. Alioquin Arnaldus balzanus de montebersario, Et Nicolaus rubeus de viginti quisque insolidum promiserunt, Jamdicto potestati nomine comunis de Aste stipulanti restituere ipsi comuni omne damnum et dispendium quod ipsum comune incureret, vel si in aliquo tempore appellaretur vel molestaretur a dicto Rodulfo fratre suo si vivit et veniret, Vel ab alia persona pro eo de predicta vendicione sub aliquo ingenio in aliquo tempore. Et pro hijs observandis et attendendis predicti Petrus Arnaldus et Nicolaus, omnes eorum res ipsi potestati nomine comunis de Aste pro pignore obligaverunt. Actum Aste in publica credencia in Ecclesia sancti Johanis de dom per campanam congregata. Testes, Obertus marrucus et Jacobus roba Astenses. Jacobus boviculus et Ruffinus aranchaboscus notarius comunis.

377. *De possessione data Comuni Astensi per Petrum bidonum illius partis quam habebat in viginti et que fuit Rodulfi quondam fratris sui.* 1217. 29 Maij.

Eodem anno, die lune quarto kallendas Junij, In castro de viginti, presentibus testibus, Bayamondo rubeo, Monacho et Bergogno musa, dominus ipsius loci prenominatus petrus bidon, tradidit et dedit, Oberto marruco clavario Comunis de Aste nomine ipsius comunis corporalem possessionem illius partis de viginti que fuit Rodulfi condam fratris sui, que supra legitur, et eum in eam posuit nomine Castri, Turris ville et posse ipsius loci.

378. *De abrenunciatione fidelitatis facta Comuni Astensi per suprascriptum Petrum de hominibus quos habebat in Viginti.* 1217. 29 Maij.

Eodem die et presentia eorundem testium, Juxta pontem extra Castrum de viginti prenominatus Petrus abrenunciavit, fidelitatibus hominum quos eius frater prescriptus habebat in viginti eisque precepit, ut predictas fidelitates prestent et faciant comuni Astensi. Nomina quorum sunt hec, Jordanus magister, Jacobus eius filius, et quidam qui dicitur trufa, qui postea Juravit in Aste. Preterea die dominico quod fuit IIII.° Intrantis Junij, dominus henricus advocatus potestas Astensis nomine et vice Comunis de Aste et consilio Credencie per campanam Congregate et ore ad os interogate et scripte ut confessus fuit Investivit Petrum bidon, In filios et in filias in rectum feudum et nomine recti feudi, Nominatim de parte Castri turris ville et posse de viginti, que fuit Rodulfi fratris sui, et quam ipse Petrus vendiderat ipsi potestati ut supra legitur nomine comunis Astensis in Alodium. Qua Investitura facta ipse Petrus fecit comuni et hominibus de Aste fidelitatem talem qualem vasalus facit domino suo. Actum Aste supra solarium domus condam Guale boiani. Testes dominus Conradus advocatus, Rodulfus laiolius Bonefacius crivellus et Simeon dives.

Ego Mussus boviculus notarius has cartas scripsi.

379. *De vendicione facta per Ascherium de viginti comuni Astensi de VI^{a} parte Castri et Ville de viginti et Castrinovi de calcea.* 1212. 4 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die Jovis IIIJ.° Intrantis Octubris presentia Infrascriptorum testium. Cartam vendicionis

Jure Alodij fecit Ascherius aycardus de viginti filius condam Ayraldi de viginti. In manibus domini Ugonis de careto potestatis Astensis, nomine et vice comunis Astensis recipientis, Nominatim de sua parte Castri et ville de viginti, Et de Castronovo de calcea, que est sexta pars unius tercie, et due partes de septem partibus, et de omni eo, quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat iuste vel iniuste, In castro et in villa de viginti et posse, Et in castro et in villa de Castro novo, et posse et in posse de vallibus, et de omni eo quod ibi acquirere poterit in aliquo tempore, cum omni honore et comitatu et districtu quos habet vel habere hactenus visus est in predictis locis et in pertinencijs, videlicet in militibus, Et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In ecclesijs capellis et in vicis et in vijs, In drictis et fictis, In furnis et molendinis, In terris cultis et Incultis, In zerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis, In aquatu et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et in fontibus, et in omnibus alijs rebus, cum omni honore et comitatu, districtu et posse quos habet vel hactenus habere visus est, ipse Ascherius vel alius pro eo In Castro et posse de viginti et de Castronovo et de vallibus aliquo modo seu de cetero est habiturus. Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis et eius successores In regimine civitatis astensis nomine et vice comunis de aste omnia supradicta proprietario Jure habeant teneant firmiterque possideant, Et ex eis gueram et pacem et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsius et heredum eius et omnium aliarum personorum contradictione. Insuper idem Ascherius pro se et pro suis heredibus promisit prelibato domino Ugoni potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti, sibi suisque In regimine civitatis astensis successoribus, nomine et vice tocius comunis astensis, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimacione precij In consimili loco, ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea supradictus Ascherius, exceptioni non numerate pecunie, et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam Justi precij renuncians fuit confessus se recepisse a dicto domino Ugone potestate astensi nomine et vice tocius comunis astensis, pro precio predicte vendicionis libras quinquaginta tres papienses, et libras viginti unam astenses, de quibus quietum et pagatum se tenuit. Ad hoc idem Ascherius constituit se possessorem predicte vendicionis nomine comunis de aste, quousque tradiderint eidem domino Ugoni, vel suo certo misso corporalem possessionem. Promisit etiam domino Ugoni potestati astensi nomine comunis de aste stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum quos habet in viginti, et In Castro novo et in valibus, et eas fieri facere Comuni de Aste, Et eas recipere si decetero receperit salva fidelitate comunis astensis, et facere abrenunciare omnes personas omni Juri quod in hac vendicione haberent, vel exigere possent aliquo modo. Insuper promisit predicto domino Ugoni nomine comunis Astensis, se facere fieri fidelitatem in viginti decem homines, et in Castronovo homines triginta unum. Interfuerunt testes rogati dominus Bonefacius de gurino Albertus crivellus, Jacobus de sibona, Jacobus cassanus, Guielmus eius filius, Joseph pelleta, Amedeus de cumignano, Bonus Johanes ghislamerius, Petrus bidon de viginti et Arnaldus balzanus de mombersario. Actum in urbe de Ast In domo Jacobi curialis.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus hanc cartam scripsi.

380. *De fidelitate Rugerij filij quondam Guilelmi Viallis de Viginti facta comuni astensi de feudo quod tenet a dicto Comuni de Castro viginti.* 1208. 30 Julij.

Anno domini millesimo ducentesimo octavo Indictione undecima, Die dominico tercio decimo kallendas Augusti presentia subscriptorum testium, dominus Ruffinus georgius potestas astensis, a parte comunis de aste, Investivit Rogerium filium condam Guielmi vialis de viginti de suo recto feudo quod pater eius tenebat pro comuni astensi, ut decetero predictus Rogerius per se et per heredes suos illud feudum teneat et possideat, sine omni contradictione predicti potestatis et successorum suorum. Quapropter predictus Rogerius recepta predicta Investitura fecit fidelitatem, predicto potestati nomine comunis de aste recipienti, qualem vasalus facit et facere debet domino suo. Actum urbe aste, In ecclesia sancti Martini. Interfuerunt testes, Nicolaus de cellis, Jacobus cassanus, Jacobus de mattha presbiter de aglano, Jacobus cassanus, Jacobus de stoerda et Rodulfus de caymarano.

Ego Thomas notarius hanc cartam scripsi.

381. *De fidelitate facta comuni Astensi per Petrum bidonum de Viginti de feudo quod tenet a dicto Comuni de Castro viginti.* 1212. 8 Augusti.

Anno domini millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die mercuri octavo Intrantis Augusti dominus Ugo de careto potestas astensis, nomine et vice Comunis de aste, Investivit Petrum bidonum de viginti in rectum feudum et nomine recti feudi, In filios et filias, Nominatim de illa parte, Castri et ville et posse viginti, quam vendiderat ipsi domino Ugoni potestati astensi, nomine et vice comunis Astensis In alodium. Qua Investitura facta ipse petrus fecit ei fidelitatem nomine comunis astensis talem qualem vasalus facit domino suo. Actum Aste, In domo comunis, coram Credencia, per campanam congregata. Interfuerunt testes, Jacobus porreta clavarius comunis, Ubertus de platea, Nicolaus gardinus, Jacobus rohat, Ubertus laiolius, Bayamondus de careocijs, Jacobus de Stoerda, Guielmus ratio, Mussus trossellus, Nicolaus de bubio, Albertus crivellus, Bayalardus berardengus, et multi alij.

Ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

382. *De vendicione facta Comuni astensi per dominum Ruffinum de mirbello et eius filium et uxorem, de eorum parte Castri et ville Viginti et de Vallibus, Et Castri novi de Calcea.* 1212. 6 Novembris.

Anno domini millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, die martis sexto Intrantis Novembris, Cartam vendicionis Jure alodij, fecerunt dominus Ruffinus de Mirbello, Conradus eius filius et domina Purpur, mater ipsius Conradi, In manu Jacobi boviculi nomine et vice comunis de aste recipientis, Nominatim de eorum parte Castri et ville et posse de viginti et de Vallibus, et de eorum parte Castri et ville et posse Castri novi de Calcea, Et de omni eo quod ipsi vel alius pro eis habebant tenebant et possidebant, Juste vel Injuste In predictis locis, silicet in Castro et in Villa et in posse predictorum locorum, Et de omni eo quod ibi acquirere poterint In aliquo tempore cum omni honore et comitatu et districtu quos habent, vel habere hactenus visi sunt in predictis locijs et in pertinencijs, videlicet In militibus, et In

ceteris hominibus feudatis et Infeudatis In ecclesijs et capellis In vicijs et in vijs, In drictis et fictis In furnis et molendinis, In terris cultis et Incultis, In gerbis et pratis, In vineis et nemoribus, In rupibus et ruinis, In aquatu et ripatu, In venationibus et piscationibus, In puteis et in fontibus, et in omnibus alijs rebus cum omni honore et comitatu et districtu et posse quos habent vel hactenus habere visi sunt ipsi vel alius pro eis In castro et villa et posse de viginti et de valibus, Et in castro et villa et posse Castri novi de calcea aliquo modo, seu decetero sunt habituri. Eo modo ut ipsum comune de aste et dominus Ugo potestas Astensis et eius successores, in regimine civitatis de aste nomine et vice communis astensis omnia supradicta, jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et gueram et quicquid voluerint faciant, absque omni predictorum Ruffini et Conradi et Purpuris et heredum eorum et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Et insuper predicti Ruffinus Conradus et Purpur pro se et pro eorum heredibus promiserunt prelibato Jacobo boviculo nomine comunis astensis stipulanti potestati astensi, suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice tocius comunis de aste predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimacione precij In consimili loco ab omni homine defendere promiserunt sub pena dupli. Preterea sepedicti Ruffinus, Cunradus et Purpur, exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non sunt decepti ultra dimidiam Justi precij renunciantes, Confessi fuerunt se recepisse a comuni de aste pro precio predicte vendicionis libras viginti sex et dimidiam papienses et libras decem et dimidiam astenses, de quibus quieti et pagati se tenuerunt. Ad hec predicti Ruffinus, Conradus et purpur constituerunt se se possessores predicte vendicionis nomine comunis de aste, quousque tradiderint ei corporalem possessionem, et ibidem dictus dominus Ruffinus et domina Purpur Instituerunt predictum Conradum eorum filium ad ponendum pretaxatum Jacobum boviculum nomine comunis de aste in possessionem predictorum suum missum et procuratorem et abrenunciare fidelitatibus hominum quos habent in predictis locis et ad recipiendum cartam Investiture feudi suo et eorum nomine a comuni de aste, Et insuper prenominata domina Purpur ypothecario Juri senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio quod in dicta vendicione haberet vel exigere posset per se vel per aliam personam in aliquo tempore renuncians, Juravit supra dei evangelia hanc refutacionem et supra dictam vendicionem firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec contravenire nec removere ullo modo. Actum in Castro de mirbello in domo predicti Conradi. Testes Anselmus de mirbello, Guielmus minetus de mirbello, Guielmus piccarellus et Albertinus.

383. *De possessione data Comuni Astensi per Cunradum de mirbello suo nomine et patris et matris eius de Castro viginti.* 1212. 6 Novembris.

Eodem die In Castro de viginti predictus Conradus suo nomine et nomine patris sui et matris tradidit, et dedit predicto Jacobo boviculo nomine comunis de Aste corporalem possessionem Castri de viginti, et eum in eam posuit, nomine Castri et ville et posse de viginti et de vallibus. Testes Bayamondus de viginti, Albertus de mongarello, Johannes murator et plures alij. Eodem die abrenunciavit fidelitati suo-

rum hominum de viginti, et ibidem Albertus de mongarello fecit fidelitatem Comuni de Aste pro eo.

384. *De possessione data comuni Astensi per Cunradum de mirbello suo et patris et matris eius nomine, de Castronovo de calcea.* 1212. 7 Novembris.

Die mercurij septimo Intrantis novembris In castro novo de calcea predictus Conradus suo et patris et matris eius nomine tradidit predicto Jacobo boviculo nomine comunis de aste corporalem possessionem Castrinovi de calcea, et eum in eam posuit nomine Castri et ville et tocius posse. Testes, Petrus donadeus, Guielmus surdus et Otto eius frater.

385. *De abrenunciatione fidelitatis facta per predictum Conradum de suis hominibus quos habebat in Viginti et vallibus et castronovo et de Juramento eorum fidelitatis et de quadam procura.* 1212. 7 Novembris.

Eodem die abrenunciavit fidelitati suorum hominum de castronovo et pro eo Juraverunt in predicto loco, Aycardus pelleta, Johanes de donadeo et Petrus eius frater. Eodem die, dictus Conradus Instituit et fecit Aycardum pelletam et filios Donadei suos procuratores ad faciendas fieri fidelitates et abrenunciare fidelitatibus suorum hominum suo nomine comuni de aste.

386. *De quadam procura facta per potestatem astensem, ad recipiendam supra scriptam cartam Conradi de Mirbello et sacramenta denariorum et fidelitates hominum.* 1212. 4 Novembris.

Eodem anno precedenti, die dominico quod fuit IIII.° Intrantis novembris. In solario Jacobi curialis in aste, Coram domino Bonefacio de gurino, Jacobo de sibona et Alberto crivello, dominus Ugo de careto potestas astensis, Instituit et fecit nomine comunis astensis, Jacobum boviculum notarium comunis astensis sindicum et procuratorem ad recipiendam supradictam cartam Conradi de mirbello et sacramenta denariorum, et fidelitates hominum.

Ego Mussus boviculus notarius has cartas scripsi.

387. *De fidelitate facta comuni astensi per Conradum de Mirbello suo nomine et domini Ruffini patris sui de feudo quod tenent a comuni astensi in Viginti et Vallibus et In Castronovo de calcea.* 1212. 8 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die Jovis octavo Intrantis Novembris dominus de Gurino judex et vicarius domini Ugonis de careto potestatis astensis, Investivit Conradum de mirbello suo nomine et nomine domini Ruffini patris sui In rectum feudum et nomine recti feudi In masculum et feminam, In filios et in filias, et Guielmum patruum suum sine legitimis heredibus ista decederent, Nominatim de omni eo quod vendiderant comuni de aste In viginti et In Vallibus, et In Castro novo In alodium. Qua investitura facta ipse Conradus fecit inde fidelitatem comuni de aste talem qualem vasalus facit domino suo. Actum aste

in domo Comunis. Testes, dominus Nicolaus de bubio, Jacobus de sibona, Ubertus de platea, Bayalardus berardengus et multi alij qui erant in credencia.
Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

388. *De venditione facta comuni astensi, per Arnellum de viginti de sua parte Castri et ville de viginti et de Vallibus et de sua parte Castri et ville Castrinovi de calcea.* 1212. 17 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die mercurij decimo septimo Intrantis octubris. Cartam vendicionis Jure alodij fecit Arnellus de viginti, In manibus domini Ugonis de careto potestatis Astensis nomine et vice comunis astensis recipientis, Nominatim de sua parte Castri et ville et posse de viginti et de vallibus, et de sua parte Castri et ville et posse Castri novi de Calcea, et de omni eo quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat Juste vel Iniuste In predictis locis, Silicet in castro et villa et posse predictorum locorum et de omni eo quod ibi acquirere poterit in aliquo tempore cum omni honore et comitatu et districtu, quem habet vel habere hactenus visus est in predictis locis et in pertinencijs, videlicet in militibus, et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In ecclesijs et capellis, In vicijs et in vijs, In drictis et fictis In furnis et mollendinis, In terris cultis et Incultis In zerbis et pratis, In vineis et in nemoribus, In rupibus et ruinis, In aquatu et ripatu In venationibus et piscationibus, In puteis et in fontibus, et In omnibus alijs rebus, cum omni honore et comitatu districtu et posse quos habet vel hactenus habere visus est ipse vel alius pro eo In Castro et villa et posse de Viginti et de vallibus, Et in castro et villa et posse Castrinovi, de calcea aliquo modo seu decetero est habiturus, Excepta decima quam tenet a Marchione Montisferati. Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis et eius successores In regimine civitatis de aste nomine et vice comunis astensis, omnia supradicta Jure proprietario, habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant absque omni ipsius Arnelli et heredum eius et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Et insuper idem Arnellus pro se et pro suis heredibus, promisit prelibato domino ugoni potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti, sibi suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice tocius comunis de aste predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimacione precij In consimilibus locis ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea sepedictus Arnellus, exceptioni non numerate pecunie et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam justi precij renuncians, Confessus fuit se recepisse a dicto domino Ugone potestate astensi nomine et vice comunis astensis pro precio predicte vendicionis libras Quinquaginta tres papienses et libras viginti unam astenses de quibus quietum et pagatum se tenuit. Ad hec idem Arnellus constituit se possessorem predicte vendicionis nomine comunis de aste, quousque tradiderit corporalem possessionem promisit etiam dicto domino Ugoni de careto potestati astensi nomine comunis de aste stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum quos habet in viginti et in Vallibus et in Castro novo et eas fieri facere comuni de aste, et eas postea recipere si voluerit salva fidelitate comunis astensis. Actum Aste In solario Jacobi curialis. Testes,

Baylardus berardengus, Nicolaus de viginti, Rodulfus capra, Arnaldus balzanus Bergognus de viginti et plures alij.

389. *De possessione data comuni Astensi per Arnellum de viginti de Castro viginti et de Vallibus et de renunciatione facta in predicta vendicione per uxorem et Sororem dicti Arnelli.* 1212. 18 Octobris.

Die Jovis quinto decimo kallendas Novembris In Castro de viginti, Arnellus de viginti, tradidit et dedit Bayalardo berardengo vicario comunis astensis nomine comunis de aste corporalem possessionem Castri de viginti et eum in eam posuit nomine Castri et ville et tocius posse et nomine castri de vallibus, Ibidem domina Sibilia uxor dicti Arnelli et Balsema soror ipsius ypothecario Juri senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio quod in dicta vendicione haberent vel exigere possent per se vel per aliam personam in aliquo tempore renunciantes, Juraverunt supra Dei evangelia hanc refutationem et supradictam venditionem firmam tenere, nec per se nec per aliam personam In aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo modo. Testes, Guielmus minetus de mirbello, Arnaldus Balzanus, Rodulfus capra, Jacobus boviculus.

390. *De possessione data comuni Astensi per Arnellum de viginti de Castronovo de Calcea, et de illis qui fecerunt fidelitatem comuni Astensi.* 1212. 18 Octobris.

Eodem die, In castro novo de calcea, dictus Arnellus tradidit, et dedit predicto Bayalardo berardengo nomine comunis de aste corporalem possessionem Castrinovi de calcea et eum in eam posuit nomine Castri et ville et tocius posse. Testes Ascherius de viginti, Jacobus boviculus, Cuminus, Guielmus de calamandrana, Jacobus ravacinus et plures.

Isti sunt de viginti qui fecerunt fidelitatem comuni de aste pro predicto Arnello de vallibus, Similiter, Odonus de Vallibus, Sicardus strazaterra, Petrus garellus, dodus de vallibus. Guielmus Aymericus, Aycardus albexanus, Dodus de anna. Nomina illorum de Castronovo qui fecerunt fidelitatem comuni de Aste, pro eodem Arnello, continentur in carta quam fecit Guielmus minetus de murbello de venditione Castrinovi.

391. *De Investitura facta per comune Astense in suprascriptum Arnellum ad rectum feudum de vendicione suprascripta, et de fidelitate dicti Arnelli facta dicto comuni.* 1212. 23 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quinta decima, Die martis decimo kallendas Novembris dominus Ugo de careto potestas astensis nomine et vice comunis astensis, Investivit Arnellum de viginti in rectum feudum et nomine recti feudi In filios et in filias, suo nomine et nomine Balceme sororis ipsius, Nominatim de illa parte Castri et ville et posse de viginti et de vallibus, et de Castro novo de calcea quam vendiderat comuni de Aste In alodium, qua Investitura facta prefatus Arnellus fecit ei nomine comunis astensis fidelitatem, talem qualem vasalus facit domino suo. Actum aste ante domum Jacobi curialis. Testes Jacobus de stoerda,

Petrus de aracio, Jacobus de sibona, Albertus crivellus. Jacobus de Cathona, Guielmus de sancto stephano, Bergognus de viginti.

Ego Mussus boviculus notarius has cartas scripsi.

392. *De vendicione facta comuni astensi per Petrum bidonum de viginti de sua parte Castri et ville de viginti.* 1212. 5 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quintadecima, Die dominico quinto intrantis augusti, Cartam vendicionis jure alodij fecit Petrus bidonnus de viginti in manibus domini Ugonis de careto potestatis astensis nomine et vice comunis astensis recipientis, Nominatim de sua parte Castri et ville et posse de viginti et de omni eo quod ipse vel alius pro eo habebat tenebat et possidebat juste vel injuste in predicto loco silicet in Castro et in villa et in posse, et de omni eo quod ibi acquirere poterit in aliquo tempore cum omni honore et comitatu et districtu quos habet vel habere hactenus visus est in predicto loco et in pertinencijs, videlicet in militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in ecclesijs et capellis, in vicis et in vijs in drictis et fictis, in furnis et molendinis, in terris cultis et incultis, in zerbis et pratis, in vineis et in nemoribus, in rupibus et ruinis, in aquatu et ripatu, in venationibus et piscationibus, in puteis et in fontibus et omnibus alijs rebus, cum omni honore et comitatu et districtu et posse quos habet vel hactenus habere visus est ipse vel alius pro eo in castro et villa et posse de viginti aliquo modo seu de cetero est habiturus Eo modo ut ipse dominus ugo potestas astensis et eius successores in regimine civitatis astensis nomine et vice comunis de aste omnia supradicta jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsius petri et heredum eius et omnium aliarum personarum pro eo contradictione. Et insuper idem Petrus pro se et pro suis heredibus promisit prelibato domino ugoni de careto potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti, sibi suisque in regimine civitatis astensis successoribus, nomine et vice tocius comunis astensis predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco, ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea supradictus Petrus exceptioni non numerate pecunie et eo juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij renuncians, Confessus fuit se recepisse a dicto domino Ugone potestate astensi nomine et vice tocius comunis de Aste pro precio predicte vendicionis libras quadraginta papiensium de quibus quietum et pagatum se tenuit. Ad hec idem Petrus constituit se possessorem predicte vendicionis nomine comunis de aste quousque tradiderit ei corporalem possessionem promisit etiam dicto domino ugoni potestati astensi nomine comunis de Aste stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum quos habet in viginti et eas fieri facere comuni de aste, et eas recipere si decetero receperit salva fidelitate comunis astensis, et facere abrenunciare fratrem suum quandocumque venerit omni juri quod in hac vendicione haberet, vel exigere posset, aliquo modo. Actum in urbe de Aste in camera comunis. Interfuerunt testes, Petrus laurencius, Guilelmus bertramus, Girardus Josbertus, Mussus trossellus et Guielmus verobius, Jacobus porreta, Guilelmus de beccaria, Albertus crivellus, Manfredus cavazonus, Nicolaus de bublio, Rodulfus capra de viginti et plures alij.

393. *De Renunciatione facta in suprascripta vendicione per Beatricem uxorem dicti Petri.* 1212. 7 Augusti.

Sequenti die Martis septimo intrantis augusti Beatrix uxor dicti Petri bidoni ypothecario juri senatui consulto veleyano, et omni alij legum auxilio quod in dicta vendicione haberet vel exigere posset per se vel per aliam personam in aliquo tempore renuncians, Juravit supra dei evangelia hanc refutationem et supradictam vendicionem firmam tenere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare, nec contravenire nec removere ullo modo. Actum in castro de viginti, in domo predicti Petri. Testes Rogerius vialius de viginti, Bergognus musa, Jordanus filius Guielmi vandalengi et Jacobus boviculus.

394. *De possessione data comuni Astensi per Petrum bidonum de viginti, de Castro viginti.* 1212. 7 Augusti.

Eodem die et loco et testibus sepedictus Petrus bidonnus tradidit et dedit Jacobo porrete clavario comunis astensis et Bayalardo berardengo vicario comunis nomine comunis astensis corporalem possessionem illius partis Castri de viginti quam vendidit comuni de Aste, ut supra in carta inde facta continetur, et eos in eam posuit nomine Castri et ville et tocius posse.

Eodem die et loco, Idem Petrus abrenunciavit fidelitati suorum hominum de viginti, eisque precepit ut eas prestent et faciant comuni de Aste.

Nomina quorum qui fecerunt fidelitatem comuni de Aste pro predicto Petro sunt hec, Dodus de anna, Manfredus cordacius, Guala rex, Peragla, Cordacius, leo filius bosi de flore, Guielmus mercharius, Oddinus de ansuina, Petrus gastaldus et Uzellus de donna flora.

Ego Mussus boviculus notarius has cartas scripsi.

395. *De vendicione facta comuni Astensi per Guielmum Vadalengum de viginti de sua parte Castri et ville de viginti et de Castronovo de Calcea.* 1212. 10 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo Indictione quintadecima, Die Veneris decimo intrantis augusti Cartam vendicionis jure alodij, fecit Guielmus vandalengus de viginti, In manu domini Ugonis de careto potestatis astensis nomine et vice comunis astensis recipientis, Nominatim de sua parte Castri et ville et posse de viginti et de sua parte Castri et ville et posse Castri novi de calcea, Et de omni eo quod ipse vel alius pro eo acquirere poterit in aliquo tempore, cum omni honore et comitatu et districtu quos habet vel habere hactenus visus est in predictis locis et in pertinencijs videlicet in militibus, et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis in ecclesijs et capellis, in vicis et in vijs in drictis et fictis in furnis et molendinis, in terris cultis et incultis, in zerbis et pratis, in vineis et in nemoribus, in rupibus et in ruinis, in aquatu et ripatu, in venationibus et piscationibus, in puteis et in fontibus et in omnibus alijs rebus, cum omni honore et comitatu districtu et posse quos habet vel hactenus habere visus est ipse vel alius pro eo in Castro et villa et posse predictorum locorum aliquo modo seu decetero est habiturus, excepta decima

quam tenet a Marchione montisferati, Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas Astensis et eius successores in regimine civitatis astensis nomine et vice comunis de Aste, omnia supradicta jure proprietario habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant, absque omni ipsius Guilelmi vandalengi et heredum eius et omnium aliarum pro eo personarum contradictione. Et insuper idem Guilelmus pro se et pro suis heredibus promisit prelibato domino ugoni potestati astensi stipulanti sibi suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice tocius comunis de Aste, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, vel sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locis ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea sepedictus Guielmus Vandalengus exceptioni non numerate pecunie renuncians et eo Juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij, Confessus fuit se recepisse a dicto domino Ugone potestate astensi nomine et vice comunis astensis pro precio predicte vendicionis libras quadraginta papiensium et libras triginta septem astenses, de quibus quietum et pagatum se tenuit. Ad hec idem Guielmus Vandalengus constituit se possessorem predicte vendicionis nomine comunis de aste, quousque tradiderit corporalem possessionem ei. Premisit etiam dicto domino Ugoni potestati astensi nomine et vice comunis de Aste stipulanti abrenunciare fidelitatibus suorum hominum, quos habet in viginti et in Castro novo de calcea et eas fieri facere comuni de aste, et eas si decetero receperit recipere salva fidelitate comunis de Aste, et facere abrenunciare uxorem suam et Nurum omni juri quod in hac vendicione haberent vel exigere possent ulo modo.

296. *De possessione data comuni Astensi per Guielmum Vandalengum de sua parte Castri viginti.* 1212. 12 Augusti.

Sequenti die duodecimo intrantis augusti, predictus Guielmus, Tradidit et dedit Jacobo porrete clavario comunis astensis nomine et vice comunis astensis corporalem possessionem Castri de viginti pro sua parte, et eum in eam posuit nomine Castri et ville et tocius posse. Actum in Castro de viginti. Testes Rogerius vialus, Petrus bidonnus, Henricus bosus, Ascherius de malamorte, Rodulfus capra, Jacobus boviculus, Aycardus de coxano et Ardengus de coxano.

Eodem die iuxta Castrum de viginti, sepedictus Guielmus abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum quos habet in viginti et in vallibus, et eas fieri precepit comuni de Aste. Testes Guielmus bertramus, Jacobus boviculus Petrus bidon et Rodulfus capra.

Eodem die in loco Castri novi, abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum de Castronovo et eas fieri iussit comuni de aste. Testes Guielmus bertramus, Jacobus boviculus, henricus de niza, Jordanus palius et Bonefacius filius Jacobi porete. Quo die et loco et presentia eorumdem testium predictus Guielmus tradidit predicto Jacobo porrete Corporalem possessionem Castri novi de Calcea et eum in eam posuit, nomine Castri et ville et tocius posse.

397. *De renunciatione facta per Aquilam uxorem Guilelmi Vandalengi et Alaxam eius nurum, in vendicione superius facta per predictum Guilelmum comuni Astensi.* 1212. 13 Augusti.

Die lune terciodecimo intrantis Augusti, Aquila uxor dicti Guielmi et Alaxa de quargnento nurus eius et uxor Jordani filij sui, ypothecario juri senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio quod in iamdicta vendicione haberent vel exigere possent per se se nec per aliam personam in aliquo tempore renunciantes juraverunt supra dei evangelia hanc refutacionem et supra dictam vendicionem firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec contravenire nec removere ullo modo. Actum in villa Casurcij in Area dicti Guielmi. Testes Ascherius de casurcio, Henricus grullus, Conradus grullus, et Jacobus boviculus. Eodem die in urbe de Aste ante domum Guielmi de cario et fratrum suorum, Confessus fuit supradictus Guielmus, quod in predicta vendicione de viginti continentur omnia ea que habet in vallibus. Testes Jacobus cassanus, Berardus de stoerda, et Bayalardus berrardengus.

398. *De fidelitate facta comuni astensi per Fredericum filium suprascripti Guielmi Vandalengi.* 1212. 13 Augusti.

Eodem die, In loco Casurcij, Fredericus filius Guielmi vandalengi fecit fidelitatem comuni astensi talem qualem eius pater. Testes Ascherius de casurcio, Henricus grullus, Conradus eius nepos.

399. *De fidelitate facta comuni astensi per Jordanum filium suprascripti Guielmi.* 1212. 13 Augusti.

Eodem die Jordanus filius predicti Guielmi fecit fidelitatem comuni de aste eodem modo. Actum Ast, in domo Gerardi de Castello. Testes Jacobus boviculus et Tebaldus de platea.

Nomina illorum de viginti et de valle qui fecerunt fidelitatem comuni de Aste, pro predicto Guielmo sunt hec, Gandulfus primus, Amelicus de valle, Johanes eius filius, Guielmus vercius, Guielmus de valle, Johanes achilius, Obertus lanerius, Otto bocius, Petrus bariolius, Obertus sinistrarius.

De Castro novo, isti fecerunt fidelitatem comuni astensi pro eodem Guielmo, Anfusus canis, Petrus de meleis, Bosus petri canis, henricus mutus et Petrus de sturia.

Ego Mussus boviculus notarius, has cartas scripsi.

400. *De fidelitate facta comuni astensi per Guielmum Vandalengum de feudo quod tenet in viginti a comuni astensi.* 1212. 13 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quintadecima, Die lune tercio decimo intrantis augusti dominus Ugo de careto potestas astensis, investivit Guielmum vadalengum, In rectum feudum et nomine recti feudi in filios et in filias Nominatim de illa parte Castri et ville et posse de viginti et de vallibus et de illa parte Castri et ville et posse de Castronovo de calcea quam vendiderat ipsi domino Ugoni potestati astensi nomine et vice comunis astensis in alodium. Qua investitura facta

prefatus Guilelmus fecit ei nomine comunis de aste fidelitatem talem qualem vasalus facit domino suo. Actum Aste ante domum Guielmi de cario et fratrum suorum. Testes Nicolaus gardinus, Guielmus gardinus, Rollandus cazo, Mandrolius vardalosus, Bayalardus balbus, Bayalardus berardensis, Jacobus porreta, Berardus de stoerda, Raimondus de solerio, Jacobus cassanus.

Et ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et hanc cartam scripsi.

401. *De quodam convento facto inter comune Astense pro una parte, Et henricum bosum de viginti et Gualam fratrem eius prout inferius continetur.* 1215. 11 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quintodecimo indictione tercia, Die Jovis undecimo die intrantis Junij Comvenit et actum fuit inter dominum Ubertum buccafollum potestatem astensem, et henricum bosum de viginti et Gualam fratrem eius, Quod si ipsi henricus et Gualla vel unus eorum per se vel per alium acquirerent partem quam Monacus patruus eorum habet, in castro et villa et posse de viginti, quam partem ipsi profitebantur esse duodecimam partem Castri et ville et posse de viginti, Eo modo et pro consimili precio silicet pro libris quadraginta astensibus ipsam partem comuni astensi vendere et tradere debent. Et si minus acquirerent pro rata precium minui debet, et sic domino Uberto buccafollo potestati astensi nomine comunis de aste observare et attendere promiserunt, eodem modo promiserunt ei si partem aliquam acquirerent in Castro et villa et posse de viginti ab aliquo dominorum de viginti, quorum pars esset alodium, si vero aliquid acqnirerent ambo vel unus eorum in dicto Castro et villa et eius terratorio quod non esset de comitatu predicti Castri et ville id in feudum tenere debent a comune astensi. Actum aste in ecclesia sancti Martini. Interfuerunt testes dominus Ruffinus buccanigra judex, dominus Barocius de burgo papiensi, Bayamondus de platea, dominus Manfredus marchio de encisa, Guielmus bertramus, Jacobus de Jaffa, Jacobus de platea, Butinus, Jacobus boviculus notarius, Gandulfus cachayranus, Robaldus turtur, notarius et Bernardus notarius et alijs plures.

Ego Philipus durcus notarius hanc cartam scripsi

402. *De fidelitate facta comuni Astensi per henricum bosum de viginti et fratrem de feudo quod tenent a comuni astensi in viginti et Curticellis.* 1216. 11 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinto decimo indictione tercia die Jovis XI° die intrantis iunij in publica credencia per campanam congregata consensu et consilio eiusdem credentie nemine contradicente, dominus Ubertus buccafollus potestas astensis nomine et vice comunis astensis investivit henricum bossum et Gualam fratrem eius in rectum feudum et nomine recti feudi in filios et filias, Nominatim de eorum parte Castri et ville et posse de viginti, quam nuper vendiderant et tradiderant comuni de aste in alodium, et de illa parte Castri et ville et posse conticellarum Malemortis et Montisbersarij, quam profitebantur sese tenere pro comuni de Aste. Qua investitura facta, predicti Guala et henricus fecerunt fidelitatem ipsi domino Uberto potestati astensi nomine comunis de aste et comuni de Aste, talem qualem vasallus

facit domino suo. Actum Aste in ecclesia sancti Johanis de dom. Testis dominus Ruffinus buccanigra papiensis, Barocius de burgo, dominus Manfredus Marchio Incisie.
Et ego philipus durcus notarius hanc cartam scripsi.

403. *De quodam pacto et concordia facto et facta inter et per comune Astense, et Consules et homines de viginti prout inferius continetur.* 1199. 7 Januarij.

Anno domini, Millesimo Centesimo nonagesimo nono indictione seconda, Die Jovis, VII° die intrantis Januarij presentia infrascriptorum testium, Sicardus de donna flora, Obertus sinistrarius et Rodulfus bulla, qui profitebantur se esse consules de viginti eorum nomine et nomine tocius comunis et omnium hominum de viginti tale pactum et conventum, ac talem concordiam fecerunt cum domino Petro de petra sancta potestate astensi nomine et vice comunis astensis et omnium hominum astensium, et hi confessi fuerunt se fecisse cum consilio Guilelmi vitalli de viginti et aliorum dominorum de viginti, videlicet quod homines de viginti debent salvare et custodire adiuvare et defendere homines de Aste et de alexandria et eorum terram et omnes homines de eorum terra, et omnes amicos et auxiliatores eorum in personis et in avere et pro comuni et pro diviso, in viginti et in posse de viginti, et alibi ubicumque poterint contra omnes homines bona fide et sine fraude et facere hoste et iter et succursum pro comuni et pro diviso eorum hominibus de Aste, quociens eis dixerint et mandaverint bona fide et sine fraude et dare eis et amicis eorum mercatum quociens eis dixerint vel mandaverint et eis opus fuerit bona fide et sine fraude. Item debent reducere astenses pro comuni et pro diviso et homines de eorum virtute et amicos et auxiliatores eorum guarnitos et scaritos cum illis rebus quas habuerint vel acquisierint vel lucrati fuerint in loco et in villa de viginti si eis necesse fuerit. Et si scierint malum Astensium et eorum terre vel amicorum eorum, vel quod aliquis velit offendere astenses vel terram eorum, vel amicorum eorum debent bona fide resistere ut non fiat, et si resistere non poterunt debent hoc facere scire per se vel per eorum missum potestati vel consuli de aste per tempora existenti, quam cicius poterint bona fide, Et debent eorum posse vetare ne quis per eorum posse saliat in terra astensi vel amicorum eorum nec eorum predam per eorum posse deducat, Et si per eorum posse eorum predam aliquis duxerit, debent eorum predam rescutere bona fide, Et si viderint quod aliquis saliat vel currat supra terram astensium vel amicorum eorum, debent pro comuni illuc currere et homines et terram astensium adiuvare et defendere, et eorum predam rescutere bona fide et sine fraude. Et si aliquis dominorum vel hominum de viginti, homines de aste vel de virtute astensi, aut eorum amicos et specialiter illos de Alexandria offenderint, non debent defendere extra Castrum de viginti res illius qui hoc fecerit hominibus de Aste vel amicis eorum, Imo si eas sciverint esse alicubi, debent eas ostendere potestati vel consuli de aste per tempora existenti, nec proinde homines de aste debent facere guerram comuni de viginti, nec malum guiterdonum reddere. Et si quis de Aste vel de virtute astensi comquestus fuerit de aliquo dominorum vel hominum de viginti, homines de viginti debent dare fortiam et virtutem ut solvatur a debitore vel a fideiussore, vel si contradixerit ut inde rationem habeat et si ille de quo querimonia

fecerit ei debitum persolvere vel rationem facere voluerit, et ille qui conquestus fuerit habuerit absolutum a potestate vel a Consulatu de aste capiendi de rebus vel de personis debitoris vel fideiussoris, vel hominum eorum et acceperit capere et tenere valeat nec proinde concordia ista infringatur sed firma permaneat. Item debent dare hominibus Montis bersarij et Malemortis pro restitutione damni quod eis fecerant, libras XXXVI astenses, de quibus debent eis dare medietatem ad carlevarium proximum et alteram medietatem ad XV dies ante pasca proximum et hanc concordiam debent jurare omnes homines de viginti a quindecim annis usque ad LXX, firmam tenere usque ad terminum ibi constitutum. Et hoc totum quod supra legitur debent homines de viginti attendere et observare et facere hominibus de aste et de eorum virtute et eorum amicis et auxiliarijs et specialiter illis de Alexandria, usque ad quinque annos et tantum plus quantum Consules de viginti pro eorum comuni cum potestatibus vel consulatibus de aste per tempora existentibus concordes fuerint, Salvo quod non debent illos de aste et de alexandria de illis de lanerio, et salvo eo quod non debent facere guerram de viginti pro hominibus de aste nec pro amicis eorum nisi ut supra legitur, et salvo eo quod non debent facere hostem ad Corticellas nec illuc pergere dum aliquis dominorum suorum ibi fuerit. Eapropter dominus Petrus de petra sancta potestas astensis, et potestates astenses et Consules de aste per tempora existentes vice et nomine comunis astensis debent salvare et custodire adiuvare et deffendere homines de viginti in personis et in havere et eorum terram bona fide et sine fraude usque ad predictum terminum salvis omnibus sacramentis astensibus, Et si illi de viginti propter hoc in aliquam guerram inciderent, potestates et consules de aste per tempora existentes, debent eos de illa guerra adiuvare pro comuni de aste bona fide et cum ad pacem venerint debent ponere in pacem homines de viginti et si ipsi voluerint. Et sic dominus Petrus de petra sancta potestas astensis nomine comunis astensis, Sicardo de dona flore, et Oberto sinistrario consulibus de viginti ad partem comunis de viginti stipulantibus attendere promisit. Similiter ipsi Sicardus de donna flore et Obertus sinistrarius et Rodulfus bolla consules de viginti nomine comunis de viginti, predicto Petro de petra sancta potestati astensi ad partem comunis de Aste stipulanti ut supra legitur attendere et observare promiserunt et predictam concordiam observare et firmam tenere sicut supra scriptum est supra dei evangelia juraverunt. Preterea Guielmus bacellus Tebaldus magister, Conradus capra, Guilelmus verrus, Guielmus aymericus et Guala capra omnes de viginti hanc eandem concordiam ut supra legitur juraverunt supra dei evangelia observare et firmam tenere. Actum urbe aste in solario Guielmi de cathena. Interfuerunt testes Nicolaus gardinus, Henricus de montebersario, Bos de scripzolengo, Albertus sardus de malamorte, Jacobus nepos eius Raynerius calcagnus, Guielmus scarampus, Ardicio durnasus, Jacobus grata palea, Henricus regragnus et Petrus de donna aia. Die Veneris octavo die Januarij, presentibus Boso de scrizolengo et henrico de monte bersario, Raynerio calcagno, et petro de donna aia In domo comunis, henricus de la cortesa, Cordarius, Albertus balzenengus, Guielmus de stevena, Oddinus de ansuina, Ogerius codevilla, Albertus niger, Jacobus gella, Oddo bergognonus, Guielmus bergognonus, Guielmus de auria, Ogerius arnaldus, Rufinus, Guielmus primus, Obertus de silo, Obertus verrus, Vivianus curialis, Vivianus de donimelda, Obertus rabuxius, Sicardus

roba, henricus valbertus, Obertus magister, Obertus cavalonum, et Petrus gastaldus, omnes de viginti, juraverunt supra dei evangelia hanc eandem concordiam ut supra legitur observare et firmam tenere.

Ego Jacobus boviculus notarius, hanc cartam scripsi,

404. *De Citaniatico Bossonis de viginti et Ogerij de Rocheta consulum comunis viginti et aliorum consulum societatis Viginti nomine hominum de viginti.* 1202. 2 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta die lune secundo intrantis decembris presentia infrascriptorum, Astensium consules comunis et Justicie, quorum nomina sunt Jacobus rohat Bayamondus carocius, Guielmus gardinus, Manfredus de solario, vivianus de fontana, magister Petrus beccarius, henricus soldanus, et Jacobus de donna mandra nomine comunis astensis et cum consilio eorum qui per campanam et per nuncios ibi congregati fuerant, Fecerunt donum a parte comunis de Aste in manibus Bosonis de viginti et Ogerij de rocheta Consulum comunis viginti et in manibus leonis et Conradi capre et Guilelmi verrij consulum societatis viginti, eorum nomine et nomine omnium hominum de viginti, Quatinus ipsi et omnes homines de viginti, cum eorum heredibus et cum omnibus rebus eorum habitis et habendis, stantes et habitantes in viginti decetero sint cives astenses in perpetuum sicut alij cives astenses in Aste habitantes, Salvis omnibus rationibus dominorum suorum, promittentes quidam predictorum Consulum Astensium nomine aliorum Consulum et comunis astensis, predictis Bosoni, Ogerio Leoni, Conrado et Guilelmo eorum nomine et nomine omnium aliorum hominum de viginti eos eorumque heredes salvare et custodire, adiuvare et deffendere, in havere et in personis sicut alios cives astenses in aste habitantes, salvis omnibus rationibus dominorum suorum. Eapropter predicti Bosso, Ogerius leo Conradus, et Guielmus eorum nomine et nomine omnium aliorum hominum de viginti salvis omnibus rationibus dominorum suorum, promiserunt compluribus predictorum Consulum astensium nomine comunis astensis stipulantibus salvare et custodire adiuvare et defendere omnes homines de aste et de locis et de virtute astensium, in havere et in personis ubicumque contra omnes homines et facere exercitus itinera succursus et cavalcatas et pacem et guerram pro comuni de aste sicut alij cives astenses et dare consilium astensibus consulibus si ab eis pecierint bona fide, et credenciam eis tenere nec eam sine absolto eorum manifestare donec palam esset, et dare fodrum in aste de extimatione librarum LX astensium quociens Civitas ad fodrum venerit, et secundum hanc eorum extimationem facere omnes consuetudines urbis astensis, sicut alij cives astenses et pro hijs omnibus attendendis predicti Boso, Ogerius, leo, Conradus et Guielmus, omnes eorum res predictis Consulibus astensibus nomine comunis astensis pignori obligaverunt, et salvis rationibus omnibus dominorum suorum hec omnia supra dei evangelia imperpetuum bona fide attendere juraverunt et facere fieri hoc idem sacramentum ab omnibus hominibus de viginti bona fide. Actum urbe de Aste in domo comunis, in publica credencia per campanam et per nuncios congregata. Testes Guielmus de catena, Berardus coglalda, Nicolaus gardinus, Ubertus palius, Otto laiolius,

Guido beldiserius, Johannes eius filius, Rodulfus farolfus, henricus torna oculus et henricus de nicia de Castronovo et multi alij.

Ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

405. *De investitura facta ad rectum feudum per comune Astense in Roboaciam et Catanium fratres de traversagnis de Viginti de certa parte Viginti et de eorum fidelitate.* 1280. 18 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo Octuagesimo indictione octava Die veneris XVIII.° mensis Octubris presentia testium infrascriptorum dominus Jacobus de bergoncinis judex et vicarius domini Ansaldi cebe potestatis astensis, in pleno consilio civitatis astensis more solito congregato per campanas et nuncios Consilio et consensu Rectorum societatum et Credendariorum nomine et vice comunis astensis, investivit Roboaziam et Cathanium fratres filios quondam traversagni de traversagnis de viginti, In rectum et gentile feudum et nomine recti et gentilis feudi et cum omni honore tam in filijs quam in filiabus de illa parte Castri et ville et posse et districtus et jurisdicionis et contilis de viginti quam dominus Traversagnus pater dictorum Roboaze et Cathaney quondam tenebat in feudum a comuni astensi et de toto eo quod tenebat dominus Guielmus de fonte pro uxore sua domina Beatrice filia domini Monachi de viginti in Castro de Viginti et posse tam in rivis quam in pasquis et nemoribus et gerbis, et in hominibus et in ecclesijs cum aquaticis et pasquaticis et contili et jurisdicione secundum quod aliax de dicta investitura apparebat factum instrumentum per Thomam aycardengum notarium M°CC°XLVI°, Indictione quarta, die dominico quarto kal. augusti, et de omni eo quod tenebat dominus Arnellus de viginti in dicto Castro et in valle et in Castronovo de calcea secundum quod ipse dominus Arnellus investitus fuerat aliax per dominum ugonem de careto potestatem astensem nomine et vice comunis astensis, ut patet per instrumentum investiture factum a Musso boviculo notario, Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quintadecima, die Martis decimo Kal. Novembris, Et de omni eo quod dominus Manfredus merlus de monte bersario dedit in feudum domino Baiamondo Marchisio de viginti secundum quod patet per Instrumentum factum a Simone divite notario Anno domini Millesimo ducentesimo trigesimo secundo indictione quinta die Martis primo intrantis Junij, et de omni eo quod dominus Guilelmus marchisius de viginti in sua ultima voluntate instituit sibi heredes ipsum Cathaneum et Reboaziam fratres in omnibus suis bonis mobilibus et inmobilibus, ut patet per testamentum ipsius Guilelmi scriptum a Jacobo de ponte notario, Millesimo ducentesimo septuagesimo sexto indictione quarta, die dominico XV° mensis Junij, pro qua investitura dictus Roboaza et Cathanius fratres fecerunt et juraverunt dicto domino Jacobo nomine et vice comunis astensis fidelitatem talem qualem facit gentilis vasallus domino suo, Et hoc in ipso consilio juraverunt esse veri et fideles vasalli comunis astensis, et inde precepta sunt fieri plura instrumenta uno tenore michi notario infrascripto. Actum Ast super voltis de sancto Johane ubi consilia celebrantur. Testes Bartolomeus guiglengus et Manfredus de canonica notarius et Bethonotus preco comunis astensis, et Guielmus caradolius.

Ego Manuel pexinus notarius palatinus interfui et iussu dicti judicis sic scripsi.

Et Ego Guielmus de passatore notarius palatinus predicta duo Instrumenta superius scripta vidi legi et in isto libro posui et exemplavi, Nichil addens vel minuens preter forte litteram vel silabam aut punctum rettenta tamen parcium significatione. Et sicut in ipsis continebantur sic et in isto novo exemplo plenius continentur, Et ad maiorem cautelam et firmitatem signum et nomen meum apposui et me subscripsi.

406. *De Investitura facta ad rectum feudum per comune astense, In Traversagnum Jacobum et Ruffinum de traversagnis de certa parte viginti et de eorum fidelitate.* 1246. 29 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo sexto indictione quarta, Die dominico quarto kall. Augusti presentia testium infrascriptorum, dominus Rollandus de cignignola judex et vicarius domini Opizionis de canevanova potestatis astensis in pleno consilio nomine et vice comunis astensis investivit Traversagnum et Jacobum et Ruffinum fratres filios quondam Bosij traversagni de viginti, in rectum feudum et nomine recti et gentilis feudi, cum omni honore tam in filijs quam in filiabus, de illa parte Castri et ville et posse et districtus et jurisdicionis et contilis de viginti, quam Bosius pater eorum, quondam tenebat iuste in feudum a comuni astensi Et de toto eo quod Guilelmus de fonte consenciente domina Beatrice uxore sua et voluntate, filia quondam domini Monacij de viginti, vendidit dicto Bosio in Castro de viginti et posse, tam in rivis quam in pasquis tam in nemoribus quam in jerbis, tam in hominibus quam in ecclesijs, tam in aquis quam in aquaticis, tam in contile quam jurisdicione, et omnibus alijs modis quibus visus fuerat Guielmus predictus aliquod dominium vel quasi habere et tenere et possidere ibidem, pro qua investitura facta predicti Traversagnus, Jacobus et Ruffinus fecerunt ipsi domino Rollando nomine et vice comunis astensis fidelitatem talem qualem facit gentilis vasallus domino suo, et juraverunt esse veri et fideles vasalli comunis astensis, Et de hoc precepta sunt fieri plura instrumenta uno tenore. Actum Ast in domo comunis. Testes dominus Petrus durcus Judex, Guilelmus de brina, Albricus de cumignano Ubertus caradolius et Gorgianus laiolius.

Et ego Thomas aycardengus notarius palatinus interfui et precepto dicti Judicis sic scripsi.

407. *De fidelitate facta comuni astensi per Albertum filium quondam Nicolay de viginti de feudo quod tenet a dicto comuni in viginti.* 1246. 29 Julij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo sexto indictione quarta, Die dominico quarto kall. Augusti, presentia testium infrascriptorum, dominus Rollandus de cignignola Judex et vicarius domini Opizionis de canevanova potestatis astensis in pleno consilio nomine et vice comunis astensis, investivit Albertum filium quondam Nicolay de viginti in rectum feudum et nomine recti feudi et gentilis et cum omni honore tam in filijs quam in filiabus de omni eo quod dictus Nicolaus quondam pater dicti Alberti tenebat iuste in feudum a comuni astensi in Castro et villa et posse et districtus et jurisdicionis et contilis de viginti, pro qua investitura facta, predictus Albertus fecit ipsi domino Rollando nomine et vice dicti comunis fidelitatem talem qualem facit gentilis vasallus domino suo, et juravit esse verus et fidelis vasallus

domino suo, et de hoc plura instrumenta uno tenore precepta sunt fieri. Actum Ast in domo comunis. Testes, dominus Petrus durcus Judex Guilelmus de brina, Albricus de cumignano, Ubertus caradoglius et Gorgianus laiolius.

Et ego Thomas aycardengus notarius palatinus interfui et precopto judicis sic scripsi.

408. *De possessione data comuni Astensi per Ascherium de viginti de Castro viginti.* 1212. 7 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quintadecima, Die dominico septimo intrantis Octubris coram subscriptis testibus, Ascherius de viginti tradidit et dedit Jacobo porrete nomine et vice comunis astensis recipientis corporalem possessionem Castri et ville et posse de viginti et eumdem nomine comunis astensis recipientis in eum posuit nomine illius Castri et ville et posse et nomine Castri de Vallibus. Actum in Castro de viginti. Testes Jacobus boviculus, Bergognus de viginti et plures alij.

Eodem die. Idem Ascherius abrenunciavit fidelitatibus suorum hominum de viginti, eisque precepit ut eas faciant comuni Astensi.

Isti sunt de viginti qui pro supradicto Ascherio fecerunt fidelitatem comuni astensi, Ottolinus de monte garello, Guielmus merzarius, Rodulfus travasatus, Vivianus cazator, Suzzinus, Albertus de spigno, Henricus bolgerius et Ascherius de monte garello.

409. *De renunciatione facta comuni astensi per dominam Alaxiam matrem predicti Ascherij in dicta venditione superius facta.* 1212. 8 Octobris.

Eodem anno Die lune, octavo intrantis octubris domina Alaxia mater predicti Ascherij et soror eius berta ypotechario juri renunciando et senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio quod in predicta possessione et in vendicione quam dictus ascherius fecerat comuni astensi de viginti et de Vallibus et de Castronovo per se se vel per aliam personam haberent vel exigere possent in aliquo tempore sub aliquo ingenio abrenunciaverunt. Et dicta domina Berta juravit supra dei evangelia ipsam vendicionem et refutationem firmam tenere nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere nec contravenire ullo modo. Actum fuit hoc in Castro viginti iuxta domum predicti Ascherij. Testes Manfredus monacus de viginti, Bergognus de viginti, Jacobus boviculus, et lafrancus portenarius.

Ego Mussus boviculus notarius has cartas scripsi.

LVII. De Castro novo de Calcea

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 24).

Castrum novum de calcea est de locis novis comunis Astensis et homines ville sunt cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives astenses, et est feudum comunis Ast ut patet etiam Castri de viginti titulo in pluribus Capitulis.

410. *De Citaniatico henrici tornaoculi, henrici de nicia, Ascherij et Alberti plote Consulum Castrinovi de Calcea.* 1202. 27 Novembris.

Anno Domini Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta die Mercuri quinto kall. decembris presentia infrascriptorum testium, Astensium Consules comunis

et Justicie Quorum nomina sunt Jacobus rohat, Guielmus gardinus, Bayamondus carocius, Vivianus de fontana, Manfredus de solario, magister Petrus beccarius, henricus soldanus, et Jacobus de donnamandra, cum consilio Credendariorum per campanam et per nuncios congregatorum fecerunt donum a parte comunis de Aste, et nomine comunis de Aste, henrico torna occulum, henrico de nicia , Ascherio et Alberto plote consulibus Castri novi de calcea eorum nomine et nomine omnium hominum de Castronovo de calcea, ut ipsi omnes homines de iamdicto Castro novo cum eorum heredibus et cum omnibus rebus eorum habitis et habendis decetero stando in Castronovo sint cives astenses imperpetuum, Promittentes ipsis henrico tornaocculum, henrico de nicia, Ascherio et Alberto plote eorum nomine et nomine omnium hominum de castronovo stipulantibus, eos omnesque homines de castronovo salvare custodire et adiuvare et deffendere in personis et in rebus pro comuni de aste tamquam alios cives astenses in aste habitantes salvis rationibus omnium dominorum eorum et specialiter domini Guielmi scassi de aglano et fratris eius et domini Gilij de aglano. Ea propter predicti henricus tornaocculum, henricus de nicia, Ascherius et Albertus plota eorum nomine et nomine omnium aliorum hominum de castro novo promiserunt prefatis Consulibus nomine comunis de aste stipulantibus salvare custodire adiuvare et deffendere homines de Aste et homines de locis et de virtute astensium in personis et in rebus ubicumque contra omnes homines et facere pro eis pacem et guerram exercitum succursus et cavalcatas sicut alij cives astenses et dare fodrum in Aste quociens civitas ad fodrum venerit de extimatione librarum Centum astensis monete, et secundum illam extimationem facere omnes consuetudines urbis astensis sicut alij cives astenses. Et sic ut supra legitur ipsi henricus tornaocculum, henricus de nicia, Ascherius et Albertus plota, predictis astensibus consulibus promiserunt et supra dei evangelia juraverunt attendere et observare bona fide et sine fraude salvis omnibus rationibus dominorum suorum et specialiter domini Guilelmi sclassi et fratrum suorum et domini Gilij de aglano. Et pro hijs omnibus observandis et attendendis, ipsi henricus tornaoculum et henricus de Nicia, Ascherius et Albertus plota, omnes eorum res predictis astensibus consulibus nomine comunis de Aste pignori obligaverunt. Insuper Manfredus barba fala, Otto bixolius, Albertus bovarius, Ghisulfus, Amedeus gallus, Benedictus donadeus, Aycardus pelleta, Amedeus de romana, Jacobus de Ottonebono, Albertus ferarius, Obertus de mele, Otto brunus, Otto regragnus, Rufinus calegarius et Anfusus de petro cane, omnes de Castronovo, obligando quisque eorum res suas comuni de aste pro predictis omnibus attendendis juraverunt supra dei evangelia, omnia supradicta bona fide et sine fraude attendere et observare imperpetunm. Actum urbe aste in domo comunis in credencia per campanam et per nuncios congregata. Testes Ubertus palius, Otto laiolius, Guielmus de baennis, Otto volla, Bonus iohanes careocius, Otto gagla, Garganus de quatordeo et multi alij.

Ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

411. *De vendicione facta per Rodulfum capram de viginti comuni astensi de septima parte Castri et ville Castrinovi de calcea.* 1211. 3 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo undecimo indictione quartadecima, Die sabati tercio die intrantis decembris presentia infrascriptorum testium, Rodulfus capra

de viginti, fecit cartam vendicionis, in manibus domini Guielmi embriaci potestatis astensis nomine comunis astensis recipientis Nominatim de septima parte Castri et ville et posse de Castronovo de calcea, et de omni eo quod habebat tenebat et possidebat ipse vel alius pro eo iuste vel iniuste in predicto loco et de omni eo quod ibi acquirere poterit in aliquo tempore, cum omni honore et comitatu quod habet in predicto loco et in pertinente, videlicet in hominibns feudatis et infeudatis, in drictis in fictis in terris cultis et incultis, in zerbis et pratis in rupibus et in ruinis, in vineis et nemoribus, In ecclesijs et capellis in pasquis et in aquatu et in ripatu, in venationibus et in piscationibus, in furnis et molendinis in fontibus, et in omnibus comunibus alijs rebus Castri novi de calcea cum omni honore et comitatu et cum omni districtu et posse, quod habet vel visus est hactenus habere in castronovo de calcea et villa et posse aliquo modo. Eo modo ut ipse dominus Guielmus enbriacus potestas Astensis et eius successores nomine et vice comunis Astensis, omnia supradicta jure proprietario teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant, sine omni predicti Rodulfi et heredum eius et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Et insuper predictus Rodulfus capra per se et per suos heredes, predicto domino Guielmo enbriaco potestati astensi stipulanti sibi suisque successoribus nomine et vice tocius comunis de Aste hanc vendicionem qualiter supra legitur insolidum, ab omni homine sub dupli pena deffendere promisit. Et insuper predictus Rodulfus renunciando exceptioni non numerate pecunie et eo juri quo dicitur, quod non est deceptus ultra dimidiam justi precij renuncians, Confessus fuit se recepisse a dicto domino Guielmo enbriaco potestati astensi nomine comunis de aste pro precio predicte vendicionis libras triginta septem Astensis monete, de quibus quietum et pagatum se tenuit. Insuper predictus Rodulfus juravit supra sancta dei evangelia predictam vendicionem habere firmam et ratam et nullo tempore contravenire pro se nec per aliam personam sub aliquo ingenio. Actum ast in domo Guielmi rationis. Interfuerunt testes rogati et vocati, dominus Baiamondus de platea, dominus Guielmus gardinus dominus Balduinus de lavagna, dominus Petrus beccarius, dominus Petrus laurencius, dominus Guielmus bertramus dominus Jacobus de platea, dominus Petrus de aracio.

Et ego Jacobus de fossato notarius hanc cartam scripsi.

412. *De fidelitate facta comuni Astensi per Rodulfum capram de viginti de feudo quod tenet a comuni Astensi in Castronovo de calcea.* 1311. 3 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo undecimo indictione quartadecima Die sabati tercio die intrantis decembris, presentia infrascriptorum testium dominus Guielmus enbriacus potestas astensis nomine comunis de Aste ex parte comunis de Aste, investivit Rodulfum capram de viginti nomine recti feudi in filios et in filias, Nominatim de septima parte Castri et ville et posse Castrinovi de calcea quam ipse Rodulfus vendiderat ei nomine comunis de Aste in alodium. Qua investitura facta ipse Rodulfus fecit ei fidelitatem nomine et vice comunis de Aste et pro comuni de Aste talem qualem vasallus facit domino suo, et inde ei et comuni de Aste cartam fieri iussit. Actum Ast in domo Guilelmi rationis. Interfuerunt testes rogati et vocati, dominus Bayamondus de platea, dominus Balduinus de lavagna, dominus Guilelmus

Gardinus, dominus Petrus beccarius, dominus Petrus laurencius, dominus Guielmus bertramus, dominus Jacobus de platea, dominus Petrus de aracio.

Ego Jacobus de fossato notarius palatinus hanc cartam scripsi.

413. *De vendicione facta comuni Astensi per henricum grullum de viginti de XIIII^{a} parte Castrinovi de Calcea.* 1211. 3 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo undecimo indictione quartadecima, Die sabati tercio die intrantis decembris. In presentia infrascriptorum testium, henricus grullus de viginti, fecit cartam venditionis in manibus domini Guilelmi enbriaci potestatis astensis, nomine et vice comunis de Aste recipientis, Nominatim de sua parte que est quartadecima pars Castri et ville et posse Castri novi de calcea, Et de omni eo quod habebat tenebat et possidebat ipse vel alius pro eo iuste vel iniuste in predicto loco, et de omni eo quod ibi acquirere poterit in aliquo tempore, cum omni honore et comitatu quod habet in predicto loco et in pertinente, videlicet in hominibus feudatis et infeudatis, in drictis et fictis, in terris cultis et incultis, in zerbis pratis, in rupibus et in ruinis, in vineis et in nemoribus, in ecclesijs et capellis in pasquis et in aquatu et ripatu, in nemoribus et piscationibus, in furnis et in mollendinis, in fontibus et in omnibus comunibus et alijs rebus Castri novi de calcea, cum omni honore et comitatu et cum districtu et posse, quod habebat vel habere hactenus visus est in Castronovo de calcea et villa et posse aliquo modo. Eo modo ut ipse dominus Guielmus enbriacus potestas astensis et eius successores nomine et vice comunis de aste, omnia supradicta jure proprietario teneant firmiterque possideant, et ex eis guerram et pacem et quicquid voluerint faciant, sine omni predicti henrici et heredum eius et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Insuper predictus henricus grullus per se et per suos heredes, predicto domino Guielmo enbriaco potestati astensi nomine et vice comunis de Aste stipulanti, sibi suisque successoribus nomine et vice tocius comunis de aste hanc vendicionem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine sub pena dupli deffendere promisit. Et insuper predictus henricus, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et eo juri quo dicitur quod non est deceptus ultra dimidiam iusti precij renuncians, Confessus est se recepisse a dicto domino Guielmo enbriaco potestate astensi nomine et vice comunis de aste pro precio predicte vendicionis libras viginti astenses de quibus se quietum et pagatum tenuit. Et Insuper predictus Enricus grullus juravit supra dei evangelia predictam vendicionem ut supra legitur habere firmam et ratam et nullo tempore contravenire per se nec per aliam submissam personam sub aliquo ingenio. Actum aste in domo Guilelmi rationis. Interfuere testes rogati et vocati, dominus Bayamondus de platea, dominus Guielmus gardinus, dominus Petrus beccarius, dominus Petrus laurencius, dominus Guielmus bertramus, dominus Jacobus de platea, dominus Balduinus de lavagna.

Ego Jacobus de fossato notarius palatinus hanc cartam scripsi.

414. *De fidelitate facta comuni astensi per henricum grullum de feudo quod tenet a comuni Astensi in Castronovo de Calcea.* 1211. 3 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo undecimo indictione quartadecima, Die sabati tercio die intrantis decembris, dominus Guielmus enbriacus potestas astensis

nomine et vice tocius comunis de aste, investivit henricum grullum de viginti nomine recti feudi, in filios et in filias, nominatim de quartadecima parte Castri et ville et posse Castri novi de Calcea, quam ipse henricus Grullus, vendiderat ei nomine comunis de aste in alodium. Qua investitura facta, ipse henricus grullus fecit ei fidelitatem nomine comunis de aste et pro comuni de aste, talem qualem vasallus facit domino suo, et inde ei et comuni de aste cartam fieri iussit. Actum Aste in domo Guielmi rationis. Interfuere testes rogati et vocati, dominus Bayamondus de platea, dominus Guilelmus gardinus, dominus Petrus beccarius, dominus Petrus laurencius, dominus Guilelmus bertramus, dominus Jacobus de platea, dominus Petrus de aracio, dominus Balduinus de lavagna.

Et ego Jacobus de fossato notarius palatinus, hanc cartam scripsi.

415. *De possessione data comuni astensi per Ascherium de viginti de Castronovo de Calcea.* 1212. 7 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quinta decima, Die dominico septimo intrantis Octubris coram subscriptis testibus, Ascherius de viginti, tradidit et dedit Jacobo porrete, nomine et vice comunis astensis recipientis corporalem possessionem Castri et ville et posse Castrinovi de calcea, Et eum in eam posuit, nomine Castri et ville et tocius posse. Actum in Castronovo, testes Bossus canis, Johanes scachavellus, leo de donna flore, Jacobus boviculus et Armaninus.

416. *De fidelitate facta comuni astensi per suprascriptum Ascherium de feudo quod tenet, a dicto comuni in Castronovo de Calcea in Viginti et in vallibus.* 1212. 23 Octobris.

Eodem anno et eadem indictione, Die Martis, qui fuit decimo kal. novembris, Coram subscriptis testibus, dominus Bonefacius de gurino judex et vicarius domini ugonis de careto potestatis astensis et eius precepto, nomine et vice comunis de aste investivit Ascherium de viginti, In rectum feudum et nomine recti feudi in filios et in filias, Nominatim de illa parte Castri et ville et posse Castrinovi de calcea, et de vallibus et de viginti, quam vendiderat comuni de aste in alodium. Qua investitura facta ipse Ascherius fecit ei nomine comunis astensis fidelitatem talem qualem vasallus facit domino suo. Actum aste in solario Jacobi curialis. Testes Albertus crivellus, Jacobus de sibona et plures alij.

Et ego Mussus boviculus notarius has cartas scripsi.

LVIII. De Castro valium.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

Castrum et villa Vallium prope viginti est feudum comunis astensis, ut patet in titullo et sub rubrica Castri de viginti in pluribus capitullis, Et ut patet in titullo et sub rubrica Encisie.

LIX. De Canelio.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 25).

Castrum et villa Canellarum est de locis novis comunis Ast et homines dicte ville sunt Cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij Cives astenses.

417. *De quadam concordia facta per Astenses et Alexandrinos et homines de Cassinis cum hominibus de Canelio prout infra continetur.* 1198. 28 Junij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo indictione prima, Die Veneris quarto Callendas Julij, Talem concordiam fecerunt astenses et Alexandrini et homines de caxinis per se et per omnes homines de eorum parte cum hominibus de Canelio et cum hominibus de consortito canellij, videlicet quod homines de canelio et homines de consortili canelij deinceps salvare custodire homines de aste et Alexandrie de Caxinis et omnes homines de eorum parte in rebus et personis bona fide et sine fraude, In toto posse suo et alibi quo poterint, Et debent reducere homines de aste et de Alexandria et homines de Casinis et ceteros homines eorum partis si eis necesse fuerit in tota eorum terra et toto eorum posse bona fide et sine fraude, Et debent dare mercatum hominibus de aste, hominibus de alexandria, hominibus de Casinis et universis hominibus eorum partis et per eorum partes transeuntibus, in omnibus terris et partibus suis et alibi ubi secure venire possint bona fide et sine fraude et non debent decetero dare Marchionibus montisferati consilium nec auxilium aliquo modo exceptis vassallis suis quos liceat adiuvare et deffendere terram predictorum Marchionum in terra ipsorum Marchionum sed alibi eos adiuvare non liceat. Quam concordiam ut supra legitur insolidum, Consules de Canelio, quorum nomina sunt, Ogerius galbus, Porcocius nomine suo et nomine omnium de canelio et omnium hominum de consortili Canelij et nomine dominorum eiusdem consortilis promiserunt Manfredo cavazono et Rollando cazo clavarijs comunis astensis ad hec constitutis nomine comunis astensis et Raynerio nano de Alexandria ad hec constituto vice et nomine comunis alexandrie et Cassinarum et nomine omnium hominum de eorum parte stipulantibus, et juraverunt supra dei evangelia tenere firmam et eam attendere et observare, quod facient dominos eiusdem consortilis eandem concordiam facere attendere et observare, et Insuper facient jurare bona fide et sine fraude omnes homines et dominos de canelio et de eius consortili eandem concordiam ut supra legitur tenere firmam et non removere et eam attendere et observare nec aliquo quoquo modo contravenire per se nec per suppositam personam. Versa vice predicti Manfredus cavazonus et Rollandus cazo et Raynerius nanus promiserunt Consulibus de canelio predictis nomine et vice comunis de aste, Comunis alexandrie, comunis de Cassinis et omnium hominum de eorum parte et ad partem hominum de canelio et omnium hominum et dominorum de consortili de canelio stipulantibus quod comune de aste et comune de Alexandria et comune de Cassinis et universi homines de eorum parte eis tenebunt fidanciam toto tempore huius guerre. Actum aste in astensi ecclesia tempore domini Alberti de fontana potestatis astensis feliciter, Interfuerunt testes, henricus de Valleriano, Sicardus brandulus, Manfredus de Insula et hengus de Valleriano.

Ego Thomas notarius palatinus interfui rogatus et sic scripsi.

118. *De pace fine et refutatione facta inter comune astense pro una parte et dominos de Canelio et de calamandrana pro altera parte prout inferius continetur.* 1237. 21 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo trigesimo septimo indictione decima, Die sabati XII.° kal. Aprilis. presentia infrascriptorum testium, domini de Canelio et de Calamandrana et de consortitu Canellij, Silicet domini henricus de suyrano, Tadeus, Ansaldus frater eius, Ogerius ansaldus, henricus daneysius, Jacobus simplex, Bonefacius simplex, Oddo croca, eorum nomine, et nomine Alberti tarditi et Ogerij croce et Ruffini croze, Venientes ad concordiam cum domino Ravanino de bellotis potestate astensi, nomine et vice comunis astensis, de omnibus damnis iniurijs vastis et offensionibus et maleficijs, hinc inde factis vel illatis et omni discordia que esset vel usque ad presentem diem esse posset aliqua occasione, inter dictum Comune astense et predictos dominos pro bono pacis et concordie, fecerunt dicti domini domino Ravanino de bellotis recipienti nomine comunis astensis pacem finem remissionem et omnimodam absolutionem et pactum de non petendo, de omnibus damnis iniurijs vastis et offensionibus et maleficijs hinc inde factis vel illatis, et de omni discordia que esset vel usque ad presentem diem esse posset aliqua occasione inter dictum comune astense et predictos dominos et de omni jure et actione, promissione vel pacto et obligatione, quod vel quam haberent vel habuissent, vel habere possent, vel exigere possent contra Comune astense, vel aliquem pro comuni occasione alicuius contractus vel quasi obligationis vel quasi olim contracte vel celebrate, vel ex aliqua causa orta occaxione maleficij, vel quasi seu damni dati, vel alio modo, inter predictos dominos vel aliquem ex ipsis et dictum Comune astensi vel alium pro comuni absolventes dicti domini, dictum comune astense seu dictum potestatem nomine dicti comunis de omni damno seu perdea vel lesione, quod vel quam substinere possent, in rebus mobilibus vel inmobilibus que recepissent vel substinuissent pro dicto comuni, vel ab aliquo pro comuni vel diviso occaxione dicti comunis astensis seu pro ipso comuni, vel pro aliquo in diviso dicti comunis astensis, promitendo dicto comuni seu dicto potestati nomine dicti comunis, dictam pacem et finem et remissionem et absolutionem habere firmam et nullo tempore contravenire per se nec per interpositam personam. Insuper promiserunt dicti domini dicto potestati nomine dicti comunis, reddere omnia instrumenta que habent versus comune astense, vel versus divisum et specialiter instrumentum quod habent vel habuerunt ipsi vel aliqui ex eis, versus quosdam homines de aste qui fuerunt prexonarij in alexandria de libris CCC. prout in ipso instrumento continetur, annuatim eis solvendis et quod instrumentum factum fuit a Bono infante notario in anno domini M°CC°XXVII°, indictione XV^a Die martis XIIII° intrantis Septembris, Et si quod instrumentum non habent de predictis, vel si habent, faciunt pacem finem remissionem et omnimodam absolutionem et pactum de non petendo dicto domino Ravanino de bellotis nomine dicti comunis et nomine prexoneriorum qui fuerunt in Alexandria de quibus habuerunt instrumentum Et domino Petro laurencio recipienti nomine suo et nomine aliorum prexoneriorum qui fuerunt in Alexandria de quibus instrumentum habuerunt, de omni jure et obligatione ratione vel actione, quod vel quam habent vel habere possent contra dictum comune, vel contra divisum, vel contra illos qui

fuerunt prexonerij in Alexandria, Occaxione alicuius contractus, vel quasi alicuius conventionis, promissionis, obligationis, olim celebrate et facte per dictos dominos vel aliquem vel aliquos ex ipsis, et dictum comune astense, vel divisum, vel illos qui fuerunt prexonerij in Alexandria, Et si quod instrumentum decetero de predictis appareret sit cassum et irritum et inutille et nullius valloris, excepta parte Jacobi greci, de canelio, promittendo dicti domini dicto domino Ravanino de bellotis potestati nomine dicti comunis et nomine illorum qui fuerunt prexonerij in Alexandria, et dicto domino Petro laurencio nomine suo, et nomine prexoneriorum, qui fuerunt in Alexandria, dictam pacem finem absolutionem et remissionem perpetuo tenere et habere firmam et nullo tempore contravenire per se se, nec per interpositam personam aliquo modo sub aliquo ingenio versa vice, dictus dominus Ravaninus de bellotis potestas astensis, nomine comunis astensis, fecit finem pacem et refutationem, remissionem et omnimodam absolutionem predictis dominis de omnibus damnis, iniurijs vastis et offensionibus et maleficijs hinc inde factis vel illatis per ipsos dominos vel per aliquem ex ipsis, Promittendo dictus potestas nomine dicti comunis, dictis dominis, dictam pacem finem et remissionem et absolutionem habere firmam et nullo tempore contravenire per se nec per interpositam personam, ob quam pacem finem refutationem et absolutionem, et pro libris cccc astensibus quas dixit dominus Otto de careto in cuius arbitrio utraque pars se posuit, quod Comune astense eis dare debeat, usque ad festum ramis palmarum proximum venientem sine tenore predicti domini silicet dominus henricus de suyrano, Tadeus, Ansaldus frater eius, Ogerius ansaldus, henricus daneisius, Jacobus simplex, Bonefacius simplex, Oddo crozea eorum nomine et nomine Alberti tarditi et Ogerij Crozee et Rufini croze, dederunt et concesserunt predicto domino Ravanino potestati recipienti nomine comunis astensis totum illud quod ipsi habent vel visi sunt habere, seu habere consueverunt, vel tenere et possidere consueverunt ipsi vel alij pro eis in Canelio et posse, et in toto consortito canelij cum omni contili et jurisdicione et posse, videlicet in castris et de castris canelij et Muasche et Sancti Martini, Sexami, Soyrani, Calamandrane, Garbazole, lovazolij, et de invillis et pertinencijs earum aliquo modo, Cum omni honore contili et Jurisdicione et districtu Cum militibus et in ceteris, hominibus feudatis et infeudatis et in terris cultis et incultis, cum zerbis pratis vineis nemoribus rupibus et ruinis, in drictis et fictis, furnis et molendinis, aquaticis et pasquis, in venatione et piscatione, et in omnibus alijs rebus et jurisdicione, sibi et in predictis Castris pertinentibus, vel occasione predictorum castrorum nihil in se retinentes, dantes et cedentes atque mandantes universa jura et actiones et rationes sibi competentes in dictis locis Castris et villis tam in dominio dictarum terrarum quam in alio jure eis competenti. Item dederunt et cesserunt atque mandaverunt universa jura rationes et actiones, reales et personales utiles et directas que et quas habent vel habere visi sunt habere contra Comune et homines Alexandrie vel contra aliquam personam detinentem aliquid de predictis rebus, Tali modo quod predictum comune predictis juribus rationibus et actionibus, possit agere causari deffendere et tueri, sicut ipsi facere possent. Predictam autem dacionem cessionem concessionem et mandacionem fecerunt supradicti, Tali modo quod ipse dominus Ravaninus potestas nomine et vice comunis astensis per se et successores suos, omnia predicta in alodium, habeat firmiterque

possideat, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerit faciat absque contradictione predictorum dominorum et omnium aliarum personarum pro eis, Renunciantes omni juri rationi et legi quo et qua se tueri possent et specialiter ne possent dicere se in aliquo fore deceptos, Et insuper constituerunt se possessores nomine dicti comunis quousque dictum comune vel alius pro comuni corporalem ingressi fuerint possessionem, dantes licentiam et auctoritatem dicto potestati nomine dicti comunis quod ipse vel alius pro comuni intrare possit, possessionem corporalem sua auctoritate, et renunciare promiserunt fidelitatibus hominum et facere fieri comuni astensi, nec eas postmodum recipere ab ipsis hominibus nisi salva fidelitate comunis astensis. Eodem modo et forma dederunt et concesserunt Castrum et villam Rochete de peyla feya cum omni honore etc., hoc acto expressim in dicta concordia et conventione, quod supradicti domini promiserunt facere datum cessionem et concessionem Comuni astensi ut supra fecerunt, de toto eo quod acquirere possent in predictis locis supra nominatis Et si quid aliud acquirerent a comuni Alexandrie, vel contra comune Alexandrie, Et comune astense eis debet dare et concedere in feudum, excepto si acquirerent terram vel aliquid aliud quod teneretur in feudum pro comuni astensi ab alijs personis quam ab ipsis dominis, que ipsi domini acquirere non possint nec comune eis dare in feudum debeat. Si vero aliquid acquirerent de supra nominatis, Comune debet eis concedere in feudum, et ipsi inde facere fidelitatem comuni salvis alodijs seu donneis que Comune ibi habere consuevit, que comune eis dare non debet in feudum sed tenere ad doneum. Item actum est expressim in dicta conventione, quod Comune et homines de aste non teneantur incipere vel facere guerram Comuni Alexandrie nisi ad suam voluntatem. Sed si Comune Alexandrie obsideret aliquod Castrum quod tenerent supradicti domini, Comune astense teneatur eis dare consilium et adiutorium, ad hoc quod comune Alexandrie recedat de illo obsidione bona fide et sine fraude. Item actum est expressim in dicta conventione quod comune astense supradicta eis debet dare et concedere in feudum Salvo eo quod comune astense possit et debeat tenere Castrum et forcias sancti Marciani ad suam voluntatem et salvis doneis et alodijs que comune ibi habere et tenere consuevit, et in alijs predictis locis. Item actum est expressim quod predicta pecunia non possit dictus dominus saxiri vel impediri occaxione alicuius debiti vel aliqua alia occasione. Item quod dum guerra duraverit vel ipsi steterint in guerra cum omnibus Alexandrinis, equi vel armature non possint neque debeant eis saxiri vel impediri aliqua occasione. Item actum est expressim quod si comune astense aliquid acquireret per forciam in predictis Castris vel aliquo modo intraret possessionem predictorum castrorum, Contra comune Alexandrie vel alium pro comuni Alexandrino vel ab ipso comuni Alexandrie acquireret, quod teneatur eis concedere in feudum salvis alodijs seu doneis, que comune Astense ibi habere consuevit. Actum aste sub voltis de dom. Testes Astexanus ardengus, Obertus de troya clavarius, dominus Guilelmus de casalorcio judex domini Ravanini de belloto potestas astensis et dominus Johannes miles dicti potestatis.

Et ego Henvrardus de aura notarius palatinus interfui et iussu predicti potestatis et predictorum dominorum sic scripsi, et plura instrumenta unius tenoris composui et feci.

419. *De Ratificatione facta per infrascriptos de vendicione facta per henricum simplicem et henricum mastrochium de canelio.* 1217. 27 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, Die lune quinto kal. decembris, in ecclesia sancti Gaudencij de sancto Stephano, Testes, dominus Otto de careto, dominus Otto de careto, dominus Otto de careto, (*sic*) dominus henricus frater eius, Guielmus de sancto stephano, Ruffinus de ripa judex, Jacobus de Jaffa et Guielmus raxonus, quorum presentia, Ogerius ratus, Ansaldus de canelio, Sivoletus de lanerio, Jacobus danesius, Otto bizarra, Manfredus lambruscus, Petrus de septem annis Jacobus grecus, Jacobus comfanonerius et Comes de canelio juraverunt supra dei evangelia et promiserunt attendere et observare et ratum habere in omnibus et per omnia, totum illud quod henricus simplex et henricus mastrochius de canelio juraverunt et ordinaverunt de contractu et vendicione Canelli et consortiti, sicut in carta facta per Gandulfum notarium continetur, et Albertus de canelio promisit, Idem in omnibus et per omnia sub fidelitate, quam comuni astensi fecit. He omnia predicta omnes predicti promiserunt et juraverunt ut supra domino henrico advocato potestati astensi nomine comunis proinde pignori obligaverunt, hec omnia attendere et observare.

Et ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

420. *De Ratificatione et approbatione facta per Guielmum mastorchium et certos alios infrascriptos in vendicione Canelij.* 1217. 4 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, Die lune quarto intrantis decembris, in area ecclesie sancti Tome de canelio. Testes henricus simplex, henricus mastorchius, Ogerius ratus et Ansaldus de canelio, quorum presentia Guielmus mastorchius, Jacobus petrus, Jacobus corbelarius et Surdinus, juraverunt supra dei evangelia et promiserunt sub ypotheca rerum suarum Oberto gardino et Petro Palio ambaxiatoribus comunis astensis, nomine et vice comunis astensis stipulanti attendere et observare de vendicione Canelij et consortiti sicut eius consortes fecerunt sicut ex alia parte huius folij per omnia continetur.

Et ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

421. *De Ratificatione et approbatione facta per Albertum de boschis et Ogerium eius fratrem in dicta vendicione Canelij.* 1217. 4 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo Indictione quinta. Die lune quarto intrantis decembris in area ecclesie sancti Tome de Canelio. Testes, Henricus simplex, Ogerius ratus et Ansaldus de Canelio, quorum presentia Albertus de boschis et Ogerius fratres, promiserunt et juraverunt idem in omnibus et per omnia et sua similiter comuni astensi pignori obligaverunt.

Et ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

121.bis *De venditione facta Comuni Astensi per henricum simplicem et henricum mastrochium de Canelio et certos alios infrascriptos de omni eo quod habent in Canelio.* 1217. 10 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, Die dominico decimo intrantis decembris in curia comunis. Testes dominus Otto de careto marchio dominus Jordanus de aglano, Petrus mussus de aglano Baldus de turre, dominus Ambroxius cercus judex potestatis astensis, Petrus beccarius, Ruffinus de ripa, Guilelmus bertramus de solario, Thomas genorius, Moxondus notarius et multi alij. Coram credendarijs utriusque Credentie per campanam et nuncios credendarijs, vendicionem et cartam vendicionis fecerunt henricus simplex henricus mastorchius de canelio, Ogerius ratus Albertus de canelio et Ansaldus de canelio, Sivoletus de lanerio, Petrus de septem annis, Manfredus lambruscus, Comes de canellis, Jacobus grecus suo nomine et nomine domini Nicolay grecij patris sui, Jacobus et Obertus confanonerij, Otto bizarta, Jacobus corbellarius, Jacobus danisius, Jacobus petrus, Ogerius sucius et Otto de bagnasco judex nomine Ottonis de garexio, et Ansuine uxoris eius, quorum procurator est in hac parte, sicut in carta inde facta a Gasco notario anno yhesu christi M°CC°XVII.° indictione quinta die Mercuri sexto die intrante decembri. Omnes predicti eorum nomine et nomine Consortum suorum omnium de Canellio, in manibus domini henrici advocati potestatis astensis recipientis nomine et vice ipsius comunis, Nominatim de omni eo quod ipsi et Consortes eorum habent tenent et possident, vel alij pro eis vel hactenus habere visi sunt juste vel jniuste aliquo modo in toto consortito et Contili et jurisdicione districtus et posse canelij, videlicet in castris et de Castris de canellis, Muasche sancti Marciani Sexami, Sorani de Garbazolis, Calamandrane et lovazolij et in villijs et pertinencijs eorum aliquo modo cum omni honore et contili et jurisdicione, videlicet in Militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis, in zerbis et pratis, in vineis et nemoribus, in rupibus et ruinis, in drictis et fictis, in furnis et molendinis, in aquaticis et pasquis, in venatione et piscatione et alijs rebus omnibus et jurisdicione sibi et predictis Castris pertinentibus in alodium aliquo modo nichil in se retinentes. Tali modo quod ipse dominus henricus potestas astensis, et eius successores in regimine civitatis astensis per tempore existentes nomine et vice comunis astensis omnia supradicta jure proprietario in alodium habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant, absque contradicione ipsorum venditorum et consortum et heredum suorum et omnium aliarum personarum contradictione pro eis. Insuper predicti venditores suo nomine et nomine consortum suorum et heredum promiserunt predicto potestati nomine et vice comunis de aste stipulanti suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice tocius comunis de aste predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij, In consimilibus locis ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea prenominati venditores eorum nomine et consortum suorum Renunciantes exceptioni non numerate pecunie et eo juri quod non sunt decepti ultra dimidiam justi precij Confessi fuerunt sese predicto

nomine recepisse a comuni Astensi pro precio predicte vendicionis libras MM astenses de quibus sese quietos et pagatos predicto nomine tenuerunt, Et si quid est in predicto consortito ultra predictam venditionem eorum juris dicto potestati pura donatione inter vivos nomine comunis dederunt, renunciando ei juri quod donatio inter vivos facta ultra quingentos solidos sine insinuatione non valeat, Et constituerunt sese predicto nomine possessores nomine comunis astensis de predicta vendicione quousque predicto potestati stipulanti nomine comunis vel certo nuncio ipsius comunis tradiderint corporalem possessionem. Preterea promiserunt abrenunciare fidelitatibus omnium eorum hominum quos habent in ipso consortito et eas fieri facere comuni Astensi quandocumque potestati placuerit nec eas postea ab eisdem recipere nisi salva fidelitate comunis astensis, Et promiserunt facere jurare uxores eorum et renunciare eas personas que de jure renunciare debent, Et que in predicta vendicione aliquod jus aliquo modo exigere possent. Preterea promiserunt dare forciam et virtutem modis omnibus ut consortes sui predictam vendicionem confirment et faciant ut supra legitur in omnibus et per omnia, Et si facere nollent, quod tandundem de precio minuent supradicto quantum quilibet, qui hoc facere noluerit habet pro parte in toto consortito predicto. Et si comune de aste aliquod dampnum incurreret vel substineret, si ab uxoribus eorum inde conveniretur vel appelarentur vel ab illis personis, que de jure ut supradictum est renunciare debent predicti venditores nomine supradicto ipsi potestati nomine comunis stipulanti, restituere promiserunt et credere inde de damno in verbo potestatis sine sacramento, proinde ipsi potestati nomine comunis omnia eorum bona pignori obligaverunt.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

422. *De Investitura facta per comune Ast in certos infrascriptos homines et personas ad rectum feudum de toto eo quod comune Ast habet in Canelio.* 1217. 11 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, Die lune XI° intrantis decembris in Cimiterio ecclesie beati secondi coram Astensi populo et in publica contione presentibus testibus, domino Ottone Marchione de careto, Baldo de turre, Ambroxio certo judice de cremona, Jordano de aglano, Jacobo advocato, Guilelmo bertramo, Jacobo mignano, Jacobo rocha, reoglato casseno, Berardo de solario et Aliono scarampo clavarijs comunis, Thomas genorius cum multis alijs. In christi nomine, dominus henricus advocatus potestas astensis nomine et vice comunis astensis et Consilio Credencie per campanam congregate, et ore ad os interogate et scripte, investivit in rectum feudum et nomine recti feudi in filios et in filias in masculos et feminas henricum mastorchium et henricum simplicem de canellio, Ansaldum et Albertum de canelio, Sivoletum de lanerio, Ogerium ratum, Petrum de septem annis, Jacobum grecum suo nomine et nomine Nicolai greci patris sui, Ottonem judicem de bagnasco nomine Ottonis de garexio et asuine uxoris eius, quorum est procurator in hac parte, Jacobum confanoreium et Obertum fratrem, Jacobum corbelarium, Jacobum petrum, Jacobum danesium, Comitem de canellio, Ottonem bizarram et Ogerium sucium, et Manfredum lambruscum eorum nomine et nomine aliorum suorum Consortum. Qui sua Comuni vendiderunt in Canellio et consortito, Nominatim

de omni eo quod Comune de aste habet in canellio et Calamandrana, in sancto Marciano et Muascha in Sexamo et Sorano, in garbazolis et in lovazolio, silicet in Castris et villis et jurisdicione et contili pro vendicione illa quam inde fecerant potestati nomine comunis in alodium, prout in instrumento publico a me inde facto continetur. Qua investitura facta omnes prenominati fecerunt fidelitatem potestati nomine comunis astensis, Comuni et hominibus Aste Talem qualem vasalus facit domino suo. Eo tamen salvo quod ipsi vasali solomodo qui fecerunt fidelitatem comuni Astensi de hoc feudo, et eorum homines, inter sese possint vendere et alienare, et omnia supra in feudum accepta in sese cum omni honore et bona consuetudine retinere salva fidelitate et ratione comunis astensis et alienato feudo, Nichilominus de dicta fidelitate, teneantur et perpetuo sint fideles. Item eodem die, in domo comunis coram Astensi credencia presentibus testibus Ambroxio cerro Judice potestatis Astensis, Berardo de solario et Aliono clavarijs comunis statutum est et ordinatum in eadem Credencia per maiorem partem Credendariorum quod Comune de aste decetero, in aliquo tempore sub aliquo ingenio non possit in predicta vendicione, associare aliquem Marchionem nec Comitem nec aliquem civem nec aliam personam sed semper ad dominium comunis astensis retinere, nec ab ipso comuni in aliquo tempore alienare et inde plura instrumenta tradidi et scripsi, feci inde tria pro illis de Canellio.

423. *De confirmatione facta comuni Ast per Guilelmum mastrochium, Albertum corbellarium et Bergerium danexium de suprascripta vendicione facta per henricum mastrochium.* 1217. 21 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo, indictione quinta, Die Sabati XXI° intrantis decembris, in Castro de canellio presentibus testibus Guilelmo rotario, Jacobo Migrano, Rodulfo scarampo, Filipino notario, Oberto marrucho et multis alijs extra palacium veterem iuxta turrim Balborum et consortum suorum, Guilelmus mastorchius, Albertus corbellarius, et Bergerius danisius confirmaverunt vendicionem predictam quam henricus mastorchius et henricus simplex et alij consortes qui in predicta continentur carta fecerant eorum nomine et aliorum consortum suorum, promittentes domino Conrado advocato militi potestatis astensis nomine et vice comunis astensis stipulanti, Et renunciando juribus et legibus, supradictis in omnibus et per omnia sicut alij Consortes eius fecerunt, et dare forciam et virtutem ut alij qui nondum compleverant faciant illud idem, et de precio se solutos tenuerunt supra omnes eorum res. Et ibidem eos investivit et fecerunt fidelitatem talem qualem Vasallus facit domino.

424. *De eadem confirmatione facta ut supra per Surdinum presbiterum et Ogerium de boschis.* 1217. 21 Decembris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, die sabati XXI° intrantis decembris iuxta turrim surdini et Consortum, Surdinus presbiter frater eius Ogerius de boschis, confirmaverunt eodem modo in omnibus et per omnia, et renunciaverunt et promiserunt et se solutos tenuerunt ut supra et dare forciam etc. supra res eorum, et ibidem dominus Conradus eos investivit et fecerunt fidelitatem ut supra, presentibus testibus suprascriptis.

425. *De possessione data comuni Astensi per henricum Mastrochium et Consortes eius, de toto Castro de Canelio.* 1217. 21 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, Die sabati XXI.° intrantis decembris, In Castro de canellis, presentibus testibus, Guilelmo rotario, Jacobo migrano, Rodulfo scarampo, Philipo notario, Oberto marucho et alijs pluribus, henricus mastrochius, henricus simplex pro se et nomine fratris sui Ogerij, Guilelmus mastrochius, Albertus corbellarius, Bergerius danesius, Surdinus et presbiter frater eius, Ogerius de boschis pro se et nomine fratris sui, Sivoletus de lanerio, Albertus de canelio, Ansaldus eius frater, Jacobus filius grecij nomine patris sui, Petrus de septem annis, Jacobus comfanonerius et Obertus frater eius, Jacobus petrus, Comes de canellis, Otto bizarra, Ogerius suel, Manfredus lambruschus et Jacobus danisius, pro se se et nomine aliorum omnium Consortum suorum, quilibet eorum suo nomine et nomine illorum de suo tercerio tradiderunt et dederunt domino Conrado militi predicto nomine et vice tocius comunis de aste, corporalem possessionem tocius Castri de Canellio, et in eum posuerunt pro se et nomine aliorum suorum consortum nominative Castri et ville et tocius consortiti et specialiter nomine Castrorum et villarum que in vendicione supradicta continentur.

426. *De confirmatione vendicionis facte comuni Ast per Jacobum filium Nicolay greci, facta per suprascriptum Nicolaum.* 1217. 21 Decembris.

Eodem die, In Castro predicto, in via publica inter duos castellos, Testes, Ubertus et Martinus de revello et alij predicti, dominus Nicolaus grecus laudavit et confirmavit vendicionem predictam quam Jacobus eius filius suo nomine fecerat et promisit in omnibus et per omnia domino Conrado nomine et vice, rata et firma omnia que ipse suo nomine fecerat et confessus fuit quod quicquid inde fecerat voluntate sua et precepto suo fecerat.

427. *De eadem confirmatione facta ut supra per Ogerium fratrem Surdini.* 1217. 21 Decembris.

Eodem die in villa de canellis, juxta ecclesiam sancti Thome, Testes Albertus corbellarius Philipinus notarius, et Astexanus nuncius comunis, Ogerius frater Surdini confirmavit eodem modo in omnibus et per omnia vendicionem predictam promittens et renuncians, et contentum se tenens de precio ut supra dictum est, et dare forciam etc. ut supra res suas, et dominus Conradus investivit eum, et fecit fidelitatem tamquam Vasallus domino.

Et ego Mussus boviculus notarius predictis interfui et vexilium comunis supra turres ambas inferiores Castri et supra maiorem turrim superioris partis de Ansaldengis nomine comunis tamquam supra proprium alodium posui et colocavi.

428. *De quadam confirmatione facta per dominum Conradum advocatum potestatem astensem nomine comunis astensis.* 1217. 21 Decembris.

Eodem die in claustro sancti Thome. Testes Guielmus bertramus, Guielmus rotarius, Jacobus mignanus, Ogerius surdus, quorum presentia, dominus Conradus

advocatus miles potestatis astensis a parte communis astensis dedit et confirmavit, Ogerium succium et Manfredum fratrem eius, et Jacobum gambam eorum consanguineum filios quondam Jacobi filij anselmi de calamandrana, qui juraverunt eorum utilia facere et inutilia evitare bona fide quandocumque quartum decimum annum compleverit.

429. *De vendicione facta comuni astensi per Ogerium suzzium et Manfredum fratrem eius et Jacobum gambam eius consanguineum de illa parte quam habebant in Canelio.* 1217. 21 Decembris.

Eodem die loco et testibus, Ogerius sucius, et Manfredus frater eius, et Jacobus gamba consanguineus eius, vendiderunt domino Conrado predicto tutorio nomine, qui tutores erant ut in prefato instrumento continetur partem illam quam habent filij quondam Jacobi filij Anselmi de calamandrana in canellio et consortito ut supra, ipse Ogerius sucius fecerat et facere promiserat, Et supra dei evangelia juravit eandem vendicionem dictos pueros tenere firmam quandocumque pervenerint in legitimam etatem quod si non facerent et comune de aste inde aliquod damnum substineret aliquo modo restituere promiserunt, predicti Manfredus et Jacobus gamba confirmaverunt vendicionem predictam quam alij consortes sui fecerunt in omnibus et per omnia et Renunciaverunt et promiserunt ut supra in alijs cartis et dare forciam et virtutem et contentos se tenuerunt de precio supra res omnes suas. Albertus de boschis ibidem promisit et fecit idem per omnia ex parte sua et sua obligavit eidem pignori nomine comunis. Et ibidem dominus Conradus eos investivit, silicet Manfredum et Jacobum et Albertum pro se se et nomine predictorum puerorum, et dicti Albertus et Manfredus et Jacobus fecerunt fidelitatem tamquam vasallus domino et dicti duo Manfredus et Jacobus specialiter nomine illorum puerorum.

430. *De quadam confessione facta per comune astense versus alionum scarampum de libris CCC astensibus prout inferius continetur.* 1217. 12 Decembris.

Die Martis eiusdem mensis, quod fuit duodecimo intrantis decembris in domo comunis et in publica Credencia per campanam congregata, Testes, dominus Ambrosius curtus, Thomas genorius et Robaldus cicia, Quorum presentia confessus fuit dominus henricus advocatus potestas astensis nomine et vice comunis astensis, et consilio credencie per campanam congregate, et ore ad os interrogate et scripte, se pro Comunis utilitate, et specialiter pro debito illorum de Canellio et debitis usuris comuni solvendis mutuo receptis, ab Aliono scharampo clavario comunis astensis libras ccc astenses quas eidem stipulanti, Renunciantes exceptioni non numerate pecunie vel suo certo misso usqne ad sex menses proximos solvere promiserunt precise et sine tenore aliquo, ita quod predictus dominus henricus potestas nec successor eius in regimine civitatis post eum intrans, non possit ipsum cogere per se nec per alium nec gravamen aliquod eidem inferre in havere nec in persona, ut supra inde absolutus esse debet, et proinde omnia bona comunis, que salvo suo sacramento obligari possunt eidem pignori obligare. Preterea Credendarij omnes quorum nomine subtus leguntur per manum Robaldi cicie nunci comunis, eorum voluntate juraverunt dare forciam et virtutem, consilium et auxilium modis omnibus bona fide ut predictum debitum eidem Aliono

cum integritate qualiter supra legitur persolvatur a comuni sine tenore aliquo termino supradicto.

431. *De eadem confessione facta versus Berardum de Solario de libris CCC astensibus.* 1217. 12 Decembris.

Eodem die loco et testibus, Eodem modo in omnibus et per omnia fecit Berardo de solario clavario comunis de alijs libris ccc astensibus Renunciando ut supra et bona comunis pignori obligando.

Nomina Credendariorum qui juraverunt sunt hec. Obertarius, Guielmus bertramus, Jacobus roba, Ipolitus, Jacobus mignanus, Girardus de porta, Manfredus cavazonus, Ruffinus de ripa, henricus mazochus, Robaldus gardinus, Anselmus de porta mascar de mantico, henricus genorius, Ubertus bucinus, Jacobus furbitor, Jacobus curialis, Jacobus de sibona, Baldinus cariocius, Baiamondus reoglatus, Jacobus de mandra, Ruffinus gragnanus, Jacobus bergogninus Guielmus de beccaria, Ogerius cullorius, Otto de quadraginta, Raynerius machalufus, Raynerius palius, Duniotus de beccaria, Guielmus ratio Rollandinus cachayranus Baldinus grasverdus, Gandulfus lasagna, Obertus sinistrarius, Rollandus durnasius, Ubertus palidus, Jordanus de platea Palaxius freulus, Bertaldus Obertus de sancto Julliano Girardus mastorchius Manfredus bertramus, Petrus de aracio, Bayamondus pillatus, Obertus marruchus, Jacobus rohat, henricus palius Jacobus advocatus, Jacobus de otta, Jacobus porreta, Guielmus malcapucius, Guielmus cariocius, Be. laurencius, et Petrus rotarius.

LX. De sancto Marciano de Aquoxana.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa est de locis novis comunis astensis et homines dicte ville sunt Cives astenses. Et etiam est feudum comunis astensis ut patet in titulo canelli in capitulo II° posito sub rubrica de quitacione et dono etc. dominorum de canellis, Et ut patet in titulo Lanerij sub rubrica de venditione facta per dominum Nicolaum de canellis et in pluribus alijs capitulis.

432. *De possessione data comuni Astensi per Conradum de maglano et certos infrascriptos de eorum parte sancti Marciani.* 1218. 17 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die sabati decimo septimo die Marcij in Castro sancti Marciani, presentia et testimonio presbiteri Tebaldi de sancto Marciano, Petri de viginti, Alberti garegli, et viviani vassalli, Conradus de maglano pro sua parte, et Conradus ardanensis filius quondam alberti ardanensis suo nomine et fratrum suorum, Frederici et Guielmi pro sua parte corporalem possessionem dederunt, Bartoloto nuncio comunis astensis, nomine et vice comunis astensis recipientis, de illa parte et pro illa parte, quam ipsi vendiderant comuni astensi In Castro et villa sancti Marciani, et in comitatu et jurisdicione illius castri sicut continetur in carta inde facta.

Et Gandulfus de fossato notarius scripsit.

433. *De donatione facta comuni Astensi per dominum Nicolaum grecum de Canelio de eo quod habebat in sancto Marciano etc.* 1200.

Anno domini, Millesimo ducentesimo indictione tercia, presentia infrascriptorum, dominus Nicolaus grecus de Canelio fecit donationem inter vivos, in manibus Consulum astensium, quorum nomina sunt Jacobus de vivario, Guielmus ratio, Ardicio bertramus, Rollandus cazo et Jacobus de stoarda consules comunis et Ruffinus de ripa et henricus aytropus consules de iusticia nomine comunis de aste, Nominatim de omni eo quod habebat et habere visus est in sancto Marciano in Castro et in villa et in posse, in hominibus feudatis et infeudatis in terris cultis et incultis, in aquatico et pasquatico, et in ceteris rebus quas ibi habet, cum omni honore et Comitatu et de omni eo quod ipse Nicolaus acquirere poterit, Eo modo ut ipsi Consules et successores eorum pro comuni aut cui dederint jure dominij et proprietatis faciant de omnibus supradictis quicquid facere voluerint sine omni ipsius Nicolay et heredum suorum et omnium pro eis personarum contradictione, Et insuper ipse Nicolaus promisit ipsis Consulibus ad partem comunis stipulantibus predictam donationem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine deffendere sub pena dupli, Et confessus fuit quod ipsi Consules erant in possessione predictarum que in supradicta donatione continentur. Actum Urbe aste in domo comunis interfuerunt testes henricus Mastrocius de canellis, Nicolaus gardinus, Petrus cicia, Albertus eius filius, Petrus de ayratio, henricus de valleriano, et Manfredus cavazonus. Preterea eodem anno domini Millesimo ducentesimo primo, Indictione quarta die Mercurij, In domo comunis, Idem Nicolaus grecus, Confessus fuit quod hoc quod habebat in sancto Marciano quod dederat comuni de aste ut supra legitur erat octava decima pars duarum parcium. Interfuerunt testes Baiamondus de platea, Albertus de porta, Obertus de aste, Petrus de ayracio, henricus de valleriano, Raymondus laiolius et Grossolanus de castagnolis.

434. *De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Nicolaum grecum de Canelio de feudo quod tenet a comuni astensi, in sancto Marciano.* 1200.

Eodem die et eodem loco et presentia eorumdem testium Astenses Consules de comuni, quorum nomina sunt Jacobus de vivario, Guilelmus ratio, Ardicio bertramus, Rollandus cazo et Jacobus de stoarda, investiverunt dominum Nicolaum grecum de canelio in rectum feudum per filios et per filias Nominatim de omni eo quod Comune de aste habet in Castro et villa et in posse sancti Marciani, de omni eo quod ipse Nicolaus de sancto Marciano in posse acquirere poterit, sicut ipse Nicolaus ipsis Consulibus et socijs eorum dederat in alodium vice comunis astensis ut supra in carta inde facta continetur. Et ibidem ipse Nicolaus fecit fidelitatem ipsis Consulibus et Comuni de Aste sicut vassalus facit domino suo.

Et ego Jacobus boviculus notarius palatinus predictis instrumentis interfui et scripsi.

435. *De fidelitate facta comuni Astensi per infrascriptos homines de sancto Marciano et de absolutione eorum fidelitatis facta per dominum Nicolaum grecum.* 1200.

Eodem die et loco Isti de sancto Marciano fecerunt fidelitatem Consulibus et comuni de aste, sicut vasallus facit suo domino et dominus Nicolaus grecus absolvit

eos omnino a fidelitate qua ei tenebantur. Quibus absolutis fecerunt fidelitatem postea Consulibus et comuni de aste ut supra legitur, Guielmus freppus, Obertus grossetus, Ruffinus frater eius, Guilelmus turnator, Guielmus de donna beticia et Nicolaus de donna marcha.

Ego Idem Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et scripsi.

436. *De vendicione facta comuni Astensi per dominum Guielmum sivoletum de duabus partibus Castri sancti Marciani.* 1250.

Anno domini, Millesimo ducentesimo quinquagesimo indictione octava, Die Mercurij XVI° mensis Novembris presentia infrascriptorum testium, dominus Guilelmus sivoletus vendidit pro se et suo nomine de tercia parte illarum duarum parcium, quas dicebat dominos de canellis habere in Castro sancti Marciani facta divisione dicte tercie partis in quinque partes duas partes, asserendo se habere dictas duas partes de dictis quinque patribus, quod est medietas dicti tercerij in minus decima parte, et ascendit in summa librarum octuaginta octo et solidos sedicim astenses. Item vendidit dictus dominus Guilelmus de tercerio dominorum de lanerijs pro parte que fuit quondam domini Girardi de Maglano sextam partem dicti tercerij, et valet libras quinquaginta quinque et solidos undecim. Item vendidit dictus dominus Guielmus duodecimam partem Castri et ville Muasche. Item vendidit dictus dominus Guielmus, et Ansaldus eius consanguineus de illo tercerio quem domini de lanerijs habent in dicto Castro de sexta parte dicti tercerij duas partes et valent facta computacione supra totum libras triginta septem. Item Ugacius carena vendidit suo nomine de dicto tercerio sextam partem que valet libras quinquaginta quinque et solidos undecim. Item Giroldus ardanesius de lanerijs pro se et nomine Jacobini filij domini Bonefacij ardanesij, cuius procurator est sicut apparet per instrumentum factum a Raymondo belliano notario eodem anno et indictione et mense die Martis VII° intrantis Novembris, et nomine Jacobini filij quondam Cunradi ardanesij, et sororis eius Matelde pro alia sexta parte dicti tercerij vendidit que valet libras quinquaginta quinque et solidos undecim que omnia sunt in summa librarum CCLXXXXII, et solidorum VIIII astensium. Et ex causa vendicionis omnes predicti tradiderunt pro predictis partibus, domino Osse de canevanova potestati astensi recipienti nomine et vice comunis astensis totum illud quod habent vel visi sunt habere, tenere, et possidere ipsi vel alij pro eis in Castro et villa sancti Marciani predicti et Muasce ad doneum et proprium cum omni jure contili et jurisdicione et cum hominibus feudatis et infeudatis, cum fodro et banno et successionibus, et cum omnibus alijs que ad contile et jurisdicionem pertinent, cum aquatico et pasquatico, cum venacionibus et piscationibus, et cum omni jure quod habent vel habere videntur in comunibus seu comitatibus dicti loci sive locorum quocumque nomine nuncupentur, Cum ecclesijs et capellis et cum omnibus temporalibus et spiritualibus nichil omnino in se retinentes exceptis suis terris doneis et fictis et drictis de partibus superius nominatis dicti Castri et ville, quas partes ipsi dicebant sese habere cum omnibus edificijs et juribus et rationibus et actionibus et sediminibus, et cum omnibus alijs ad dictas partes pertinentibus vel ipsis nomine et occaxione dictarum parcium. Nichil omnino in se retinentes exceptis supradictis, et hoc pro precio librarum ducentum nonaginta duarum et solidorum novem secundum partes superius nominatas, quod precium fuerunt

confessi eorum nomine et nomine predictorum habuisse et recepisse a dicto potestate nomine dicti comunis, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepti precij et omni alij juri et exceptioni. Quam vendicionem et res superius nominatas promiserunt predicto domino Osse recipienti nomine dicti comunis defendere disbrigare et auctorizare ab omni persona sub pena dupli prout res essent meliorate aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco, remissa omni solemnitate denunciandi, cum omnibus damnis et expensis et interesse, pro quibus omnibus conplendis et observandis, predicti omnes eorum nomine et nomine predictorum omnia eorum bona eidem domino Osse recipienti nomine dicti comunis pignori obligaverunt, hoc acto expressim inter predictum dominum Osam nomine dicti comunis et dictum Guielmum et alios superius nominatos eorum nomine et nomine predictorum, quod si contingeret sive reperirietur ipsos non habere tantas partes in predictis rebus superius nominatis, quod pro ea parte fieret precij diminutio, et si facta esset solucio precij quod proinde comune haberet regressum, ad omnia eorum bona que specialiter eidem domino Osse nomine dicti comunis pignori obligaverunt et specialiter dictus dominus Guielmus sivoletus tam pro se quam pro alijs superius nominatis et ipsi pro eo omnia bona sua et specialiter totum illud quod retinet in terris doneis et in fictis hominum et drictis, In predictis locis sancti Marciani et Muasce pignori obligaverunt, In quibus comune haberet regressum sua auctoritate, quousque integre fuerit satisfactum. Insuper hoc acto expressim inter predictas partes, quod si contingeret, quod homines dicti loci sive locorum vellent emere fictus et drictos dando de predictis ad racionem de uno denario denarios duodecim, quod ipsi domini teneantur ipsos accipere et absolutionem eis facere de predictis tam in personis quam in rebus et de quibus omnibus constituerunt se se possessores nomine dicti comunis quousque corporalem vel quasi Comune vel alius pro comuni apprehendiderit possessionem vel quasi possessionem, dando eidem potestati nomine dicti comunis liberam facultatem intrandi possessionem ad suam voluntatem et ingressam retinere. Insuper dictus dominus Guielmus et Giroldus et omnes alij supradicti promiserunt se ita facturos et curaturos, quod Jacobinus filius quondam Cunradi ardanengij et Matelda eius soror ratificabunt et ratam habebunt predictam vendicionem factam de eorum parte, et quod facient venditionem sicut diceret sapiens homo vel ordinaret. Et si contingeret quod contra facerent et comune proinde damnum aliquod incureret, vel substineret, promiserunt illud damnum restituere et resarcire et comune indemne conservare supra omnia eorum bona que proinde ipsi potestati recipienti nomine dicti comunis pignori obligaverunt. Actum Ast super voltis de dom. Testes Mediolanus grillus, et Johanes ypolitus et Boniohanes robertus.

Et ego Ruffinus pitetus notarius palatinus, sic interfui et sic scripsi.

437. *De possessione data comuni Astensi per Albertum corbellarium Jacobum petrum, Tadeum filium Alberti de canelio et certos alios infrascriptos de eorum parte Sancti Marciani.* 1217. 19 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo Indictione quinta, die Martis XIIII° kal. Januarij. In Castro sancti Marciani. Testes paganus boviculus et Astexanus Vastafilatus et presbiter Tebaldus, quorum presentia, Albertus corbellarius,

Jacobus petrus, Tadeus filius Alberti de canellio, Manfredus lambruschus, Jacobus gamba, Petrus sapiens nomine Sivoleti de lanerio, Tradiderunt et dederunt, Berardo de solario clavario communis astensis corporalem possessionem eorum partis Castri sancti Marciani, et eum in eam possessionem nomine castri et ville et posse, et vexilium communis astensis supra campanile sancti Marciani poni fecerunt, et postea in villa ejusdem loci et fidelitatem eorum hominum ipsius loci abrenunciaverunt.

LXI. De Castro Muasche.

(Hic pictum est Castellulum. Vid. Tab. IX, n. 26).

Castrum et villa Muasche est feudum comunis Astensis ut patet in titulo canelli in capitulo II° posito sub rubrica de quitatione etc. dominorum de Canellio et in quodam alio capitulo venditionis posito sub titulo sancti Marciani.

438. *De possessione data comuni Astensi per Manfredum lambruscum Surdinum et Borgarium, de Castro Muasche.* 1217. 20 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, Die mercurij XIII° kalendas januarij juxta donanonum Castri de Muascha, Testes arnaldinus mazuchus, et Vercelius, quorum presentia Manfredus lambruschus, Surdinus et Borgarius tradiderunt Berardo de solario nomine communis corporalem possessionem Castri de Muascha, Nomine castri et ville et tocius posse, Et postea fidelitati eorum hominum et ejusdem loci abrenunciaverunt et communi astensi fecerunt fieri.

Ego Mussus bovicullus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

Et alia instrumenta spectantia dicto Castro et loco sunt descripta sub titullo Castrorum Canellij et sancti Marciani.

LXII. De Calamandrana.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 11).

Castrum et villa Calamandrane est feudum comunis astensis et comune Alexandrie diruit dictum Castrum et posuit homines in villanova Nicie.

Item est feudum dicti comunis Ast ut patet in titulo Canelli in capitulo secundo posito sub rubrica de quitatione et dono etc. dominorum de Canelio et in quodam alio capitulo venditionis in dicto titulo et in quodam alio capitulo posito in titulo sancti Marciani.

439. *De possessione data comuni Astensi per Henricum simplicem, Albertum de canellis et certos infrascriptos, de Castro Inferiori de Calamandrana.* 1217. 17 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo, indictione quinta, die dominico, XVI° kalendas januarij in Castro de Calamandrana, Testes Jacobus ansaldus de aste, et Paganus boviculus et alij plures, quorum presentia, Henricus simplex, Albertus de canellio, Henricus mastorchius et Henricus filius Ogerij Rati nomine patris sui, et nomine aliorum consortum, Tradiderunt et dederunt Berardo de Solario

clavario communis astensis, et Oberto marocho ambaxatoribus istius communis nomine communis de aste corporalem possessionem castri inferioris de calamandrana, Et eos in ipsum posuerunt nomine Castri et ville et tocius posse, Et ego vexilium supra turrim imposui.

440. *De possessione data comuni Astensi per Henricum simplicem pro se et nomine consortum suorum de Montestono.* 1217. 17 Decembris.

Eodem die, Testibus predictis, dominus Henricus simplex pro se et nomine consortum suorum, Tradidit et dedit Berardo de Solario nomine communis, corporalem possessionem Montisstoni, et eidem tenutam dedit nomine communis per lapidem unum pedis turris qui in eo est. Et ego vexilium supra montem illum imposui.

441. *De possessione data comuni Astensi per Henricum mastrochium de medietate Castri Calamandrane.* 1217. 17 Decembris.

Eodem die, in castro mediano, Henricus mastorchius, presentia eorumdem testium, Tradidit et dedit Berardo predicto et Oberto marruto nomine predicto, possessionem castri et Turris medij Castri de Calamandrana nomine Castri et ville et posse, et in eam posuerunt. Et ego vexilium supra turrim Henrici mastrochi posui et locavi.

Item Ugerius succius, et Manfredus ejus frater, et Jacobus eorum consanguineus, presentibus eisdem testibus, fecerunt idem per omnia. Et ego vexilium communis supra eorum partem posui et colocavi.

442. *De confirmatione facta per Conradum consanguineum Ogerij Suzzij de vendicione quam frater eius et consanguinei fecerunt comuni Ast de Calamandrana.* 1217. 17 Decembris.

Eodem die in villa de Calamandrana, Testes Albertus de Canelio, Henricus simplex et Henricus de Sorono, Quorum presentia, Conradus consanguineus Ogerij sucij, Confirmavit vendicionem et datum, quam et quod frater ejus et consanguinei fecerunt, Promittens Berardo de solario nomine comunis astensis omnia supradicta attendere in omnibus et per omnia, et dare forciam et virtutem, ut alij Consortes qui nundum compleverunt, faciant illud idem Renunciando juribus predictis et contentum se tenuit de precio, et juravit precium non repetere, ratione minoris etatis, nec ratione dotis sue Matris, nec aliquo alio jure obligando proinde pignori eisdem, res et omnia bona sua, Et ibidem eum investivit et ipse fecit fidelitatem talem qualem vasallus domino suo.

443. *De abrenunciatione fidelitatis facta per infrascriptos homines de eorum hominibus quos habebant in Calamandrana.* 1217. 17 Decembris.

Eodem die, Testes, Galterius de Aste, et Ogerius filius rati, Albertus de Canelio, Henricus simplex, Henricus Mastrochius, Henricus filius Ogerij rati nomine patris sui, et Bonefacius lambruschus nomine patris sui, Ogerius sucius et Jacobus ejus consanguineus nomine fratrum suorum, abrenunciaverunt fidelitatibus eorum

hominum de Calamandrana, et eas fieri fecerunt Berardo de Solario Clavario communis et Uberto marucho nomine communis astensis.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

LXIII. De Castro Sexami.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Sexami est feudum comunis Astensis ut patet in titulo Canelli, In capitulo II°, posito sub rubrica de quitatione et dono etc. dominorum de Canelio, Et in quodam alio capitulo venditionis posito in dicto titulo. Et in quodam alio capitulo posito sub titulo sancti Marciani.

444. *De possessione data comuni Astensi per dominum Ansaldum de Canellio pro se et nomine consortum suorum de castro Sexami.* 1217. 18 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo, indictione quinta, Die lune, xv kalendas januarij in castris Sexami, Testes, Paganus boviculus, et Jacobus ansaldus de aste, dominus Ansaldus de canelio per se et nomine consortum suorum, Tradidit et dedit Berardo de Solario et Oberto marucho, corporalem possessionem Castri de Sexamo, nomine Castri et ville et posse. Et ego supra turrim vexillium communis astensis ejus precepto posui.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

445. *De abrenunciatione fidelitatis dictorum Ansaldi, Henrici simplicis et Henrici mastrochij.* 1217. 18 Decembris.

Eodem die in villa eiusdem loci dictus Ansaldus, Henricus simplex, et Henricus mastorchius abrenunciaverunt fidelitati eorum hominum eiusdem loci, et eas fieri preceperunt communi astensi.

LXIV. De Lovazolio.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Lovazoli est feudum comunis Astensis ut patet etiam in titulo Canelli capitulo II°, posito sub rubrica de quitacione et dono etc. dominorum de Canelio, Et in quodam alio capitulo venditionis posito sub titulo sancti Marciani.

446. *De possessione data comuni Astensi per infrascriptos homines de lovazolio de Castro Lovazoli, Et de abrenunciatione fidelitatis suorum hominum lovazoli.* 1217. 18 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo, indictione quinta, Die lune, xv kallendas ianuarij, in Castro lovazolij, iuxta turrim, Testes Paganus boviculus et Jacobus ansaldus, domiuus Albertus de Canellio, Henricus simplex, Jacobus petrus, Albertus corbellarius, Jacobus danexius, Jacobus comfanonerius, et Obertus frater eius, pro se et nomine omnium aliorum Consortum de lovazolio, tradiderunt et dederunt Berardo de Solario et Oberto maruco corporalem possessionem Castri

de lovazolio nomine Castri et ville et posse. Item in eodem castro fidelitati eorum hominum abrenunciaverunt, et fieri iusserunt communi astensi. Et ego vexillium communis eorum precepto super turrim ipsius Castri posui et colocavi.

Ego Mussus boviculIus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

447. *De procura dominorum de Canelio facta occaxione infrascriptorum pactorum et conventionum.* 1274. 19 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, indictione secunda, Die Mercuri xviiii° septembris in lovazolio, presentibus Jacobo corbellario, Oddone roverio et Robineto omnibus de lovazolio testibus rogatis et vocatis, dominus Nicolaus grecus, dominus Bonefacius corbellarius, Henricus filius quondam domini Guillelmi Sismondi, Jacobus de soirano, Bartolomeus filius quondam gavararrij de canellis, fecerunt constituerunt et ordinaverunt dominum Henricum de Calamandrana, et dominum Nicolaum tarditum presentes et recipientes, suos certos nuncios sindicos et procuratores ad tractandum et confirmandum et ordinandum omnia pacta et conventiones factas et faciendas, quas dicti domini habent facere in presenti, cum domino potestate et cum hominibus de Ast, secundum quod dominus Ansaldus grecus et dictus dominus Nicolinus tarditus ordinaverunt cum domino Manuello guttuerio de Ast, dantes et concedentes eisdem liberam et generalem amministrationem et potestatem ut dicti procuratores possint tractare, ordinare, complere, promittere et promissionem recipere et obligare, et super animas suas jurare in omnibus hijs in quibus jurare debebunt dicti procuratores, et demum ad omnia alia faciendum, que in predictis et circha predicta fuerint facienda, sicut ipsimet personaliter facere possent, si presentes essent, promittentes dicti domini michi notario infrascripto recipienti nomine omnium quorum interesset seu intererit, quod quicquid dicti Sindici et procuratores fecerint et procuraverint in predictis et circha predicta, vel aliquo predictorum se se ratum et firmum perpetuo habituros, et non contravenire, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum, que proinde dicti domini michi notario infrascripto nomine predicto omnia eorum bona pignori obligaverunt, et exinde hanc cartam fieri iusserunt ad consilium unius juris periti vel plurium. Actum ut supra.

Et Ego Guillelmus de lovazolio notarius interfui et hanc cartam tradidi et scripsi.

448. *Pacta et Renovationes fidelitatum inter comune astense facta pro una parte, Et dominus de Canellio et de calamandrana pro altera, occasione Lovazoli.* 1274. 21 Septembris.

Anno eiusdem nativitatis domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto indictione secunda, Die veneris vigesimo primo mensis septembris. In nomine domini amen. Hec sunt pacta et conventiones et renovaciones fidelitatis de novo tractate et tractata, habite et habita, ordinata, firmata, jurata et facta inter dominos Albertum de cozio judicem et vicarium domini Guillelmi de sicherijs potestatis astensis et Timodeum iudicem et vicarium domini Oberti spinole capitanei populi astensis et Manuellem pelletam filium quondam Raymondi pellete et Ogerium alferium, plenam potestatem et auctoritatem habentes, et arbitrium a Consilio generali civitatis astensis super omnibus et de omnibus et singulis factis et negocijs communis astensis ut

contineri dicebatur in instrumento publico inde facto Manu Bonefacij gallee notarij nomine et vice communis et hominum civitatis astensis ex una parte et dominos henricum de calamandrana, et Nicolinum tarditum eorum nominibus et nomine dominorum Nicolay grecij, Bonefaci corbellarij et Bartholomei filij quondam Gavarij de canellio et Henrici filij quondam domini Guillelmi sismondi et Jacobi de soyrano, quorum procuratores sunt ut patet per instrumentum factum a Guielmo notario de lovazolio eodem anno et indictione, die Mercuri decimonono mensis septembris et dominos ansaldum grecum et Fredericum simplicem suo nomine et nomine eius fratris Henrici et Johannem de canellis omnes dominos de lovazolio eorum nominibus et nomine omnium aliorum et singulorum dominorum de lovazolio pro se se et eorum heredibus et cuiuslibet ipsorum ex altera parte. In primis cum predicti domini de lovazolio eorum nominibus et nominibus predictorum confiteantur quod tenent et tenere consueverunt in nobille feudum et gentile a communi astensi Castrum seu Castra, locum villam et homines lovazolij, cum pertinencijs eiusdem loci et inde velint renovare seu de novo facere fidelitatem communi astensi petentes quod ab ipso communi vel ab alio pro eo, debeant de dicto feudo noviter investiri. Ecce quod dicti judices et vicarij et duo superius nominati nomine dictorum potestatis et Capitanei, et nomine et vice dicti communis ex auctoritate et arbitrio supradictis, et de voluntate consilio et consensu dominorum Ogerij rotarij, et Vivaldi palidi rectorum societatis Barunnie militum, Manuellis gutturarij et Andree de plario pro bono et utilitate dicti communis investiverunt per lignum quod ipsi quatuor in manibus tenebant osculo interveniente de ore ad os hinc inde sicut solemnius potuerunt, predictos dominos et quemlibet ipsorum, eorum nominibus et nominibus predictorum in nobile feudum et gentile de predicto Castro lovazolij seu castris villa et hominibus cum pertinencijs, et cum omni honore, dominio et jurisdicione, per se se et eorum heredes masculos et feminas, concedentes eisdem dominis, quod dictum feudum inter se alienare possint ad eorum voluntatem. Insuper nomine dicti communis ipsis dominis promiserunt dare consilium, auxilium et favorem ad dictum locum cum pertinencijs et omnibus supradictis, manutenendum et defendendum contra omnes homines et personas sicut bonus dominus deffendere et manutenere debet nobile feudum quod tenetur ab eo et vassallos suos qui tenent ea propter quod supradicti domini eorum et quibus supra nominibus fecerunt et juraverunt ad sancta dei evangelia in manibus predictorum quatuor recipientium nomine dicti communis fidelitatem de predicto Castro seu Castris et fortalicijs, villa et hominibus et pertinencijs dicti loci Lovazolij, talem qualem nobiles vasalli faciunt, seu facere tenentur domino suo, et de ipsis promiserunt et tenentur pro dicto communi astensi facere pacem et trehuguam et guerram contra omnes personas collegium et universitatem, et dare communi astensi et hominibus civitatis et districtus astensis generaliter et singulariter guarnitis et scaritis succursum auxilium et reductum in dicto loco et pertinencijs eiusdem quociens eis pro communi vel diviso fuerit oportunum ad eorum liberam voluntatem, Et salvare et custodire potestatem et rectores civitatis astensis per tempora existentes, et homines civitatis et districtus astensis communiter et divisim ubique eorum posse bona fide, et promiserunt sub eodem juramento ex nunc incipere et facere de dicto loco et pertinencijs et eorum personis et hominibus vivam et continuam guerram

omnibus et singulis inimicis predicti comunis, qui nunc sunt vel per tempora fuerint bona fide toto eorum posse, et quod salvabunt, deffendent et guidabunt eorum posse, stratam et caminum venientia de versus curtemiliam vel aliud de versus marinam versus civitatem astensem et eundo a civitate astensi et districtu versus Curtemiliam, vel alio versus marinam, et omnes et singulos Mercatores, victurales, et viatores ituros vel venturos per predictam stratam seu stratas et vias sicut melius poterunt in personis et rebus nisi essent de inimicis dicti communis. Ad hoc prenominati quatuor nomine communis promiserunt dare predictis dominis ad presens expensis ipsius communis decem clientes per unum mensem in adiutorio munitionis Castrorum et loci predicti et custodie strate et camini, et plus ultra dictum mensem si oportunum fuerit et videbitur partibus expedire, de quibus clientibus stent quinque in Custodia et munitione domus dicti domini Ansaldi grecij ad suam voluntatem, et alij ad castrum vetus dicti loci vel in ipso loco ubi voluerint domini supradicti. Item promiserunt dicti judices et duo auctoritate et arbitrio predictis dare et solvere dictis dominis communiter inter eos Octigentas libras astensis monete in continenti ad eorum voluntatem, de quibus dicti domini debent et tenentur se se munire, preparare ac inforciare de dicta guerra incipienda et facienda instanter, et de ipsis tenentur et debent in continenti emere habere et tenere pro communi astensi decem milicias furnitas silicet qualibet de uno destrario et uno roncino cum coperturis et munitionibus, seu armaturis competentibus militi, et eas consignare et scribi facere in Aste coram potestate astensi, seu coram officialibus communis ad hoc constitutis vel constituendis, ita quod equi scribantur et extimentur sicut equi civium astensium qui tenent miliciam pro communi, de quibus milicijs et qualibet earum, dicti domini teneantur et debeant facere exercitus et cavalcatas pro dicto communi quociens eis preceptum fuerit, vel inde fuerint requisiti ex parte potestatis et communis astensis, vel per nuncium dicti communis, et cum ipsis et de ipsis milicijs, inimicis dicti communis facere vivam guerram et continuam, et salvare, custodire, deffendere et guidare dictam stratam et camminum eorum viribus et euntes et redeuntes per ipsam stratam et viam et caminum sicut superius dictum est, habendo a communi astensi pro equitatione seu equacionibus et adiutorio dictarum miliciarum tantum quantum commune astense dat civibus suis qui tenent milicias sibi impositas pro communi videlicet libras quinquaginta astenses pro qualibet ipsarum per unum annum de quibus commune astense silicet de illis que consignabuntur et scribentur et tenebuntur per ipsos dominos teneantur et debeant predictis dominis facere solutionem per tres terminos videlicet in principio quando milicia scripta et consignata fuerit, terciam partem librarum quinquaginta et abinde usque ad menses quatuor venturos, Aliam terciam partem et abinde usque ad alios quatuor menses reliquam terciam partem, et sic de singulis milicijs, que consignabuntur et scribentur ut dictum est usque ad decem a dominis supradictis vel aliquo eorum, hoc intelecto quod terminus anni dictarum miliciarum et cuiuslibet ipsarum currat et incipiat currere de qualibet ipsarum a die qua scripta et consignata fuerit, salvo eo quod si milicia communis astensis infra predictum annum cassaretur seu absolveretur quod ab ea die in antea qua milicia cassata et absoluta fuerit a communi astensi non teneatur dictum commune astense dare aliquam equacionem dictis dominis vel alicui eorum nisi de tempore

quo dictas milicias vel eorum aliquam tenuissent. Hoc insuper acto quod predicti domini et quilibet ipsorum habeant a communi astensi soldos noctium quas facient extra eorum domos, pro communi astensi quociens equitabunt cum milicia communis, vel parte ipsius milicie sine communi et populo astensi sicut habebunt alij milites civitatis astensis, de equis vero dictarum miliciarum et cuiuslibet ipsarum qui perderentur vel morirentur teneatur et debeat commune astense eis et cuilibet ipsorum facere emendam sicut faciet et facere debet Ast alijs civibus qui tenent milicias pro communi et secundum tenorem et formam illam in omni casu et in omni eventu. Illi autem ex dominis supradictis qui dictas milicias consignabunt et tenebunt, teneantur et debeant vinculo sacramenti stare et habitaculum facere cum dictis milicijs in predicto loco Iovazolij donec guerra duraverit. Supradicta vero omnia et singula tractata sunt et facta salvo ipsis dominis eorum et predictis nominibus omni jure quod habent contra commune astense et aliquas alias res quas tenet commune astense, ita quod eis vel alicui predictorum dominorum in alijs rebus nullum preiudicium generetur et salvo omni jure communis astensis et sicut superius legitur per omnia supra nominati domini eorum nominibus et nominibus predictorum promiserunt et convenerunt supranominatis quatuor sapientibus, recipientibus et stipulantibus nomine dicti communis et ad sacra dei evangelia in eorum animabus et illorum, quorum procuratores sunt sicut solemnius et melius poterint sub eodem juramento fidelitatis corporaliter juraverunt attendere facere observare et efficaciter adimplere, et promiserunt toto eorum posse bona fide facturos et curaturos, quod predicti quorum procuratores sunt eandem fidelitatem et promissionem et juramentum facient, et quod predicta omnia et singula approbabunt et ratificabunt quandocumque inde fuerint requisiti ex parte dicti communis ad voluntatem ipsius communis astensis pro quibus omnibus et singulis attendendis et observandis, quilibet predictorum dominorum pro se et pro facto suo tantum, omnia sua bona mobilia et inmobilia que habet tam in posse et districtu civitatis astensis, quam alibi ubicumque et tam presentia quam futura, et predicti qui sunt procuratores nomine illorum quorum procuratores sunt omnia bona mobilia et inmobilia cuiuslibet eorum quorum procuratores sunt pro se et facto unius cuiuscumque ipsorum que habent tam in posse et districtu astensi quam alibi ubicumque prenominatis quatuor recipientibus nomine et vice dicti communis astensis pignori obligaverunt, in quibus bonis dictum commune astense plenum habebat regressum, silicet in bonis illius qui non observaverit omnia et singula suprascripta usque ad integram satisfactionem, restitutionem et emendam tocius damni dispendi et interesse que dictum commune astense proinde faceret, incurreret vel substineret aliquo modo. Et versa vice prenominati judices et vicarij et duo, ex auctoritate et arbitrio supradictis et voluntate et arbitrio suprascriptorum sapientum nomine et vice dicti communis astensis promiserunt et convenerunt prenominatis dominis eorum nominibus et nominibus predictorum recipientibus predicta omnia et singula attendere, observare et complere bona fide et sine fraude, et quod facient et curabunt sic quod prenominati potestas et capitaneus in consilio astensi, et ipsum Consilium communis astensis nomine ipsius communis confirmabunt et approbabunt et ratificabunt omnia et singula supradicta ad voluntatem dictorum dominorum. Et inde predicte partes unum et plura instrumenta in eodem tenore fieri preceperunt.

Actum Ast in palacio novo communis, presentibus testibus vocatis et rogatis, dominis Oberto de placia, Gandulfo de rolvengo judicibus, Manuelle palido et Bonefacio, Bertaldo.

449. *De quadam approbatione et Ratificatione facta per Bertolameum filium quondam Gavarij de Canellis et suorum consortum et de eorum fidelitate facta communi Astensi occaxione lovazolij.* 1274. 2. Octobris.

Eodem anno et indictione eadem et eodem loco Die martis secundo mensis octubris, presentibus testibus vivaldo de cazalupa et Martino pelleta et henrico trossello de montebersario, et Bonefacio Gallea, Jacobo de soyrano, Bertholomeus filius quondam Gavarij de canellis superius nominati quorum nomine per suprascriptos suos procuratores pacta et conventa suprascripta jurata, firmata et facta fuerunt, existentes in presentia domini Guillelmi de sicherijs potestatis astensis auditis et intelectis diligenter omnibus et singulis pactionibus seu pactis et tractatibus et conventionibus suprascriptis, que ipsis perlecta fuerunt, ea omnia et singula acceptaverunt, ratificaverunt et approbaverunt et laudaverunt sicut melius potuerunt, et de eorum parte dicti castri, seu castrorum ville et hominum et pertinencium dicti loci, juraverunt ad sacra dei evangelia et fecerunt fidelitatem secundum formam superius ordinatam in manibus dicti domini potestatis astensis, et ipsi domino potestati recipienti nomine et vice communis et ei eodem nomine promiserunt et convenerunt sub eodem juramento suprascripta omnia et singula per se et eorum heredes attendere et observare et complere bona fide toto eorum posse cum effectu sub obligatione omnium suorum bonorum et cuiuslibet ipsorum que quilibet pro se et facto suo, sicut alij domini suprascripti fecerunt, obligaverunt pignori dicto domino potestati recipienti nomine supradicti communis. Eapropter dictus potestas astensis nomine et a parte ipsius communis per lignum quod tenebat in manu investivit prefatos Jacobum et henricum et quemlibet ipsorum de eorum parte supradicti Castri seu Castrorum ville et hominum et pertinencium eiusdem loci, et promissit eis nomine dicti communis attendere et observare omnia et singula supradicta.

Et inde tam dictus potestas quam Jacobus et henricus cartam fieri preceperunt.

450. *De quadam alia approbatione et Ratificatione facta per infrascriptos dominos et de eorum fidelitate facta communi Astensi occaxione lovazolij.* 1274. 4 Octobris.

Eodem anno et indictione, Die iovis quarto mensis Octubris et eodem loco, presentibus testibus vocatis et rogatis, Henrico pelleta, Fulcone asinario, Vivaldo de cazalupa, Bonefacio gallea, domino Gandulfo de ravalengo, et pluribus alijs quorum presentia, domini Bonefacius corbellarius, Nicoletus grecus, Henricus filius domini Guillelmi sismondi, et Albertus de septem annis quorum nominibus predicta pacta et conventa facta promissa, et jurata fuerunt per eorum procuratores et alios dominos de lovazolio superius nominatos sicut ipsi confitentur, et in contractu dictorum pactorum et conventionum plenius continetur, existentes in presentia domini Guillelmi de siccherijs potestatis astensis, Auditis et intelectis diligenter omnibus et singulis, pactionibus seu pactis et tractatibus et conventionibus suprascriptis, que coram ipsis perlecta fuerunt per singula ea omnia et singula que in dicto contractu continentur

et acta sunt, acceptaverunt, ratificaverunt et approbaverunt et laudaverunt sicut melius potuerunt, et a se ipsis de novo contraxerunt et fecerunt et de eorum parte dicti Castri seu Castrorum ville et hominum et pertinencium juraverunt ad sacra dei evangelia et fecerunt fidelitatem secundum formam superius ordinatam et scriptam in manibus dicti domini potestatis astensis, et ipsi domino potestati recipienti nomine et vice communis astensis et ei eodem nomine promiserunt et convenerunt sub eodem juramento suprascripta omnia et singula pro se se et heredibus eorum attendere et observare et complere bona fide toto eorum posse bona fide cum effectu sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum et cuiuslibet ipsorum que quilibet per se et facto suo sicut alij domini suprascripti fecerunt et pignori obligaverunt dicto domino potestati recipienti nomine supradicti communis. Eaproter dictus dominus potestas astensis nomine et a parte ipsius communis per lignum quod tenebat in manu investivit prefatos dominos Bonefacium et Nicoletum, et Henricum et Albertum et quemlibet ipsorum in nobile feudum ut dictum est supra de eorum parte supradicti Castri seu castrorum ville et hominum et pertinentium eiusdem loci, et promisit eis nomine dicti communis attendere et observare, omnia et singula suprascripta, et inde tam dictus dominus potestas quam ipsi domini cartam fieri preceperunt.

451. *De quadam Ratificatione facta per Henricum simplicem et de fidelitate facta per eum communi astensi.* 1274. 21 Octobris.

Eodem anno et indictione eadem, et eodem loco, Die dominico vigesimo primo mensis Octubris, presentibus testibus Jacobo malbecho, Bonefacio gallea, domino Alberto de cozo, et domino Jacobo morigla milite potestatis quorum presentia Henricus simplex frater domini Frederici cuius nomine suprascripta pacta et conventa facta et tractata et promissa fuerunt per eundem dominum Fredericum sicut recognovit et confitetur et in contractu superius scripto plenius continetur, existens in presentia domini Guillelmi de sicherijs potestatis astensis, auditis et intelectis diligenter omnibus et singulis pactionibus et conventionibus et tractatibus suprascriptis, que coram ipso perlecta fuerunt diligenter ea omnia et singula, que in suprascripto contractu continentur et acta sunt, Acceptavit et ratificavit et approbavit sicut melius potuit et a se ipso de novo contracsit et fecit, Et de sua parte dicti Castri ville et hominum et pertinencium eiusdem loci, juravit ad sacra dei evangelia et fecit fidelitatem secundum formam superius ordinatam et scriptam, in manibus dicti domini potestatis astensis et ipsi domino potestati recipienti nomine et vice dicti communis, ac ei predicto nomine stipulanti, promisit et convenit sub eodem juramento suprascripta omnia et singula attendere et observare sub obligatione bonorum suorum que secundum formam prescriptam, eidem potestati nomine dicti communis pignori obligavit. Eapropter dictus potestas nomine dicti communis per lignum quod manu tenebat investivit eum in nobile feudum de predictis et ei promisit predicta omnia et singula nomine dicti communis attendere et observare et inde ipse potestas et ipse henricus cartam fieri preceperunt.

LXV. Castrum Soyranij.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Soyrani est feudum communis astensis ut patet in Titullo Canelli in Capitullo secundo posito sub Rubrica de dono etc. dominorum de Canellio, Et in quodam alio capitulo vendicionis posito sub dicto titulo, Et in quodam alio Capitulo posito sub titulo Sancti Marciani.

LXVI. De Garbazola.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

Castrum et villa Garbazole est feudum communis astensis, Et comune Alexandrie diruit dictum Castrum, et posuit homines in villa nova Nicie.

Item est feudum communis astensis ut patet in titullo Canelli, in Capitulo secundo posito sub Rubrica de quitatione et dono etc. dominorum de Canellio, Et in quodam alio capitulo vendicionis posito sub dicto titulo, Et in quodam alio capitulo posito sub titulo sancti Marciani.

LXVII. De Castro Rupis.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 27).

Castrum Rupis appelatum Rocha aracij, est de Civibus astensibus de promissione doni domini Bonefacij astensis episcopi de Maxio de Rupe, et de Insula, Et de quarta parte Comitatus serre longe.

452. *De possessione data communi Astensi per dominum Bonefacium astensem episcopum de Castro Rupe.* 1198. 27 Maij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo indictione prima, Die Mercurij VI° kalendas iunij, dominus Bonefacius Astensis episcopus tradidit vacuam possessionem castri et ville de Rupe, domino Alberto de fontana potestati astensi ad partem communis astensis eiectis etiam omnibus dominis de rupe de foris predictum Castrum, et de omnibus rebus corporalibus et incorporalibus predicto Castro et predicte ville pertinentibus et dedit eidem potestati ad partem communis clavem porte Castri et de terra et de lapidibus Castri et ville, et euntibus predicto Alberto potestate astense et militibus suis per castrum predictum, iamdictus episcopus posuit eundem Albertum potestatem astensem nomine communis astensis, in possessionem palacij novi et postea palacij veteris predicti Castri. Actum in castro et villa et predictis palacijs predicti locij feliciter. Interfuerunt testes, Ubertus judex, Baiamondus judex, Girardus Ginorius, magister Petrus beccarius, Rodulfus durnasus, Guillelmus scassus de aglano, Guielmus de catena, Anselmus mussus de curia, Jacobus palius, Rollandus palius et multi alij.

Ego Thomas notarius palatinus interfui et scripsi.

453. *De quadam protestatione facta per dominum Guillelmum ginorium abbatem vallis imbrose arbitrum etc. ut infra prout inferius continetur.* 1217. 1 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo decimo indictione quinta, Die sabati primo die aprilis, presentia testium infrascriptorum, dominus Guillelmus ginorius abbas vallis Imbrosse, arbiter ellectus pro communi Astensi ad cognoscendum de suspectione domini Ottonis taurinensis prepositi, ex delegatione summi pontificis judicis delegati ad cognoscendum de causa quam commune de ast videtur habere cum domino Guidoto astensi episcopo, de castro et villa de Rocha, dixit et protestatus fuit coram domino Ottone de bosco preposito lovaldixij arbitro ellecto pro dicto episcopo ad cognoscendum de predicta suspectione cum prenominato Abbate, et coram Robaldo vasello sindico communis astensis et coram magistro bono iohane judice astensis episcopi sindico, quod ipse dixerat dicto Ottoni de bosco apud plebem Canallium in primo termino, quod ipse volebat habere secum et assumere tercium arbitrum comunalem et idoneum, qui cum eis de suspectione predicta cognoscerent, et quod dictum prepositum lovaldixij primo monuerat de tercio arbitro assumendo, et quod ipse dominus Otto prepositus lovaldixij sibi dixerat quod nundum volebat elligere arbitrum, quia non multum processum erat in causa, Qui dominus Otto de bosco illud idem ibidem ad presens confitebatur cum prenominatus Abbas ad presens eidem diceret se esse paratum et velle elligere et assumere tercium arbitrum comunalem, qui de dicta suspectione cognosceret. Actum in claustro carij. Interfuerunt testes dominus Guielmus cacayranus, Dominus petrus beccarius, dominus Guillelmus bertramus et alij plures.

Et Ego homodeus gallus notarius palatinus interfui et precepto dicti Abbatis sic scripsi.

454. *De quadam protestatione facta per dominum Guillelmum ginorium abbatem Vallis imbrose arbitrum ut infra pro ut inferius continetur.* 1217. 2 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo decimo indictione quinta, Die dominico secundo die intrantis aprilis in presentia testium infrascriptorum, dominus Guillelmus giniorius Abbas vallis imbrose arbiter ellectus pro communi astensi ad cognoscendum de suspectione domini Ottonis taurinensis prepositi ex delegatione summi pontificis judicis delegati, ad cognoscendum de causa quam commune de aste videtur habere cum domino Guidoto astensi episcopo de Castro et villa de Rocha, dixit et protestatus fuit coram domino Ottone preposito lovaldixij, arbitro ellecto pro predicto episcopo ad cognoscendum de dicta suspectione cum predicto abbate et coram Robaldo nasello sindico communis astensis et Magistro Bono iohane sindico astensis episcopi, quod ipse dixerat dicto domino Ottoni de boscho apud plebem Canalium, in primo termino, quod ipse volebat habere secum et assumere tercium arbitrum idoneum comunalem, qui cum eis de dicta suspectione cognosceret, et quod ipsum prepositum primo monuerat de tercio arbitro assumendo, et quod ipse dominus Otto de bosco, prepositus lovaldixij, sibi dixerat, quod nundum volebat elligere arbitrum quia non multum erat processum in causa, qui dominus Otto illud idem arbiter ibidem ad presens totum confitebatur, Cum prenominatus abbas ad presens eidem preposito diceret se velle elligere et esse paratum assumere tercium arbitrum comunalem qui

simul cum eis de dicta suspectione cognoscerent Et ipse dominus Otto prepositus lovaldixij dictum Abbatem detinendo et prolatando usque ad noctem ut dicebat dictus Abbas secum de aliquo ydoneo arbitro assumendo noluit concordare, dicendo dictus Abbas se velle assumere pro tercio arbitro, Archipresbiterum Januensem, vel prepositum sagonensem, aut prepositum mortariensem, qui non sunt astensis diocesis, nec de episcopatu astensi et dicebat dictus Abbas se noluisse consentire in aliquo albensi quia sunt inimici astensium et vellent totam eorum terram hominibus de Aste abstulisse. Actum in Claustro Canonicorum Carij. Interfuerunt testes dominus Guillelmus cacairanus, dominus Guillelmus bertramus, dominus Petrus beccarius, Mussus de curia, Guielmus arduinus, Jacobus bos de cario, Guidona, Oddonus servitor Cantoris.

Et Ego homodeus gallus notarius palatinus interfui et sic precepto dicti abbatis scripsi.

455. *De quadam protestatione facta per magistrum Bonum iohannem judicem et sindicum communis astensis prout inferius continetur.* 1217. 2 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimodecimo, indictione quinta, die dominico secundo intrantis aprilis, coram testibus infrascriptis, Magister bonus iohanes judex et sindicus astensis episcopi in causa quam commune astense videtur habere cum domino Guidoto astensi episcopo de Castro et villa Rupis, dixit et protestatus fuit coram domino Guillelmo ginionio abbate vallis imbrose et domino Ottone de bosco preposito lovaldixij, arbitris ellectis, ad cognoscendum de suspectione domini Ottonis taurinensis prepositi, ex delegatione summi pontificis judicis delegati super dicta causa de rocha, et coram Robaldo de nasello sindico astensis communis, quod dominus Guidotus astensis episcopus, non cognoscebat dominum Ottonem prepositum taurinensem eo tempore quo secunda comissio specialis data a domino Innocencio papa super Castro et villa de rocha fuit impetrata, et quod postea dictus episcopus factus est amicus et benivolus dicti prepositi taurinensis. Actum in cario in claustro Carij. Testes dominus Guielmus cacairanus, dominus Guillelmus bertramus, dominus Petrus beccarius, Guillelmus arduinus, Mussus de curia, et alij plures.

Et ego Homodeus gallus notarius palatinus interfui et iussu dicti abbatis scripsi.

456. *De juramento et fidelitate facta communi astensi per infrascriptos homines de Rupe, de Castro Rupis.* 1221. 27 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione nona, die dominico quinto kalendas jullij, presentia domini Jacobi astensis episcopi dei gracia, et domini Guidonis de landriano potestatis astensis, infrascripti homines de rupe supra dei evangelia juraverunt bona fide et sine fraude facere pacem et guerram, exercitus itinera et cavalcatas et succursus deinde communi et pro communi de aste ad voluntatem et preceptum potestatis astensis vel Consulum, pro temporibus existentium quandocumque voluerit vel voluerint, et cuicumque voluerint contra omnes homines salvo imperio et astensi ecclesia. Nomina quorum sunt dominus Mascarus de rupe, dominus Jacobus, dominus Guielmus, dominus Robaldus de aracio, dominus Manfredus de rupe, Opizo filius Robaldi de ayracio, Ruffinus filius Jacobi rubey, Oppizo frater eius, Tarascus filius Mascarij, Guillelmus filius Robaldi de aracio, Ogerius de sala, Amedeus

de sala, Ardicio de sala, Manfredus de sala, Guillelmus Ottavianus, Ganbaldus. Petrus faro, Anselmus simeon, Petrus de grazano, Guielmus de tana, Bollinus de bosco, Robaldinus de monte, Raymondus bordinus, Guielmus de niveys, Oddinus de vallegelata, Azo martinus, Arnaldus eius filius, Johannes andreas, Jacobus bordinus, Jacobus raschinus, Aycardus vulpis, Jacobus de vigleto, Guielmus de ottobello, Otto ferrarius, Nicolaus vigletus, Gandulfus bergognonus, Petrus hereditator, Guielmus eius filius, Odezonus rubeus, Guielmus ferrarius, Petrus lupus, Reodus, Robaldinus guilietus, Oddo spectenatus, Petrus bordinus, Mascarus guigletus, Oddo spata, Petrus pelengrinus, Petrus pijssimus, Johannes de valle, Carus de valle, Guielmus cauda, Jacobus de valle gelata, Guielmus de vallendra, Heustachius de calofro, Albricus de monte, Petrus de albarella, Philipus mescra, Mamfredus filius Jacobi textoris, Raymondus penellus. Actum in castro rupis, interfuerunt testes, dominus Brunus archidiaconus astensis ecclesie, dominus Guillelmus de braida prepositus, dominus Petrus de filizano canonicus, Ruffinus de Ripa, Petrus de aracio, Robaldus gardinus, Jacobus rastellus, dominus Manfredus de rupecula marchio, Rollandus vavolius, Gattus de aglano, Ugo durcus de felizano et plures alij. Item in eodem Castro et die sine presentia domini episcopi astensis et potestatis de aste, Ubertus filius Jacobi de rupe juravit predicto modo.

Ego Ruffinus aranchaboschus notarius palatinus interfui et iussu predicti domini Jacobi astensis episcopi et domini Guidonis potestatis astensis scripsi.

457. *De licentia et arbitrio datis per commune astense domino Guidoni de landriano potestati astensi prout inferius continetur.* 1221. 17 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione nona, Die sabati quintodecimo kalendas Madij, in nomine domini omnes Credendarij Civitatis astensis uno excepto, quorum nomina denotantur inferius ad sonum campane colecti secundum morem civitatis astensis singulariter interrogati dederunt et concesserunt et contulerunt plenam et liberam potestatem forciam et licenciam, domino Guidoni de landriano potestati astensi transigendi covenientiam faciendi nomine communis astensis cum domino Jacobo astensi episcopo nomine astensis ecclesie et episcopatus, de omnibus discordijs et controversijs, quas commune astense habet vel habere posset cum predicto Episcopo nomine dicte ecclesie et episcopatus, vel dictus Episcopus habet vel habere posset nomine dicte ecclesie et episcopatus cum predicto communi, promittentes se se firmum et ratum habituros quicquid ipse dominus Guido potestas astensis inde fecerit, statuerit et ordinaverit nomine communis de aste. Nomina Credendariorum sunt hec Jacobus de Jaffa, Jacobus migranus, Ottacius grasverdus, Guielmus cerutus, Ubertus palius, Baiamondus reoglatus, Ubertus de vivario, Thomas notarius. Petrus beccarius, Ubertus alferius, Valla pelleta, Scarampus, Obertus gardinus, Raymondus damianus, Jacobus roba, Obizo albricus, Robaldus gardinus, Henricus mazochus, Anselmus de curia, Millo turtellus, Jacobus de platea, Johanes asinarius, Jacobus advocatus, Fredulus bertramus, Jacobus de sibona, Bozo gardinus, Nicolaus piria, Astexanus de pollencio, Manfredus cavazonus, Jacobus de rohat, Guillelmus bertramus, Obertus falletus, Rollandus de plathea, Jacobus curialis, Bonenatus pelleta, Obertus maruccus, Otto ginionius, Berardus berardengus, Ardicio de quarto,

Girardus iosbertus, Butinus de cario, Guielmus carcocius, Baialardus balbus, ypolitus de cavagnis, Berardus de turieleis, Bonefacius ottinus, Ulliverius malcapucius, Otto de quadraginta, Ruffinus bergognonus, Carcocius, Obertus sinistrarius, Baialardus lasagna, Rollandus cacayranus, Obertus de aste, Rodulfus de camayrano, Ruffinus bozo, Siribonus de porta, Manfredus bertramus, Bonefacius crivellus, Jacobus forbitor, Suzius de sancto Julliano, Jacobus de mandra, Guielmus zocholarius, Jacobus cassanus, Guielmus cargida, Guillelmus de castegnolis, Petrus palius, Bonus petrus coregiarius, Ruffinus grognus, Otto nigerbonus, Guillelmus curialis, Anselmus de prato, Bellengierius laurencius, Jacobus laiolius, Duniotus de beccarijs, Gandulfus de malengo, Jacobus de nantico, Baldicio de curia. Actum aste in ecclesia sancti Johanis de domate, interfuerunt testes dominus Guillelmus de payrana miles potestatis, Thomas de curia, Jacobus de valfenaria.

Ego Ruffinus aranchaboschus notarius palatinus interfui et iussu predictorum credendariorum sic scripsi.

458. *De quadam condemnatione facta per dominum Rollandum medicum judicem domini potestatis Astensis occaxione silve Rupis.* 1209. 19 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo nono, indictione duodecima, die sabati, XVIIII° die decembris, de causa que vertebatur inter Robaldum gardinum nomine communis de aste ex una parte, et Jacobum de valle aldrata curatorem Anfosij et ansaldi de valle aldrata et procuratorem Guillelmi et Guale nomine ipsius Jacobi, et nomine comunium predictorum ex altera, qui omnes detinent vel ipsi detinent custodiam silve de rupe, et eam silvam dare alteri ad custodiendum communi astensi non permittunt dicendo se se habere jus custodiendi dictam silvam, ita quod ab eis a comuni aufferi non potest, quod quidem Robaldus dicit nomine communis eos non habere, Inde est quod ipse Robaldus agebat versus dictum Jacobum suo nomine et nomine predictorum, Quatinus nomine communis astensis sibi custodiam predicte silve dimittat suo nomine et predictorum non contradicat ut inde iusticiam faceret, et hoc ponebat pro data in libris vigintiquinque salvo jure predicti communis astensis, Eccontra dictus Jacobus nomine suo et aliorum respondebat se inde non teneri, dicendo suos antecessores fuisse investitos per astensem episcopum de custodia dicte silve, et eam tenuisse per annos quadraginta et hoc conatus est probare per testes unde ego Rollandus medicus judex domini Anrici zazij potestatis astensis visis rationibus et alegationibus et testibus utriusque partis et diligenter inspectis, et visa confessione dicti Jacobi, habito etiam plurium sapientum consilio, dellato sacramento dicto Robaldo gardino et ab eo prestito, quod nescit nec credit quod Jacobus de valle aldrata et consortes nec eorum antecessores per astensem episcopum qui hodie sit vel olim fuerit, fuissent investiti de custodia dicte silve pro feudo ita quod illa investitura non fuisset facta usque ad certum tempus, Condemno dictum Jacobum nomine suo et consortum et ipsos consortes, ut custodiam dicte silve eidem Robaldo nomine communis astensis dimittant. Interfuerunt testes Jacobus porreta, Ruffinus de ripa, Girardus iosbertus, Mussus trossellus, Guielmus merlus, et Ardicio de cumignano. Actum urbe aste.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius palatinus interfui et iussu suprascripti judicis scripsi.

LXVIII. De Montaldo et Rupecula

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 28).

459. *De donatione facta comuni Astensi per Damicellam uxorem quondam Alberti Marchionis Incisie nomine infrascriptorum et alios infrascriptos de Castris et villis Rupecule et Montaldi.* 1190. 13 Decembris[1].

In nomine domini, ad honorem dei et beate Marie eius matris et beati Secondi martiris, et ad honorem et servicium Imperatoris Frederici et Henrici regis filij eius, Anni dominice incarnationis MCXC. die jovis XIII die intrante mense decembris indictione VIII[a], Cartulam donationis inter vivos, fecerunt Damicella quondam uxor Alberti marchionis Incisie tutrix Jacobini et pagani, et Martine filiorum suorum nomine eorum et Albertus et Guielmus et manfredus at Raymondus necnon et damicella, et Berta filij et filie quondam Alberti marchionis Incisie, in manibus astensium consulum, quorum nomina sunt Guielmus de aste, Baiamondus careocius de Comuni, et Petrus cicia de justicia, et in manibus Rollandi crivelli consulis de comuni, et henrici soldani consulis de justicia, qui noviter facti fuerunt consules nomine tocius communis et vice astensium, Nominatim de Castro et de villa et de posse Rupecule, et de castro et de villa et de posse Montaldi, et de omnibus hijs que habent tenent et possident per se vel per alium vel per alios in predictis Castris et villis et in eorum posse iuste vel iniuste scilicet in militibus in rusticis in hominibus feudatis et infeudatis, in ecclesijs et in capellis in terris cultis et incultis, in pratis et nemoribus, in zerbis et in pasquis, in silvis, in rivis in rupibus et ruinis, in molendinis et in fluminibus, in venationibus et piscationibus et in omnibus alijs rebus et usibus, quos et quas habent tenent et possident in predictis locis aliquo modo, cum omni honore et comitatu et jurisdicione quos habent et tenent in hijs locis, Eo modo ut ipsi Consules et successores eorum pro communi teneant et possideant predicta loca et faciant ex eis guerram et pacem cuicumque voluerint et faciant inde quicquid voluerint sine contradictione predictorum Marchionum et sororum eorum et heredum eorum. Insuper predicti Albertus, Guielmus Manfredus, Raymondus, Damicella et Berta, pro se et eorum heredibus et damicella mater eorum nomine predictorum filiorum suorum, silicet Jacobi et Pagani et Martine, quorum tutrix est, promiserunt predictis Consulibus nomine et vice tocius communis astensis et successoribus eorum, hanc donationem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine defendere sub dupli pena supra omnes res suas et si defendere non potuerint, aut per quodvis ingenium subtrahere quesierint, per se se vel per aliam

[1] Instrumentum hoc compendiose iam inseruerat F. A. Ab Ecclesia in op. suo ms. *Descriz. del Piem.* pars. I. cap. 39.; idem postea per compendium etiam, edidit Durandi *Piem. Cispad. ant.* pag. 289 in not. transcriptum a veteri quadam membrana; integrum demum, non tamen vacuum a mendis edidit Moriondus *Monum. Acquen.* pars. II. col. 353. n. 106. ex *Collectanea Documentorum in causa Rochete Tanagri* typ. mandata, ubi ut videtur, transcriptum fuerat ex lib. Ogerii Alferii.

personam, et contingerit quod ipsi vel commune astense aliquid de tota predicta donatione aliquo modo vel aliqua occasione ab aliqua persona vel ab aliquibus amiserint jure vel consuetudine, faciunt finem et refutationem de omni eo quod tenent vel tenuerunt aliquo modo a communi astensi in hijs predictis locis, Consulibus astensibus nomine et vice communis astensis, Eo modo ut liceat astensibus consulibus pro communi eorum auctoritate predicta loca capere et tenere et possidere in totum et facere inde quicquid voluerint sine eorum contradictione et heredum eorum. Insuper predicta damicella mater eorum et mater et tutrix predictorum Jacobi pagani et Martine, et Albertus et Guielmus et Manfredus et Raymondus promiserunt predictis Consulibus quod facient jurare predictos Jacobum et Paganum et Martinam hanc donationem firmam tenere seu habere et non removere cum fuerint illius etatis quod de jure jurare possint Et si contingeret quod ipsi vel aliquis eorum jurare nollet ut ipsi vel aliquis eorum ipsos vel commune astense inde convenirent, et ipsi vel commune astense propter hoc de tota predicta donacione aliquid aliquo modo amiserint jure vel consuetudine, predicti Albertus et Guielmus et Manfredus et Raymondus et domicella et Berta faciunt finem et refutationem de omni eo quod tenerent vel tenent in predictis locis aliquo modo a communi astensi, Eo modo ut liceat astensibus consulibus eorum auctoritate et sine contradictione eorum vel heredum eorum predicta loca capere et tenere et possidere in totum et facere inde quicquid voluerint, et domicella tutrix et mater eorum fecit donum Consulibus pro communi astensi de eo jure quod habet in Rupecula vel in Montaldo pro dote sua que est librarum MCC. januensium sicut ipsa et predicti filij eius testati fuerunt. Eo modo si predictus Jacobus et Paganus et Martina non jurarent de predicta donatione ut supra legitur, aut ipsi vel aliqua persona vel alique, fratres eorum vel commune astense de tota predicta donatione convenirent propter quod aliquid amitterent, quod Consules pro communi, pro eorum auctoritate illud capiant et teneant et possideant et faciant inde quicquid voluerint sine contradictione ipsius domicelle et heredum eius, Insuper ipsa damicella mater eorum Refutavit omne jus quod haberet vel exigere posset in hijs locis ypothecario jure vel aliquo modo et senatui consulto veleiano et omni legitimo auxilio, et juravit hanc donationem predictorum locorum et donum quod fecit pro filijs suis si non jurarent, aut ipsi vel alia persona vel alique, fratres eorum vel commune astense inde convenirent, propter quod ipsi vel commune astense aliquid amitterent et hanc refutationem quam fecit et omnia supradicta que in hac carta continentur firma tenere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore removere. Preterea predicti Albertus, Guielmus Manfredus, Raymondus damicella et Berta sorores eorum juraverunt supra dei evangelia hanc donationem et omnia supradicta sicut in hac carta continetur firma tenere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore removere. Ad hec Alaxia uxor Guilelmi marchionis refutavit omne jus ypothecarium et senatum consultum veleyanum omne que aliud legitimum auxilium, et juravit supra sancta dei evangelia hanc donationem et hanc refutacionem et omnia que suprascripta sunt firma tenere, nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore removere. Insuper predicti albertus et Guielmus, Mayfredus, Raymondus, damicella mater eorum et mater et tutrix predictorum Jacobi et Pagani et Martine confessi fuerunt quod ipsi posuerant astenses Consules vice

tocius communis in possessione predictorum locorum. Actum hoc in palacio Castri Rupecule feliciter. Testes fuerunt vocati, Mandrogius, Guillelmus schalia, Salamon, Petrus afinus, Ogerius, Enricus filius quondam Manfredi preconis, Albertus de canelio, Rollandus vairolius.

Ego Guielmus moralia notarius palatinus interfui et scripsi.

460. *De fidelitate facta comuni Astensi per infrascriptos de Rupecula.* 1190. 13 Decembris [1].

Item presentia Schagle et Mandrogij et Ogerij, et Henrici ballatoris et Henrici filij Manfredi preconis, isti de Rupecula fecerunt fidelitates, Petrus beccarius, Henricus buz, Guillelmus vavasorius, Manfredus asplanatus, Ubertus ferarius, fultus militum, Valfredus de valle, Petrus rubeus, Valfredus somnium in oculo, lafranchus bramenzonus, Guielmus columbus, et domina damicella pro illis quorum tutrix est, et ceteri Marchiones et Berta et damicella refutaverunt fidelitatem hominibus predictis.

Ego Guielmus moralia notarius palatinus interfui et scripsi. Actum hoc est eodem die et eodem loco.

461. *De fidelitate facta comuni Astensi per infrascriptos homines de Montaldo.* 1190. 14 Decembris [2].

Item xiiii° die decembris, die veneris, isti de Montaldo fecerunt fidelitatem, Rollandus vayrolius, Marchisius, Guielmus balbus, Guido aldi Petrus de Care, Anselmus garbeaz, Azo, Petrus ferandus, Mascarus, Rub, et dominus Albertus pro se et pro matre et fratribus suis refutavit eorum fidelitates.

Ego Gandulfus sacri palaci notarius, Autenticum huius vidi et legi et sicut in eo continebatur, sic et in isto exemplavi et scripsi Nichil addens vel minuens preter forsan formam litterarum et punctum vel literam plus minus ve parcium significatione retenta.

462. *De fidelitate et donatione facta comuni Astensi per Opizonem et Jacobum filios quondam Alberti de Encisia de Rupecula et Montaldo.* 1196. 5 Aprilis [3].

Item anno domini, Millesimo Centesimo nonagesimo sexto indictione quartadecima, Die veneris quinto die intrantis aprilis, in domo communis de ast, Testes, Jacobus corbellarius, Guielmus gardinus, Jacobus de sibona, Petrus cavicula, Jacobus de stoiarda, et plures alij, in credencia simul missa per campanam, Opizo et Jacobus filij quondam Alberti de incisia, fecerunt fidelitatem et donationem inter vivos, in manibus Nicole gardini nomine suo et sociorum eius, Jacobi de rohat, Rollandi bergognini consulum communis et Baiamondi de plathea, et Ardicionis bertrami consulum justicie, de Rupecula et de Montealdo nomine tocius communis astensis sicuti fratres eorum

1 Instrumentum hoc coniunctum superiori edidit Moriondus loc. cit.

2 Hoc quoque Instrumentum superiori coniunctum edidit Moriondus loc. cit., omissa Notarii confirmatione.

3 Documentum hoc iam memoraverat F. A. Ab Ecclesia *Descriz. del Piem.* pars I. cap. 39 ex *Chronicis* Oger. Alfer. Idem postea edidit Moriondus *Monum. acquen.* pars II. col. 368. N. 127. ex *Collect.* cit.

fecerunt et juraverunt fidelitatem communi astensi et donum tenere firmum et nullo tempore removere per se nec per alium.

463. *De divisione facta inter dominum Guilelmum Marchionem Encisie dominum Manfredum Raymondum et paganum et Jacobum fratres eius, de Castro encisie.* 1203. Decembris[1].

Anno dominice incarnacionis, Millesimo ducentesimo tercio indictione sexta, die Sabati exeuntis decembris in claustro Hencisie in camera claira, presentia testium infrascriptorum, quorum nomina subter leguntur, in Christi nomine divisionem fecerunt inter se, dominus Guielmus marchio hencisie, dominus Manfredus, Raymondus, Paganus, et Jacobus fratres eius, videlicet tali modo, quod dominus Guielmus et Raymondus et Jacobus cum henrico simul nepote suo, debent habere pro parte sua Castrum hencisie cum omni honore et jurisdicione et pertinencijs cum Castro novo et bergamasco et Carentino et Ceredo et Vallibus cum toto hoc quod habent in Malamorte et cum cambio quod habuerunt de sezadina. Ad invicem dominus Manfredus et dominus Paganus, debent habere pro parte sua castrum Rupeculle cum omni honore et jurisdicione et pertinencijs et Castrum montaldi cum omni honore et pertinencijs cum omnibus rebus mobilibus quas ibi habent. Item predicti Manfredus et Paganus, debent solvere de debitis comunibus domus Robaldo garello libras quadraginta et octo astenses, Cuniberto de plathea sexaginta libras astenses et Jacobo Cassano libras octo astenses, et Opizoni de alberico solidos quinquaginta astenses et sex et draco de alba libras quadraginta astenses, Oddoni barloto de alexandria centum quadraginta libras papienses, et guaschis, de alexandria libras quadraginta et octo papienses, Bernardacio libras XIII papienses Raynerio nano libras VII papienses, Berlende solidos sexaginta papienses et virilem porcionem uxorum dotis Guielmi et Jacobi, si vero qui hencisiam habent pagabunt suam partem, dotis uxorum Guillelmi et Jacobi et hoc quod habuerunt ab henrico eorum nepote, pro parte debitorum predictorum ipsorum et non illorum de rupecula, Et si astenses nollent predictis Manfredo et Pagano reddere castrum montisalti vel Rupecule, vel auferrent sibi terras suas vel homines suos vel diruerent aliquid predictorum Castrorum vel ambo, vel caperent fodrum ab hominibus eorum licenciam habeant suprascripti Manfredus et Paganus redeundi ad comunionem cum alijs fratribus et nepote, et habere porcionem in hencisa et Castronovo et Carentino et Bergamasco et Cereto et vallibus et cambio quod habuerunt de sezadina, et de eo quod habent in malamorte et omnium rerum mobilium exceptis hijs que possent offendere suo sacramento non esse de comuni domus. Item dominus Guielmus, Raymondus et Jacobus cum eorum nepote faciunt finem dotis matris sue damixelle, predictis Manfredo et pagano et non capient suprascripti dominus Guillelmus, Raymondus et Jacobus per legatum per donacionem vel quolibet alio modo a matre sua aliquid de supradicta dote sua. Et hec omnia suprascripta isti Marchiones juraverunt et promiserunt attendere et observare imperpetuum bona fide, et quod bona fide facient jurare henricum nepotem suum ratam et firmam tenere suprascriptam donationem et

[1] Huius divisionis instrumentum edidit Moriondus ex Collect. cit. ubi transcriptum videtur ex Lib. Oger. Alfer.

divisionem. Isti omnes inde hanc cartam fieri rogaverunt ut supra legitur insolidum. Interfuerunt testes rogati Guillelmus sclassus de aliano, danelius de canellis, Jacobus bovacius de aquis ser petrus fantinus Bernardacius de uvillis.

Ego Stephanus sacri palacij notarius Rogatus hanc cartam tradidi scripsi et interfui.

Ego Bonus infans de Valfenaria notarius palatinus, Autenticum huius exempli vidi et legi et ad confirmandum subscripsi.

Ego lafranchus domini Henrici imperatoris notarius, Autenticum huius exempli vidi et legi, et sicut in eo continebatur preter litteram vel silabam que non mutant sensum sic et in isto scripsi.

Ego Philipus notarius sacri palacij autenticum huius exempli vidi et legi, et sicut in eo continebatur, ita et in novo continetur exemplo et subscripsi.

Ego Jacobus de fossato notarius palatinus autenticum hujus novi exempli, vidi et legi et ad confirmandum subscripsi.

Ego Guilelmus notarius autenticum huius novi exempli vidi legi et inquisivi, et sicut in eo continebatur, sic et in isto novo legitur exemplo et subscripsi.

464. *De investitura facta per comune astense in Johaninum de Rupecula Recipientem suo et fratrum suorum nomine ad rectum feudum, de medietate Castri et ville Rupecule.* 1277. 26 Septembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo indictione quinta, die dominico XXVI° mensis septembris, presentia testium infrascriptorum, dominus Hosmundus salamonus potestas astensis voluntate consilio et consensu Credendariorum civitatis astensis per campanam et nuncios more solito congregatorum Et in eorum presencia, investivit Johaninum de rupecula filium domini Thome de rupecula quondam Recipientem suo nomine et nomine fratrum suorum filiorum dicti Thome quondam, nomine recti feudi in filios et in filias, Tali tenore dati, ut filius et filia, pater frater et fratres, fratri et fratribus fratres quoque fratribus nepos et nepotis patruo succedat in feudum, faciendo fidelitatem communi Astensi sicut vasallus facit suo domino, Nominatim de medietate pro indiviso Castri et ville Rupecule, Et de omni eo quod Commune de aste ibi habet. Item de medietate Castri et ville Montaldi et de omni eo quod commune astense ibi habet cum omni honore et districtu quos commune astense ibi habet, Tali modo, ut ipsi et eorum heredes masculi et femine medietatem predictorum Castrorum et villarum et posse et districtuum eorumdem teneant et possideant jure et nomine recti feudi a commune astensi in filios et filias, in masculum et feminam salva fidelitate quam ipsi facient communi de aste de hoc feudo, ita ut filius et filia pater fratres et frater fratribus fratres quoque fratribus et nepos et Nepotis patruo succedat, faciendo fidelitatem communi de ast, sicut vasallus facit suo domino. Qua investitura ei suo et predicto nomine facta predictus Johaninus suo nomine et nomine dictorum fratrum suorum fecit et juravit fidelitatem propria manu potestati et communi astensi talem qualem vasallus facit domino suo. Et inde dictus

[1] Instrumentum hoc iam edidit Moriondus *Monum. Acquen.* pars. II. col. 437. N. 194 *ex Actis litis ante R. Cam. Magistratum prolatis.*

potestas unum et plura instrumenta eiusdem tenoris michi notario fieri precepit, Quorum istud est communis astensis. Actum ast super palacio de sancto ubi celebrantur consilia, presentibus testibus domino Guillelmo gardino judice Francisco cachayrano Jacobo morando notario et Jacobo de felizano nuncio.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus interfui et precepto dicti potestatis et credendariorum sic scripsi.

465. *De fidelitate facta comuni Astensi per Johaninum de Rupecula suo nomine et nomine fratrum suorum de medietate Rupecule et Montaldi.* 1277. 26 Septembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo iudictione quinta, die dominico, XXVI mensis septembris, presentia testium infrascriptorum, Johaninus de Rupecula filius domini Thome de rupecula quondam, suo nomine et nomine fratrum suorum, in generali consilio civitatis astensis super palacio de sancto voce preconis et sono campanarum more solito congregato, propria manu talem fidelitatem fecit communi astensi de medietate Rupecule et Montisalti. Juro ego ad sancta dei evangelia, Quod amodo ero fidelis domino Hosmondo Salamono potestati astensi et potestatibus et Consulibus in aste per tempora existentibus et hominibus de aste pro communi et pro diviso, et non ero in Consilio nec in facto, ut potestas vel consules vel homines de aste perdant vitam vel menbrum, mentem vel sensum, nec quod capiantur contra eorum voluntatem, Medietatem castrorum Rupecule et Montaldi et totam aliam terram de qua sunt saxiti et investiti adiuvabo eos tenere et defendere contra omnes homines, item totam aliam terram de qua decetero cum ratione saxiti et investiti fuerint adiuvabo eos tenere et defendere contra omnes homines, Et si eam perdiderint adiuvabo eos eam recuperare et recuperatam tenere contra omnes homines Castrum Montaldi et Castrum rupecule, non vetabo per me nec per alium potestati nec consulibus de aste, nec hominibus de aste guarnitis et scharitis, pro communi nec pro diviso, quin faciant ex eis guerram et pacem cuicumque voluerint, et ego cum eis, et sine eis faciam ex medietate illorum Castrorum et locorum guerram et pacem cuicumque homines de ast voluerint, Quociens potestas vel Consules de ast per se vel per eorum missum michi dixerint vel mandaverint, et inde non faciam pacem nec treuguam seu guerram recreutam sine consilio potestatis vel consulum in aste per tempora existencium, item si sciero malum astensium resistam ne fiat, et si illud non potero facere remanere per me vel, per alium quam cicius potero eis denunciabo, item si potestas vel consules astenses a me consilium pecierint dabo eis bona fide et sine fraude secundum quod michi melius videbitur pro illa re de qua a me consilium pecierint, credenciam si michi dixerint privatam tenebo nec manifestabo sine eorum voluntate et parabula donec palam fuerit, Et si quid michi dixerint quod michi videatur privatum tenere, privatum tenebo licet michi non preceperint. Si quid aliud continetur in fidelitate quam vasallus facit domino, juro illud attendere et observare bona fide. Et inde dictus potestas, et dictus Johaninus preceperunt eiusdem tenoris unum et plura fieri instrumenta, quorum istud est communis astensis. Actum ast super palacio de sancto ubi celebrantur consilia, presen

[1] Instrumentum hoc, aliqua ex parte mancum superiori conjunctum edidit Moriondus l. c.

tibus testibus domino Guillelmo gardino judice, Francisco cacayrano, Jacobo morando notario et Jacobo de Felizano nuncio.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus interfui et rogatus sic scripsi.

466. *De quadam cessione data comuni Astensi per infrascriptum dominum Obertum de libris CV. occasione Rupecule.* 1280. 15 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, Die martis, xv° mensis Octubris, Actum ast in strata publica ante domum plevengorum, testes dominus Guielmus gardinus judex, Thomas bellonus notarius et guaterius de saluceis notarius quorum presentia apparebat per unum instrumentum factum per grandonum de pergamo notarium anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quinto indictione octava die Martis xv mensis septembris, quod dominus Jacobus de busca marchio, et dominus Manfredus de busca, et dominus Oddo, et dominus Petrus marchiones de busca vendiderunt et ex causa vendicionis fuerunt confessi se se tradidisse et quasi tradidisse quilibet eorum insolidum Castrum et villam rupecule, domino Johani bertaldo, cum omnibus doneis que habent in dicto loco et eius terratorio, cum omni contili et jurisdicione et cum omnibus hominibus dicti loci feudatis et non feudatis, cum fodris bannis successionibus et aconzamentis, Rosijs caregijs, venacione, piscatione, fructibus mollendinis, Riperijs et pertinentibus ad Riperias, aquatico pasquatico et Goretis terris pratis, vineis cultis et incultis nemoribus gerbis, Rupibus, Ruinis, decimis ecclesijs et Cappellis, pedagijs et omnibus pensionibus et omnibus alijs que ad dictum castrum et villam pertinent vel ad ipsos venditores, seu ad aliquem eorum pertinent vel pertinere videntur, in dictis Castro villa et hominibus et alijs omnibus superius denotatis, vel contra aliquam personam occaxione rerum predictarum Nichil in se in predictis predicti domini vel aliquis predictorum modo aliquo retinendo, pro precio librarum DC astensium ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per eundem notarium hoc eodem anno et indictione, die mercuri XVI° mensis septembris, quod omnes infrascripti intercesserunt et fideiussores extiterunt et se constituerunt pro predictis venditoribus versus dictum Johanem bertaldum secundum quod inferius continetur, videlicet magister Guielmus filius Ugoti quondam, Raymondus fera, Petrus gattus, Petrus filius Ugeti quondam, Guielmus priacius, Patella bovacius, Calvus malalanca, Ansermus praca solius, Petrus anfosus, Guielmus zabuel, Guielmus marengus, Guala filius petri beccarij quondam, Mellinus, Jacobus de fontanilio, Conradus rocius, Oddinus canis, Henricus foriusitus, Petrus scanavazus, Capellus de ravario, Guillelmus spelva, Raymondus alivertus, Jacobus anvertus, Penata de fontanilio, Raymondus garlanda, Ogerius perselius, Magister ansermus, Conradus de randanelio, Johanes de casali, Henricus pistonus, Ogerius de ossepo, Johanes de rocha, Johanes melanesius, Jacobus de fontanilio, Raymondus garlanda, Solphus de podio, Niger de randaverio, Obertus lanza, Albertinus filius Rodulfi de randaverio, Oddinus filius quondam Guillelmi borelli, Aycardonus filius quondam Oddonis ferarij, Ugetus de albeallo, Jacobinus boscia, Henricus marchisius, Stephinus signator, Bertolinus arivertus, Bastardus butinus, Rodulfus de mora, Ogerius de lazafea, Johanes malalanza, Teritus, Henricus bottus, Guillelmus feles, Oddo calcilius, Ansermus de seria, Roffinus daniel, predicti omnes et singuli et quilibet

eorum insolidum per stipulationem promiserunt predicto domino Johani bertaldo emptori, attendere, observare, complere que omnia ea et singula que continentur in instrumento predicte vendicionis superius denotato, et facere et curare quod predicti venditores attendent et observabunt omnia et singula in instrumento prefate vendicionis contenta, cum omnibus pactis et conventionibus in ipso instrumento denotatis et scriptis, et quod non pacientur facere aliquam violenciam ipsi emptori, ut hec et alia in ipso instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Thomam bellonum notarium in anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, Die jovis ultimo mensis februarij, quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis Consilio dominorum Tholomei asinarij, et Andree gareti, sindicorum communis astensis et dominorum Raymondi cacarani, et Manuellis pellete advocatorum et defensorum jurium communis astensis Et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, quod commune ast det et dare debeat, Oberto bertaldo filio Johanis bertaldi quondam, libras Centum et quinque astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mistis, que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de cossano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris Centum quinque, ipse Ubertus cedat eius jura dicto communi que habet in dictis rebus, usque in quantitate predictarum librarum Centum quinque astensium, ut hec et alia in instrumento inde facto plenius continetur, Ecce quod dictus Obertus pro predictis libris cv astensibus secundum quod pronunciatum fuit instrumento superius denotato, dedit, cessit, atque mandavit Thome alamano qui dicitur maffonus sindico communis astensis recipienti nomine et vice ipsius communis, omnes suas raciones et actiones, reales et personales utiles et directas et mistas, et omnia sua jura realia et personalia utilia et directa et mista, quas et que ipse habebat seu habere poterat aut visus erat habere vel habere posse in omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de coxano cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus et rationibus et alijs contentis in omnibus dictis instrumentis superius denotatis et alijs habitis et factis occasione dictorum instrumentorum et jurium et rationum. Tali modo facta est dicta cessio ipsorum jurium et ipsarum rationum et actionum, quod dictum commune astense et ipsius sindici qui per tempora fuerint nomine dicti communis, de dictis juribus, Rationibus et actionibus, et alijs omnibus, ad predicta omnia et singula spectantibus, versus predictos dominos et quemlibet eorum, et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et quondam ipsorum ubicumque dicta bona et quecumque res existant, realiter et personaliter, utiliter et directe et miste ita possit se juvare, causari, intemptare, experiri et replicare et agere et hijs predictis omnibus juribus uti et rationibus, realiter et personaliter utiliter et directe et miste, quemadmodum dictus Obertus ante hanc dacionem et cessionem jurium predictam facere poterat hac si dictam dacionem et cessionem non fecissent, Constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti communis et ipsum commune de predictis omnibus et singulis juribus et actionibus et rationibus procuratorem ut in rem suam transferendo in ipsum commune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium, et actionum, Nichil ipse in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolventes ipsum commune astense et ipsius Sindicos et quascumque alias

personas nomine ipsius communis de predictis libris cv astensibus quas fuit confessus dictus Obertus habuisse et recepisse a dicto communi seu ab alio pro communi vel a dicto sindico nomine dicti communis habuisse et recepisse, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte et non habite pecunie doli et infactum, et condicioni sine causa, vel ex iniusta causa et omni alij exceptioni et juri.

Et Ego Georgius de monte grosso notarius palatinus instrumentum suprascriptum extracxi de portocollo Manuellis pexini notari et precepto ipsius sic scripsi.

467. *De fine et refutatione facta versus comune Ast per dominum Bonefacium Marchionem montisferati de eo quod acquisiverat in Montaldo.* 1188. 26 Augusti[1].

Anno domini Millesimo Centesimo octuagesimo octavo indictione sexta, Die veneris septimo kalendas septembris, Finem et refutationem fecit, dominus Bonefacius marchio Montisferati, Consulibus astensibus Quorum nomina sunt Rollandus balbus, Rodulfus vardalos, Jacobus de curia, Homodeus trossellus, Girbaldus de porta, Opizo calegarius, vice et nomine tocius comunis astensis, de omni eo dato et acquisito, et de omni eo jure quod habebat et fecerat, in Montaldo, et in pertinencijs, pro dono, et investitura quod et quam dominus Albertinus marchio encise inde sibi fecerat, et pro confirmatione a domino Rege Henrico inde sibi facta, Eo modo quod ipse Marchio Bonefacius non vult eum Castrum montaldi tenere nec possidere nec ex eo ulterius posse se adiuvare, contra commune astense nec contra alios homines, nec illud castrum Montaldi deinceps aquistabit in aliquo tempore, nec pro carta, nec pro confirmatione inde sibi facta a domino Rege vel ab alio decetero possit se adiuvare. Actum aste urbe, in publica contione, Testes Petrus cicia, Girardus giniorius, Jacobus corigiarius, Jacobus de stoarda, Gandulfus de porta, Jacobus borlotus et multi alij, qui erant in contione illa.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et iussu predictorum consulum scripsi.

468. *De quadam confessione facta versus comune Ast per dominum Henricum de Incisia prout infra continetur.* 1200. 12 Octobris[2].

Anno domini Millesimo ducentesimo, indictione terciadecima, Die martis XII° intrantis octubris in solario Jacobi curialis, presentia infrascriptorum, Confessus fuit dominus Henricus de Incisa, Quod divisiones Castrorum et aliarum rerum olim facte fuerunt inter se et dominum Guielmum mamfredum, Raymondum, Paganum et Jacobum fratres ipsius Guillelmi marchionis Encisie patruos suos secundum quod in carta inde facta a Stephano notario, in anno Millesimo ducentesimo tercio indictione sexta, Die Sabati quinto exeunte decembri continetur Et quod postea non fecit inde cum eis aliquam pactionem vel colusionem, quare he divisiones irritarentur, et si fecit

[1] Instrumentum hoc, mendosa admodum lectione, edidit Moriondus *Monum. acquen.* pars II. col. 350. N. 99. ex *Collect.* cit. ubi transcriptum fuerat, uti videtur, ex lib. Oger. Alfer.

[2] Confessionis huius instrumentum, emendata tamen anni nota (1210), iam edidit Moriondus *Monum. acquen.* pars. II col. 388. N. 160. ex *Collect.* cit. ubi transcriptum videtur ex lib. Oger. Alf., at lectio nostra longe emendatior.

dixit quod amodo sit cassa et irrita et nullius momenti. Ita ut in aliquo tempore huic divisioni vel communi de aste non possit nocere nec contravenire ullo modo. Et insuper promisit domino Resonato zazio judici domini Guielmi rabie potestatis astensis et modo loco eius existentis, predictas divisiones firmas tenere, nec removere, nec contravenire ullo modo per se, nec per aliam personam in aliquo tempore, et confessus fuit se esse maiorem vingintiquinque annorum. Interfuerunt testes Ubertus de platea, Baiamondus de platea, Jacobus eius filius, Mussus trossellus, Jacobus porreta, Johannes assinarius, Baialardus balbus, Henriacius de teglolis, Barachinus, Guido sanctus, Pacius folgarinus et plures alij.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et iussu dicti domini Resonati, et domini Henrici scripsi.

469. *De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Manfredum et Oppizonem eius fratrem Marchiones encisie, occaxione Rupecule et Montaldi.* 1210. 12 Septembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo indictione terciadecima, Die dominico duodecimo intrantis Septembris in urbe aste in domo communis coram credencia per campanam et per missum congregata, dominus Manfredus et Opizo frater eius qui paganus vocatur Marchiones Encisie, quisque eorum propria manu, talem fidelitatem fecerunt comuni de aste, de Rupecula et de Montaldo. Juro ego supra sancta dei evangelia, quodamodo ero fidelis domino Guielmo rabie potestati astensi et potestatibus et consulibus in aste per tempora existentibus, et hominibus de aste, pro communi et pro diviso, et non ero in consilio nec in facto, ut potestas vel consules vel homines de aste, perdant vitam vel membrum, mentem vel sensum nec quod capiantur contra eorum voluntatem. Castrum Rupecule et Montaldi, et totam aliam terram de qua sunt saxiti et investiti adiuvabo eos tenere et defendere contra omnes homines, Et si eam perdiderint adiuvabo eos illam recuperare et recuperatam tenere contra omnes homines, Castrum montaldi et castrum Rupecule non vetabó per me nec per alium, potestati nec consulibus de aste, nec hominibus de aste guarnitis et scaritis, pro comuni nec pro diviso, quin faciant ex eis guerram et pacem cuicumque voluerint, et ego cum eis et sine eis faciam ex illis Castellis et locis guerram et pacem cuicumque homines de aste voluerint, quociens potestates vel consules de aste, per se vel per eorum missum mihi dixerint vel Mandaverint, et inde non faciam pacem neque guerram nec treuguam recreutam, sine consilio potestatum vel consulum in aste per tempora existencium. Item si sciero malum astensibus resistam ne fiat, Et si illud non potero facere remanere, per me vel per alium quam cicius potero eis denunciabo. Item si potestas vel Consules de aste, a me consilium pecierint dabo eis bona fide et sine fraude secundum quod michi melius videbitur pro illa re de qua michi consilium pecierint. Credentiam si michi dixerint privatam tenebo nec manifestabo sine eorum voluntate et parabula, donec palam fuerit, Et si quid michi dixerint quod michi videatur privatum tenere privatum tenebo licet michi non

[1] Istrumentum hoc, haud recta lectione, edidit Moriondus *Monum. Acquen.* pars II. col. 388 n. 161. *ex Charta prolata in causa Rochetae* ubi transcriptum videtur ex lib. Og. Alfer.

preciperint, Et si quid aliud continetur in fidelitate, quam vasallus facit domino juro illud attendere et observare bona fide. Interfuerunt testes, Ubertus de platea, Girardus iosbertus, Guilielmus vayrolius, Guielmus silvaticus, Petrus de arazio, Nicolaus gardinus, Obertarius culorius, Scarampus, Ubertus palius, Opizo falletus, Siribonus de porta, Henricus de montebersario, Albertus de porta, Bosus de scrizolengo, Danisius de canelio, Drarco de Incisia et multi alij.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et iussu Guielmi rabie potestatis astensis scripsi.

470. *De investitura facta comuni astensi in rectum feudum in dominum Manfredum marchionem de Encisia et dominum Opizonem fratrem eius de Castro et villa Rupecule.* 1210. 12 Septembris[1].

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo, indictione terciadecima Die dominico duodecimo intrantis Septembris, in urbe aste in domo comunis, dominus Guielmus rabia potestas astensis nomine comunis de aste, cum consilio et consensu Credendariorum suorum per campanam et per Missum Congregatorum et in eorum presentia investivit dominum Manfredum marchionem de Incisia, et dominum Opizonem fratrem eius, qui paganus vocatur, Nomine recti feudi in filios et in filias, tali tenore dati, ut filius et filia pater frater et fratres, fratri et fratribus, fratres quoque fratribus, et Nepos et neptis patruo succedat in feudum, faciendo fidelitatem communi de aste, sicut vasallus facit suo domino, Nominatim de Castro et de villa rupecule, Et de omni quod commune de aste ibi habet, cum omni honore et districtu quos commune de aste ibi habet. Item de Castro et de villa Montaldi et de omni eo quod comune de aste ibi habet, cum omni honore et districtu, quos comune de aste ibi habet. Tali modo ut ipsi et eorum heredes Masculi et femine predicta duo castra cum villis et posse et districtu eorum teneant et possideant, jure et nomine recti feudi, a commune de aste, in filios et in filiam, in masculum et femeninam, salva fidelitate quam ipsi fecerunt et facient communi de aste de hoc feudo, ita ut filius et filia, Pater frater et fratres, fratribus et fratri, frater quoque fratribus et Nepos et neptis patruo succedant in feudum, faciendo comuni de aste sicut vasallus facit domino suo. Qua investitura eis facta, prelibati Manfredus et Opizo qui paganus vocatur fecerunt et juraverunt fidelitatem quisque propria manu potestati et communi de aste, talem qualem vasallus facit suo domino. Interfuerunt testes Ubertus de platea, Girardus Josbertus, Guielmus varobius, Guielmus silvaticus, Petrus de aracio, Nicolaus gardinus, Obertarius culorius, Scarampus, Ubertus palius, Opizo falletus, Siribonus de porta, Henricus de montebersario, Albertus de porta, Bosus de scrizolengo, danixius de canelio, draco de Incisia et multi alij.

Ego Jacobus boviculus notarius interfui et iussu predicti potestatis, et iamdictorum Marchionum scripsi.

[1] Instrumentum huius investiturae iam edidit Moriondus *Monum. Acquen.* pars II, col. 387. N. 159, ex Collect. cit. ubi transcriptum videtur ex lib. Og. Alfer.

471. *De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Henricum Marchionem de Rocheta occaxione Montaldi et rupecule.* 1257. 22 Marcij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, indictione quintadecima, Die jovis vigesimo secundo mensis Marcij, dominus Henricus marchio de rocheta filius quondam domini Manfredij, juravit fidelitatem communi astensi ut in suprascripto instrumento fidelitatis continetur. Actum in domo illorum de stoerda. Testes Raynerius bertaldus, Johanes feracanis, et Jacobus bertaldus et Ruffinus mischini.

472. *De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Jacobum marchionem de Rocheta, occaxione Rupecule et Montaldi.* 1257. 24 Marcij [2].

Eodem anno et loco, Die sabati, vigesimo quarto Marcij. Testes Bertramus bertaldus, Raynerius bertaldus, et Jacobus bertramus, in quorum presentia dominus Jacobus marchio de Rocheta fecit fidelitatem, domino Guillelmo zazio potestati astensi sicut superius continetur.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus, has suprascriptas cartas scripsi et ipsis interfui.

473. *De fidelitate facta comuni Ast per Albertum de Rocheta marchionis occaxione Rupecule et Montaldi.* 1269. 8 Aprilis [3].

Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die lune octavo mensis aprilis in urbe astensi super voltis de dom coram Credencia per campanam et per missum congregata, Albertus de Rocheta marchio filius quondam domini Henrici de Rocheta marchionis propria manu talem fidelitatem fecit communi de aste, de Rupecula et de montaldo. Juro ego supra sancta dei evangelia, quod amodo ero fidelis domino Galvagno de campexio potestati astensi, et potestatibus et Consulibus in aste per tempora existentibus et hominibus de aste, pro communi et pro diviso, et non ero in consilio nec in facto, ut potestas vel consules vel homines de aste perdant vitam vel membrum, mentem vel sensum, nec quod capiantur contra eorum voluntatem. Castrum Rupecule et Montaldi et totam aliam terram de qua sunt saxiti et investiti, adiuvabo eos tenere et deffendere contra omnes homines. Item totam aliam terram, de qua decetero cum ratione saxiti et investiti fuerint adiuvabo eos tenere et deffendere contra omnes homines, Et si eam perdiderint adiuvabo eos eam recuperare, et recuperatam tenere contra omnes homines. Castrum montaldi, et Castrum Rupecule non vetabo per me nec per alium potestati nec Consulibus de aste, nec hominibus de aste, guarnitis et scaritis, pro comuni nec pro diviso, quin faciant ex eis guerram et pacem cuicumque voluerint. Et ego cum eis et sine illis faciam ex illis castellis et locis pacem et guerram cuicumque homines de aste voluerint, quociens

[1] Instrumentum hoc iam edidit Moriondus *Monum. Acquen.* pars II, col. 430. N. 189, ex Collect. cit. ubi transcriptum videtur ex lib. Og. Alfer.

[2] Instrumentum hoc superiori coniunctum iam edidit Moriondus l. c. ex eadem fonte.

[3] Particulam huius instrumenti edidit Moriondus *Monum Acquen.* pars II, col. 435. N. 192, ex Collect. cit. ubi instrumentum ipsum transcriptum videtur ex lib. Og. Alfer.

potestas vel Consules de aste, per se vel per eorum missum michi dixerint vel mandaverint, Et inde non faciam pacem nec treuguam recreutam, sine consilio potestatum vel consulum in aste per tempora existencium. Item si sciero malum astensium resistam ne fiat, Et si illud non potero facere remanere, per me vel per alium quam cicius potero eis denunciabo. Item si potestas vel consules de aste a me consilium pecierint, dabo eis bona fide et sine fraude secundum quod melius videbitur pro illa re de qua michi consilium pecierint, Credentiam si michi dixerint privatam tenebo nec manifestabo sine eorum voluntate et parabula donec palam fuerit, Et si quid michi dixerint quod michi videatur privatum tenere, privatum tenebo, licet michi non preciperint, Et si quid aliud continetur in fidelitate quam vasallus facit domino, juro illud attendere et observare bona fide. Interfuerunt testes Petrus sicardus, dominus Rogerius taconus, Henricus de septimis, dominus Roffinus guttuerius, Otto gardinus, Manuellus garrettus et plures alij.

Ego Mellanus grillus notarius palatinus hijs interfui, et hanc cartam iussu dicti potestatis et credendariorum sic scripsi.

474. *De investitura facta ad rectum feudum per comune Astense in dominum paganum Marchionem de Rocheta marchionis de eo quod tenet in Montaldo et Rupecula.* 1291. 13 Marcij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo primo indictione quarta, die Martis, XIII mensis Marcij in presentia testium infrascriptorum. Cum dominus Paganus filius quondam et heres domini henrici marchionis de Rocheta peteret in generali consilio civitatis astensis more solito super voltis de dom per campanam et nuncios congregato, a domino henrico de tangatinis potestate astensi et ab ipso consilio universo nomine et vice communis astensis investituram de omni eo toto, de quo predictus dominus henricus et eius antecessores fuerant investiti, et de illa terra, et omni eo quod consueverunt predictus dominus henricus et eius antecessores tenere in feudum a communi astensi, Offerens se paratum facere et jurare fidelitatem potestati et consilio supradictis, nomine et vice communis iamdicti, Ecce quod predictus dominus henricus de tangatinis potestas astensis voluntate consilio et consensu domini Alberti confalonerij capitanei populi civitatis astensis et Rectorum societatis barronie militum, et Credendariorum utriusque credencie more solito congregatorum in loco predicto, nomine et vice communis astensis predicti per baculum quem in manu tenebat, investivit predictum dominum Paganum filium et heredem predicti domini henrici marchionis rochete quondam in rectum et generale feudum avitum et paternum in filios et filias de omni eo toto eo de quo predictus dominus henricus pater eius quondam, et eius antecessores fuerunt investiti a communi astensi vel nomine communis astensis, Et de omni toto quod ipse dominus Henricus tenere consuevit in feudum a communi astensi predicto. Tali modo facta est predicta investitura predicto domino pagano, quod ipse decetero, predictum feudum habeat et ipsum teneat modo et forma quo et qua predictus dominus henricus pater eius quondam ipsum habuit aut habere et tenere consuevit. Ita quod exinde dicto communi faciat, quicquid predictus dominus

[1] Instrumentum hoc, aliquibus omissis, iam edidit Moriondus *Monum. Acquen.* pars II, col. 444, N. 199, ex Collect. cit. ubi transcriptum videtur ex lib. Og. Alf.

Henricus pater ipsius quondam et eius antecessores facere tenebatur, seu facere consueverunt eidem communi astensi occaxione feudi prelibati. Qua quidem investitura facta et incontinenti post ipsam investituram, predictus dominus paganus, fecit et juravit predicto domino henrico de tangatinis potestati astensi nomine et vice communis astensis predicti recipienti fidelitatem in forma que inferius continetur. Juravit enim corporaliter tactis scripturis ad sancta dei evangelia, eidem potestati nomine predicto, quod decetero erit fidelis vassallus communi predicto, et domino potestati et alijs potestatibus, consulibus et Rectoribus per tempora existentibus in civitate astensi et hominibus de aste nomine dicti communis Et quod non erit in aliquo loco in quo predicti potestates Consules vel rectores, vel homines de ast amittant vitam honorem vel membrum, vel quod capiantur mala captione, Et si in aliquo casu fuerit illud disturbabit et impediet pro posse suo bona fide, Et si impedire non posset illud quam primum poterit, nunciabit et notum faciet predictis potestati Consulibus et Rectoribus nomine suprascripto Et quod ipse adiuvabit predictum comune ad manutenendum et defendendum totam illam terram, et omnia illa jura de qua et de quibus est saxitum vel investitum vel quam et que tenet vel possidet vel quasi possidet, vel que decetero deo propicio habere, tenere et acquirere poterit predictum comune. Et si aliquid ammiteret de predictis ad illud recuperandum, dabit auxilium bona fide. Et si aliquid eidem a predictis potestate Consulibus vel Rectoribus vel hominibus de ast nomine ipsius communis fuerit dictum in credencia illud secretum tenebit, et nemini pandet, vel per quod pandatur faciet donec illud sit publicum sive publicatum. Et si consilium ab eodem vasallo per predictos vel eorum aliquem predicto nomine petitum fuerit, dabit illud consilium bona fide quod crediderit esse sanius postulanti. Juravit etiam facere pacem et guerram pro dicto communi, de predicto feudo secundum modum et formam, quo et qua predictus dominus Henricus pater ipsius quondam facere tenebatur, et omnia alia facere, attendere et observare que ipse dominus Henricus facere tenebatur pro dicto communi pro feudo supradicto, Et si aliquid aliud ultra predicta in sacramento fidelitatis, quod tenetur facere vasallus domino continetur, illud totum bona fide et sine fraude, observare, attendere ad sancta dei evangelia juravit predictus dominus Paganus, Et inde unum instrumentum et plura unius tenoris et eius tenoris predicte partes fieri voluerunt, Quorum illud est pro predicto Pagano. Actum est super palacio de dom ubi consilia celebrantur. Testes dominus Guielmus gardinus judex, dominus Henricus pecia judex, Franciscus cacayranus, Guillelmus de gregorio, Ogerius pedagierius et Philipus de plathea.

Et ego Guillelmus novellus notarius palatinus predictum instrumentum abreviatum per Thomam de alfiano notarium iussu ipsius scripsi, et signum meum apposui.

Ego Thomas de alfiano notarius palatinus predictum instrumentum abreviavi et precepto meo predictus Guillelmus novellus illud scripsit, et ad maiorem cautelam meum signum apposui, et me subscripsi.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus predictum instrumentum vidi legi, et in isto libro exemplavi et apposui nichil addens vel minuens preter forte litteram vel silabam aut punctum tamen parcium significatione retenta, Et sicut in ipso continebatur, sic et in isto novo plenius continetur exemplo, Et ad maiorem cautelam meum signum apposui, et ideo me subscripsi.

LXIX. De Curticellis.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 12).

475. *De donatione sive dono facto comuni ast per Gualam filium quondam Guielmi de viginti, de XII^a parte Castri et ville Curticellarum.* 1202. 23 Decembris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo secundo, Indictione quinta, Die lune decimo kalendas Januarij presentia Infrascriptorum testium, Guala filius quondam Guielmi bosi de viginti, fecit donum in manibus astensium Consulum de comuni et de Justicia, quorum nomina sunt, Guielmus gardinus, Baiamondus careocius, Jacobus donne Rohat, Manfredus de solario, Jacobus donne Mandre, et magister Petrus beccarius nomine communis de aste, Nominatim de sua parte, Castri et ville et posse et contili curticellarum, que est duodecima pars et plus si plus est, de predicto Castro et villa et posse et contilio Curticellarum cum omnibus hijs que in predictis tenet et possidet, ipse vel alius pro eo juste vel jnjuste, cum omnibus rebus feudatis vel Infeudatis, In terris cultis et Incultis, In vineis pratis et in nemoribus, In zerbis et in rupinis et in ruvinis et in capellis, et In venationibus et piscationibus, In Aquatico et pasquatico, In furnis et molendinis, et In omnibus alijs rebus, ad ipsam partem pertinentibus nichil in se retinens, Eo modo ut predicti Consules et successores eorum nomine comunis de aste, et comune de aste predictum donum videlicet duodecimam partem et plus si plus est, ad dominium et proprietatem pro alodio teneant et possideant, et faciant quicquid voluerint proprietario jure non obstante ejus contradictione predicti Guale et heredum ejus. Et insuper predictus Guala per se et per heredes suos, promisit predictis Consulibus nomine comunis de aste predictum donum ab omni homine defendere et ab omni persona sub pena dupli. Et si defendere nequiverit aut noluerit, vel si per aliquod ingenium subtrahere quesierit Tunc illud idem donum secundum tempus quod melioratum fuerit, vel amplius valuerit, emendare promisit In duplum sub extimatione In consimili loco, cum stipulatione subnixa. Et insuper predictus Guala tactis corporaliter sacro sanctis evangelijs sua sponte confitendo se habere annos quatuordecim et plus, Juravit predictum donum et donum quod fecerunt Manfredus monacus patruus ejus et henricus frater ejusdem Guale, per se se, et nomine ejusdem Guale de tercia parte et de quadragesima parte Castri et ville et posse et contili Curticellarum et omnium aliarum rerum pertinencium ipsi parti sicut continetur in carta facta a Jacobo boviculo notario, et pactum et conventum quod et quem predicti Manfredus monacus, et henricus eorum nomine, et nomine ipsius Guale fecerunt de facto viginti, sicut in carta inde facta a Jacobo boviculo notario continetur, habere ratum et firmum et rata et firma et facere et complere et pignora et obligationes que et quas predicti Manfredus et henricus, de predictis omnibus fecerunt, tenere rata et firma et nullo tempore in omnibus predictis contravenire nec molestare et tacitum et contentum omni tempore permanere, Et pro hijs omnibus dictus Guala fuit confessus se recepisse a predictis consulibus nomine comunis de Aste libras viginti Astenses, de quibus vocavit se quietum et solutum, et juravit de precio se contentum et quietum tenere Imperpetuum. Actum Ast in domo Comunis Interfuerunt testes, Ubertus de plathea, Baialardus balbus,

Petrus cicia, Albertus sardus de pozolio, Guielmus de putheo, Oddo monacus, Robaldus gardinus, Ruffinus de ripa, Raymondus laiolius, Jacobus Judex, Boninus de sancto Sisto, Marchisus cavicula, Obertus de aste et multi alij.

Et ego Otto notarius palatinus Rogatus Interfui et scripsi.

476. *De donatione facta comuni Astensi per Manfredum Monacum de viginti et henricum eius nepotem eorum nomine et Guale fratris ipsius henrici, de III^a^ parte et VIII^a^ parte V^e^ partis Curticellarum.* 1202. 12 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo Indictione quinta, Die Jovis xii° Intrantis decembris, In domo Comunis Astensis presentia infrascriptorum testium, Manfredus monacus de viginti, Et henricus nepos ejus eorum nomine et nomine Guale fratris ipsius henrici et nepotis dicti Manfredi, fecerunt donationem in manibus Astensium consulum comunis et justicie, videlicet Jacobi rohat, Raymondi caroci, Guielmi gardini, Viviani de fonte, Manfredi de solario, magistri Petri beccarij, Henrici soldani et Jacobi de dona mandra nomine et vice comunis astensis, Nominatim de eorum parte Castri et ville et posse Curticellarum, que est tercia pars super totum illius Castri et ville et posse et octava pars quinte partis eorundem, et de toto eo quod ipsi vel alij pro eis ibi tenent et possident et hactenus visi sunt tenere juste vel Injuste, Silicet in militibus et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, In terris cultis et Incultis, In vineis et pratis et zerbis et In nemoribus, In silvis, In ripis et in ruinis et in rupibus et in rivis, In furnis et in mollendinis, In venationibus et piscationibus, et in omnibus alijs rebus, cum omni honore et districtu et comitatu et cum omnibus rationibus et accessionibus et ingressionibus ibi pertinentibus Nichil in se retinendo, Eo modo ut ipsi Consules et successores eorum silicet et potestates vel Consules In aste per tempora existentes nomine comunis astensis, predicta omnia ad proprium et In alodium comunis astensis, habeant teneant et faciant inde pacem et guerram et quicquid facere voluerint, sine contradictione eorum et heredum eorum, Quam donationem sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij In consimili loco ab omni homine sub dupli pena defendere promiserunt. Et insuper juraverunt hanc donationem firmam tenere, nec per se nec per aliam personam In aliquo tempore molestare, nec removere. Et juraverunt facere jurare hoc idem Gualam quandocumque fuerit illius etatis quod hoc jurare possit, quod si non faceret promiserunt et juraverunt Consulibus, dare eis nomine comunis astensis pro pena libras centum astenses, de quibus quisque eorum tenetur in libris L. et proinde totum hoc quod habent In Curticellis et in Viginti et in posse astensibus Consulibus vice comunis pignori obligaverunt. Et juraverunt pignus tenere firmum nec per se nec per aliam personam in aliquo tempore molestare nec removere, Addicientes facere jurare uxores et alias personas, que hanc donationem Impedire possent, et renunciabunt fidelitati militum et hominum et eas Comuni facere fieri, Et eos in possessionem ponere, In quam eos inde posuisse confessi fuerunt. Et hac donatione, ipsi Manfredus et henricus eorum nomine et Guale confessi fuerunt se recepisse a comuni de Aste libras lxxx astenses. Interfuerunt testes, homodeus trossellus, henricus aytropus, Ubertus de platea, Albertus crivellus, Ubertus palius, Otto laiolius, Jacobus judex, Mussus trossellus, Jacobus ypolitus, et ejus filius, Otto bassus, Otto de

Montebersario, Manfredus de barbafalla de castronovo, Henricus tornaoculus, Bosus de flore de viginti, Albertus de mongarello, Petrus bonus de lanerio, Guielmus calvinus et plures alij.

Ego Gandulfus sacri palaci notarius hanc cartam scripsi.

477. *De Investitura facta per Comune Astense ad rectum feudum in Conradum de Cathena et certos suos consortes infrascriptos de Castro et Villa Curticellarum.* 1282. 15 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, Indictione decima, die dominico xv° mensis Novembris, In presentia testium Infrascriptorum Dominus Grunierius de Rivola potestas astensis voluntate consilio et consensu Rectorum societatum omnium et credendariorum prime et secunde credencie per campanam et nuncium congregatorum et scriptorum more solito et loco consueto, et ipsi Rectores et Credendarij una cum ipso domino potestate et auctoritate et decreto ipsius nomine et vice comunis astensis, In pleno consilio fecerunt Investituram et Investiverunt Conradum de cathena pro medietate, et Opizonem pavesium suo nomine et nomine fratrum suorum, Guale, henrici, et Bonefacij, et pro se et ipsis fratribus suis pro alia medietate, per baculum quem dictus dominus potestas tenebat in manu, Nominatim de eorum parte Castri Ville et posse et pertinenciarum Curticellarum, Contitus et segnoritus hominum et jurisdicionis ejusdem, que pars predictorum supra totum est tercia pars, et Insuper octava quinte partis predictorum, Et etiam de omni et toto alio quod ipsi et eorum antecessores tenent vel tenuerint seu tenere, vel tenuisse visi sunt, In dictis Castro et villa et posse silicet In militibus hominibus et vassalis feudatis et non feudatis, terris pratis, vineis, nemoribus gerbis cultis et Incultis, Molandinis ripatibus, Aquaticis, pasquaticis, venationibus piscationibus advocatibus Capellis, et quibuscumque juribus rebus et actionibus et rationibus quecumque sint et In quibuscumque consistant eisdem spectantibus vel a quibus causam habent, In dicto loco et posse, In rectum et gentile feudum, et nomine recti et gentilis feudi, In filios et filias. Qua Investitura eisdem eorum nominibus et quo supra solemniter facta et per eos recepta, ipsi Conradus pro medietate et dictus Opizio suo nomine et nomine fratrum suorum predictorum et pro se et ipsis fratribus suis pro alia medietate, Ibidem et incontinenti, fecerunt et tactis scripturis corporaliter juraverunt predictis domino potestati, Rectoribus et Credendarijs nomine et vice comunis astensis fidelitatem talem qualem gentilis vasallus facit et jurat seu facere et jurare debet suo domino, et eisdem nomine dicti Comunis attendere et observare facere et complere omnia et singula, que In fidelitatis capitulis et articulis per omnia continentur. Et de predictis michi Guielmo de gillio notario unum Instrumentum et plura jusserunt fieri Instrumenta, quorum hoc est dicti Conradi de Cathena et pro ipso Conrado. Actum Ast super voltis de sancto secondo ubi consilia celebrantur. Interfuerunt testes, dominus Guielmus gardinus judex, Bochonotus preco comunis, Guielmus caradolius, et Jordanus de plathea.

Et ego Guielmus de gilio notarius palatinus Interfui et sic scripsi.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus predictum Instrumentum exemplavi, et in hoc libro posui, et sicut in ipso continebatur, sic et In isto novo exemplo

plenius continetur, Nichil addens vel minuens preter forsan litteram sillabam vel punctum retenta tamen parcium significatione, et ad majorem cautelam meum signum apposui et me subscripsi.

478. *De Investitura facta per Comune Astense ad rectum feudum in henricum bossum et Guallam fratrem eius de eorum parte Curticellarum et de eorum fidelitate.* 1215. 11 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo quintodecimo Indictione tercia, Die Jovis undecimo die Intrantis Junij, In publica Credencia per campanam congregata, consensu et consilio eiusdem Credencie nemine contradicente, dominus Ubertus buchafolus potestas astensis nomine et vice comunis astensis, Investivit henricum bossum, et Gualam fratrem eius In rectum feudum, et nomine recti feudi, In filios et filias, Nominatim de eorum parte Castri et ville et posse Curticellarum Malemortis et Montisbersarij, quam profitebantur sese tenere pro comuni de Aste. Qua investitura facta predicti Guala et Henricus, fecerunt fidelitatem ipsi domino uberto potestati Astensi nomine Comunis de aste, Talem qualem vasallus facit domino suo. Actum in Aste in ecclesia sancti Joannis de dom. Testes dominus Ruffinus buccanigra papiensis, Barocius de burgo, dominus Manfredus marchio Incisie.

Et ego Philipus durchus notarius palatinus hanc cartam scripsi.

LXX. De Coxano.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

479. *De Citaniatico Jacobi amfosi, Nicoleti gatti et guielmi ficte, et Benedicti amfosi sindicorum comunis Coxani.* 1277. 12 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Septuagesimo septimo Indictione quinta, Die mercuri, XII° mensis Madij, presentia testium infrascriptorum, dominus hosmondus salamon potestas astensis, voluntate consilio et consensu Rectorum societatis et Credendariorum civitatis eiusdem, Quorum nomina Inferius denotantur, et ipsi potestas rectores et Credendarij, nomine et vice comunis astensis fecerunt donum Citaniatici In manibus Jacobi amfosij, Nicoleti gatti, Guielmi ficte, Benedicti Amfosi, sindicorum comunis et hominum Coxanij, ut patet per Instrumentum unum factum per Thomam bovetum notarium, In anno domini MCCLXXVIJ, Indictione quinta, die dominico VIIII° mensis Madij, ut dicit dictus Thomas bovetus, Et Oberti de casta, Robaldi de valle, Guielmi molinarij de rocheta eorum nomine et nomine et vice omnium et singulorum de dictis locis Coxanij et Rochete et habitancium in dictis locis, et qui per tempora ad habitandum in ipsis locis venerint, et specialiter nomine et vice domini Oddonis marchionis de busca filij condam domini Raymondi et filiorum eiusdem et eosdem receperunt in cives civitatis astensis pactionibus et conventionibus Infrascriptis, et modo inferius denotato. In primis actum extitit In presenti contractu Inter predictos potestatem Rectores et Credendarios nomine et vice Comunis Astensis, ex una parte, et predictos de Coxano et Rocheta eorum nomine et nomine omnium et singulorum hominum dictorum locorum, et qui per tempora illuc ad habitandum venerint et eorum heredum ex altera, Quod ipsi

homines et singuli et omnes et eorum heredes sint et esse debeant cives astenses semper et imperpetuum sicut alij cives habitantes in civitate astensi et ad modum et formam illorum de porta archus Civitatis jamdicte, et utantur et fruantur omnibus et singulis beneficijs quibus utuntur et uti possunt alij cives civitatis jamdicte facientes pacem guerram exercitus cavalcatas itinera et succursus et condiciones ceteras civitatis Astensis, ad modum et formam aliorum Civium habitancium in civitate predicta, Et solventes fodra talias prestita, milicias et equaciones miliciarum et Impositiones ceteras civitatis astensis sicut alij Cives ipsius Civitatis. Ita tamen quod fodra aliqua collectas talias vel prestita aliqua solvere non teneantur nec debeant, Comuni Astensi nec pro Comuni astensi ab hoc die usque ad annos quinque proxime venturos Et infra dictum terminum ab hijs omnibus et singulis sint et esse debeant ipsi et eorum bona liberi et inmunes, post vero dictum terminum ut supra solvere facere et observare teneantur. Item actum extitit inter predictos eorum nomine et predictos specialiter et expresse, Quod omne dominium et merum et mixtum imperium et plena et omnimoda Jurisdicio Contitus Segnoritus aquaticum pasquaticum molegia fornagia venationes piscationes et pedagia omnia et generaliter omnia alia jura que In dictis locis et posse aliquibus, a presenti die retro spectare et pertinere visa sunt, quecumque sint et qualiacumque sint et quocumque nomine censeantur sint et esse debeant comunis astensis, et ad ipsum Comune perpetuo spectent et pertineant pleno jure, Et predicta Jamdicti de Coxano et Rocheta in ipsis locis et posse concesserunt et dederunt comuni astensi, seu predictis nomine comunis astensis et omni jure et modo quibus melius potuerunt eorum nomine et predicto. Item quod terre et possessiones et jura que sunt hominum omnium et singulorum de Coxano et de Rocheta, et que ad ipsos spectant et pertinent in ipsis locis et pertinencijs ipsorum, Sint et esse debeant ipsorum hominum et ipsis remaneant et pertineant, Integre et complete. Item Actum extitit in presenti contractu inter predictos eorum nomine et predicto, Quod debita omnia que habere et recipere debent homines de Coxano et de Rocheta, a dominis Manfredo de busca et nepotibus eiusdem filijs domini Jacobi de busca, de quibus appareant publica Instrumenta, et que vera debita esse constiterint ipsis hominibus et cuilibet ipsorum qui dari debentur ut supra eisdem salva et Integra reserventur in bonis et rebus predictorum dominorum, et que fuerunt ipsorum, usque in quantitate solomodo librarum Tricentarum quinquaginta astensium si tot ea esse apparuerint ascendere usque in predictam quantitatem et nichil ultra, occasione dictorum vel quacumque alia occaxione, In ipsis bonis possint petere et habere. Item actum extitit Inter predictos, quod terre et possessiones, que sunt domini Oddonis marchionis de Coxano sue sint et eidem remaneant, In Coxano et Rocheta et heredibus eius. Et insuper dentur et relaxentur dicto domino Oddoni et heredibus eius terre et possessiones donne que condam fuerunt domini Petri fratris ipsius In dictis locis, vel libre ducente In ellectione comunis astensis, Ita quod predicta ipse teneat, quo usque Comune Astense eidem solveret predictas libras ducentas, Ita quod comune Infra annos duos dictam quantitatem solvere teneatur eidem, si pecuniam predictam eidem dare ellegerit ut supra. Et si Infra dictum terminum, Comune dictam quantitatem non solverit, quod dicte terre et possessiones dicti domini Petri sint ipsius domini Oddonis

pleno jure. Item quod dominus Oddo sit Immunis ab omnibus fodris prestitis et ceteris taleis et schufijs supra dictis In vita sua, ipso domino Oddone ratificante et approbante et faciente et concedente comuni astensi omnia et singula suprascripta prout superius continetur prout dictaverit Juris peritus. Item actum extitit In presenti contractu Inter predictos eorum nomine et predicto Quod filij fratris Guielmi physici habeant et eis remaneant salva et integra omnia jura, que habent et habere visi sunt in furnis mollendinis molegijs et fornagijs Coxanij sicut ea habent et habere visi sunt, Salvo et excepto quod si occaxione astenses dare et solvere voluerint et solverint ipsis filijs fratris Guielmi libras centum astenses, Quod ipsa jura furnorum et molendinorum et molegia et furnagia sint Comunis Astensis, et in ipsum comune perveniant libere, et jura ipsius dicti filij fratris Guielmi ex causa vendicionis dare et cedere teneantur et debeant comuni astensi precio ipsarum librarum centum astensium et inde cartam facere dicto comuni prout dictaverit Jurisperitus. Item si apparuerit predictos homines vel aliquem seu aliquos ex ipsis pro aliquibus debitis, vel debito fideiussores esse versus aliquem vel aliquos cives astenses, pro predictis dominis vel aliquo seu aliquibus eorum, Quod ex ipsa fideiussione et fideiussoribus promissionibus et debitis ipsi et eorum bona liberentur et absolvantur, et liberi et absoluti ex nunc sint et esse intelligantur omnino. Item actum extitit Inter predictos eorum nomine et predicto, Quod Castrum seu villa Coxanij In quo seu qua nunc morantur et habitant homines Coxanij, non possit removeri de loco ubi est nisi de voluntate processerit hominum Coxanij. Item Actum extitit inter predictos eorum et predicto nomine, Quod comunia et homines ipsorum locorum perpetuo teneantur et debeant elligere potestatem de Civitate Astensi vel burgis coherentibus civitati, et potestates ipsorum locorum et cuiuslibet eorum possint et debeant jus reddere et jurisdicionem exercere In ipsis locis et hominibus ipsorum locorum, In omnibus et de omnibus civilibus causis et questionibus solo modo usque in quantitatem et ad quantitatem librarum viginti quinque astensium ascendentium et non ultra. Item actum extitit Inter predictos eorum nomine et predicto, Quod omnes Iniurie, offensiones, malivolentie et damna data et facta seu facte et date a comuni astensi, vel ab aliquo seu aliquibus de Ast vel posse predictis hominibus, vel ab ipsis hominibus, vel aliquo seu aliquibus eorum predictorum locorum comuniter vel divisim dimissa et remissa dimittantur et remittantur, et de hijs fiant et facte intelligantur ex nunc et sint Remissiones et absolutiones hinc inde perpetuo durature. Et predicta omnia, predicti potestas, Rectores, et Credendarij nomine et vice Comunis Astensis, Ex una parte Et predicti de Coxano et de Rocheta eorum nomine et nomine omnium et singulorum hominum dictorum locorum et qui illuc ad habitandum venerint, qui promiserunt predictis potestati Rectoribus et Credendarijs nomine dicti comunis astensis se facturos et curaturos, Quod omnes et singuli homines dictorum locorum, predicta omnia et singula ratificabunt et approbabunt, et facient et attendent et observabunt, prout superius continetur ex altera, Sibi ad invicem, omnia et singula supradicta attendere et observare facere et complere, et nullo tempore convenire aliquo modo vel Ingenio, promiserunt solemni stipulatione subnixa. Et pro predictis omnibus et singulis, Attendendis et observandis, prout superius continetur, predicti de Coxano et de Rocheta, omnia eorum bona et bona omnium aliorum hominum dictorum

locorum, predictis potestati Credendarijs et Rectoribus nomine comunis Astensis, et ipsi potestati Rectoribus et credendarijs nomine dicti Comunis, ipsis de Coxano et Rocheta omnia bona comunis astensis, que salvo Sacramento potestatis obligari possunt, Sibi ad invicem pignori obligaverunt. Et inde unum et plura instrumenta eiusdem tenoris mihi notario infrascripto fieri preceperunt. Quorum istud est Comunis Astensis. Nomina vero Credendariorum predictorum sunt hec, dominus Oddo Cassanus, dominus Thomas cazo, dominus Guielmus de solario, dominus Rollandus laiolius, Galvagnus migranus, henricus de quarto, Bonus de garzano dominus Ogerius alferius, Marchus sarachus, Georgius pulsavinus, Guielmus gardinus, paganus de gorzano, Jacobus palidus filius domini Oliverij condam, Henricus pelleta, Jacobinus laiolius, henricus Sibonengus, Obertus de solario, Obertus sibonengus, Bartolomeus de ripa, Obertus de solario, Gualla de gorzano, Conradus palidus, Georgius palidus, Oddinus cazo, Guielmus pelleta, Bonus iohanes Abellonus, Manuel turchus, Rollandus Gardinus, Ogerius de solario, Petrinus migranus, Ubertus laiolius, Johaninus de Cario, Thomas bovetus, Petrinus de solario, Cambius laiolius, Jacobus augustus, dominus henricus Alferius, Guielmus guttuarius, dominus Rollandus curialis Obertus de ralvengo, Spinellus bertaldus, Bonus de solario, Georgius de platea, Jacobus valbella, Petrus ypolitus, Gualla Ottinus, Rolandus migranus, Obertarius rotarius, dominus Phylipus scharampus, Antonius bozius, Roffinus de gorzano, Fulcho cazo, dominus Raymondus asinarius, Vivaldus rogla, Guilelmus de platea, Girbaldus pelleta, dominus Oddo albricus, Mandrinus laiolius, Obertus de ferrarijs, Dominus Gorzanus laiolius, Roffinus pelleta, Baiamondus de cario, Rogerius de curia, Bartolomeus gutuarius, Alexander carenzanus, Anselmus pennacius, Bertoldus tabernarius, Phylipus pedagierius, Astexanus pennacius, Mucius de mo, magister ugonus, dominus Manuel guttuarius, Jacobus bertaldus, Thomas de monte vetulo, Gallus ballistarius, Manuel salinarius, henricus de septimis, Manfredus de ceva, Petrinus de castellario, Gomundus de Gomondis, Albaxius laiolius, Nazarius bartolomeus, Jacobus stazia, Manuel rebinnus, henricus morus, Conradus de catena, Jacobus silvanus, Bartolomeus ginglengus, Mitre dives, Oliverius de fossato, Obertus scharampus, Thomas carpinus, Jacobus ricius, Manfredus de sancto Johane, domiuus Guielmus gardinus Judex, Bonus Johanes burdritus, Albertus maruchus, Robaldinus guaynerius, Thomas de Costeglolis, Oddo bovetus, Guala crespinus, Jacobus alianus, Bonus morralia et dominus Bertramus de camentina. Actum Ast super voltas de domo ubi celebrantur consilia. Interfuerunt testes, dominus Guielmus gardinus Judex, Franceschus de benengo, Jacobus malbechus, Mayfredus de canonicha, et Ubertus Caradolius.

Et ego Thomas bellanus notarius palatinus Interfui et rogatus sic scripsi.

480. *De ratificatione facta per Manuellem filium domini Oddonis Marchionis de Coxano de suprascripta venditione facta comuni astensi.* 1277. 12 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo Indictione quinta, Die mercuri, xii.° mensis Madij, presentia testium infrascriptorum. Manuel filius domini Oddonis marchionis de Coxano, et procurator ipsius, ut patet per Instrumentum unum factum per Thomam boverium notarium hoc eodem anno ut dicit volens nomine dicti

domini Oddonis attendere et observare omnia ea et singula que continentur in Instrumento facto per me Thomam bellonum notarium hoc eodem anno et Indictione et die et loco pactionum habitarum inter comune astense ex una parte et homines Coxani et Rochete ex altera, Ratificavit, et approbavit et confirmavit predictum Instrumentum et omnia ea et singula que In dicto Instrumento continentur Et dedit et concessit domino hosmondo Salamoni potestati astensi, nomine comunis astensis, omne dominium et merum et mixtum imperium et plenam et omnimodam jurisdicionem, Contitum, segnoritum, aquaticum, pasquaticum molegia fornagia venationes piscationes et pedagia omnia Et generaliter omnia alia jura que in dictis locis et posse aliquibus, A presenti die retro spectare pertinere que visa sunt quecumque sint et qualiacumque sint et quocumque nomine censeantur, Ita quod predicta omnia et singula perpetuo sint comunis astensis, et ad ipsum comune perpetuo spectent secundum quod In dicto Instrumento plenius continentur, promittens dictus Manuel predicto nomine predicto domino potestati predicto nomine recipienti, Quod dictus dominus Oddo predicta omnia attendet et observabit et non contraveniet aliquo modo sub aliquo ingenio, sub obligatione omnium bonorum dicti domini Oddonis que proinde eidem domino potestati nomine comunis astensis recipienti pignori obligavit. Actum Ast super voltis de domo, ubi consilia celebrantur, Interfuerunt testes, dominus Guielmus gardinus Judex, Francischus de benengo, Jacobus malbecus, Manfredus de canonica, et Ubertus caradolius.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus Interfui et rogatus scripsi.

481. *De quodam pronunciamento facto per dominum Ansaldum zebam potestatem Astensem, cum conscilio Sindicorum et advocatorum comunis Astensis prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Octuagesimo, Indictione Octava, Die Jovis, ultimo februarij, presentia testium infrascriptorum, dominus Ansaldus Ceba potestas astensis, Cum consilio dominorum Tolomei asinarij et Andree garreti sindicorum comunis astensis, et dominorum Raymondi cacayrani et Manuellis pellete advocatorum et defensorum jurium Comunis astensis et ipsi Sindici et Advocati unaa cum dicto potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense, det et dare debeat domino Ruffino gutuario et daniello eius filio et Georgino guttuario suo nomine et nomine fratris sui libras Octingentas astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habent in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano ultra illa jura que habent in ipsis rebus et bonis occaxione obbligationis facte per dictum Comune henrico pellete de dictis bonis et rebus Ita quod dictus Georgius et frater, habeant et habere debeant de dictis libris octingentis solomodo viginti libras et predicti dominus Ruffinus et daniel eius filius habeant libras septingentas et octuaginta ultra jura predicta obligationis iamdicte facte dicto henrico, de qua obligatione dicitur aquisivisse jura. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis summis, ipsi guttuerij cedant eorum jura dicto comuni que habent in dictis rebus, usque in quantitatem librarum octingentarum et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvant, et facta solutione de predictis sumis, ipsum comune absolvant dicti potestas Sindici et advocati. Et predicta dicunt et

pronunciant valere et tenere si placet astensi consilio et domino Manuello guttuario. Unde facto partito in continenti, In consilio generali civitatis astensis per dictum potestatem si placebant predicta pronunciasse, ipsi consilio placuit et omnibus de dicto consilio, In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciacione continetur. Et facta etiam interrogatione ibidem, dominus Manuel guttuarius, Respondit et dixit, quod predicta omnia sibi placebant, et Inde dicti potestas Sindici et advocati unum et plura eiusdem tenoris, Instrumenta michi notario fieri preceperunt Quorum istud est dicti Comunis astensis. Lata Ast in pleno consilio generali civitatis astensis super voltis de domo ubi celebrantur consilia, presentibus testibus, Ardicione de archu, Franzono palido, Jacobo ragio, xandrino malbecho, et petro Zaverio omnibus notarijs.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus Interfui et precepto dictorum potestatis et Sindacorum sic scripsi.

482. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout Inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Eodem die Jovis ultimo mensis Februarij, dominus Ansaldus ceba potestas astensis predictus, Cum consilio dominorum Tolomei asinarij et Andree garreti sindicorum comunis astensis, et dominorum Raymondi cacayrani, et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum Jurium comunis astensis, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto potestate dicunt ed amicabiliter componendo pronunciat quod comune astense det et dare debeat Oberto de Ralvengo nomine filiorum domini Gandulfi de ralvengo condam sive ipsis filijs domini Gandulfi libras quinquaginta astenses pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mistis, que habent in rebus et bonis, que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris quinquaginta, ipse Obertus nomine dictorum filiorum domini Gandulfi, et ipsi filij domini Gandulfi cedant eorum Jura dicto Comuni, que habent in dictis rebus usque in quantitatem predictarum librarum quinquaginta, et superfluo ipsum comune et res predictas absolvunt, et facta solutione de predictis summis ipsum Comune absolvunt dicti potestas Sindici et advocati predicti, Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placet Consilio astensi et dicto Oberto nomine dictorum Minorum, Unde facto partito In continenti in generali consilio civitatis astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi Consilio, placuit omnibus de dicto consilio, In omnibus et per omnia, Ut in ipsa pronunciatione continetur, Et facta etiam Interrogatione ibidem dicto Oberto predicto nomine Respondit et dixit quod predicta omnia sibi placebant, et Inde dicti potestas Sindici et advocati unum et plura eiusdem tenoris Instrumenta fieri preceperunt, lata est in pleno, consilio generali civitatis astensis super voltas de domo ubi celebrantur consilia, presentibus testibus, ardicione de archu, Franzono palido, Jacobo ragio, xandrino malbecho et petro claverio omnibus notarijs.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus predictis Interfui et sic scripsi.

483. *De quodam pronunciamento facto contra Comune Astense per dominum Ansaldum Zebam potestatem astensem cum consilio infrascriptorum Sindicorum prout infra Continetur.* 1280. 28 Februarij.

Eodem die Jovis ultimo mensis februarij, dominus Ansaldus ceba potestas astensis predictus, cum consilio dominorum Tolomei asinarij etAndree garreti sindicorum communis astensis, et dominorum Raymondi cacayrani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum Jurium comunis astensis, et ipsi Sindici et advocati, una cum dicto domino potestate dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat, domino Manfredo de sibona, pro se et nepotibus suis, et Jacobo prevengo libras Centum quinquaginta astenses pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis, que habent in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris centum quinquaginta astenses, ipsi dominus Manfredus et nepotes et Jacobus prevengus cedant eorum Jura dicto comuni que habent in dictis rebus, usque in quantitatem predictarum librarum centum quinquaginta, et a superfluo, ipsum comune et res predictas absolvant, et facta solutione de predictis libris Centum quinquaginta ipsum comune absolvant. Dicti potestas. Sindici et advocati predicti. Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent consilio astensi, et dicto domino Manfredo. Unde facto partito In continenti in generali consilio civitatis astensis, per dictum potestatem, si placebat predicta pronunciasse, ipsi consilio placuit et omnibus de dicto Consilio, In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur, Et facta etiam Interrogatione ibidem domino Manfredo predicto dixit quod predicta omnia sibi placebant, Et inde unum et plura eiusdem tenoris Instrumenta fieri preceperunt, lata eodem loco et testibus presentibus predictis. Et ego Thomas Bellanus notarius predictis interfui et sic scripsi,

484. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra, Et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem, dictus potestas cum Consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et Advocati unaa cum dicto potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat domine Margarite filie Domini Manfredi de sibona et uxori henrici de buscha, libras c. Astenses, pro dote sua et pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet In rebus et bonis, que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris Centum, ipsa domina cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus occaxione dotis sue predicte, usque in quantitatem predictarum librarum Centum Et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvant Et facta solutione de predictis libris Centum ipsum Comune absolvunt, dicti potestas Sindici et advocati predicti. Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent comuni astensi et domino Manfredo de sibona predicto unde facto partito in continenti per dictum dominum potestatem In generali consilio Civitatis astensis, si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio, In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Et facta etiam Interrogatione ibidem

domino Manfredo de sibona, Respondit et dixit quod predicta omnia sibi placebant, lata Ast eodem loco et testibus, presentibus supradictis.

Et ego Thomas bellonus predictis notarius Interfui et sic scripsi.

485. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra prout Inferius Continetur.* 1280. 28 Februarij.

Eodem die, dictus dominus potestas, Cum Consilio dictorum Sindicorum et Advocatorum, et ipsi Sindici et Advocati, unaa cum dicto domino potestate dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune Astense, det et dare debeat Jacobo prevengo libras quinquaginta Astenses, pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris quinquaginta, ipse Jacobus cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus, usque in quantitatem predictarum librarum quinquaginta et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvant, Et facta solutione de predictis libris quinquaginta ipsum comune absolvant dicti potestas, Sindici et advocati predicti. Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent Consilio Astensi et dicto Jacobo. Unde facto partito incontinenti, in generali consilio Civitatis Astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio in omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur, lata eodem loco et presentibus predictis testibus.

Et ego Thomas bellonus predictus notarius Interfui, Et sic scripsi.

486. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra, Et prout infra continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem dictus potestas, Cum consilio dictorum Sindicorum et Advocatorum et ipsi Sindici et advocati, una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod Comune Astense det et dare debeat Petro maglono libras decem Astenses, pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris decem, ipse Petrus cedat eius Jura dicto comuni que habet in dictis rebus usque in quantitate predicta, librarum decem, et a superfluo ipsum Comune et res predictas absolvat. Et facta solutione de predictis libris decem ipsum Comune absolvunt, dicti potestas Sindici et advocati predicti. Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent Consilio Astensi et dicto Petro, Unde facto partito, in continenti, In generali Consilio Civitatis Astensis, per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione Continetur, Et facta etiam Interrogatione ibidem dicto Petro, Respondit et dixit, quod predicta omnia sibi placebant, lata Ast eodem loco et testibus predictis presentibus.

Et ego Thomas bellonus Notarius predictus Interfui et sic scripsi.

487. *De quodam alio pronunciamento facto, prout supra et prout Infra continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem, dictus potestas cum consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter Componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat Fredelico de gorzano et Mitre diviti libras triginta quatuor astenses, pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis que habent in rebus, et bonis que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris triginta quatuor astensibus, ipsi Fredelicus et Mitre cedant eorum Jura dicto comuni que habent in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum trigintaquatuor, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvant, Et facta solutione de predictis libris triginta quatuor ipsum comune absolvunt dicti potestas Sindici et advocati predicti. Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent Consulibus Astensibus et Johani diviti nomine predicti Mitre et dicto Fredelico. Unde facto partito incontinenti in consilio generali Civitatis Astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio, In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur, Et facta interrogatione ibidem dicto Johanni diviti, Respondit et dixit quod predicta omnia sibi placebant, lata eodem loco presentibus supradictis.

488. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout Inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem, dictus potestas, cum consilio dictorum Sindicorum et Advocatorum, et ipsi Sindici, et advocati, unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod Comune Astense det et dare debeat Fredelico de gorzano libras viginti astenses pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris viginti, ipse Fredelicus cedat ejus Jura dicto comuni que habet in dictis rebus, usque in quantitate predicta librarum viginti, et a superfluo ipsum Comune et res predictas absolvat. Et facta solutione de predictis denarijs ipsum comune absolvunt, dicti potestas, Sindici et advocati predicti. Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent consilio generali, et dicto Fredelico. Unde facto partito Incontinenti in generali consilio civitatis astensis, per dictum potestatem, si placebat predicta pronunciasse ipsi Consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata Ast eodem loco et testibus predictis presentibus.

489. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem Jovis. Ultimo februarij, dominus potestas predictus cum consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi sindici et advocati, una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense

se det et dare debeat Conrado de brina libras quinque astenses, pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis, que habet in rebus et bonis, que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris quinque, ipse Conradus cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum quinque, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat, et facta solutione de predictis libris quinque, ipsum comune absolvunt dicti potestas sindici et advocati predicti, et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere, si placent consilio astensi et dicto Conrado, unde facto partito incontinenti in generali consilio civitatis astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio in omnibus et per omnia ut in predicta pronunciatione continetur. Lata ast eodem loco, presentibus testibus supradictis.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus predictis interfui et sic scripsi.

490. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra, Et prout infra continetur.* 1280. 28 Februarij.

Eodem die dictus potestas, cum consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et advocati, una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat domino Manuelli palido libras decem astenses, pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mistis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris decem, ipse dominus Manuel cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum decem et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat, et facta solutione de predictis libris decem, ipsum comune absolvunt dicti potestas, Sindici et advocati predicti, Et predicta dicunt, et pronunciant, vallere et tenere si placent consilio astensi et dicto domino Manuelli, unde facto partito incontinenti, In generali consilio civitatis astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio in omnibus et per omnia, ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata Ast eodem modo ut supra. Testibus predictis presentibus.

Et ego Thomas bellonus notarius predictis interfui et precepto dicti potestatis sic scripsi.

491. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra, Et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem, dictus potestas, cum consilio dictorum Sindicorum et Advocatorum, et ipsi Sindici et advocati, una cum dicto domino potestate dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat Frassoto libras quatuor astenses pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis, que habet in rebus et bonis, que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris quatuor, ipse Frassotus cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus, Usque in quantitate predicta librarum quatuor, Et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat, et facta solutione de predictis libris quatuor, ipsum comune absolvunt dicti potestas Sindici et advocati

predicti, Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent consilio astensi et dicto Frassoto, unde facto partito in continenti, in generali consilio civitatis astensis per dictum potestatem, si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio in omnibus et per omnia, Ut in ipsa pronunciatione continetur, Et facta etiam interrogatione ibidem dicto Frassoto respondit et dixit quod predicta omnia sibi placebant. Lata ast predicto loco et testibus predictis presentibus.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus predictis Interfui et sic scripsi.

492. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra Et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem, dictus dominus potestas, Consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat loysio de quargnento libras tres astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus et mistis, que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris tribus, ipse loysius cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum trium, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat, et facta solucione de predictis libris tribus, ipsum comune absolvunt dicti potestas, Sindici et advocati predicti, Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere, si placent consilio astensi et dicto loysio, unde facto partito in continenti in generali consilio Civitatis astensis, per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata eodem loco presentibus testibus predictis.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus predictis Interfui et sic scripsi.

493. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra continetur Et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem, dictus dominus potestas Consilio, dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat, Fredelico pellete libras quinque astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis predictis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris quinque, ipse Fredelicus cedat eius jura dicto comuni, que habet in predictis rebus usque in quantitate predictarum librarum quinque, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat, et facta solutione de predictis libris quinque, ipsum comune absolvunt dicti potestas, Sindici et advocati predicti, et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere, si placent consilio astensi et dicto Fredelico unde facto partito in continenti, In generali consilio civitatis astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata ast eodem loco, presentibus testibus supradictis.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus predictis Interfui et sic scripsi.

494. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra continetur et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Eodem die, dominus potestas predictus, Consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et advocati una cum dicto potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat Oddino de salucijs et Gualterio eius fratri, libras Septem astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habent in rebus et bonis que fuerunt dominorum da coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris septem ipsi Oddinus et Gualterius cedant eorum jura dicto comuni que habent in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum septem, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvunt et facta solutione de predictis libris septem ipsum comune absolvunt ipsi potestas Sindici et eorum advocati predicti, Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placet consilio astensi et dictis Gualterio et Oddino, unde facto partito In continenti in consilio generali civitatis astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto Consilio in omnibus et per omnia, ut in ipsa pronunciatione continetur, Et facta etiam Interogatione ipsis Oddino et Gualterio, Responderunt et dixerunt, quod predicta omnia sibi placebant. Lata eodem loco et presentibus testibus supradictis.

Et ego Thomas bellonus notarius predictus Interfui et sic scripsi.

495. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra, Et prout Inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem Jovis ultimo mensis februarij, dominus potestas predictus consilio dictorum sindicorum et advocatorum et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat Rollandino gardino libras quinque astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis dictis libris quinque, ipse Rollandinus cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus, usque in quantitate predicta librarum quinque, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat. Et facta solutione de predictis libris quinque, ipsum comune absolvunt dicti Sindici et eorum advocati predicti, Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent Consilio astensi et dicto Rollandino, unde facto partito in continenti in generali consilio civitatis astensis per predictum potestatem, si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio in omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata Ast eodem loco et eciam presentibus supradictis testibus.

496. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra continetur Et prout Inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Eodem die dictus potestas, Consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat, Meylano ottino solidos viginti

astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis, que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis solidis viginti, ipse Meylanus cedat eius jura dicto comuni que habet In dictis rebus usque in quantitate predicta solidorum viginti et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat. Et facta solutione de predictis solidis viginti, ipsum comune absolvunt dicti potestas, Sindici et eorum advocati predicti, et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent consilio astensi et dicto meylano, unde facto partito In continenti in generali consilio civitatis astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata ast eodem loco, presentibus testibus supra dictis.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus predictis Interfui et rogatus sic scripsi.

497. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Eodem die, dominus Potestas predictus Consilio dictorum Sindicorum et advocatorum, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune Astense det et dare debeat domino Jacobo de surbrico, nomine filiorum Persavaili soldani libras duas astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus mixtis que, que habent in rebus et bonis que fuerunt condam dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt quod solutis predictis libris duabus, ipse dominus Jacobus nomine dictorum filiorum Persavalli et ipsi filij Persavalli, cedant eorum jura dicto comuni que habent in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum duarum et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvant. Et facta solutione de predictis libris duabus ipsum comune absolvunt dicti Potestas Sindici et eorum advocati predicti, Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent consilio astensi et dicto domino Jacobo nomine dictorum minorum. Unde facto partito Incontinenti in generali consilio civitatis astensis per predictum dominum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in predicta pronunciatione continetur. Lata eodem loco et testibus presentibus supradictis.

Et ego Thomas bellonus notarius Interfui et sic scripsi.

498. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout Inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem, dominus Ansaldus ceba potestas predictus, Consilio dominorum Tholomei asinarij et Andree garetti sindicorum comunis astensis, et dominorum Raymondi cacayrani et manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium communis astensis et ipsi Sindici et advocati una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat Oberto bertaldo filio Johannis bertaldi condam libras Centum quinque astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus, et mixtis, que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris Centum quinque, ipse Obertus cedat eius jura dicto comuni, que habet in dictis rebus,

usque in quantitate predicta librarum Centum quinque, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat. Et facta solutione de predictis libris Centum quinque ipsum comune absolvunt dicti Potestas, Sindici et advocati predicti, Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent Consilio Astensi et dicto Oberto. Unde facto partito in continenti In generali Consilio civitatis Astensis, per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio, In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Et facta etiam interogatione ibidem dicto Oberto, Respondit et dixit Quod predicta omnia sibi placebant. Lata Ast in pleno et generali consilio civitatis astensis, super voltis de domo ubi celebrantur consilia, presentibus testibus supradictis, Ardicione de archu, Franzono pallido, Jacobo ragio, Xandrino malbecho, et petrino zaverio omnibus notarijs, Et inde unum et plura eiusdem tenoris Instrumenta fieri preceperunt, quorum istud est comunis astensis.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus, predictis Interfui et sic scripsi.

499. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra et prout inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem Jovis ultimo mensis februarij, dictus potestas consilio dictorum Sindicorum et Advocatorum, Et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat, Olverio de fossato libras tres astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis, que habet in rebus et bonis, que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et prononciaverunt, Quod solutis predictis libris tribus, ipse Oliverius cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus, usque in quantitate predicta librarum trium, et a superfluo, ipsum comune et res predictas absolvat. Et facta solutione de predictis libris tribus ipsum comune absolvunt, dicti potestas, Sindici et Advocati predicti. Et predicta dicunt et pronunciant valere et tenere si placent consilio astensi et dicto Oliverio unde facto partito Incontinenti In generali consilio civitatis astensis per dictum potestatem si placebat predicta pronunciasse ipsi consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata Ast eodem loco et presentibus testibus supradictis.

Et ego Thomas bellanus notarius predictus Interfui et sic scripsi.

500. *De quodam alio pronunciamento facto prout supra Et prout Inferius continetur.* 1280. 28 Februarij.

Die eodem dictus potestas consilio dictorum Sindicorum et Advocatorum et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat, Mayfredo de ceva libras duas astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris duabus, ipse Manfredus cedat eius jura dicto comuni que habet In dictis rebus, usque in quantitate predicta, et a superfluo ipsum comune et res predictas absolvat. Et facta solutione de predictis libris duabus, ipsum comune absolvunt dicti potestas Sindici et advocati predicti Et predicta dixerunt et pronunciaverunt

valere et tenere si placet consilio Astensi et Mayfredo predicto. Unde facto partito Incontinenti in generali consilio civitatis Astensis per dictum dominum potestatem, si placebat predicta prononciasse ipsi Consilio, placuit omnibus de dicto consilio In omnibus et per omnia ut in ipsa pronunciatione continetur. Lata Ast eodem loco et presentibus testibus supradictis.

Et ego Thomas bellonus notarius palatinus predictus, predictis omnibus et singulis Interfui et sic scripsi.

501. *De quadam cessione data comuni astensi per Loysium de quargnento Occasione Coxani.* 1280. 8 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo Octuagesimo Indictione octava, Die Martis octavo mensis octubris. Actum Ast in domo Plevengorum In qua moratur dominus Zeba potestas Astensis. Testes Thomas bellonus et Ardizo de archu notarij. Quorum presentia apparebat per instrumentum factum per henricum faluffum notarium, anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, die dominico octavo mensis Julij, Quod confessi fuerunt domini Raymondus marchio de buscha, Jacobus de mura, Obertus revella, Petrus amfossus, Robaldus amiratus, Jacobus pepinus omnes de coxano de sancto stephano se se emisse ab Ansaldo de quargnento viginti modios pulcri furmenti cum benedicionibus ad Astensem minam, exceptioni non mensurati et non recepti furmenti renunciando, ut hec et alia In instrumento inde facto plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Thomam bellonum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, die Jovis ultimo mensis februarij, Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinarij, et Andree garetti sindicorum comunis astensis et dominorum Raymondi cacayrani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium comunis astensis, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune ast det et dare debeat Loysio de quargnento libras tres astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris tribus predictus loysius cedat eius jura dicto comuni, ut hec et alia In instrumento inde facto plenius continentur. Ecce quod dictus loysius pro predictis libris tribus secundum quod pronunciatum fuit instrumento superius denotato, dedit cedit atque mandavit Thomeno alamano cui dicitur Maffonus sindico comunis astensis Recipienti nomine et vice comunis astensis, omnes suas rationes et actiones reales et personales, utiles et directas et mixtas et omnia sua jura realia et personalia utilia et directa et mixta quas et que ipse habebat seu habere poterat aut visus erat habere vel habere posse In omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de coxano cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus rationibus et alij contentis In omnibus dictis Instrumentis superius denotatis et alijs habitis et factis occaxione instrumentorum predictorum et jurium et rationum. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium et ipsarum rationum et actionum, quod dictum comune astense et ipsius sindici qui per tempora fuerint nomine dicti comunis, de predictis juribus rationibus et actionibus et alijs omnibus ad predicta spectantibus versus predictos dominos de coxano et Coxani et quemlibet

et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum, et jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et condam ipsorum ubicumque dicta bona et In quibuscumque rebus existant realiter et personaliter utiliter et directe et mixte, quemadmodum dictus loysius ante hanc dationem et cessionem jurium predictarum facere poterat hac si predictam dacionem et cessionem non fecisset. Constituens dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti comunis et ipsum comune procuratorem ut in rem suam, transferendo In ipsum comune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium et actionum Nichil in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolvens ipsum comune astense et ipsius sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius comunis de predictis libris tribus quas fuit confessus dictus loysius habuisse et recepisse a dicto comuni seu ab alio pro comuni, vel a dicto Sindico nomine dicti comunis habuisse et recepisse. Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non habite et non recepte pecunie doli et Infactum condicionis sine causa vel ex Iniusta causa, et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de Monte grosso notarius palatinus hanc cartam abreviatam per Manuellem pexinum notarium voluntate (ipsius) sic scripsi.

502. *De quadam Cessione data Comuni Astensi, per Jacobum prevengum occasione Coxani.* 1280. 17 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, Die Jovis, XVIJ.° mensis octubris. Actum Ast In domo plevengorum In qua moratur dominus Ansaldus Zeba potestas, Testes dominus Drochus palidus judex, Ubertetus ypolitus et Jacobinus de sancto Johane notarius, Quorum presentia apparebat per instrumentum unum factum per Bellengerium bucium de coxano notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quinto Indictione octava, Die lune tertio Intrantis augusti, Quod dominus Manfredus marchio de buscha fuit confessus se ex causa mutui recepisse et habuisse a Johane feracano procuratore domini uberti plevengi nomine ipsius Uberti libras viginti tres astensis monete, Renunciando exceptioni, Et de quo debito dominus Oddo marchio de buscha de omnibus supradictis et singulis constituit se principalem debitorem fideiussorem et pagatorem et dictum debitum et omnia supradicta solvere et attendere, cum omni supradicto conventu promisit, si dictus dominus Manfredus In termino non solverit, Renuncians nove constitutioni de duobus reis et fideiussoribus et epistole divi Adriani et privilegio fori, Ita quod ubicumque conveniri possit, Et pro predictis omnibus et singulis attendendis complendis et observandis dicti dominus Oddo et Manfredus obligaverunt dicto Johanni nomine dicti Uberti prevengi pignori omnia eorum bona habita et habenda et specialiter totum illud quod dicti dominus Oddo et Manfredus habent et habere videntur In Castris et Villis et posse et districtu et hominibus et reditibus venearum et de vallibus, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continetur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Johanem feracanum notarium Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto Indictione terciadecima Die Jovis secundo die exeunte Aprilis, Quod confessi fuerunt, dominus Jacobus marchio de buscha, et dominus Oddo, dominus Petrus et dominus Manfredus eius fratres sese mutuo recepisse et habuisse a Manfredo de sibona suo nomine et nomine fratrum suorum domini

henrici et Guilelmi et ab Uberto prevengo nomine patris sui domini Jacobi prevengi et suo nomine libras Mille quatuor centum et quinque astensis monete renuncians exceptioni non numerate et non recepte pecunie, quos denarios quilibet eorum insolidum renunciantes epistole divi Adriani et nove constitutioni et omni juri dare et solvere promiserunt, predictis Manfredo et Uberto eorum nomine et nomine predicto usque ad annum unum proxime venturum. Quod si non fecerint, et dicti creditores ex hac causa damnum aliquod substinerent vel expensas facerent, seu Interesse Incurrerent causa Judicio eundo reddeundo et stando premio mutuo, vel alio quoquo modo illud et illos in quibus dictis creditoribus stipulantibus eorum nomine et predicto restituere promiserunt, Et insuper de libris Mille ducentis dicti debiti, dare et solvere denarios tres pro qualibet libra et quolibet mense pro quibus supradictis et infrascriptis attendendis complendis et observandis omnia eorum bona habita et habenda dictis Manfredo et Uberto eorum et predicto nomine pignori obligaverunt et specialiter Castrum et villam fravearum cum hominibus jurisdicione et contili et omnibus alijs ad dictos marchiones et ad dictum Castrum et villam pertinentibus. Et de quo debito dominus Marchio de Careto constituit se proprium et principalem debitorem fideiussorem et pagatorem, Et hoc eodem anno et Indictione die Mercuri v.° mensis madij, ut hec et alia in Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per eundem notarium anno domini millesimo ducentesimo quinquangesimo octavo Indictione prima die lune primo die Aprilis, quod confessi fuerunt, dominus Jacobus Marchio de buscha, qui dominus Jacobus mandatum habebat a suis fratribus domino Manfredo domino Petro et domino Oddone marchione de busca, Castrum et villam et homines et redditus venearum et omnia que dicti dominus Jacobus et fratres habebant In vineis sicut apparebat per cartam procure et mandati factam per Rollandum notarium In anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio Indictione decima, Die sabati octavo exeunte marcio, et Ubertus prevengus quod venit ad computum et rationem de infrascriptis debitis, que debita dictus dominus Jacobus marchio, dare tenebatur dicto Uberto, silicet de uno debito librarum ducentarum quadraginta duarum et solidorum decem astensium de quo debito erat instrumentum factum per Ubertum fisacolum notarium in anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio Indictione quartadecima, Die Sabati primo die aprilis, et de alio debito librarum sexaginta sex astensium, de quo debito est carta facta per Jacobum Spalam notarium In anno domini, millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo Indictione decima Die veneris, XVJ.° Intrantis Augusti, Et de alio debito librarum XLVJ. astensium de quo debito est carta facta per Jacobum spallam notarium in Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio Indictione undecima Die sabati quarto kallendas Julij, Et de alio debito librarum decem astensium, de quo debito est carta facta per Ubertum fisacollum notarium Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio Indictione undecima, die dominico tercio kallendas aprilis, Et de quibus debitis facta ratione et computo et compensatione hinc inde remanserunt ad solvendum libras CLIIII^or, astenses, de superfluo vero dictus Ubertus vocavit et tenuit se solutum et quietum, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et omni juri, et non recepte solutionis et quas libras CLIIJ,

et denarios tres pro qualibet libra, dictus dominus Jacobus marchio dare et solvere promisit dicto Uberto vel eius certo nuncio, ad voluntatem dicti Uberti et nunciorum suorum Renunciando exceptioni non debite pecunie, privilegio fori et omni capitulo statuto et ordinamento et omni consuetudini et juri et condicioni sine causa vel ex Iniusta causa et quod ubique se et sua possint conveniri, et quod non possit dicere se deceptum in computo et In ratione vel facto dicti Uberti, vel quod alio modo vel forma processerit dictus contractus et quod plus sit scriptum et minus dictum, vel e converso, Et promisit dictus dominus Jacobus eidem Uberto a die presentis contractus dare et solvere dicto Uberto vel eius certo nuncio, pro lucro et nomine lucri dictarum librarum CLIIIJ. et denariorum trium pro qualibet libra et omni mense donec dictus dominus Jacobus tenuerit et steterit ad solvendum predictas libras CLIIII^{or}. et denarios IIJ, cum omnibus expensis damno et Interesse factis et habitis petendo debitum predictum, In causa vel judicio vel extra judicium premio mutuo eundo et redeundo et stando vel quolibet alio modo credendo dicto Uberto et nuncijs et habentibus causam ab eo sine sacramento et probatione qualibet, et pro quibus omnibus attendendis observandis complendis et firmis tenendis dictus dominus Jacobus marchio obligavit, dicto Uberto pignori Castrum villam homines et redditus et jurisdictionem, et ad dictum dominum Jacobum marchionem et fratres eius pertinencia ut hec et alia in dicto Instrumento continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Thomam bellonum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo, Indictione VIIJ^{a}. Die Jovis ultimo mensis Februarij, quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinarij et Andree garetti sindicorum comunis astensis, et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium comunis astensis, Et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter pronunciant, Quod comune ast det et dare debeat Jacobo prevengo libras quinquaginta astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris L. ipse Jacobus cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per eundem notarium hoc eodem anno et Indictione et die, Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinari et Andree gareti sindicorum comunis astensis et dominorum Raymondi cacarani, et Manuellis pellete advocatorum et defensorum jurium comunis astensis, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune Ast det et dare debeat domino Manfredo de sibona pro se et pro Nepotibus suis et Jacobo prevengo libras Centum quinquaginta astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis, que habent in rebus que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt quod solutis predictis libris CL. ipsi dominus Manfredus et Nepotes et Jacobus prevengus cedant eorum jura dicto comuni, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per eundem notarium, hoc eodem anno et Indictione, Die veneris XXVIIJ^{o}. mensis Junij, quod apparebat per Instrumentum unum factum per Henricum fornarium notarium

anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo primo Indictione quarta, die Jovis tercio kallendas octubris, Quod confessus fuit Ubertus prevengus se mutuo recepisse et habuisse ab Uberto pelleta filio Uberti pellete recipienti vice et nomine dicti Uberti patrui sui, libras trecentum viginti sex tornensium, et de quo debito Nicholinus prevengus extitit fideiussor. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Alexium de burgo notarium, In anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo Indictione tercia decima, die sabati xv°. mensis Marcij, Quod dictus Ubertus pelleta ante solutionem sibi factam ex causa vendicionis, dedit, cessit atque mandavit Jacobo bergognino fratri suo filio domini Rollandi bergognini condam usque in libris ducentum tornensium, presente volente et consenciente dicto Uberto prevengo, omnes suas rationes et actiones et jura reales et personales utiles et directas, Realia et personalia utilia et directa, que et quas dictus Ubertus pelleta vel heredes visus est habere vel exigere posse, vel que sibi competebant seu competere et exigere posse videbantur adversus dictum Ubertum prevengum et res et bona ipsius et detentores ipsarum rerum, usque in predictis libris ducentum occaxione debiti supradicti. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Thomam bellonum notarium Infrascriptum, hoc eodem anno Indictione et die Jovis ultimo mensis februarij, Quod dominus Ansaldus Zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinarij et Andree garetti sindicorum comunis astensis, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto potestate, dixerunt et amicabiliter componendo pronunciaverunt, Quod comune ast det et dare debeat domino Manfredo de sibona pro se et nepotibus suis, et Jacobo prevengo libras, CL. astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mistis, que habent in rebus et bonis que fuerunt, dominorum de Coxano. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Thomam bellonum notarium eodem anno et Indictione et die, Quod dominus potestas cum consilio dominorum Sindicorum et Advocatorum, et ipsi Sindici et advocati una cum dicto domino potestate, dixerunt et amicabiliter componendo pronunciaverunt, Quod comune Ast det et dare debeat Jacobo prevengo libras, L. astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus que fuerunt dominorum de Coxano. Ecce quod dominus Jacobus prevengus volens satisfacere dicto Jacobo bergognino, usque in libris CXXV. astensibus de sua medietate predicti debiti dedit in solutum et pro solucione eidem Jacobo pro predictis libris CXXV. omnes suas rationes et actiones et Jura reales et personales utiles et directas, realia et personalia utilia et directa, quas habet vel visus est habere, aut ei competunt seu competere posse videntur adversus comune ast et res et bona ipsius comunis et que condam fuerunt ipsius comunis, pro medietate et occaxione medietatis supradictarum librarum CL. comunis cum domino Manfredo de sibona predicto et nepotibus et occaxione sententie librarum L. dicti Jacobi, ut hec et alia In instrumento plenius continentur. Ecce quod dictus dominus Jacobus bergogninus et Jacobus prevengus, pro predictis libris CXXV. secundum quod pronunciatum fuit Instrumentis superius denotatis, dederunt cesserunt atque mandaverunt, Thome alamano qui dicitur Maffonus sindico comunis astensis, recipienti nomine et vice ipsius comunis, omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas et mistas, et omnia sua jura realia et personalia utilia et directa et mixta quas et que ipsi habebant seu habere poterant aut visi erant habere vel habere posse

In omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de Coxano cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus rationibus et alijs contentis in omnibus dictis Instrumentis superius denotatis et alijs supradictis et factis occaxione dictorum Instrumentorum et jurium et rationum. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium et ipsarum rationum et actionum, quod dictum Comune Ast et ipsius Sindici qui per tempora fuerint nomine ipsius comunis, de dictis juribus et actionibus, et ad predicta omnia et singula spectantibus versus predictos dominos de Coxano et Coxanum et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, Et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et condam ipsorum ubicumque dicta bona et in quibuscumque rebus existant, Realiter et personaliter utiliter et directe ita possit se juvare causari Intemptare replicare agere et experiri, et hijs predictis omnibus juribus et rationibus uti, realiter et personaliter utiliter et directe et mixte quemadmodum dictus Jacobus bergogninus et Jacobus Prevengus ante hanc dationem et cessionem jurium predictorum facere poterant ac si dictam dacionem et cessionem non fecissent. Constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti comunis et ipsum comune de predictis rebus et singulis juribus rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam transferendo in ipsum comune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium rationum et actionum, Nichil ipsi vel aliquis ipsorum in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolventes ipsum comune astense et ipsius sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius comunis de predictis libris CXXV. astensibus, quas fuerunt confessi dicti Jacobus bergogninus et Jacobus prevengus habuisse et recepisse a dicto comuni seu ab alio pro comuni, vel a dicto Sindico nomine dicti comunis, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non habite, doli et infactum et condicioni sine causa vel ex Iniusta causa et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de montegrosso notarius palatinus hanc cartam scriptam in portocolo Manuellis pexini notari voluntate ipsius sic scripsi.

503. *De cessione data comuni Astensi per Manfredum de sibona Occassione Coxani.* 1280. 15 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, Die martis XV° Octubris. Actum Ast in strata publica ante domum prevengorum, In qua moratur dominus Arnaldus Zeba potestas astensis, Testes Georgius de monte grosso notarius et Anselmus de bubure, quorum presentia apparebat per publicum Instrumentum factum per Johanem feracanem notarium anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto Indictione XIII^a^ die Jovis secundo die exeuntis Aprilis, Quod confessi fuerunt dominus Jacobus marchio de busca, et dominus Oddo, dominus Petrus et dominus Manfredus eius fratres sese mutuo Recepisse et habuisse a Manfredo de sibona suo nomine et nomine fratrum suorum domini henrici et Guilelmi et ab Uberto prevengo nomine patris sui domini Jacobi prevengi et suo nomine libras, MCCCC°V, astensis monete, Renunciando exceptioni, non numerate et non habite pecunie, quos denarios quilibet eorum insolidum renunciantes epistole divi adriani et nove constitutioni et omni juri, dare et solvere promiserunt predictis Manfredo et Uberto eorum nomine et predicto usque ad annum unum proxime venturum, quod si non facerent

et dicti creditores ex hac causa dampnum aliquod substinerent vel expensas facerent, seu Interesse Incurrerent causa judicij eundo redeundo et stando promio mutuo vel alio quoquo modo illud et Illas In quibus dictis creditoribus stipulantibus eorum nomine et predicto restituere promiserunt. Et Insuper de libris Mille ducentis dicti debiti dare et solvere denarios tres pro qualibet libra et quolibet mense, pro quibus suprascriptis et Infrascriptis attendendis complendis et observandis, omnia eorum bona habita et habenda dictis Manfredo et Uberto eorum et predicto nomine pignori obligantur et specialiter Castrum et villam fravearum cum hominibus jurisdicione et contili et omnibus alijs ad dictos Marchiones et ad dictum Castrum et villam pertinentibus, Nichil in se penitus retinentes, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Thomam bellonum, Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo, Indictione octava, die Jovis ultimo mensis februarij ,Quod dominus Ansaldus Zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinarij et Andree gareti Sindicorum Comunis Astensis, et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum, et defensorum jurium comunis astensis et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto domino potestate dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod Comune Ast det et dare debeat domino Manfredo de sibona pro se et nepotibus suis, et Jacobo prevengo libras Centum quinquaginta astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habent in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris Centum quinquaginta, ipsi dominus Manfredus et nepotes, et Jacobus prevengus cedant eorum Jura dicto comuni que habent in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum, CL, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Ecce quod dictus dominus Manfredus de sibona suo nomine et nomine nepotuum suorum et Facinus de sibona suo nomine et nomine perzivalli sibonengi et Peroti et Berardi filiorum domini henrici sibonengi, pro predictis libris Centum quinquaginta astensibus secundum quod, pronunciatum fuit Instrumento superius denotato, dederunt cesserunt atque mandaverunt Thome alamano cui dicitur Maffonus sindico Comunis astensis Recipienti nomine et vice ipsius comunis, usque in libris LXXV, astensibus suas rationes et actiones, Reales et personales utiles et directas et mixtas, et omnia sua jura realia et personalia utilia et directa et mista quas et que, ipsi et quilibet ipsorum habebant seu habere poterant aut visi erant habere vel habere posse In omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de coxano, cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus rationibus et alijs contentis in omnibus dictis Instrumentis superius denotatis et alijs habitis et factis occaxione dictorum Instrumentorum et jurium et rationum. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium et ipsarum rationum et actionum et aliorum omnium ad predicta omnia et singula spectantium versus predictos dominos de coxano et coxanum et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, Et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum, et condam ipsorum ubicumque dicta bona et in quibuscumque rebus existant, Realiter et personaliter utiliter et directe, Ita possit se Juvare causari Intemptare, experiri replicare et agere, Et hijs predictis omnibus Juribus et rationibus uti realiter et personaliter et directe et mixte, quemadmodum dicti domini Manfredus et nepotes et quilibet ipsorum ante hanc dacionem et cessionem

jurium predictorum facere poterant, Ac si dictam dacionem et cessionem non fecissent, Constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti comunis et ipsum comune de predictis omnibus et singulis juribus rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam transferendo in ipsum Comune dominium et proprietatem omnium pre-ictorum jurium et actionum, Nichil in sese suo nomine et predicto de predictis omnibus et singulis penitus retinendo. Absolventes ipsum Comune astense et ipsos Sindicos et quascumque alias personas nomine de predictis libris, LXXV, quas fuerunt confessi dicti domini Manfredus et Facinus suo nomine et predicto habuisse et recepisse a dicto comuni seu ab alio pro Comuni vel a dicto Sindico nomine dicti Comunis, Renunciando exceptioni non numerate et non habite et non recepte pecunie, doli et Infactum, Condicionis sine causa vel ex Iniusta causa et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de monte grosso notarius palatinus hanc cartam abreviatam in protocollo Manuellis pexini notari, voluntate ipsius sic scripsi.

504. *De quadam cessione data comuni astensi per procuratorem domine Margarite filie quondam domini Manfredi de sibona suo nomine Occaxione Coxani.* 1280. 15 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, Die martis XV° mensis octubris, Actum Ast in strata publica ante domum prevengorum in qua moratur dominus potestas, Testes Georgius de monte grosso et Ansermus de burbure, Quorum presentia apparebat per cartam unam factam per Berardum platum notarium anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio Indictione XI^a. Die veneris VJ° kallendas Octubris, Quod dominus Jacobus Marchio de busca et henricus eius filius, precepto et voluntate dicti patris sui, fuerunt confessi se mutuo habuisse et recepisse, a Manfredo de sibona nomine Margarite filie, domini Manfredi de sibona nurus dicti domini Jacobi uxoris dicti henrici In dotem et pro dote ipsius Margarite, libras DCXX, astensis monete ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliam cartam factam per Rollandum Vacham notarium Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, Die Sabati XIJ° mensis octubris, Quod domina Margarita uxor henrici filij domini Jacobi, de busca condam fecit, constituit et ordinavit Manfredum de sibona eius patrem presentem et recipientem suum certum nuncium et procuratorem generalem, ad eius negocia facienda seu peragenda, et ad omnes causas lites, questiones seu controversias, quas et que habet vel habere sperat, ut hec et alia In dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Thomam bellonum notarium anno domini, Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava Die Jovis ultimo mensis Februarij, Quod dominus Ansaldus Zeba potestas astensis, cum consilio dominorum Tholomei asinari, et Andree gareti sindicorum comunis astensis et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium comunis Astensis et ipsi Sindici et Advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune Ast det et dare debeat domine Margarite filie domini Manfredi de sibona et uxori henrici de busca, libras Centum astenses pro dote sua et pro omnibus suis juribus realibus et personalibus et mixtis, que habet in rebus et bonis dominorum de Coxano, Item dixerunt, et pronunciaverunt, quod solutis

predictis libris centum ipsa domina cedat eius jura comuni que habet, In dictis rebus, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Ecce quod dominus Manfredus procurator dicte domine Margarite nomine ipsius pro predictis libris centum secundum quod pronunciatum fuit In instrumento superius denotato, Dedit, cessit atque mandavit Thome alamano cui dicitur Maffonus sindico comunis astensis recipienti nomine et vice ipsius comunis omnes suas rationes et actiones reales et personales, utiles et directas, Realia et personalia, utilia et directa et mixta, quas et que ipsa domina Margarita habebat seu habere poterat aut visa erat habere vel habere posse, In omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de Coxano, cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus et rationibus, et alijs contentis in omnibus predictis Instrumentis superius denotatis, et alijs habitis et factis occaxione dictorum Instrumentorum, et Jurium et rationum. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum Jurium et ipsarum rationum et actionum, Quod dictum comune et ipsius Sindici qui per tempora fuerint nomine dicti comunis, de dictis juribus rationibus et actionibus et alijs omnibus ad predicta omnia et singula spectantibus versus predictos dominos de Coxano et Coxanum et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et Jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et condam ipsorum ubicumque dicta bona et In quibuscumque rebus existant, realiter et personaliter, utiliter et directe, Ita possit se juvare, causari Intemptare, experiri, replicare et agere et hijs predictis omnibus Juribus uti et rationibus, realiter et personaliter, utiliter et directe et miste quemadmodum dictus dominus Manfredus nomine predicto sive dicta domina Margarita ante hanc dationem et cessionem Jurium predictorum facere poterant, Ac si dictam dacionem et cessionem non fecissent. Constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine ipsius comunis et ipsum comune de predictis omnibus et singulis Juribus rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam, transferrendo in ipsum comune dominium et proprietatem omnium predictorum Jurium et actionum. Nichil in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolventes ipsum comune astense et ipsius Sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius Comunis de predictis libris Centum, quas fuit confessus dictus dominus Manfredus nomine predicto habuisse et recepisse a dicto comuni, seu ab alio pro comuni, vel a dicto Sindico nomine dicti comunis, Renunciando exceptioni, non numerate et non habite, et non recepte dicte pecunie doli et Infactum, et condicioni sine causa vel ex iniusta causa et omni alij exceptioni et Juri. Et ego Georgius de monte grosso notarius palatinus hanc cartam abreviatam per Manuellem pexinum notarium, voluntate ipsius sic scripsi.

505. *De quadam Cessione data Comuni Astensi per Gauterium de saluceis occasione Coxani.* 1280. 15 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, Die martis xv° mensis Octubris. Actum Ast ante domum prevegnorum, Testes dominus Guielmus gardinus Judex, Thomas bellonus et Obertinus bertaldus filius domini Johanis, Quorum presentia apparebat per cartam unam factam per Bauduninum marochum notarium, anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto Indictione duodecima, Die Mercuri octavo Intrantis Aprilis, Quod confessus fuit dominus Jacobus

de busca se mutuo habuisse et recepisse ab astexano de saluceis libras decem Astenses, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie et omni alij Juri, et privilegio fori, et omni alij exceptioni, Ut hec et alia In dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, Indictione sexta, Die Jovis septimo Intrantis Aprilis, Quod confessi fuerunt, dominus Oddo et dominus Petrus et dominus Manfredus filij condam domini R. marchionis de busca se causa mutui habuisse ab Astexano de Ast libras novem et mediam januinorum minorum, Renunciando exceptioni non numerate pecunie, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Obertum de Ceva notarium Anno domini Millesimo cc° quinquagesimo primo Indictione nona, Die lune decimo Intrantis Aprilis, Quod confessus fuit dominus Petrus de busca se mutuo recepisse de capitali ab Astexano de saluceis libras decem Astenses. Renunciando exceptioni non recepte pecunie, Ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per Instrumentum unum factum per henricum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo Indictione prima, die Martis tercio exeunte Januario, Quod confessi fuerunt dominus Oddo et dominus Petrus marchiones de busca quisque eorum insolidum ex mutuo habuisse et recepisse ab Astexano de saluceis libras quindecim astenses, de quibus tenuerunt se se solutos Renunciantes exceptioni non numerate peccunie, Et de quo debito Jacobus bestia et Oddo borellus, et henricus forensitus de Coxano quisque eorum Insolidum constituerunt versus predictum Astexanum cum omni supradicto conventu proprios et principales debitores et solutores, ut hec et alia In dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum abreviatum per Thomam bellonum notarium anno domini, Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, Die Jovis ultimo februarij, Quod dominus Ansaldus ceba potestas cum consilio dominorum Tholomei asinari et Andree garreti sindicorum comunis astensis, et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum et defensorum jurium comunis astensis, et ipsi Sindici et Advocati unaa cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant quod comune ast det et dare debeat Oddino de saluceis et Gauterio de saluzeis ejus fratri libras septem astenses, pro omnibus Juribus realibus et personalibus et mixtis que habent in rebus et bonis, que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt quod solutis predictis libris septem astensibus ipsi Oddinus et Gauterius cedant eorum Jura dicto comuni, ut hec et alia plenius continentur. Ecce quod dictus Gauterius de Saluceis, pro predictis libris septem secundum quod pronunciatum fuit Instrumento superius denotato, dedit cessit atque mandavit Thome alamano cui dicitur Maffonus Sindico comunis astensis recipienti nomine et vice ipsius comunis usque in libris tribus et solidis decem astensibus, omnes suas rationes et actiones reales et personales utiles et directas et mistas, et omnia sua Jura realia et personalia utilia et directa et mixta, quas et que ipse habebat seu habere poterat aut visus erat habere vel habere posse, In omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de Coxano cum omnibus processibus habitis super predictis actionibus rationibus et alijs contentis in omnibus dictis Instrumentis superius denotatis et alijs habitis et factis occaxione dictorum Instrumentorum et Jurium et rationum. Tali modo et forma facta

est dacio et cessio ipsorum Jurium et ipsarum rationum et actionum, Quod dictum comune Ast et ipsius Sindici qui per tempora fuerint, nomine dicti comunis, de dictis Juribus et actionibus et alijs omnibus ad predicta omnia et singula spectantibus versus predictos dominos de coxano et coxanum et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et Jurium et versus quemlibet ipsorum et cujuslibet eorum et condam ipsorum, ubicumque dicta bona et In quibuscumque rebus existant, Realiter et personaliter utiliter et directe, Ita quod possit se juvare causari Intemptare experiri replicare et agere et hijs predictis omnibus Juribus uti realiter et personaliter utiliter et directe et mixte quemadmodum dictus loysius ante hanc dacionem et cessionem Jurium predictorum facere poterat, hac si dictam dationem et cessionem non fecisset. Constituendo dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti comunis et ipsum comune de predictis omnibus et singulis Juribus rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam transferendo in ipsum comune dominium et proprietatem omnium predictorum Jurium et actionum nichil ipse in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolvendo ipsum comune astense et ipsius Sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius comunis de predictis libris tribus et solidis decem quas fuit confessus dictus Gauterius habuisse et recepisse a dicto comuni seu ab alio pro comuni, vel a dicto Sindico nomine dicti comunis, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie doli et infactum condicioni sine causa vel ex Injusta causa et omni alij exceptioni et Juri.

Et ego Georgius de montegrosso notarius palatinus hanc cartam abreviatam per Manuellem pexinum notarium voluntate ipsius scripsi.

506. *De Cessione data comuni Astensi per procuratores Ruffini et danielli gutuarij nomine ipsorum occaxione coxani.* 1280. 15 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo Indictione octava, Die martis, xv° octubris, Actum Ast ante domum prevengorum In qua moratur dominus Ansaldus Zeba potestas astensis, Testes dominus Guielmus gardinus Judex, et Gauterius de saluceis, et Thomas bellonus notarius, Quorum presentia apparebat per unum Instrumentum factum per Manuellem spallam notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo primo Indictione quartadecima, Die Sabati undecimo Intrante Junio, Quod confessi fuerunt dominus Jacobus marchio de busca et Manfredus et henricus ejus filij precepto et voluntate et auctoritate dicti domini Jacobi eorum patris se se mutuo recepisse et habuisse a Pagano molinario de casteno nomine Thome guttuerij, de propria pecunia ipsius Thome libras quinquaginta septem Astenses, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie doli mali et infactum condicioni sine causa et ex Injusta causa et omni alij exceptioni et Juri, quos denarios predicti dominus Jacobus et filij sui promiserunt eidem pagano stipulanti nomine predicto dare et solvere vel ejus certo nuncio ad festum sancti Johannis de Junio proxime venientis, deinde usque ad unum annum proxime venturum in pecunia numerata, et si dicto termino non solverit promiserunt ei nomine predicto Restituere omnes expensas damnum et interesse que et quas proinde fecerint premio aut alio quoquo modo et credere In suo verbo sine sacramento et sine probatione aliqua. Et pro predictis omnibus attendendis obligavit pignori dicto pagano predicto nomine peciam

unam terre et vinee simul tenentes Jacentes in posse Coxani ubi dicitur In Vallayrono, Cui coheret ecclesia Sancti Johannis de coxano et dominus Petrus et dominus Manfredus de busca et jacobus bestia et dominus Oddo marchio de busca ut hec et alia in dicto Instrumento superius denotato plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum de gillio notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo Indictione quintadecima, Die mercuri xviiii° mensis Octubris, Quod quoniam dominus Manfredus de busca marchio citatus fuit et iniunctus ter tribus diversis diebus, per nuncium comunis astensis ex parte domini Mathei de saliceto Judicis Justicie comunis astensis, ut ipse veniret et venire deberet, coram ipso Judice ad postulationem Gauterij de frascayrolio, auctoritate domine damisine, uxoris Thome gutuarij condam et tutricis filiorum suorum et dicti Thome condam, nomine dicte tutricis et dictorum minorum eidem Guaterio predictorum nomine de Justicia responsurus qui Gauterius predicto nomine conquerebatur de eodem et predicto nomine petebat ab eodem seu Intendebat petere libras xxv. Item libras xxv, ex mutuo. Item eadem de causa libras xxv. Item libras septem eadem de causa pro fidejussione domini Jacobi de busca et filiorum suorum Manfredi et henrici, qui dictus Jacobus et ejus filij supradicti, precepto et voluntate dicti domini Jacobi confessi fuerunt se se mutuo recepisse et habuisse a Pagano molinario de Casteno nomine dicti Thome gutuarij dictas libras lvij, astenses, quos denarios predicti dominus Jacobus et eius filij predicti quisque eorum insolidum, promiserunt eidem Pagano stipulanti dare et solvere usque ad certum terminum jam elapsum et de quo debito dictus dominus Manfredus extitit fidejussor ut in ipso Instrumento inde facto plenius continetur, aut sibi predicto nomine daret et solveret predictas pecunie quantitates. Et quia dictus dominus Manfredus, terminis assignatis, vel aliquo ipsorum terminorum per se vel per alium non venit nec comparuit coram dicto Judice occaxione prescripta, nec etiam solvit predictas pecunie quantitates, Idcirco dictus Judex visis dictis relationibus condemnavit dictum dominum Manfredum absentem contumacem tamquam presentem et confitentem, Ut det et solvat dicto Gauterio predicto nomine dictas pecunie quantitates usque ad octo dies, ut hec et alia in dicta condemnatione continentur plenius. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Manuellem spallam notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo, Indictione octava, Die Jovis xi,° intrantis Aprilis, Quod dominus Ruffinus gutuerius, et Daniel gutuerius ejus filius precepto voluntate et auctoritate dicti domini Ruffini patris sui fecerunt, constituerunt et ordinaverunt dominum bonefacium guttuarium presentem et recipientem et dominum Manuelem gutuarium ejus fratrem absentem ambos simul, et quemlibet eorum per se et insolidum, Ita quod actus unius non impediat actus alterius, Nec occupantis melior condicio habeatur, et quod unus eorum inceperit alter prosequi possit, eorum et cujuslibet ipsorum certos nuncios et procuratores ad omnes causas, ut hec et alia In dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentnm factum per Johanem de ingnano notarium Anno domini, Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto Indictione nona, Die Sabati quarto Intrantis mensis decembris, Quod dominus Jacobus et dominus Petrus fratres filij condam domini Raymondi marchiones de busca, et Manfredus et henricus fratres filij supradicti domini Jacobi mandato et precepto ipsius quisque eorum Insolidum

pro se et suis heredibus, vendiderunt et tradiderunt domino Ruffino gutuario de Ast pro se et heredibus suis medietatem pro Indiviso omnium molendinorum et batenderiorum Castri et ville Coxani et tocius posse et districtus coxani, et jus habendi et percipiendi et capiendi omnes fructus et reditus et godias et proventus dicte medietatis dictorum molendinorum paratorum et batenderiorum. Item predicti domini quisque eorum insolidum, vendiderunt et tradiderunt seu quasi tradiderunt, predicto domino Ruffino et suis heredibus, libras decem astensis monete omni anno In eorum fodrijs de Coxano, dandis et solvendis dicto domino Ruffino annuatim in festo sancti Andree, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continetur. Item apparebat per cartam factam per Jacobum boverium, notarium anno domini, Millesimo ducentesimo septuagesimo Indictione XIII^a. Die mercurj XVI°. mensis Jullij, Quod dominus Manfredus marchio de busca per se et suos heredes fuit confessus et contentus se nomine et ex causa mutui habuisse et recepisse a domino Ruffino gutuerio libras viginti bonorum denariorum astensis monete, Renunciando in hoc facto exceptioni non habite et non recepte et non numerate ei dicte pecunie, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, Die mercuri XIII. exeuntis mensis februarij, Quod fuit confessus dominus Manfredus marchio de busca se mutuo recepisse a domino Ruffino gutuario de ast, libras VIIII°. astensis monete, Renunciando exceptioni non numerate pecunie, Et de quo debito dominus Manfredus marchio de busca, de toto debito pro ipso domino Petro versus dictum dominum Ruffinum constituit se proprium et principalem debitorem et solutorem, dando dicto domino Ruffino pignori ad suam voluntatem, ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Jacobum valbellam notarium, Anno domini, Millesimo ducentesimo septuagesimo Indictione tercia decima, Die sabati quarto mensis Januarij, Quod dominus Manfredus marchio de busca, fuit confessus se mutuo habuisse et recepisse a dicto domino Ruffino gutuario libras CXXXI astensis monete, Renunciando exceptioni pecunie non numerate et non recepte, ut hec et alia in dicto Instrumento continentur plenius. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo nono Indictione duodecima, die lune tercio decimo mensis Madij, Quod fuit confessus dominus Manfredus marchio de busca se mutuo habuisse et recepisse ab Opicino reloato de sancto Stephano nomine domini Ruffini gutuarij libras quinque astensis monete Renunciando exceptioni non numerate pecunie, Et de quo debito, Raymondus fera de coxano constituit se proprium et principalem debitorem et solutorem, ut hec et alia In dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum notarium anno domini MCCLXVII, Indictione decima, Die Jovis secundo mensis marcij quod confessus fuit dominus Oddo marchio de busca, Se mutuo habuisse et recepisse ab Opizone reolato de sancto Stephano nomine domini Ruffini guttuarij libras quinque bonorum astensium, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie ut hec et alia, In dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo [sexagesimo septimo Indictione decima, die lune, XIIII° mensis Novembris quod fuit

confessus dominus Manfredus Marchio de busca, se nomine vendicionis habuisse et recepisse ab ipsis Reolato de sancto Stephano nomine domini Guale alioni de Ast asinas duas, cum omnibus vicijs, Renunciando exceptioni non recepte asine, et omni alij exceptioni precio librarum sex astensis monete, Et de quo debito, Ruffinus mulalancia de coxano, et henricus ejus frater et Raymondus sera quisque eorum insolidum, de toto debito supradicto, Constituerunt se se proprios et principales debitores, seu solutores, ut hec et alia In dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum de gilio notario, Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, Indictione quinta decima, Die mercuri XIIII.° mensis octubris, Quod quoniam citatus et Iniunctus fuit ter tribus diversis diebus, per Nuncium comunis astensis ex parte domini Mathey de saleceto Judicis Justitie comunis quatenus veniret et veniren deberet coram ipso Judice ad postulationem Gauterij de frascarolio procuratoris Guale scharampi nomine ipsius de Justitia responsurus, qui predicto nomine conquerebatur de eodem domino Manfredo, et predicto nomine petebat ab eo seu petere Intendebat libras sex astenses de capitali, quas dictus dominus Manfredus, Opizoni reoglato nomine dicti guale dare et solvere ad certum terminum jam elapsum precio duarum asinarum, ut in Instrumento Inde facto plenius continentur, et libras septem pro pena sive guierdono dicti debiti, aut sibi daret et solveret dictas pecunie quantitates. Item venirent et venire deberent coram ipso Judice ad postulationem dicti Gauteri procuratoris dicti Guale nomine ipsius de Iustitia responsurus, qui predicto nomine conqueritur Manfredi et ab eo petit seu petere Intendit libras XXV, astenses de capitali. Item libras XXV eadem de causa, quas dictus dominus Manfredus fuit confessus se mutuo recepisse et habuisse a dicto Gualla, et eidem solvere promisit ad certum terminum jam elapsum ut in Instrumento inde facto plenius continetur. Item pro expensis damno et Interesse seu lucri dicti debiti libras vigintiquinque astenses salvo pluri, aut sibi predicto nomine daret et solveret Infrascriptas pecunie quantitates. Et quia dictus dominus Manfredus non venit nec comparuit coram ipso Judice terminis eidem assignatis nec alicui ipsorum terminorum per se nec per alium, nec etiam ei predicto nomine solvit predictas pecunie quantitates, Idcircho dictus Judex visis dictis Relationibus, condemnavit dictum dominum Manfredum absentem contumacem tamquam presentem et confitentem, ut eidem Gauterio predicto nomine dicti Gualle sive ipsi Gualle det et solvat predictas pecunie quantitates usque ad octo dies, ut hec et alia In dicta condemnatione plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Berardum de cazalupa notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo secundo Indictione quinta, Die mercuri terciodecimo mensis decembris, Quod confessus fuit dominus Manfredus Marchio de busca se mutuo habuisse et recepisse a Guala scarampo cive astensi, libras quinquaginta astenses, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepte et exceptioni doli et Infactum privilegio fori et omni Juri quo se tueri possit, quos denarios promisit dare et solvere dicto Guale stipulanti vel eius certo nuncio usque ad annum unum proxime venturum et si tunc non solverit promisit eidem Guale restituere omnes expensas damnum et Interesse, que, et quas faceret dictos denarios petendo, redeundo eundo stando que causa Judicij mutuo premio, vel alio quoquo modo credendo de damno expensis et Interesse stipulantis verbo, ipsius

Guale sine sacramento et qualibet alia probatione, hoc acto In presenti contractu specialiter et expressim, quod dominus Manfredus predictus, pro presenti anno quo tenuerit dictas libras quinquaginta, dare teneatur dicto Guale libras XIII. astenses et a dicto termino anni In antea dare teneatur similiter dicto Guale quolibet anno quo dictas libras L, tenuerit libras XIII, solucionem quarum librarum XIII, tam presentis anni quam cuiuslibet alterius anni quo tenuerit dictum debitum, debet habere et recipere dictus Guala supra pedagium et quoscumque alios redditus quocumque nomine censeantur, quos et quod dictus Manfredus habet In villa et Castro Rochete, Et de quo debito si predicta solucio tam dictarum librarum, L. quinquaginta quam librarum XIII. non fieret dicto Guale ut supra, Robaldus de Valle, Oddo de pistono et Jacobinus frater eius, Oddo marengus, Jacobus alamanus, Anselmus molinarius, Manfredus galfionus de Rocheta, Obertus ruella, Conradus de randener, Obertus de lambertina, Petrus mulinarius, Raymondus aliundus et Guielmus marengus de coxano quisque eorum Insolidum promiserunt et per stipulationem convenerunt dicto Guale predictum debitum cum omni supradicto convento dare et solvere, et omnia predicta et singula attendere et observare, Et inde sese constituerunt, proprios et principales debitores et pagatores, Ut hec et alia in dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Johanem de ignano notarium Anno domini, Millesimo ducentesimo sexagesimo nono Indictione, XIJ.ª Die dominico, XIIIJ.° mensis Jullij, Quod dominus Jacobus marchio de busca et Manfredus et henricus eius filij, precepto et voluntate et consensu dicti patris sui et sua auctoritate, Comfessi et manifesti fuerunt quod dominus Ruffinus gutuarius, sumpsit et recepit et Recuperavit, pro ipsis domino Jacobo, Manfredo et henrico filijs eius, et ad presens et requisitione ipsorum libras CCCC° astenses de capitali ad solvendum, A kallendis madij proxime preteriti usque ad annum unum proxime venturum cum denarijs, IIJ. omni mense et pro libra, A predictis kallendis Madij proxime preteriti, usque ad predictum terminum unius anni, Et quod de ipsis denarijs, ipse Ruffinus nec alius pro eo nullos habuit vel recepit, sed processerunt omnes In solvendis debitis usurarijs, predictorum domini Jacobi et Manfredi et henrici eius filij, et In alijs necessarijs ipsorum, unde predicti dominus Jacobus Manfredus et henricus eius filij renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepte pecunie doli mali et Infactum condicioni sine causa vel ex Iniusta causa fori privilegio et omni alij Juri, promiserunt domino Ruffino predictas libras CCCC.° astenses ad rationem predictam, Reddere et solvere in denarijs numeratis usque ad dictum terminum. Et ipsum dominum Ruffinum et res et bona ipsius de predicto debito et guierdono ipsius ad rationem suprascriptam, Et de toto eo quod solverit pro predicto debito et occaxione ipsius debiti usque ad predictum terminum et a termino In antea observare liberum et Indemne. Et proinde obligavit pignori eidem domino Ruffino omnia eorum bona Et specialiter et expressim ei pignori medietatem pedagij et Juris pedagij Coxani, Ut hec et alia In dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Johanem feracanum notarium anno domini, Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto Indictione nona, die lune, XV, mensis Novembris, Quod dominus Manfredus marchio de busca, vendidit et ex causa venditionis tradidit seu quasi tradidit, domino Ruffino guttuario, pro se et suis heredibus et ab eo causam habentibus medietatem pro indiviso

pedagij Castri et ville Coxani et tocius posse et districtus et jus habendi et recipiendi ipsum pedagium. Item jus habendi et capiendi et percipiendi per se et quoscumque voluerit libras decem quolibet anno, In festo Sancti Martini de fodro et In fodro et hominum dicti domini Manfredi quos habet in Coxano et Castellania Coxani, Et quas libras dictus dominus Ruffinus Imperpetuum quolibet anno ut dictum est capiat et percipiat et habeat per se et quoscumque voluerit de fodro predictorum hominum ante quam dictus dominus Manfredus aliquid capiat, percipiat vel habeat per se vel per alium de fodro vel In fodro Coxani, et predicta vendidit ipsi domino Ruffino cum omni Jure et actione dominio Contitu et Jurisdicione, et cum omni honore et Imperio, et cum omni usu publico et privato pro dictis rebus venditis et cuilibet eorum pertinentibus, seu ipsi venditori pro eis, et In eis quolibet modo et qualibet ratione, pro precio librarum, ccc. astensis monete quod precium dictus dominus Manfredus Confessus est accepisse et habuisse a predicto domino Ruffino, Renunciando ut hec et alia, In dicto Instrumento plenius continetur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Johanem ferracanum notarium Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto Indictione nona, Die lune, xxvij. mensis septembris, Quod dominus Manfredus marchio de busca, vendidit et ex causa vendicionis tradidit seu quasi tradidit domino Ruffino gutuario pro se et suis heredibus et ab eo causam habentibus medietatem pro indiviso omnium mollendinorum paratorum et batenderiorum Castri et ville coxani et tocius posse et Jus habendi capiendi et percipiendi omnes fructus redditus et godias et proventus dicte medietatis dictorum molendinorum et paratorum et batenderiorum, per se et quoscumque voluerit predictus dominus Roffinus et heredes eius et habentes causam ab eo Et predicta vendidit ipsi domino Ruffino, cum omni Jure et ratione dominio contitu et Jurisdicione et cum honore et imperio et cum omni usu publico et privato predictis venditis rebus et cuilibet eorum pertinentibus seu ipsi venditori pro eis et In eis quolibet modo et qualibet ratione facta est dicta vendicio, pro precio librarum cxxv. astensis monete ut hec et alia In dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per Guielmum de gilio notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, Indictione quintadecima, die Mercuri, xviiij° mensis Octubris, Quod quoniam dominus Manfredus marchio de busca citatus fuit, et Iniunctus ter tribus et diversis diebus, pro tribus diversis diebus per nuncium comunis astensis, ex parte domini Mathey de sariceto Judicis Justicie comunis astensis, Quod ipse veniret et venire deberet coram ipso Judice, Gauterio de frascayrolio procuratori domini Ruffini gutuarij nomine ipsius de Justicia responsurus, qui Gauterius predictus, predicto nomine conquerebatur de eodem domino Manfredo, et ab eodem petebat seu petere Intendebat libras xxiiij°. astenses salvo pluri de uno debito librarum, cxxxj. astensium, Confessus fuit dictus dominus Manfredus, se mutuo recepisse et habuisse a dicto domino Ruffino, et quos denarios promisit eidem domino Ruffino dare et solvere In civitate astensi ad certum terminum Jam elapsum. Insuper dictus dominus Manfredus voluit et concessit eidem domino Ruffino, quod a termino In antea possit dictos denarios mutuo recipere ad guierdonum et quovis alio modo ut melius possit super dictum dominum Manfredum et quicquid inde daret alteri promisit ei restituere et solvere, credendo ipsi domino Ruffino in suo simplici verbo deinde quod

eo alteri daret, ut hec instrumento Inde facto plenius continentur. Item predicta de causa, libras xxiiii.° Item predicta de causa, libras xxiiii.° Item predicta de causa libras xxiiii.° Item predicta de causa libras xi. Item pro Guierdono dicti debiti, Quod dictus dominus Ruffinus alteri dedit pro predicto debito libras xxiiii.° Item pro damno et pro expensis seu guierdono dicti debiti. libr. xiii. et libras iii. eadem de causa aut eidem Gauterio predicto nomine daret et solveret, predictas pecunie quantitates. Item quod venire deberet coram ipso Judice, predicto Gauterio procuratore dicti domini Ruffini Gutuarij nomine ipsius de Justicia responsurus, qui Gauterius predicto nomine conqueritur de eodem domino Manfredo et ab eo petebat seu petere Intendebat libras quinque de capitali salvo pluri occaxione unius debiti soldorum Centum Astensium, quod debitum confessus fuit dictus dominus Manfredus se mutuo recepisse ab opizone roglato de sancto stephano nomine dicti domini Ruffini, et quos denarios promisit eidem opizoni nomine dicti domini Ruffini dare et solvere ad certum terminum Jam elapsum, Ut instrumento inde facto plenius continetur. Item libras duas pro damno expensis et Interesse seu lucro dicti debiti, vel sibi daret et solveret predictas pecunie quantitates. Item quod veniret et venire deberet coram dicto Judice eidem gauterio de Justicia responsurus, qui Gauterius predicto nomine conquerebatur, de eodem domino Manfredo et predicto nomine petebat ab eo seu petere Intendebat libras xx.ti astenses de capitali ex mutuo. Item libras xx.ti pro damno et expensis et Interesse seu guierdono dicti debiti, aut eidem Gauterio predicto nomine daret et solveret predictas pecunie quantitates. Item quod veniret et venire deberet coram ipso Judice eidem Gauterio predicto nomine de Justicia responsurus, qui conquerebatur de eodem Manfredo et predicto nomine petebat ab eo, seu petere Intendebat libras v. bonorum astensium ex mutuo pro fideiussione domini Oddonis marchionis de busca, qui confessus fuit se mutuo recepisse a predicto Opizone nomine dicti domini Ruffini libras quinque, Et de quo debito dictus dominus Oddonus extitit fideiussor, Ut in ipso Instrumento plenius continetur. Item pro damno expensis et Interesse seu guierdono dicti debiti librarum trium astensium salvo pluri, vel sibi daret et solveret predictas pecunie quantitates. Item quod veniret et venire deberet coram ipso Judice eidem Gauterio predicto nomine de Justicia responsurus, qui Gauterius conquerebatur de eodem Manfredo et ab eo petebat seu petere Intendebat libras viiii.° astenses de capitali ex mutuo pro fideiussione domini Petri de busca, qui confessus fuit se mutuo recepisse a predicto domino Ruffino libras novem astenses. Et de quo debito dominus Manfredus extitit fideiussor ut in instrumento inde facto plenius continetur. Item pro damno expensis et interesse seu guiderdono dicti debiti libras quinque astenses salvo pluri aut sibi det et solvat predictas pecunie quantitates. Et quia predictus dominus Manfredus nec alius pro eo venit coram ipso Judice occasionibus supradictis vel aliqua ipsarum terminis statutis seu assignatis eidem, nec eidem Gauterio predicto nomine seu dicto domino Ruffino nec alteri pro ipso solverunt predictas pecunie quantitates, Idcirco dictus dominus Matheus Judex iustitie comunis astensis, Visis predictis relationibus condemnat dictum dominum Manfredum absentem contumacem tamquam presentem et confitentem versus dictum dominum Gauterium predicto nomine, Quatenus usque ad octo dies, Ut hec, et Alia In dicto Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per eundem

notarium, hoc eodem anno Indictione et die, Quod quoniam dominus Jacobus marchio de busca, Requisitus fuit personaliter et iniunctus per Nuncium comunis astensis, ex parte domini Mathei de saliceto Judicis iusticie comunis astensis, Quod veniret et venire deberet coram ipso Judice ad postulationem Gauteri de fraschrolio procuratoris domini Ruffini gutuarij nomine ipsius eidem Gauterio predicto nomine de Justicia responsurus, qui Gauterius predicto nomine Conquerebatur de eodem domino Jacobo et predicto nomine petebat ab eo seu petere Intendebat libras viginti quinque astenses salvo pluri de uno debito librarum quatuorcentum astensium, ex eo quod confessi fuerunt et manifesti suprascripti dominus Jacobus, et Manfredus et henricus eius filij, precepto voluntate et consensu dicti patris sui et sua auctoritate, quod dictus dominus Ruffinus mutuo sumpsit et recuperavit pro ipsis domino Jacobo Manfredo et henrico, Et ad preces et Requisitionem ipsorum libras cccc.° astenses de capitali ad solvendum Inde ad certum terminum Jam elapsum cum duobus denarijs et dimidio omni mense pro libra predicto termino, Et quod de ipsis denarijs ipse Ruffinus nec alius pro eo nullos habuit vel recepit sed processerunt omnes in solvendis debitis usurarijs predictorum Jacobi Manfredi et henrici et alijs necessarijs ipsorum, Unde promiserunt dicto domino Ruffino pro predictis libris cccc.° astensibus ad rationem predictam reddere et solvere In denarijs numeratis Inde ad certum terminum iam elapsum, Et ipsum dominum Ruffinum et res ipsius conservare liberum et Indemnem, Item eadem de causa libras viginti quinque astenses. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item eadem de causa libras xxv. Item pro damno expensis seu guierdono dicti debiti libras xxv. astenses salvo pluri. Item eadem de causa libras xxv. astenses. Item eadem de causa libras xxv. astenses. Item eadem de causa libras xxv. Aut sibi predicto nomine daret et solveret predictas pecunie quantitates. Et quoniam dictus dominus Jacobus non venit per se nec per alium terminis eidem assignatis nec aliquo ipsorum terminorum nec etiam solvit dicto Gauterio predicto nomine sive ipsi domino Ruffino predictas pecunie quantitates, Idcirco predictus dominus Matheus de saleceto Judex Justicie comunis astensis, visis dictis relationibus condemnat dictum dominum Jacobum absentem contumacem tamquam presentem et confitentem, versus ipsum dominum Gauterium predicto nomine dicti domini Ruffini, Ut eidem predicto nomine det et solvat predictas pecunie quantitates usque ad octo dies, Ut hec et alia Instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud Instrumentum factum per eundem notarium eodem anno et Indictione et die, Quod quoniam dominus Manfredus, et henricus filij domini Jacobi de busca, citati et requisiti fuerunt ter tribus diversis diebus per Nuncium comunis astensis ex parte domini Mathei de saliceto Judicis Justicie comunis astensis, quod ipsi veniant et venire debeant coram ipso judice ad postulationem Gauteri de fraschirolio procuratoris domini Ruffini gutuerij nomine ipsius eidem Gauterio predicto nomine de iusticia responsuri, Qui gauterius predicto nomine conquerebatur de eisdem Manfredo et henrico, et predicto nomine petebat ab eisdem Manfredo et Henrico seu petere intendebat libras xxv. astenses salvo pluri de uno debito librarum cccc.

ex eo quod confessi fuerunt et manifesti dominus Jacobus de busca, et predicti Manfredus et Henricus eius filij precepto et voluntate et consensu dicti patris sui et sua auctoritate, Quod dictus dominus Ruffinus mutuo sumpsit et recepit et recuperavit pro ipsis domino Jacobo et pro Manfredo et Henrico et ad preces et requisitionem ipsorum libras IIIᶜ astenses de capitali salvo pluri ad solvendum ad terminum iam elapsum, et ipsum dominum Ruffinum et res ejus conservare liberum et indemnem. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de cansa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV. Item eadem de causa libras XXV, aut sibi predicto nomine darent et solverent predictas pecunie quantitates. Et quia predicti et Manfredus et Henricus nec aliquis ipsorum vel alius pro eis seu pro aliquo ipsorum venit nec comparuit coram ipso judice terminis assignatis occaxionibus suprascriptis nec alicui ipsorum terminorum nec etiam solverunt predictas pecunie quantitates, Idcirco dictus judex visis dictis Relationibus condemnavit dictos Manfredum et Henricum absentes contumaces tamquam presentes et confitentes versus dictum Gauterium predicto nomine dicti domini Ruffini, ut eidem predicto nomine det et solvat predictas pecunie quantitates, usque ad octo dies ut hec et alia in dicto instrumento facto plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Manuelem spallam notarium Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo nono indictione septima, a die lune nono intrante Octubris, Quod daniel gutuarius filius domini Ruffini gutuarij emancipatus a dicto patre suo ut patet per instrumentum unum factum a Nazario bartolomeo notario, Anno domini MCCLXVII. indictione decima, die mercuri XVIII mensis Madij, Requisivit a dicto domino Ruffino patre suo eidem partem aliquam assignaret de rebus et bonis et juribus ipsius ad ipsum spectantibus et pertinentibus, ad hoc ut inde posset habere alimenta eidem uxori atque familie ipsius necessarijs cum idem dominus Ruffinus partem aliquam vel aliquid ut dicebat, non dederit vel assignaverit eidem, inde emancipaverit eundem, nec ante vel post nec habebat aliunde eidem et familie sue necessaria pro victu et vestitu et alimentis necessarijs eisdem, unde dictus dominus Ruffinus volens tamquam in hac parte, iustis et honestis petitionibus predicti Daniellis anuere atque condescendere, et in predictis eidem satisfacere titullo et ex causa divisionis atque assignationis in parte et pro parte, et omni modo et jure quo melius poterit, dedit et assignavit eidem pro parte, et in parte, partem quam dominus Ruffinus habet vel habere visus est in pedagio sancti stephani de coxano. Item quartam partem duorum furnorum existentium in dicto loco sancti Stephani. Item jus habendi et percipiendi solidos XL. annuatim quos dant et reddunt homines qui sunt et stant in vachaneis in villa nova in frago ultra belbum pro fodro seu ficto. Item jus habendi et percipiendi illas libras XVII astenses quas dant et reddunt et reddere et dare consueverunt annuatim ad festum sancti Andree, pro ficto seu pro fodro homines quos habent in Monte sancti Gaudenci in Casteglono. Item jus habendi et percipiendi solidos XL. annuatim quos dant et reddunt homines qui stant in vachaneis in villa nova in flagno ultra belbum, pro fodro seu ficto termini supradicti, que quidem spectant et pertinent dicto domino Ruffino, ex

vendicione eidem facta de predictis, per dominum Jacobum quondam marchionem de busca et Manfredum eius filium, voluntate ipsius, de qua extat publicum instrumentum factum per Jacobum Valbelam, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quarto indictione septima, die veneris quartodecimo mensis iulij. Item medietatem omnium Mollendinorum, paratorum et batenderiorum castri et ville Coxani et posse eiusdem. Item medietatem pedagij castri et ville et tocius posse et districtu Coxani. Item libras decem percipiendas annuatim in fodro hominum Coxani, que quidem spectant et pertinent predicto domino Ruffino ex venditionibus factis eidem per dominum Manfredum marchionem de busca de predictis de quibus extant publica instrumenta a johane feracano notario quondam, Primum anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto indictione nona, die lune XXVIII. mensis septembris, Secundum anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto indictione Nona, die lune XV. mensis Octubris. Item aliam medietatem omnium Mollandinorum, Paratenorum et batenderiorum Castri et ville et posse et districtus, que etiam spectant et pertinent dicto domino Ruffino, ex venditione eidem facta de predictis per dominum Jacobum et dominum Petrum eius fratrem, Et Mayfredum et Henricum fratres filios dicti domini Jacobi, Et libras decem percipiendas annuatim de fodro hominum Coxani et districtus de qua venditione extat publicum instrumentum factum a Johane de ignano notario, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto indictione nona, die sabati, IIII° mensis decembris. Item dedit cessit atque mandavit ex causa predicta, et titulo supradicto, predictus dominus Ruffinus eidem Danielli, omnes suas rationes et actiones et jura ei competentes et competencia et quas et que habet et sibi competunt, seu sibi competere posse videntur adversus predictos dominos Jacobum et filios eius predictos et dominum Manfredum fratrem et Oddonem et Petrinum fratres predictorum dominorum, Jacobum et Manfredum et quemlibet predictorum et fideiussores seu condebitores ipsorum et quemlibet ipsorum, Et adversus res et bona et jura ipsorum et cuiuslibet ipsorum, Et que fuerunt ipsorum bona et qualiacumque sint et quecumque sint, et adversus detentores et possessores seu quasi possessores bonorum ipsorum, et que fuerunt ipsorum et cuiuslibet ipsorum pro debitis et condemnationibus infrascriptis, et quolibet ipsorum, et occaxione debitorum et condemnationum et cuiuslibet ipsorum et ipsarum, in primis pro debito uno et occaxione unius debiti librarum XIIII° astensium quas iamdictus dominus Jacobus et eius filius predicti fuerunt confessi se debere dare, predicto domino Ruffino, ex eo quod eisdem iam dictus dominus Ruffinus recuperavit et mutuo recepit, pro ipsis in utilitatem ipsorum processerunt, et pro quibus eidem domino Ruffino pignori obligavit omnia eorum bona et specialiter medietatem pedagij Coxani, prout predicta plenius continentur in publico instrumento inde facto a predicto Johane de ignano notario, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo nono indictione XII die dominico XIIII.° intrantis iulij. Item pro alio debito librarum CXXXI astensium quas confessus fuit predictus dominus Manfredus se mutuo recepisse a predicto domino Ruffino, Et quas eidem dare et solvere promisit termino diu elapso, obligando proinde eidem omnia sua bona, ut patet per publicum instrumentum factum a predicto Jacobo valbella notario in anno domino Millesimo ducentesimo septuagesimo indictione XIII° die sabati quarto mensis januarij. Item pro alio debito et de alio debito librarum viginti astensium, quas

promisit dictus dominus Manfredus mutuo recepisse confessus fuit a predicto domino Ruffino, et quas eidem dare promissit et solvere termino diu elapso, proinde sibi obligando pignori omnia sua bona, ut etiam patet per publicum instrumentum eidem factum a Jacobo boverio notario anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo, indictione XIII^a^ die mercuri sextodecimo iullij. Item de alio et pro alio debito librarum Novem astensium, quas ex causa mutui dare et solvere promisit dictus dominus Petrus de busca dicto domino Ruffino termino iam elapso sub bonorum suorum obligatione, Et etiam patet per publicum instrumentum a Guillelmo notario in anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quarto indictione decima, die Mercurij XIII exeunte februario. Item pro alio debito librarum V. astensium quas confessus fuit dictus dominus Oddo de busca mutuo habuisse ab Opizone Reolato de sancto Stephano nomine domini Ruffini gutuarij, et eidem illud solvere promisit, proinde eius bona obligando termino qui transactus est ut patet per instrumentum factum a predicto Guillelmo proxime debito anno et indictione, die iovis secundo mensis Marcij. Item pro alio debito et occaxione alterius debiti etiam librarum quinque monete quas iamdicto dominus Manfredus, dicto Opizoni reolato, nomine dicti domini Ruffini ex mutuo dare et solvere promisit termino iam elapso, sub bonorum suorum obligatione, ut patet per publicum instrumentum factum a predicto Guillelmo notario in anno domino Millesimo ducentesimo sexagesimo nono indictione quinta decima, die lune mensis Marcij. Item pro condemnationibus infrascriptis suprascriptorum debitorum et occaxione ipsorum debitorum factorum, in primis pro condemnatione seu condemnationibus predicti debiti librarum CCCC. in pluribus quantitatibus. Item pro condemnatione seu condemnationibus librarum C. in quatuor condemnationibus seu quantitatibus, dicti dominus Jacobus et filij eiusdem, Manfredus et Henricus fuerunt condemnati secundum formam capituli civitatis astensis de ter citato quod sic finitur, et si ter citatus fuerit venire vel causari noluerit teneatur ita facere de eo ac si in iudicio confessus fuisset, prout patet ex dictis condemnationibus in publica forma redactis a Guielmo de gillio notario ambabus Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indictione XV^a^ die Mercuri XX. mensis octubris, Citationes autem quorum occaxione facte sunt condemnationes predicte Redacte sunt in publica forma iussu predicti Guielmi de gilio auctoritate iudiciali, per Pelegrinum braydinum notarium Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indictione XV, die Mercuri VII° intrantis decembris. Item pro condemnationibus de debitis suprascriptis et alijs contentis in ipsis condemnationibus, quibus dictus dominus Manfredus extitit condemnatus. Item pro condemnatione librarum LXXXXVII. in pluribus condemnationibus pro Guierdono dicti debiti librarum CXXXI., Item librarum XX pro damno et expensis et interesse, seu Guierdono predicti debiti librarum XX. Item librarum III, pro damno expensis et interesse seu guierdono predicti debiti librarum VIIII°., de quibus quantitatibus iamdictus dominus Manfredus etiam extitit condemnatus secundum formam predicti capituli de ter citato, prout de predictis condemnationibus extat pubblicum instrumentum factum a Guielmo de gilio notario, anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indictione quinta decima die mercuri XVIIII.º mensis octubris, et de Relationibus quorum occaxione facte sunt condemnationes predicte omnes extat instrumentum superius denotatum, Et aliud instrumentum a predicto Pelegrino braydino notario auctoritate

predicta et iussu predicti Guillelmi in anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indictione quintadecima, die mercuri VII. mensis decembris ut hec et alia in dicto instrumonto plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Thomam bellonum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, die iovis ultimo mensis februarij, Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinari, et Andree gareti sindicorum communis astensis et dominorum Raymondi cacayrani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium communis astensis et ipsi sindici et advocati una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, quod commune ast det et dare debeat domino Ruffino gutuario, et Daniello gutuario eius filio suo nomine et nomine fratris sui libras octingentas astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habent in rebus et bonis que fuerunt dominorum de Coxano, ultra illa jura que habent in ipsis rebus et bonis occaxione obligationis facte per dictum commune Henrico pellete de dictis bonis et rebus, ita quod dictus georgius et fratres, habeant et habere debeant de dictis libris octingentis solomodo libras viginti, Et predicti dominus Ruffinus et Daniel eius filius habent libras septingentas et octuaginta ultra iura predicte obligationis iam dicte facte dicto Henrico, Et de qua obligatione dicitur acquisivisse iura. Item dixit et pronunciavit, quod solutis predictis summis, ipsi Gutuarij cedant eorum iura dicto communi ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Ecce quod dicti domini Bonefacius et Manuel procuratores dictorum dominorum, Ruffinus et Daniel nomine ipsorum pro predictis libris septingentis octuaginta, et dicti Georginus, et Antoninus eius fratres, pro predictis libris viginti secundum quod pronunciatum fuit instrumento superius denotato dederunt, cesserunt atque mandaverunt Thome alamano cui dicitur Maffonus sindico communis, Recipienti nomine et vice ipsius communis, omnes suas rationes et actiones, Reales et personales, utiles et directas et mixtas, et omnia eorum jura realia et personalia, utilia et directa et mixta, quas et que ipsi et quilibet ipsorum habebant seu habere poterant, aut visi erant habere, vel habere posse in omnibus predictis rebus dictorum dominorum de Coxano, cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus rationibus et alijs contentis in omnibus instrumentis superius denotatis, et alijs habitis et factis occaxione dictorum instrumentorum et jurium et rationum salvis juribus que habent in ipsis rebus et bonis occaxione obligationis facte per dictum commune Henrico pellete de dictis bonis et rebus. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium, et ipsarum rationum et actionum, Quod dictum commune ast et ipsius Sindici qui per tempora fuerint, nomine dicti communis, de dictis juribus, rationibus et actionibus, et alijs omnibus ad predicta omnia et singula spectantibus, versus predictos dominos de Coxano et Coxani, et quemlibet quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, Et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et quondam ipsorum, ubicumque dicta bona et in quibuscumque rebus existant, Realiter et personaliter, utiliter et directe, ita possint se juvare, causari, intemptare, experiri, replicare et agere, et hijs predictis omnibus juribus, uti et rationibus, Realiter et personaliter, utiliter et directe et mixte, quemadmodum dicti domini Bonefacius et Manuel nomine predicto, sive ipsi dominus Ruffinus et Daniel, et Georgius et Antoninus eius frater et quilibet ipsorum Ante hanc dacionem juriumque cessionem

predicti facere poterant, Ac si dictam dacionem et cessionem non fecissent, Constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti communis, et ipsum commune, de predictis omnibus et singulis juribus, Rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam, transferendo in ipsum commune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium et actionum, Nichil ipsi nomine predicto et cuilibet ipsorum in se se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolventes ipsum comune Astense et ipsius sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius communis de predictis libris octingentis quas fuerunt confessi dicti domini Bonefacius et manuel nomine dictorum dominorum Ruffini et Danielis, Et Georgius et Antoninus habuisse et recepisse a dicto communi seu ab alio pro communi vel a dicto Sindico nomine dicti communis Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non habite et non recepte pecunie, doli et infactum condicioni sine causa vel ex iniusta causa, et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de montegrosso notarius palatinus hanc cartam abreviatam per Manuelem pexinum notarium voluntate ipsius scripsi.

507. *De quadam cessione data et facta communi astensi per Rollandinum gardinum occaxione Coxani.* 1280. 16 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, Die Mercurij sextodecimo octubris, Actum ast in domo prevengorum, in qua moratur dominus Ansaldus zeba potestas astensis, testes Jacobus malbecus notarius, et Astexanus de montegrosso nuncius, quorum presentia apparebat per cartam unam factam per Rollandum vacham notarium in anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto indictione xiiii.ª Die Mercuri terciodecimo mensis septembris, Quod confessus fuit, dominus Jacobus de busca, se ex causa mutui recepisse et habuisse a Petro gardino libras decem astenses et solidos iiii^or^. astenses ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Berrardum de cazalupa notarium in anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto indictione terciadecima Die dominico, decimo mensis septembris, Quod confessus fuit se mutuo recepisse et habuisse a Petro gardino libras viginti solidos octo et denarios sex astenses, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Thomam bellonum notarium in anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, Die iovis ultimo februarij, Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinari, et Andree garetti sindicorum comunis astensis et dominorum Raymondi cacarani, et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium communis astensis, et ipsi Sindici et advocati una cum dicto potestate dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod commune ast det et dare debat Rollandino gardino libras quinque astenses pro omnibus suis juribus realibus et personalibus et mixtis, que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris quinque, ipse Rollandus cedat eius jura dicto communi, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Ecce quod dictus Rollandinus, pro predictis libris quinque secundum quod pronunciatum fuit instrumento superius denotato, dedit, cessit atque mandavit, Thome allamano cui

dicitur Maffonus sindico communis astensis Recipienti nomine et vice ipsius communis, omnes suas rationes et actiones reales et personales, Utiles et directas et mixtas, Et omnia sua jura realia et personalia utilia et directa et mixta, quas et que ipse habebat seu habere poterat, aut visus erat habere, vel habere posse in omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de coxano cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus et alijs contentis in omnibus dictis instrumentis superius denotatis et alijs habitis et factis occaxione dictorum instrumentorum et jurium et rationum. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium, et ipsorum rationum et actionum, Quod dictum commune astense et ipsius sindici qui per tempora fuerint nomine dicti communis, de dictis juribus, rationibus et actionibus et alijs omnibus ad predicta omnia et singula spectantibus, versus predictos dominos de coxano et Coxani et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et quondam ipsorum ubicumque dicta bona, et in quibuscumque rebus existant realiter et personaliter utiliter et directe, ita possit se juvare, causari, intemptare, experiri, replicare et agere, Et hijs predictis omnibus juribus, uti et rationibus, realiter et personaliter utiliter et directe et mixte quemadmodum dictus Rollandinus ante hanc dacionem et cessionem jurium, predictus facere poterat, hac si dictam dacionem et cessionem non fecissent, Constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti communis et ipsum commune de predictis omnibus et singulis juribus et Rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam transferendo in ipsum commune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium et actionum Nichil ipse in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo absolventes dictum commune astense et ipsius sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius communis de predictis libris quinque quas fuit confessus dictus Rollandinus habuisse et recepisse a dicto communi seu ab alio pro communi, vel a dicto sindico nomine dicti communis, Renunciando exceptioni non numerate et non habite et non recepte pecunie, doli et infactum et condicioni sine causa vel ex iniusta causa et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de monte grosso notarius palatinus hanc cartam abreviatam per Manuellem pexinum notarium, iussu ipsius sic scripsi.

508. *De cessione data communi astensi per Conradum de brina Occasione Coxani.* 1280. 17 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, Die iovis, XVII mensis octubris, Actum Ast in domo prevengorum in qua moratur dominus Ansaldus zeba potestas astensis quorum presentia apparebat per publicum instrumentum factum per Obertinum de cemma notarium anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo indictione decima, die sabati quintedecimo intrantis novembris, Quod confessus fuit dominus Manfredus de busca se mutuo recepisse et habuisse a Guielmo delabrina libras XV astenses ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per eundem notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo indictione nona, Die lune decimo intrantis aprilis, Quod confessus fuit dominus Manfredus de busca se mutuo recepisse et habuisse de capitali a Guielmo de brina libras XXVIIII° astenses ut hec et alia in

dicto instrumento plenius continetur. Item apparebat per instrumentum factum per Belengerium notarium Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto indictione XIII.ª sexto intrante iullio, Quod confessus fuit dominus Jacobus marchio de busca, se mutuo recepisse a Guillelmo de brina libras octo astensis monete ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Item apparebat per instrumentum unum factum per Belengerium notarium anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo nono indictione prima, Die septimo intrante februario, Quod confessus fuit dominus Petrus de busca marchio, se mutuo recepisse et habuisse, a Guillelmo de brina de Ast libras quinque astensis monete, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Ruffinum notarium anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo septimo indictione decima, Die Sabati quarto iunij, Quod Henricus de castello ante debiti solutionem, dedit, cessit atque mandavit domino Conrado de brina et fratri eius Rollando, eius jus omne et actiones reales et personales utiles et directas sibi competentes et que competere possent, versus heredes et bona domini Raymondi de busca debitores suos, usque in libris quinque ianuensibus, quos dictus Raymondus dare tenebatur domino Ruffino de castello suo nomine et fratris eius henrici, Et versus Johanem de busca, et Raymondum fictam filium domine Benvenute, et Jordanum mallalancam fideiussores dicti debiti et heredes et bona eorum et detentores eorum ut continetur in carta inde facta ab Aldicione notario anno domini MCCXLII. indictione quintadecima, Die veneris vigesimo intrante iunio, Et de quo debito ut dicebatur condemnatus fuit dictus dominus Raymondus in libris sex ianuensibus ut continetur in carta inde facta a domino ottone nigro notario anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo quinto indictione tercia, Die veneris secundo kalendas aprilis, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Thomam bellonum notarium, Anno domini MCCLXXX. indictione octava, Die iovis ultimo mensis februarij, Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomei asinarij, et Andree gareti sindicorum communis astensis, et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium communis astensis et ipsi Sindici et advocati una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod commune ast det et dare debeat Conrado de brina libras quinque astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in bonis et rebus que fuerunt dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt quod solutis predictis libris quinque ipse Conradus cedat, eius jura dicto communi que habet in dictis rebus, usque in quantitatem predictam librarum quinque secundum quod pronunciatum fuit, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Ecce quod dictus Conradus, pro predictis libris quinque secundum quod pronunciatum fuit in instrumento superius denotato, dedit, cessit atque mandavit Thome alamano cui dicitur Maffonus sindico communis astensis Recipienti nomine et vice ipsius communis omnes suas rationes et actiones reales et personales, utiles et directas et mixtas, et omnia sua jura realia et personalia, utilia et directa et mixta, quas et que habet seu habere poterat, aut visus erat habere vel habere posse in omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de Coxano cum omnibus processibus habitis et factis super dictis actionibus rationibus et alijs contentis in omnibus dictis instrumentis superius denotatis

et alijs habitis et factis occaxione dictorum instrumentorum et jurium et rationum. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium, et ipsarum rationum et actionum, quod dictum Comune ast et ipsius sindici qui per tempora fuerint nomine dicti communis, de dictis juribus rationibus et actionibus et alijs omnibus ad predicta omnia et singula spectantibus, versus predictos dominos de Coxano et Coxani et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum et bonorum et jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et quondam ipsorum, ubicumque dicta bona et in quibuscumque rebus existant realiter et personaliter, utiliter et directe ita possit se juvare, causari, intemptare, experiri, replicare et agere et hijs predictis omnibus et singulis juribus uti, et rationibus, Realiter et personaliter utiliter et directe et mixte quemadmodum dictus conradus ante hanc dacionem et cessionem non fecisset, constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti communis, et ipsum commune de predictis omnibus et singulis juribus rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam transferendo in ipsum comune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium et actionum Nichil in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolventes ipsum comune astense et ipsius sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius communis, de predictis libris quinque quas fuit confessus dictus Conradus habuisse et recepisse a dicto communi seu ab alio pro communi vel a dicto Sindico nomine dicti communis, Renuncians exceptioni non numerate non habite et non recepte pecunie, doli et infactum, et condicioni sine causa vel ex iniusta causa et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de monte grosso notarius palatinus dictum instrumentum abreviatum per Manuelem pexinum notarium voluntate ipsius sic scripsi.

509. *De quadam Cessione data et facta communi astensi per Petrum de Maglano, occaxione Coxani.* 1280. 17 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, die iovis xvii mensis octubris, Actum Ast in domo prevengorum in qua moratur dominus Ansaldus zeba potestas astensis. Testes Bixotus ferarius et Galvagnus de Castagnolis et Guillelmus follus notarius, quorum presentia apparebat per sententiam unam factam per Jacobum boxiam notarium Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo octavo indictione undecima, Quod dominus Carlus de turre judex iusticie communis astensis pronunciavit condemnando Petrum gattum procuratorem Manfredi marchionis de busca nomine ipsius seu predictum Manfredum, versus Petrum de monte prevellerio in libris xiiii^or ianuinorum quas confessus fuit dictus dominus Manfredus se mutuo recepisse a dicto Petro de monte prevelerio. Item in libris decem ianuensis monete, pro lucro dicti debiti. Item in solidis bis quinque pro expensis factis occaxione predicti debiti, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item per aliam sententiam apparebat factam per eundem notarium, hoc eodem anno ed indictione, Quod dictus judex pronunciavit condemnando predictum Petrum gatum procuratorem Petri et Manfredi marchionum de busca nomine predictorum seu ipsos Petrum et Manfredum, et versus Petrum de monte prevelerio in libris xv et solidis vii ianuensis monete, quas confessi fuerunt dicti Petrus et Manfredus se se mutuo recepisse a Petro de monte

prevelerio, et in libris decem ianuensibus pro pena sive pro lucro dicti debiti, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Item apparebat per aliam sententiam factam per eundem notarium hoc eodem anno et indictione, quod dictus iudex pronunciavit et condemnavit Petrum gatum procuratorem Manfredi marchionis de busca nomine ipsius seu ipsum Manfredum versus Petrum de monte prevelerio in solidis bis quinque et libris III ianuensis monete et in libris quinque ianuensibus et in solidis bis quinque, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Item apparebat per aliam sententiam factam per Thomam bellonum notarium Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, die iovis ultimo mensis februarij, Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomey asinarij et Andree gareti sindicorum communis astensis et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum et defensorum jurium communis astensis, et ipsi Sindici et advocati unaa cum dicto potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, quod commune ast det et dare debeat Petro maglano libras decem astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis que habet in rebus et bonis que fuerunt dominorum de coxano. Item dixit et pronunciavit, Quod solutis predictis libris decem ipse Petrus cedat eius jura dicto communi que habet in dictis rebus usque in quantitate librarum decem, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Ecce quod dictus Petrus maglonus, pro predictis libris decem secundum quod pronunciatum fuit instrumento superius denotato dedit, cessit atque mandavit Thome alamano cui dicitur Maffonus Sindico communis recipienti nomine et vice ipsius communis suas rationes et actiones Reales et personales, utiles et directas et mixtas, et omnia sua jura realia et personalia, utilia et directa et mixta, quas ipse habebat seu habere poterat aut visus erat habere vel habere posse in omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de coxano cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus, rationibus et alijs contentis in omnibus dictis instrumentis superius denotatis et alijs habitis et factis occaxione dictorum instrumentorum et jurium et rationum. Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium et ipsarum rationum et actionum, Quod dictum commune astense et ipsius sindici qui per tempora fuerint nomine dicti communis, de dictis juribus rationibus et actionibus et alijs omnibus ad predicta omnia et singula spectantibus versus predictos dominos de Coxano et Coxani et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et quondam ipsorum, ubicumque dicta bona et in quibuscumque rebus existant realiter et personaliter, utiliter et directe et mixte, quemadmodum dictus Petrus ante hanc dacionem et cessionem non fecisset, constituens dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti communis et ipsum comune de predictis omnibus juribus rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam, transferendo in ipsum comune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium et rationum Nichil ipse in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, absolvens ipsum comune astense et ipsius Sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius communis de predictis libris decem, quas fuit confessus dictus Petrus habuisse et recepisse a dicto communi seu ab alio nomine dicti communis vel a dicto Sindico nomine dicti communis, Renunciando exceptioni non numerate et non habite pecunie doli et infactum, et condicioni sine causa vel ex iniusta causa et omni juri.

Et ego Georgius de montegrosso notarius palatinus, hanc cartam abreviatam per Manuelem pexinum notarium iussu ipsius sic scripsi.

510. *De cessione data communi astensi per Meylanum Ottinum ocaxione Coxani.* 1280. 17 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo, indictione octava, die veneris XVII mensis Octubris, Actum Ast in domo prevengorum ubi moratur dominus Ansaldus zeba potestas astensis, Testes Philipus bergogninus et Bertraminus bergogninus quorum presentia apparebat per cartam unam factam per Ardizonem notarium, anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, indictione quintadecima, Die dominico secundo mensis novembris, Quod confessi fuerunt dominus Jacobus de busca marchio et dominus Tadonus de lovazolio se se mutuo recepisse a Jacobo ottino de ast libras V. et solidos decem monete ianuensis ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Item apparebat per sententiam unam factam a Thoma bellono notario, anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, Die iovis ultimo februarij, Quod dominus Ansaldus zeba potestas, de consilio dominorum Tholomei asinarij, et Andree gareti sindicorum communis astensis et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum et defensorum jurium communis astensis et ipsi sindici et advocati una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, quod commune Ast det et dare debeat Meylano ottino solidos XX^ti^ astenses pro omnibus et singulis juribus realibus et personalibus et mixtis, que habet in rebus et bonis, que fuerunt dominorum de Cozano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis solidis viginti, ipse Meylanus cedat eius jura dicto comuni que habet in dictis rebus, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continetur. Ecce quod dictus Meylanus, pro predictis solidis XX secundum quod pronunciatum fuit in instrumento superius denotato, dedit, cessit atque mandavit Thome allamano cui dicitur Maffonus sindico communis astensis recipienti nomine et vice ipsius communis, omnes suas rationes et actiones reales et personales ut supra.

Et ego Georgius de montegrosso notarius palatinus hanc cartam abreviatam per Manuelem Pexinum notarium iussu ipsius sic scripsi.

511. *De cessione data communi ast per Ubertum de ralvengo Occasione Coxani.* 1280. 19 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, Die Sabati, XVIIII° octubris, Actum ast in domo prevengorum in qua moratur dictus potestas, Testes Paganus maronus et Vivaldus bechonus et Bocheta nuncius communis, quorum presentia, apparebat per cartam unam factam per Grandonum de pergamo notarium anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quinto indictione octava, Die iovis XVII mensis iullij Quod confessus fuit dominus Manfredus marchio de buxa, se mutuo recepisse et habuisse a domino Gandulfo de Ralvengo libras LXVIII astenses quos denarios promisit ei dare ad certum terminum iam elapsum, et de quo debito dominus Jacobus marchio de busca, et dominus Petrus frater domini Manfredi de busca promisit ad dictum terminum solvere, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Franciscum ferarium notarium in

anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indictione xv die lune decimonono mensis Marcij, quod confessus fuit dominus Manfredus de busca se mutuo habuisse et recepisse a domino Gandulfo de ralvengo libras Centum viginti duas astenses quos denarios promisit ei dare ad certum terminum qui transactus est, Et de quo debito dominus Jacobus de busca intercedendo pro dicto domino Manfredo de dicto debito constituit proprium et principalem debitorem fideiussorem et pagatorem ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Grandonum de pergamo notarium anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quinto indictione VIII^a, die iovis XVII mensis iullij, quod dominus Jacobus de busca fuit confessus se mutuo recepisse et habuisse a domino Gandulfo de ralvengo libras CVII astenses quos denarios promisit ei dare et solvere ad certum terminum qui transactus est, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Franciscum ferarium notarium anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indictione quintadecima, die lune, XIIII° mensis Marcij, quod confessus fuit dominus Jacobus de busca se mutuo habuisse et recepisse a domino Gandulfo de ralvengo libras CLXXXVIII astenses quos denarios promisit ei dare et solvere ad certum terminum qui transactus est, Et de quo debito dominus Manfredus de busca intercedendo pro dicto domino Jacobo de dicto debito constituit se proprium et principalem debitorem et fideiussorem ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Iohanem fizerium notarium anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo septimo indictione decima, Die Mercuri XVIIII° mensis ianuarij, Quoniam dominus Jacobus de busca ter fuit citatus et inventus per Nuncios communis astensis, et per ipsos fuit ex parte domini karoli delaturre judicis iusticie communis ast et ex parte domini Sibaudi allaciossi iudicis iusticie olim communis astensis, preceptum eidem, per tres vices tribus diversis diebus, ut veniret coram dictis iudicibus responsurus de jure domino Gandulfo de ralvengo judici, qui ab eo petere volebat libras viginti quinque, quas dictus Gandulfus mutuavit domino Manfredo de busca fratri ipsius Jacobi, Et de quo debito dictus Jacobus et dominus Petrus de busca frater eius extiterunt fideiussores et quilibet eorum insolidum dictum debitum solvere promiserunt ad certum terminum iam elapsum, Renunciando novis constitutionibus et epistole divi adriani et omni juri. Item alias libras XXV eadem de causa Item eadem de causa libras XVII. Item pro guierdono et lucro dicti debiti libras XV. Item pro damno, expensis et interesse dicti debiti libras decem astenses. Et quia dictus dominus Jacobus nec alius pro eo, venit vel venire voluerit terminis sibi datis coram dicto domino Karolo nec coram dicto domino Sibaldo sed pocius venire contempsit, Ideo dictus dominus karulus iudex iusticie communis astensis habuit dictum dominum Jacobum pro confesso in predictis quantitatibus, ut hec et alia in instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Ruffinum durandum notarium anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, indictione quinta, die iovis, XIIII° mensis ianuarij, Quod dominus Bastianus de clario judex iusticie communis astensis ex parte publica, dedit, constituit et ordinavit Obertum de ralvengo tutorem Bonefacij, Persavallis, Thomeyni, Jordani, et Gandulfini filiorum domini Gandulfi de ralvengo ad omnia eorum

negocia facienda ut in instrumento inde facto plenius continetur. Item apparebat per aliud instrumentum factum ab eodem Ruffino notario illo eodem anno et indictione die Martis, XVIIII° mensis ianuarij Quod dictus tutor nomine ipsorum minorum, fecit inventarium de rebus et bonis ipsorum minorum, ut in dicto inventario plenius continetur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per manum Thome belloni notarij in anno domini M°CC°LXXVIIII°, indictione VII^{a}, Die sabati ultimo mensis septembris, quod dictus Tutor voluit quedam addere in dicto inventario, ut in dicto inventario plenius continetur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per manum dicti Thome belloni in anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, die iovis ultimo februarij, Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum cônsilio dominorum Tholomei asinarij et Andree gareti sindicorum communis astensis et dominorum Raymondi cacarani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium communis astensis, Et ipsi Sindici et advocati una cum dicto domino potestate dicunt et ammicabiliter componendo pronunciant quod commune ast det et dare debeat dicto Oberto de ralvengo tutorio nomine dictorum minorum filiorum dicti domini Gandulfi quondam sive ipsis filijs domini Gandulfi quondam libras quinquaginta astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus, utilibus et directis que ipsi minores ratione hereditatis paterne habent in rebus et bonis que fuerunt dictorum dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris L, ipse Obertus nomine filiorum dicti domini Gandulfi, et ipsi filij domini Gandulfi cedant eorum jura dicto comuni, que habebant in dictis rebus usque in quantitate predictarum librarum L, astensium ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Ecce quod dictus Obertus tutorio nomine ipsorum Minorum pro predictis libris quinquaginta astensibus secundum quod pronunciatum fuit instrumento superius denotato dedit, cessit atque mandavit Thome alamano cui dicitur Maffonus sindico communis astensis Recipienti nomine et vice ipsius communis, omnes suas rationes et actiones, reales et personales, utiles et directas et mixtas et omnia sua jura realia et personalia, utilia et directa et mixta, quas et que ipsi habebant seu habere poterant aut visi erant habere vel habere posse in omnibus predictis rebus dictorum dominorum de Coxano cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus rationibus et alijs contentis in omnibus dictis instrumentis superius denotatis et alijs habitis et factis occaxione dictorum instrumentorum et jurium et rationum, Tali modo et forma facta est dicta dacio et cessio ipsorum jurium, et ipsarum rationem, Et quod dictum commune ast et ipsius Sindici, qui per tempora fuerint nomine dicti communis de dictis juribus rationibus et actionibus et alijs omnibus ad predicta omnia et singula spectantibus, versus predictos dominos de Coxano eorum quolibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum et quondam eorum, ubicumque dicta bona et in quibuscumque rebus existant realiter et personaliter utiliter et directe ita possit se juvare causari intemptare excipere replicare et agere et experiri et hijs predictis omnibus juribus uti et rationibus realiter et personaliter utiliter et directe et mixte quemadmodum ipsi minores et predictus tutor ipsorum nomine ante hanc dacionem et cessionem fecissent, constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti communis et ipsum commune de predictis omnibus et juribus rationibus et actionibus procuratorem

ut in rem suam, transferendo in ipsum commune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium et rationum nichil ipsi in se de predictis omnibus et singulis penitus retinendo, Absolventes ipsum comune astense et ipsius Sindicos et quascumque alias personas nomine ipsius communis de predictis libris quinquaginta, quas fuit confessus dictus tutor nomine dictorum minorum habuisse et recepisse a dicto communi seu ipsius Sindico nomine ipsius communis, Renuncians exceptioni non numerate et non habite et non recepte pecunie, doli et infactum condicioni sine causa vel ex iniusta causa et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de monte grosso notarius palatinus instrumentum suprascriptum abreviatum per Manuelem pexinum notarium, voluntate ipsius sic scripsi.

512. *De cessione data communi astensi per Mitre divitem et sicardum de Gorzano Occasione Coxani.* 1280. 19 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, die Sabati decimonono mensis Octubris, Actum ast in domo prevengorum in qua moratur dominus Ansaldus zeba potestas astensis, Testes Bartolomeus bucha clausa et Ambroxius molinarius nuncius communis astensis, quorum presentia apparebat per instrumentum factum per Jacobum de fossato notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo trigesimosexto, indictione nona, Die Martis tercio kalendas aprilis, quod confessus fuit dominus Raymondus marchio de buscha Renuncians exceptioni non numerate pecunie se mutuo recepisse a Sicardo rubeo de gorzano Et Frederico richo de capitale libras CCCLX ianuensis monete, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Item apparebat per aliud instrumentum factum per Thomam bellonum notarium, Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava, die iovis ultimo mensis februarij. Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis, cum consilio dominorum Tholomei asinarij, et Andree gareti sindicorum communis astensis et Raymondi cacarani, et Manuellis pellete advocatorum et defensorum jurium communis astensis et ipsi Sindici et advocati una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod commune ast det et dare debeat Frederico de Gorzano et Mitre diviti libras triginta quatuor astenses pro omnibus juribus realibus et personalibus et mixtis, que habent in rebus et bonis dictorum dominorum de Coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod solutis predictis libris XXXIIII° astensibus ipse Fredelicus et Mitre, cedant eorum jura dicto communi que habent in dictis rebus usque in quantitate predicta librarum triginta quatuor, ut hec et alia in dicto instrumento plenius continentur. Ecce quod dicti Mitre et Sicardus de gorzano, pro predictis libris XXXIIII^or^ astenses secundum quod pronunciatum fuit in instrumento superius denotato, dederunt cesserunt atque mandaverunt, Thome alamano cui dicitur Maffonus sindico communis astensis Recipienti nomine et vice ipsius communis, omnes suas rationes, et actiones reales et personales, utiles et directas et mixtas et omnia sua jura realia et personalia et mixta, quas et que ipsi habebant seu habere poterant, aut visi erant habere vel habere posse in omnibus predictis rebus et bonis dictorum dominorum de Coxano, cum omnibus processibus habitis super dictis actionibus rationibus et alijs contentis in omnibus dictis instrumentis super hijs denotatis, et alijs habitis et factis occaxione dictorum instrumentorum et jurium et rationum. Tali modo est

facta dicta cessio et dacio ipsorum jurium et ipsarum rationum, et actionum, Quod dictum commune ast et ipsius Sindici, qui per tempora fuerint nomine dicti communis de dictis juribus rationibus et actionibus, et alijs omnibus, ad predicta omnia et singula spectantibus versus predictos dominos de Coxano et Coxani et quemlibet et quoscumque alios detentores ipsorum bonorum et jurium, et versus res et bona ipsorum et cuiuslibet eorum, et quondam ipsorum ubicumque dicta bona, et in quibuscumque rebus existant realiter et personaliter utiliter et directe, ita possint se juvare causari intemptare, experiri replicare et agere, et hijs predictis omnibus juribus uti et rationibus realiter et personaliter utiliter et directe et mixte quemadmodum dicti Mitre et sicardus ante hanc dacionem et cessionem jurium predicti facere poterant, hac si dictam dacionem et cessionem non fecissent, constituentes dictum Maffonum sindicum recipientem nomine dicti communis et ipsum commune de predictis omnibus et singulis juribus rationibus et actionibus procuratorem ut in rem suam transferendo in ipsum comune dominium et proprietatem omnium predictorum jurium et actionum Nichil ipsi de predictis omnibus et singulis penitus retinendis, Absolventes ipsum commune astense et ipsius Sindicos, et quascumque alias personas nomine ipsius communis, de predictis libris xxxIIII^{or} quas fuerunt confessi dicti Mitre et Sicardus habuisse et recepisse a dicto comuni, seu ab aliquo pro comuni, vel a dicto Sindico nomine dicti comunis, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepte, doli et infactum condicioni sine causa vel ex iniusta causa, et omni alij exceptioni et juri.

Et ego Georgius de montegrosso notarius palatinus suprascriptum instrumentum abreviatum per Manuelem pexinum notarium voluntate ipsius sic scripsi.

513. *De vendicione facta comuni Astensi per Nicolinum malalanciam de uno orto posito in coxano.* 1288. 5 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, indictione prima, Die Mercuri, quinto mensis Madij, presentia testium infrascriptorum, Nicolinus malalanza cui dicitur de bellengeria, vendidit, tradidit, et ex causa venditionis fuit confessus se vendidisse et tradidisse domino Ogerio alferio recipienti nomine et vice communis astensis et Fulcheti asinari, soci sui, quibus concessum est plenum arbitrium et generalis baylia, a Consilio generali civitatis astensis, Quod dictus dominus Ogerius et Fulchetus asinarius habeant tantam bayliam quantam habet Consilium generale civitatis astensis conveniendi sese de terris quas ceperunt pro villa Coxani de terris ecclesie et hominum cum ipsa ecclesia et hominibus tam in faciendo eis cartam quam in solvendo pecuniam quam alio modo, ut patet per instrumentum unum factum per Manuelem pexinum notarium, hoc eodem anno et indictione, die Martis xx° mensis aprilis, peciam unam orti sive canevalij que est in burgo Coxani, cui coherent ecclesia Sancti Johanis de Coxano a tribus partibus heredes Oddonis ficte et dictus Nicolinus pro alia parte dicte pecie terre que sibi remansit, et que est starium unum et tabule decem, in qua pecia terre construitur et hedificatur villa burghi Coxani precio librarum quinque et denariorum decem astensium, pro qua pecia terre predicte itur una parte sive vadit usque in belbum, Quod precium fuit confessus dictus venditor se habuisse et recepisse a dicto emptore nomine communis astensis, Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie fori privilegio,

doli mali et infactum condicioni sine causa vel ex iniusta causa, Et quod non possit dicere vel opponere se fore deceptum in dicta vendicione ultra dimidiam justi precij, vel in aliqua parte ipsius precij, et omni alij exceptioni et juri. Tali modo et forma facta est dicta vendicio, quod dictus emptor nomine et vice communis astensis et ipsum comune predictam peciam orti sive canavali, habeat, teneat quietoque in alodium possideat per se et per suos heredes et successores, et habentes causam a comuni, cum omni jure, ratione et actione, ingressione et egressione, et cum omni usu publico et privato eidem rei vendite pertinenti, vel pertinenti ipsi venditori occaxione ipsius et contra quamlibet aliam personam sicut est designata et terminata infra terminos et coherentias supra se et infra se habentibus, et faciat de ea et in ea quicquid facere voluerit sine omni contradictione dicti venditoris, et suorum heredum et omnium aliarum personarum. Quam quidem rem superius venditam, promisit dictus venditor per se et per suos heredes et habentes causam ab eo dicto emptori nomine dicti communis recipienti, defendere, disbrigare et auctorizare a quacumque persona et personis, communi colegio et universitate, cum omni solemnitate denunciandi expresse remissa per pactum, quod si facere noluerit aut non poterit aut quovis ingenio subtrahere quesierit tunc ipsam rem in duplum restituere et resarcire promisit secundum quod dicta res meliorata fuerit aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco, cum omnibus expensis, damnis et interesse factis et faciendis et substinendis, eundo, redeundo, stando causa iudicio mutuo premio vel alio quoquo modo credendo eidem domino Ogerio nomine dicti communis Ast in eius simplici verbo sine sacramento, et sine aliqua testium probatione. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis, dictus venditor omnia sua bona eidem emptori recipienti nomine dicti communis pignori obligavit, Confitendo dictus venditor se tenere et possidere rem predictam nomine ipsius emptoris et dicti communis seu quasi possidere quousque dictus emptor nomine dicti communis corporalem aprehendiderit possessionem quam eidem nomine dicti communis apprehendere liceat ad suam propriam voluntatem et auctoritatem, quandocumque voluerit sine licentia ipsius venditoris et omnium aliarum personarum, et sine licentia et auctoritate alicuius iudicis potestatis vel decreti et alicuius alterius magistratus, Et ad predicta omnia facienda, dictus venditor constituit ipsum emptorem nomine dicti communis procuratorem, ut in rem suam propriam. Actum in Coxanò sub porticu domus Gabriellis, Testes fuerunt Raymondinus de magistro guillelmo de Ugone, Brunetus de pistono, et Bonacius ferarius.

Et Ego Guielmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

514. *De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum qui dicitur dedonus de Coxano de uno sedimine et uno orto scitis in Coxano.* 1288. 5 Maij.

Eodem anno indictione et die loco et presentibus testibus Et eodem modo et forma, Jacobus cui dicitur dedonus de Coxano, vendidit et tradidit et ex causa venditionis fuit confessus se tradidisse et vendidisse, domino Ogerio alferio recipienti nomine et vice communis astensis peciam unam sediminis et orti, que est in burgo Coxani, Cui coheret ecclesia sancti Johannis a duabus partibus, Petrinus de Vicglino et dictus dedonus pro alia parte que sibi remansit dicte pecie sediminis et orti, que est tabule XI, precio librarum duarum solidorum decem et denariorum quinque

astensium, quod precium fuit confessus ut supra in dicto instrumento in omnibus et per omnia continetur.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

515. *De vendicione facta comuni Astensi per Petrinum de meglino et matrem eius de uno sedimine et uno orto existentibus in Coxano.* 1288. 5 Maij.

Eodem anno, die loco et presentibus testibus, Eodem modo et forma, Petrinus de meglino de Coxano, confitendo se maiorem esse annorum viginti quinque et eius mater alaxia meglina, vendiderant et tradiderant, et ex causa vendicionis fuerunt confessi se se tradidisse et vendidisse domino Ogerio alferio peciam unam sediminis et orti, que est in burgo Coxanij, cui coherent ecclesia sancti Johanis, dedonus et dictus Petrinus de meglino pro alia parte, que sibi remansit de dicta pecia sediminis et orti, que est tabule octo precio libre unius solidorum sedicim et denariorum octo astensium quod precium fuerunt confessi ut supra in primo instrumento in omnibus et per omnia continetur.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

516. *De vendicione facta comuni Astensi per Stephanum barberium de uno orto existente in Coxano.* 1288. 5 Maij.

Eodem anno, indictione, die et loco, Testes, Petrus bruschus et Bonacius ferarius, eodem modo et forma, Stephanus barberius, cui dicitur sagnator de Coxano vendidit et tradidit, et ex causa vendicionis fuit confessus se tradidisse et vendidisse, domino Ogerio alferio recipienti nomine et vice communis astensis peciam unam orti, que est in burgo Coxani, Cui coheret Jacobus fontanilius, Peruzanus et dictus Stefanus pro alia parte, que sibi remansit, de dicta pecia orti, et via, que est tabule IIII^or precio libre unius et denariorum septem astensium, quod precium fuit confessus ut supra in primo instrumento in omnibus et per omnia continetur.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

517. *De vendicione facta comuni Astensi per Manfredum fictam de coxano de una vinea et uno sedimine scitis in Coxano.* 1388. 5 Maij.

Eodem anno indictione et die et loco, in sedimine Bellengerij de domina Meliore, et Manuellis filij domini Oddonis de busca, Testes dominus Raymondus sacerdos ecclesie sancti Johanis, et Niger peruzanus Eodem modo et forma Manfredus ficta de Coxano vendidit et tradidit, et ex causa vendicionis fuit confessus se tradidisse, et vendidisse domino Ogerio alferio peciam unam vinee et sediminis tenentis insimul, que est in burgo Coxani, Cui coheret Nicolinus de bellengeria, dominus Jacobus ysnardus, ecclesia sancti Johannis, Oddonus fieta, et dictus Manfredus, que est starius unus et tabule octo precio librarum trium solidorum undecim et denariorum octo astensium, Quod precium fuit confessus dictus venditor ut supra in primo instrumento in omnibus et per omnia continetur.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

518. *De vendicione facta comuni Astensi per Albertinum zarpaudum de pecia una terre et sediminis scitorum in Coxano.* 1188. 5 Maij.

Eodem anno indictione et die, Testes Jacobus fontanilius, Petrus longus et Facinus ruella, Eodem modo et fòrma, Albertinus zarpaudus vendidit et tradidit, domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis peciam unam terre et sediminis tenentium insimul, que est in burgo Coxanij, Cui coheret ecclesia sancti Johannis pro domo, quam tenet Johana uxor quondam henrici de meglino Muracij Manfredus de bereto et heredes Guillelmi de Serra, et est modium unum tabulle septem. Item aliam peciam terre in eadem hora, Cui coheret Raymondus de serra a duabus partibus, Manfredus de bereto et ecclesia sancti Johannis, et est starius unus et tabule octo precio librarum viginti octo solidorum octo et denariorum quatuor astensium, Quod precium fuit confessus habuisse et recepisse, ut supra in primo instrumento in omnibus et per omnia plenius continetur. Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi,

519. *De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum fontanilium, de uno orto scito in Coxano.* 1288. 5 Maij.

Eodem anno indictione, et die et presentibus testibus, Eodem modo et forma, Jacobus fontanilius vendidit et tradidit, domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis, Peciam unam orti, cui coherent Manfredus de bereto, Stephanus sagnator, et Ruinus de cimiano, que est pedes octo et dimidium precio solidorum trium et denariorum duorum astensium.

520. *De vendicione facta comuni Astensi per Stephanum sagnatorem et Jacobinum eius filium, de uno sedimine posito in Coxano.* 1288. 6 Maij.

Eodem anno et indictione, die jovis sexto mensis Madij. Testes Simonus ruscharolius, et Paganus gatus, Stephanus sagnator, et eius filius Jacobinus, precepto et voluntate dicti patris sui, vendiderunt et tradiderunt domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis, Sedimen unum super quo erat domus ipsorum, quod est in burgo Coxanij, cui coherent Oddo fontanilius a tribus partibus et via, et est tabullarum quatuor et pedum VIIII° precio solidorum XVIII et denariorum VIII astensium, Quod precium fuerunt confessi se se habuisse et recepisse, a dicto emptore ut supra in primo instrumento in omnibus et per omnia plenius continetur.

Et ego Guillelmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

521. *De quadam vendicione facta comuni astensi per Guillelmum fictam nomine guillelmi ficte eius nepotis de una vinea scita in Coxano.* 1288. 6 Maij.

Eodem anno indictione, die et loco, Testes Stephanus sagnator et Simonus ruschayrolius, Et eodem modo et forma, Guielmus fieta cui dicitur fiacius tamquam coniuncta persona nomine et vice Guielmi fiete ejus nepotis, vendidit et tradidit, domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis, peciam unam vinee que est in posse ville coxanij in burgo, cui coheret Manfredus fieta, ecclesia sancti Johanis a duabus partibus, et Nicholinus de belengera, que est starius unus tabule quatuor et

pedes novem, precio librarum trium solidorum sedicim et denariorum novem astensium, Et per dictam vineam vadit via usque in bellium, Quod precium etc. ut supra in omnibus et per omnia continetur plenius.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi.

522. *De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum presentum de uno orto scito in Coxano.* 1288. 6 Maij.

Eodem anno indictione et die loco, Testes, Guielmus de polino notarius, Facinus ruella, et Jacobus de serra, Et eodem modo et forma, Jacobus presentus vendidit et tradidit domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis peciam unam orti que est in villa Coxanij, cui coherent Manfredus de bereto a duabus partibus zabrielus, et Jacobus canis, que est tabule quinque et pedes novem, precio libre unius solidorum quinque et denariorum undecim astensium.

523. *De vendicione facta comuni Astensi per Raymondum de la sera suo nomine et nepotum suorum, et certos alios eius consortes de infrascriptis pecijs terre scitis in Coxano.* 1288. 6 Maij.

Eodem anno indictione, die et loco, et presentibus, Et eodem modo et forma, Raymondus de la serra suo nomine et nomine nepotum suorum, Jacobus de la sera, et Guielmus de la sera eorum nomine et nomine omnium aliorum de la serra, vendiderunt, et tradiderunt, domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis infrascripta, Primo peciam unam terre in burgo Coxanij, que est heredum Guilelmi de la serra, Cui coherent Albertus zarpaudus, a duabus partibus Manfredus de bereto et Jacobus de la serra, et est tabularum trium, et pedum duorum. Item aliam peciam terre heredum Guillelmi de la serra, cui coherent Jacobus de la serra, Albertus zarpaudus, Manfredus de bereto, et Raymondus de la serra, et est tabularum quatuor et pedum quinque. Item aliam peciam terre, Raymondi de la serra pro indiviso cum alberto zarpaudo coherent Jacobus de la serra, et Manfredus de bereto, et est pars ipsius Raymondi tabularum I. et pedum X. Item aliam peciam orti zabriellis, coherent Manfredus de bereto, Jacobus presentus, Peruzanus, Anselmus canis, et via et est stariorum I. tabularum X. et pedum IIII^{or}. Item aliam peciam terre Raymondi de la serra fratrum et nepotum suorum, coherent Albertus zarpaudus a duabus partibus, Manfredus de bereto, et dominus Jacobus ysnardus et est stariorum I. et tabularum X. precio librarum tredicim solidorum decem et denariorum novem astensium, de quibus denarijs zabriellus debet habere libras octo astenses qui habebat omnia predicta pignori obligata a supradictis venditoribus. Quod precium dicti venditores fuerunt confessi sese habuisse et recepisse a dicto emptore, nomine communis astensis, Eodem modo et forma in omnibus et per omnia ut in primo instrumento continetur.

524. *De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum Canem de uno orto scito in Coxano.* 1288. 6 Maij.

Eodem anno, indictione die et loco, Testes, Dedonus et facinus ruella, Et eodem modo et forma, Jacobus canis vendidit domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis, peciam unam orti que est in posse Coxanij ubi dicitur ad fornacem,

cui coherent ecclesia sancti Johanis, Peruzanus et Anselmus canis, Jacobus presentus, et Manfredus de berreto, et est tabullarum septem, precio libre unius solidorum duodecim et denariorum I. Quod precium etc., ut in primo instrumento continetur.

525. *De vendicione facta comuni Astensi per Albertum zarpaudum de infrascripta pecia terre pro indiviso scita in coxano.* 1288. 6 Maij.

Eodem anno, indictione die loco et presentibus testibus, Eodem modo et forma, Albertus zarpaudus vendidit et tradidit domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis peciam unam terre pro indiviso cum Raymondo de la sera, Cui coherent dictus Albertus a duabus partibus Jacobus de la serra, et Manfredus de berreto, et est tabularum trium et pedum duorum, precio solidorum quatuordecim et denariorum sex astensium, quod precium etc. ut in primo instrumento continetur.

526. *De vendicione facta communi Astensi per Anselmum canem de coxano suo nomine et certorum aliorum infrascriptorum de uno orto scito in Coxano.* 1288. 6 Maij.

Eodem anno, indictione, die et loco, Testes Jacobus fontanilius et Facinus ruella, Et eodem modo et forma, Anselmus canis de Coxano, suo nomine, et nomine sororis sue Perone uxoris Peruzani, et nomine Peruzani, vendidit et tradidit domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis peciam unam orti, Cui coherent ecclesia sancti Johanis, Jacobus ysnardus, pro terra que fuit Nicoleti gati et Jacobus canis, et est starij duo et pedes duo, precio librarum quinque solidorum decem et denariorum octo, Quod precium etc. ut supra in primo instrumento continetur.

527. *De vendicione facta comuni Astensi per Manfredum de bereto de Coxano de infrascriptis pecijs terre scitis in coxano.* 1288. 7 Junij.

Eodem anno et indictione, Die lune septimo mensis iunij, Actum Ast in domo dicti domini Ogerij, Testes Thomas de alfiano notarius Alexandrinus malbechus notarius, et Ruffinus bovetus, Et eodem modo et forma, Manfredus de berreto de Coxano, vendidit et tradidit domino Ogerio alferio nomine et vice communis astensis, infrascripta, Primo peciam unam sediminis que est in posse Coxanij, cui coherent ecclesia sancti Johannis a tribus partibus et via et est tabularum II. Item aliam peciam orti cui coherent ecclesia sancti Johannis, Jacobus canis, Jacobus presentus, dictus Manfredus, illi de serra et Albertus zarpaudus et est stari duo et tabule due et pedes octo. Item aliam peciam terre et orti, cui coherent Albertus zarpaudus dictus Manfredus, zabrielus, Jacobus presentus, et via a duabus partibus et est stari quatuor et pedes octo, precio librarum XVIII, solidorum XIIII°, denariorum XI astensium, Quod precium fuit confessus dictus venditor se habuisse et recepisse a dicto emptore nomine communis astensis, Renuncians exceptioni non numerate pecunie et precij non recepti. Et omnia et singula ea que in primo instrumento continentur, debent in hoc contineri instrumento in omnibus et per omnia.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus interfui et sic scripsi

528. *De cessione data communi Astensi per Manfredum de Ceva occasione Coxani.* 1280. 26 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo Octuagesimo indictione octava, die martis, XXVI.° mensis Marcij, presentia testium infrascriptorum, Apparebat per instrumentum unum factum per Belengerium notarium sacri palacij, in anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo octavo indictione sexta sexto intrantis septembris, Quod dominus Jacobus et dominus Petrus, et dominus Oddo, et dominus Manfredus Marchiones de buscha filij quondam domini Raymondi marchionis de buscha, dederunt et concesserunt imperpetuum Guillelmo de ceva civi astensi jure recti et honorifici feudi jus habendi et percipiendi seu quasi percipiendi et habendi solidos Centum astenses in fodro et de fodro burgi et ville sive Castri Coxanij, sive hominum habitancium in eisdem, pro ipso Guielmo et heredibus suis filijs et filiabus ipsius et hoc annuatim in festo sancti andree. Item apparebat per aliud instrumentum factum per me Thomam bellonum notarium infrascriptum hoc eodem anno et indictione, die iovis ultimo mensis februarij Quod dominus Ansaldus zeba potestas astensis cum consilio dominorum Tholomey asinarij et Andree garreti sindicorum communis astensis, et dominorum Raymondi cacayrani et Manuellis pellete advocatorum et deffensorum jurium communis astensis, et ipsi Sindici et advocati una cum dicto domino potestate, dicunt et amicabiliter componendo pronunciant, Quod comune astense det et dare debeat Manfredo de ceva libras duas astenses, pro omnibus juribus realibus et personalibus, que fuerunt dominorum de coxano. Item dixerunt et pronunciaverunt, Quod solutis predictis libris duabus ipse Manfredus cedat eius jura dicto communi que habet in dictis rebus usque in quantitatem predictam, et a superfluo ipsum comune absolvat, et facta solutione de predictis libris duabus ipsum comune absolvunt. Ecce qnod dictus Manfredus volens observare ea que pronunciata sunt, per predictos potestatem Sindicos et advocatos ante solutionem sibi factam, Et ex causa vendicionis dedit cessit atque mandavit usque in libris duabus astensibus Oliverio de fossato sindico communis astensis recipienti nomine et vice ipsius communis, omnes suas rationes, actiones et jura, Reales et personales utiles et directas, Realia et personalia utilia et directa, Que et quas habet vel habere visus est adversus predictos dominos de coxano quondam, et res et bona ipsorum, et que quondam fuerunt ipsorum, occaxione dacionis et concessionis predicte. Tali modo facta est dicta jurium ratio et actio, cessio, vendicio, eidem Sindico nomine dicti communis recipienti, Quod dictum commune de predictis juribus ita possit agere, petere, causari, deffendere, intemptare replicare excipere et experiri adversus predictos de coxano et res et bona ipsorum, et que quondam fuerunt ipsorum, quemadmodum ipse Manfredus ante hanc dacionem et jurium cessionem melius facere poterat et facere posset si hanc cessionem non fecisset, Constituendo dictus Manfredus dictum Oliverium nomine dicti communis, et ipsum Oliverium procuratorem ut in rem suam, precio quorum jurium rationum et actionum, fuit confessus dictus Manfredus se habuisse et recepisse a dicto Oliverio solvente nomine dicti communis et de denarijs ipsius comunis in libro Creditorum ipsius comunis libras duas astenses Renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie, et non habiti et non recepti precij, novis constitutionibus fori

privilegio et omni juri. Insuper dictus Manfredus absolvit dictum comune astense, et res que quondam fuerunt dominorum de coxano, que tenet comune astense, a superfluo debiti supradicti, et tocius eius quod recipere debuisset ab eis occaxione predicta. Actum Ast in domo Machaluforum, in qua moratur dominus Ansaldus zeba potestas astensis presentibus testibus domino Thoma de beccarijs Fredelico divite, et domino Robaldo balzano.

Et Ego Thomas bellonus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

LXXI. De Sancto Stephano de Coxano.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Coxani est feudum communis astensis.

529. *De dono facto communi Astensi per dominum Bellengerium marchionem de busca de medietate Castri Sancti Stephani de Coxano.* 1188. 5 Maij.

(Omisimus quia iam est ad Num. 103).

530. *De abrenunciatione fidelitatis facta per dominum Raymondum marchionem de busca de fidelitate domini Guillelmi de castello et nepotum suorum.* 1216. 17 Aprilis.

(Omisimus quia iam est ad Num. 101).

531. *De illis qui fecerunt fidelitates Comuni Astensi.* a. p.

(Omisimus quia iam est ad Num. 102).

532. *De quadam Renunciatione fidelitatis facta per dominum Belengerium marchionem de busca occaxione sancti stephani de Coxano.* 1202. 26 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo, indictione quinta, Die veneris sexto kalendas Madij, dominus Belengerius marchio de busca, in presentia Alberti savoriti iudicis domini Guielmi de pirovano potestatis astensis, et gerentis vicem predicti Guidonis renunciavit fidelitatem Uberto de revello, de qua sibi tenebatur pro medietate sancti Stephani, et precepit eidem Uberto, quod faceret fidelitas comuni astensi, Qui Ubertus juravit supra sancta dei evangelia esse fidelis comuni de aste in havere et persona contra omnes homines, et locum sancti Stephani, Castrum et villam, pro parte domini Belengerij, que est medietas, salvare et custodire ad opus communis de aste tam pro comuni qnam pro diviso, et illum locum, Castrum et villam quantum est pro predicta parte non vetare, varnitum et varnitam, scaritum et scaritam communi de Aste, et reddere illud comuni de aste, et salvare personas et res Consulum et potestatum astensium per tempora existencium et tenere eis credenciam si dixerint, et non manifestare, donec palam fuerit vel parabulam ei dederit, Et illam terram de qua comune de aste est saxitum et investitum vel erit cum ratione, adiuvare tenere et deffendere contra omnes homines, Et si sciret malum de aste quamcicius posset facere ei scire, et non esse in aliquo loco in quo comune de aste nec divisum positum esset in prexonem contra suam voluntatem, et esse fidelis comuni de aste, ut bonus vasallus debet esse suo bono domino, Et si qua alia sunt

que contineantur in fidelitate juravit illa omnia attendere, et facere de predicto pacem et guerram per se et cum comune de aste omni persone cuicumque commune de aste voluerit. Actum est hoc aste in ecclesia sancti Johanis de domate in credentia per campanam congregata et aliorum quamplurium hominum. Testes fuerunt ibi, Albertus cicia, Guielmus de mezadio, Rodulfus laiolius.

Et ego Otto bassus sacri palacij notarius interfui rogatus et scripsi.

LXXII. De Rocheta Coxani.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Rochete Coxani, est de locis novis comunis astensis, et homines dicte ville sunt cives astenses, in omnibus et per omnia sicut alij Cives astenses habitantes in Ast.

Item est feudum dicti communis astensis, ut patet in Titulo et sub Rubrica de Coxano.

LXXIII. De Encisia.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 29).

Castrum et villa Encisie est feudum communis astensis et domini dicti Castri sunt Cives Astenses de quantitate faciendo pacem et guerram etc. prout alij Cives Astenses.

533. *De citaniatico domini Albertini, et Aliorum dominorum Marchionum Encisie sicut sunt Cives Astenses, et de eorum pactis promissionibus et conventionibus.* 1292. 20 Decembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta, Die lune vigesimo mensis decembris. Actum ast in domo Roberti pellete in qua stat, Testes dominus Raymondus cacayranus judex, Robertus pelleta et Ubertus dumius quorum presentia domini Rollandus, Thomas, Ubertus de govono, Andreas layolius et Conradus malabayla ellecti quatuor sapientes civitatis astensis a ducentis sapientibus de populo civitatis astensis et a Rectoribus minutis dicti populi habentibus generalem bayliam a communi astensi super omnibus et singulis factis rebus et negocijs comunis astensis prout in ipsa baylia sive baylijs datis et concessis predictis ducentis sapientibus et Rectoribus minutis plenius continetur. Et quibus quatuor sapientibus data fuit plena baylia, per dictos ducentos et Rectores super factis negocijs, rationibus et rebus communis astensis, prout in ipsa baylia ipsis IIII^{or} data plenius continetur, nomine et vice communis astensis, et pro ipso communi auctoritate ipsius baylie et omni jure et modo quo melius potuerunt ex una parte, Et Nobiles viri domini Albertinus marchio Hencisie, suo nomine et nomine Manfredi

[1] Huius foederis instrumentum, quibusdam omissis, jam inseruerat F. A. Ab. Ecclesia in op. cit. *Descriz. del Piem.* pars I. cap. 16, transcriptum, ut ipse testatur, ex Chronicis Oger. Alfer.; particulam eiusdem postea edidit Moriondus *Monum. Acquen.* cit. pars II. col. 578, N. 96.

marchionis fratris sui, et Raymondinus marchio de Hencisia suo nomine et nomine . . . . marchionis de Hencisia fratris sui pro se se et eorum heredibus et successoribus et ab eisdem descendentibus ex altera taliter convenerunt, pepigerunt, contraxerunt tractaverunt, et per stipulationes solemniter interpositas firmaverunt et promiserunt, videlicet quod predicti domini Rollandus, Thomas, Ubertus de govono, Andreas laiolius, et Conradus malabayla, IIII^{or} sapientes communis astensis, ex baylia eis concessa, et superius memorata et infrascripta, et omni jure et modo quibus melius potuerunt nomine et vice communis astensis, et pro ipso comuni et ad instantiam predictorum dominorum Albertini et Raymondini eorum proprijs nominibus et nomine suprascriptorum dominorum de Hencisia et pro se et eorum heredibus, successoribus et descendentibus ab eisdem vel ab aliquo ipsorum assumpserunt et receperunt ipsos et quemlibet ipsorum eorum proprijs nominibus et prescriptorum in cives civitatis astensis, ut sint ipsi domini et quilibet ipsorum et eorum heredes et successores, et ab eisdem seu aliquo ipsorum descendentes et esse debeant imperpetuum cives civitatis astensis ab hodie in antea, ita quod solvant et solvere debeant fodrum communi astensi de libris centum astensibus perpetuo quociens civitas astensis ad fodrum sive colectam pervenerit, Et de acquisitis que facient in civitate astensi vel posse ipsius, vel aliquis ipsorum secundum modum et formam aliorum civium civitatis astensis in civitate astensi habitancium et non de pluri, ita quod in pluri seu ultra predictam quantitatem non possint gravari ipsi vel aliquis ipsorum vel ab eis descendentes, Nec eis vel alicui ipsorum ultra possit vel debeat pro communi Astensi seu nomine ipsius aliqua impositio, exactio, compulsio vel aliquid aliud quod dici vel excogitari possit, iniungi, imponi vel aufferri, salvis hijs que inferius describuntur, et acta sunt inter ipsas partes sed habeant gaudeant, utantur et fruantur ipsi et quilibet ipsorum omnibus et singulis beneficijs, privilegijs et immunitatibus quo seu quibus habent utuntur seu fruuntur cives habitantes in civitate astensi. Item voluerunt predicti domini de Hencisia pro se se et eorum heredibus successoribus et ab eis desendentibus et promiserunt predictis quatuor Sapientibus civitatis astensis stipulantibus et recipientibus nomine et vice communis astensis et pro ipso communi, Quod ipsi de Hencisia, pro se se et eorum heredibus et successoribus et ab eis desendentibus et per totam eorum terram posse et districtum, et de eorum terra posse et districtu videlicet de infrascriptis locis et pro ipsis et quolibet eorum perpetuo et nunc facere pro communi ast et in utilitate communis astensis pacem guerram non recreutam cuicumque et quibuscumque comunitatibus et personis cui et quibus comune astense voluerit, et guerram facere dictum commune astense, et dare perpetuo communi astensi, tam pro communi quam pro diviso et omnibus et singulis hominibus de ast et de posse et districtu communis astensis in infrascriptis castris, villis et locis et quolibet eorum succursum reductum, auxilium consilium, iuvamen et favorem et de ipsis facere pro commune ast exercitus et cavalcatas modo infrascripto, videlicet quod quandocumque comune ast exercitum generalem faciet cum villis suis, si illum fecerit citra tanagrum ubicumque citra tanagrum fiat, tunc teneantur ipsi domini personaliter venire et stare in dicto exercitu et exercitibus cum hominibus centum de suis hominibus et de pluribus tunc ducendis seu habendis, in ipso exercitu seu exercitibus minime teneantur, Si vero exercitus fiet per commune

astense ultra tanagrum, tunc teneantur ipsi domini in ipso exercitu et exercitibus venire stare et esse cum omnibus eorum hominibus communiter et pro communi quia sic actum exstitit inter ipsas partes specialiter et expressum, loca vero, ville et castra de quibus predicta facere teneantur sunt hec, Primo Castrum, villa et homines Hencisie et pertinentie tote ipsius castri et ville. Item castrum villa et homines Bergamaxij et pertinencie tote ipsorum Castri et ville. Item castrum et villa et homines castri novi et pertinencie tote ipsorum castri et ville. Item Carentinum et villa et homines carentini et pertinencie tote ipsorum. Item Castrum, villa et homines vallium et pertinencie tote, salvo jure Rogerengorum. Item partem jus et homines quos habent in mala morte. Item promiserunt predicti domini, ipsi et quilibet ipsorum eorum proprijs nominibus et nomine suprascriptorum de Hencisia, pro se se et quolibet eorum, et eorum heredibus et successoribus et desendentibus ab eis et quolibet eorum, Et sic actum extitit inter predictas partes in presenti conventione, pactione, stipulatione et conventu et contractu, sive pactionibus, stipulationibus et contractibus specialiter et espresse, Quod predicti domini et quilibet eorum et eorum heredes et successores et ab eis et quolibet eorum desendentes ab hodie in antea, teneantur et debeant reddere et facere rationem et juri parere coram potestate sive Magistratu sive preside communis astensis, potestatibus sive presidibus communis astensis, vel tenentibus in locum ipsorum, et coram commune astensi cuicumque et quibuscumque personis colegijs et universitatibus conquerentibus seu conqueri volentibus de ipsis dominis vel aliquo ipsorum, vel de heredibus et successoribus ipsorum vel alicuius ipsorum seu desendentibus ab eis vel aliquo ipsorum, de omnibus contractibus, questionibus et de omnibus litibus, et de omnibus litigijs, negocijs et de omnibus factis et tractatibus in futurum contingentibus, aliqua occaxione vel modo, et tam de civilibus quam de criminalibus, et tam de spectantibus ad criminales quam ad civiles questiones sive causas. Eo salvo et excepto et specialiter intelecto, quod de negocijs et factis et causis contingentibus et contingentes inter homines ipsorum dominorum seu que essent vel verterentur inter ipsos dominos et homines suos quacumque occaxione, ratione, causa vel modo, de hijs non teneantur parere juri coram commune astensi sive potestate communis astensis et de ijs commune astense seu potestas se intromittere non debeant vel possit contra voluntatem ipsorum dominorum. Item actum extitit specialiter et expresse inter ipsas partes, quod predicti domini teneantur et debeant pro se se et eorum heredibus, successoribus et ab eis desendentibus, et causam ab eis habentibus perpetuo tenere pro comuni astensi et nomine communis astensis Milicias duas furnitas eorum expensis proprijs et sine aliqua equatione habenda quociens milicia tenebitur in civitate astensi pro comune astensi, Et dum tenebitur, et tantum quantum milicia tenebitur in civitate astensi pro comune astensi sive nomine communis astensis. Item actum extitit inter ipsas partes et ordinatum et firmatum solemniter ut supra quod si dicti domini vel eorum heredes seu successores vel ab eis desendentes eo tempore quo milicia tenebitur in civitate astensi voluerint tenere plures milicias predictis duabus superius expressis quod possunt et eis concesserunt nomine et vice communis astensis et pro ipso communi, ut possint habere et tenere usque in milicijs octo ad voluntatem ipsorum dominorum de Hencisia, tenendo medietatem semper ipsarum octo miliciarum eorum expensis

proprijs, et sine aliqua equatione proinde habenda vel recipienda, Aliam vero medietatem expensis communis astensis, Silicet quod pro ipsis Milicijs et medietate ipsarum octo miliciarum habeant equationem que dabitur alijs Militibus civitatis astensis, et talem qualem habebunt alij Milites civitatis astensis. Item actum extitit specialiter et expresse in presenti contractu inter ipsas partes, et promiserunt ipsi domini de Hencisia eorum proprijs nominibus et nomine et vice aliorum dominorum suprascriptorum, tam pro se se quam eorum heredibus et successoribus et ab eis descendentibus dictis quatuor Sapientibus solemniter stipulantibus et recipientibus nomine et vice comunis astensis et pro ipso communi, Quod ipsi domini de hencisia seu aliquis ipsorum, vel aliquis eorum seu alicuius eorum heredes et successores vel desendentes ab eisdem vel aliquo ipsorum, quod aliquo tempore predicta Castra villas et loca vel aliquem seu aliquod ex eis nullo tempore vendent, seu alienabunt vel in aliquem transferent seu alienabuntur ab ipsis vel aliquo ipsorum, aliqua occasione ratione jure vel modo alicui persone vel personis colegio vel universitati sine expressa licentia et voluntate communis astensis exceptis civibus astensis civitatis. Versa vice, predicti domini Rollandus, Thomas, Ubertus de govono, Conradus malabayla et Andreas laiolius quatuor sapientes communis astensis nomine et vice dicti communis et pro ipso communi, ex forma baylie eis concesse, et omni jure et modo quibus melius potuerunt, promiserunt predictis dominis de Hencisia stipulantibus et recipientibus tam eorum proprijs nominibus quam suprascriptorum aliorum dominorum pro se se ipsis et eorum et cuiuslibet ipsorum et eorum heredibus et successoribus, et ab eis et quolibet ipsorum desendentibus, ipsos et quemlibet ipsorum, et totam terram predictam et eorum homines et qui per tempora fuerint perpetuo defendere, juvare, auxiliari, et manutenere, ab omni persona et personis, colegio et universitate et contra quamcumque personam, colegium et universitatem. Et si aliquis eos vel aliquem ipsorum vel homines, vel qui per tempora fuerint in personis et rebus offenderet, Comune astense teneatur pro ipsis facere guerram et in eorum auxilium et favorem, tamquam pro civibus astensibus habitantibus in civitate astensi et eos modis omnibus juvare manutenere, deffendere et tueri, tanquam cives habitantes in civitate astensi. Item actum extitit inter ipsas partes specialiter et expresse, quod si contingeret aliquo tempore, quod Guillelmus de Hencisia, qui dicit se filium domini Alberti, vel aliquis de Alexandria, occaxione dicti Guillelmi, vel aliquis alius pro ipso Guillelmo seu nomine ipsius, vel ab eo causam habens aliquid jus, seu aliquid petere vellet, Requirere seu exigere in terra dictorum dominorum de Hencisia teneantur et debeant et possint parere juri coram potestate astensi. Item actum extitit inter ipsas partes specialiter et expresse et ex certa scientia in principio medio et in fine ipsius conventionis et contractus, Quod comune astense, seu alius pro communi vel occaxione communis astensis, non possit eisdem dominis de Hencisia vel eorum heredibus successoribus vel ab eis desendentibus, vel eorum hominibus seu qui per tempora fuerint vetare seu vetari facere stratam quin faciant et facere possint ad eorum liberam voluntatem in eorum terram gabellam, et quin ab eorum terra possint extrahere victualia versus marinam ipsi et eorum homines et qui per tempora fuerint ad eorum et cuiuslibet eorum voluntatem, salvo et excepto quod ipsi vel aliquis ipsorum seu eorum homines vel qui per tempora fuerint non possint dare seu ducere vel duci

facere aliqua victualia inimicis communis astensis seu in terra inimicorum communis astensis, Et quod comune astense possit ipsos et quemlibet ipsorum et eorum homines constringere, deffendere et vetare ne ducant seu duci faciant seu duci permittant aliqua victualia inimicis comunis astensis vel in terra inimicorum communis astensis, et eciam quod commune astense possit distringere et vetare totam terram astensem et victualia sicut hactenus consuevit. Item predicti quatuor Sapientes comunis astensis ex forma baylie superius memorate et omni modo et jure quibus melius potuerunt nomine et vice communis astensis et pro ipso communi dederunt et concesserunt predictis dominis de Hencisia eorum nominibus et predictorum fratrum suorum sedimen unum videlicet staria XII glaree site in suburbio civitatis astensis extra portam sancti pauli, a ponte qui est iuxta domum Bertolini situlari usque ad plancham burburis tam intra spaldos quam extra ubi dicti domini elligerint et voluerint ad eorum voluntatem in quo sedimine possint hedificare, stare et quicquid voluerint facere ibi ad eorum voluntatem, et quocienscumque fuerint in civitate astensi, cum uno illorum de Rocheta vel sine ad eorum voluntatem, et sint et esse possint et debeant de consilio prime credencie communis astensis sine alia ellectione, ita quod sint de dicto consilio et de prima credencia, sive fuerint ellecti per Ellectores consilij sive non, et habeant et habere possint officia, beneficia et privilegia immunitates et omnia alia in civitate astensi que habent seu haberent cives nati et habitantes in civitate astensi. Item predicti domini Rollandus, Thomas, Ubertus de govono, Andreas layolius, et Conradus malabayla quatuor sapientes civitatis astensis, ex forma baylie superius memorate, et omni modo et jure quibus melius potuerunt, nomine et vice communis astensis et pro ipso communi promiserunt predictis dominis de Encisia stipulantibus et recipientibus eorum proprijs nominibus et nomine et vice suprascriptorum dominorum de hencisia et heredum et successorum suorum, et desendentibus ab eis et quolibet ipsorum, Quod commune astense seu alius pro communi seu nomine communis astensis, non faciet pacem seu treuguam cum aliqua persona seu personis, communi colegio vel universitate barono Marchione vel comune aliquo, quin predicti domini de hencisia sint et esse debeant in pace vel treugua specialiter nominati et appositi pro parte et ex parte communis astensis, Et specialiter non faciet commune ast seu alius pro communi nomine ipsius nec facere possit pacem vel treuguam cum Marchione Montisferati, nisi predictus Marchio remitteret et renunciaret predictis dominis de hencisia, omnia jura que habet, vel habere visus est in eis vel eorum terra quam habent seu tenent. Item quod comune astense seu pro ipso communi, non recipiet nec reciperetur, nec etiam recipi possit aliquis homo predictorum dominorum de hencisia in aliqua villa communis astensis vel que sit seu esset in districtu communis astensis, que facta sit vel fieret per comune astense, et si aliquis eorum homo vel alicuius ipsorum est vel fuerit bannitus dictorum dominorum vel alicuius eorum, quod sit et esse debeat et inteligatur communis astensis bannitus, et in banno communis astensis teneatur et habeatur, dum fuerit in banno ipsorum dominorum vel alicuius ipsorum. Item actum extitit inter ipsas partes specialiter et expresse ordinatum et firmatum et promiserunt dicti quatuor Sapientes communis astensis nomine et vice communis astensis, predictis dominis de hencisia, recipientibus et stipulantibus eorum nominibus et prescriptorum, Quod pro aliquo capitulo facto vel faciendo, vel eius occasione vel occaxione

alicuius reformationis consilij publici vel privati facti vel quod fieri possit seu alia occaxione quacumque non possit eis imponi seu iniungi seu talcari aliqua talea prestum vel dacitum seu schufium vel aliquid aliud ultra id quod superius dictum est, Nec ab eis vel eorum aliquo, vel eorum aliquibus successoribus vel desendentibus, Salvis hijs que superius dicta sunt, et que facere teneantur pro communi astensi, Et salvo quod si aliquid acquirerent in civitate astensi vel posse, de illo solvere teneantur, sicut alij cives civitatis astensis, de illo vero quod acquirerent extra posse et districtum ast minime solvere teneantur. Item promiserunt predicti quatuor Sapientes communis astensis nomine et vice comunis astensis et pro ipso communi ex forma baylie superius memorate et omni jure et modo quibus melius potuerunt, predictis dominis Albertino et Raymondino stipulantibus et recipientibus eorum nominibus, et nominibus predictorum fratrum suorum, se se nomine et vice communis astensis et pro ipso communi facturos et curaturos sic quod ipsi recipientur, et eos recipi facient in quatuor societatibus civitatis astensis in quibus ipsi voluerint ad eorum voluntatem, Et quod ipsi erunt de quatuor societatibus, ipsi et eorum heredes et descendentes ab eis perpetuo videlicet ita curare et facere, quod dictus Albertinus erit et recipietur in societate alborum, et Manfredus eius frater in societate Vayrorum, et dictus Raymondinus in societate burgi, et Jacobus eius frater in societate vermegeorum. Que omnia et singula prout superius scripta sunt, predicti quatuor Sapientes nomine et vice communis astensis et pro ipso communi ex una parte, Et dicti domini de Hencisia ex altera sibi ad invicem et vicisim una pars alteri et altera alteri ad sancta dei evangelia juraverunt et promiserunt perpetuo attendere observare complere rata et firma habere facere et curare et non contravenire, et quod non contra fiet nec ventum erit aliqua occaxione ratione vel modo, et sub obbligatione omnium bonorum communis astensis et sub obligatione omnium bonorum communis astensis et sub obligatione omnium bonorum ipsorum dominorum de Hencisia et cuiuslibet ipsorum, que proinde dicte partes et pro omnibus et singulis supradictis una pars alteri et altera alteri sibi vicisim et adinvicem pignori obligaverunt, Renunciantes ipse partes et quelibet earum in omnibns et singulis supradictis, exceptioni doli et infactum condicioni sine causa, et sine iusta causa et generaliter et singulariter omni et cuilibet alij exceptioni deffensioni et juri.

534. *(De ratificatione suprascriptarum conventionum).* 1292. 2 Januarij.

Eodem anno et eadem indictione, Die Mercuri secundo ianuarij. Actum ast in claustro sive canonica Monachorum sancti Secundi de turre, Testes domiuus Raymondus chacayranus judex, Petrinus de Castellario, Jacobus carbonata cui dicitur conrelleus, et Bartolomeus Neus, in quorum presentia, et presentibus predictis dominis Rollando, Thoma, Uberto de govono, Andrea layolio et Conrado malabayla quatuor sapientibus comunis astensis, ad eorum instantiam nomine et vice comunis astensis, domini Jacobinus de hencisia frater domini Raymondini, et Manfredus de hencisia frater domini Albertini, Ratificaverunt, laudaverunt et approbaverunt et confirmaverunt omnia et singula suprascripta prout superius scripta sunt, Et in omnibus et per omnia, easdem promissiones conventiones pacta stipulationes et contractus, cum ipsis quatuor nomine et vice comunis astensis et pro ipso comuni vicissim et adinvicem

fecerunt promiserunt et contraxerunt. Et insuper promiserunt Albertinus procurator Raymondini nomine et vice ipsius et pro ipso, Et Jacobinus frater eius sese facturos et curaturos sic quod dominus Oddo de Encisia pater eorum omnia et singula rata et firma habebit et tenebit et nullo tempore contraveniet, et ea ratificabit laudabit approbabit et confirmabit, et similem promissionem, promissiones pactiones conventiones stipulationes et contractus faciet se obligando comuni astensi seu alteri nomine et vice comunis astensis in omnibus et per omnia et in omnibus suprascriptis infra quindecim dies, postquam inde nomine comunis astensis fuerit requisitus. Et eciam predicti nunc Sapientes comunis astensis nomine et vice comunis astensis et pro ipso communi, ex forma baylie superius memorate eis concesse, et omni jure et modo quibus melius potuerunt, promiserunt predictis Albertino suo nomine et dicti Raymondini cuius procurator est, et dictis Jacobo et Manfredo, stipulantibus et recipientibus sese nomine et vice comunis astensis et pro ipso comuni facturos et curaturos sic, et ipsum comune facturum et curaturum sic quod aliqua persona de ast vel subdita communi astensi, non acquiret nec acquirere possit sub aliquo ingenio aliquid in dictis locis seu terris superius memoratis seu aliqua earum ab aliquo dominorum predictorum, vel ab aliqua alia persona, nisi predicti domini Albertinus, Raymondinus, Manfredus et Jacobinus vel eorum heredes seu ab eis desendentes omnes essent in concordia, ita quod fieret de comuni eorum consensu et voluntate.

535. *De quadam ratificatione et approbatione facta per comune astense prout superius et inferius continetur.* 1292. 10 Januarij.

Eodem anno et eadem indictione, Die iovis decimo mensis januarij. Actum ast sub voltis de sancto, Testes Feronus manescus, Jalueus de ponzio, Petrus layolius, dominus Raymondus cacayranus judex, Robertus pelleta, et Galvagnus peyla, in quorum presentia Rectores minuti populi astensis, et ducenti Sapientes de popullo civitatis astensis habentes generalem bayliam a comuni ast super omnibus et singulis factis, negocijs et rebus comunis astensis prout in ipsa baylia seu baylijs eis datis et concessis plenius continetur, Constituti ipsi Rectores et ducenti Sapientes et Congregati super ipsis voltis de sancto secundo more solito et loco consueto ad sonum campanarum et voce preconis, presentibus predictis dominis Albertino suo nomine et dicti Raymondini, cuius procurator est et dictis Jacobo et Manfredo, stipulantibus et recipientibus et ad eorum et cuiuslibet eorum instanciam, et requisitionem tam ex baylia eisdem Rectoribus et ducentis concessa quam omni jure et modo quibus melius potuerunt nomine et vice comunis astensis, et pro ipso comuni omnes unanimiter et concordes et in una concordia et consensu, Ratificaverunt confirmaverunt laudaverunt et approbaverunt omnia et singula suprascripta prout superius scripta sunt facta per ipsos quatuor Sapientes et per predictos dominos de hencisia, Et promiserunt nomine et vice comunis astensis et pro ipso comuni predicta omnia et singula perpetuo rata, grata et firma habere tenere et nullo tempore contravenire vel ventum esse aliqua occaxione ratione vel modo. Statuentes insuper et firmantes ex certa sciencia nomine et vice comunis astensis tam dicti Rectores et ducenti quam predicti quatuor Sapientes comunis astensis, quod de predictis omnibus et singulis attendendis firmis tenendis, observandis complendis et non contraveniendis curandis et

faciendis per comune astense, et nomine et vice comunis astensis, fiat capitulum speciale quod apponatur in libro capitulorum comunis astensis, et inde delleri vacuari minui seu canzellari non possit, Sed semper pro apposito habeatur et sit capitulum speciale de predictis omnibus et singulis observandis ut supra et semper pro speciali capitulo habeatur, sive esset in capitulo sive non et tamquam speciale capitulum et pro capitulo presens instrumentum, et omnia suprascripta habeantur teneantur, observentur et fiant, ad cuius et quorum omnium et singulorum observanciam precise et vinculo sacramenti, Teneantur omnes Rectores potestates magistratus, presides, et quicumque regentes, seu aliquam administrationem, seu officium habentes seu tenentes in civitate astensi. Et predicta facta, acta, gesta, contracta, ordinata, firmata et statuta sunt, non obstante de baylia non concedenda nisi prius lecta et scripta fuerit, et non obstante capitulo de non recipiendo aliquos in cives nisi solvant de toto eorum valente, et capitulo, Ne quis liber fiat, et quibuscumque alijs capitulis, statutis et ordinamentis, consilijs publicis et privatis, factis et faciendis, non obstante, forma vero baylie, et auctoritatis date et concesse predictis dominis, Rollando, Thome, Uberto de govono, Andree layolio, et Conrado malabayle, quatuor sapientibus comunis astensis talis est. Prescripti Rectores minuti et ducenti Sapientes, quibus concessa est baylia et auctoritas a communi ast, et comissa et concessa negocia et facta comunis astensis, Congregatis ipsis Rectoribus minutis et ducentis sapientibus voce preconis et sono campanarum super voltis de sancto, more solito et loco consueto, ipsi Rectores et ducenti unanimiter de communi voluntate, et consensu, Elligerunt nomine et vice comunis astensis et pro ipso comuni predictos dominos, Rollandum, Thomam, Ubertum de govono, Andream layolium et Conradum malabaylam in quatuor sapientes comunis astensis, Quibus quatuor sapientibus, ipsi Rectores et ducenti, nomine et vice comunis astensis et pro ipso comuni dederunt contulernnt et concesserunt liberam et generalem facultatem, administrationem et auctoritatem in negocijs factis et rebus communis astensis, Et ut ipsi quatuor debeant et possint acquirere, et coniungere in amicos comunes comunis astensis quoscumque voluerint ad eorum liberam voluntatem, et pactiones, conventiones, promissiones et contractus quoscumque voluerint facere nomine et vice comunis astensis, et pro ipso comuni, et ipsum comune et res ipsius obligare quibus voluerint et qualitercumque voluerint ad eorum liberam voluntatem, Dantes et concedentes eisdem quatuor Sapientibus, nomine et vice comunis astensis et pro ipso comuni in omnibus et singulis suprascriptis et pertinentibus ad predicta liberam et generalem administrationem, auctoritatem facultatem et posibilitatem.

Et Ego Manuel bovetus notarius palatinus predicta instrumenta abreviata per Mayfredum de canonica notarium extrasi de eius protocollo et voluntate ipsius sic scripsi.

LXXIV. De Castro novo desubtus Encisiam.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum novum de subtus Encisiam est feudum comunis astensis, ut patet in titullo et sub Rubrica Castri Encisie, Et domini dicti Castri sunt Cives astenses de quantitate faciendo pacem et gueram etc. prout alij Cives Astenses pro comuni ast.

LXXV. De Bergamasco.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 5).

Castrum et villa Bergamaschi est feudum comunis Astensis, ut patet in titulo et sub Rubrica Castri Encisie, Et domini dicti Castri sunt Cives Astenses de quantitate faciendo pacem et guerram etc. pro comuni astensi prout alij Cives Astenses.

LXXVI. De Carentino.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 5).

Castrum et villa Carentini. Domini dicti Castri sunt Cives Astenses de quantitate faciendo pacem et guerram Exercitus et cavalcatas pro comuni Astensi. Item est feudum comunis Astensis ut patet in titulo et sub Rubrica Castri Encisie.

LXXVII. De Mezadio.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

536. *De fidelitate facta comuni astensi per dominum Jacobum de mezadio.* 1198. 17 Januarij.

Anno domini, Millesimo centesimo Nonagesimo octavo, indictione prima, Die Sabati sextodecimo kalendas februarij, presentia subscriptorum testium, dominus Jacobus de Mezadio juravit supra dei evangelia salva fidelitate astensis episcopi, bona fide et sine fraude, salvare et custodire dominum Albertum de fontana potestatem astensem, et potestatem et consules astenses per tempora existentes et universos homines de aste et de virtute astensi per comune et per divisum omni tempore in Mezadio et in eius posse et alibi ubicumque poterit, Et quod non erit in consilio nec in facto, quod potestas astensis qui nunc est, nec potestas nec Consules astenses post eum per tempora existentes, nec alij homines de aste per comune nec per divisum vitam nec membrum, nec quod capiantur contra eorum voluntatem, Et si scierit qui hoc velit facere, bona fide resistere, et potestati astensi, vel Consulibus astensibus per tempora existentibus quam cicius poterit manifestabit. Item juravit supra dei evangelia salvare et custodire, Castrum et villam Mezadij comuni astensi, et de castro et villa Mezadij, et de omni alia terra sua facere pacem et guerram cuicumque potestas astensis vel consules per tempora existentes sibi preceperint secundum eorum ordinamentum et preceptum, et non esse in consilio nec in facto, quod comune de aste locum Mezadij amittat, et si forte illum locum perdiderit quod deus advertat, adiuvare homines de aste ad recuperandum et non vetare hominibus de aste, nec Consulibus per tempora existentibus nec eorum misso Castrum nec villam Mezadij guarnitum nec scaritum. Item juravit supra dei evangelia idem Jacobus salvare et custodire universos homines de mezadio et de eius posse in rebus et in personis ubicumque bona fide et sine fraude, Etiam salvare et custodire et deffendere homines de alexandria per comune et per divisum in mezadio et in eius posse bona fide et sine fraude in rebus et in personis. Item juravit iam dictus Jacobus, quod faciet jurare filios suos eodem modo

ut ipse juravit bona fide quam cicius poterit, Et si hoc facere non posset, non dare eis decetero aliquo modo consilium nec auxilium donec hoc sacramentum fecerint. Actum in castro Mezadij. Interfuerunt Testes, Baiamondus carocius, Jacobus frater eius, Ubertus de plathea, Baiamondus de platea Magister Petrus becharius, Nicolaus gardinus, Ubertus laiolius, Ubertus laurentius, Manfredus cavazonus, Rollandus cazzo, Nazarius vexilifer et multi alij.

Thomas notarius inde cartam scripsit.

LXXVIII. De Monte leucio.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

Monte leucium. Homines dicte ville sunt in villa Montisgrossi.

537. *De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Azonem de Castellino, occaxione Montisleucij.* 1198. 17 Januarij.

Anno domini, Millesimo centesimo Nonagesimo octavo indictione prima, Die sextodecimo kal. februarij, presentia infrascriptorum testium, Dominus Azzo de castellino juravit supra dei evangelia, salvare Astensem episcopum bona fide et sine fraude, et salvare et custodire dominum Albertum de fontana potestatem astensem et potestates et Consules per tempora existentes in civitate astensi et universos homines de Aste, et de virtute astensi, per comune et per divisum, omni tempore in Monteleucio et in eius posse et alibi ubicumque poterint, Et quod non erit in consilio nec in facto, quod potestas astensis qui nunc est, nec potestas sive consules post eum per tempora existentes, nec alij homines de Aste, per comune nec per divisum perdant vitam vel membrum, nec quod capiantur contra eorum voluntatem, Et si scierit quod hoc velit facere bona fide illi resistere, et potestati astensi vel Consulibus per tempora existentibus, quam cicius poterit manifestare. Item juravit supra dei evangelia Sancta, salvare et custodire villam et Castrum Montis leucij, comuni astensi et de Castro et villa Montis leucij, et de omni alia terra sua facere pacem et guerram cuicumque et quociens cunque potestas astensis vel Consules per tempora existentes sibi preceperint secundum eorum ordinamentum et preceptum, et non esse in consilio vel facto quod comune de aste perdat locum Montis leucij Et si forte illum locum perdiderint, quod absit, adiuvare homines de aste bona fide ad eum recuperandum et non vetare hominibus de aste nec consulibus sive potestatibus per tempora existentibus, nec eorum misso, Castrum nec villam Montis leucij guarnitum nec scharitum. Item juravit supra dei evangelia Idem Azzo, salvare et custodire universos homines de monte leucio et de eius posse in rebus et in personis, ubicumque bona fide et sine fraude, et salvare et custodire et deffendere homines de Alexandria per comune et per divisum in Monteleucio et in eius posse bona fide et sine fraude in rebus et in personis. Actum ante Castrum Montis leucij feliciter. Interfuerunt testes, Rollandus cazzo, Manfredus cavazonus, Ubertus de platea, Bayamondus de platea, Magister Petrus beccarius.

Ego Thomas notarius palatinus interfui rogatus et scripsi.

538. *De vendicione facta comuni astensi per Albertum et Ottacium fratres filios quondam Alberti moycij de XII^a parte Montis leucij.* 1221. 13 Octobris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo vigesimo primo indictione Nona, Die mercuri XIII° intrantis Octubris, presentia infrascriptorum t stium, Albertus et Ottacius ejus frater filij quondam Alberti Moycij, vendiderunt et tradiderunt domino Guidoni de landriano potestati astensi nomine et vice comunis astensis, duodecimam partem tocius Castri et ville Montis Leucij et pertinentiarum et pluris si plus ibi habent, cum omni jure ratione et actione, usibus et ingressibus, contili honore et districtu, cum pascuis venationibus, Ruinis et rupibus, successonibus fodris et banno itineribus et exercitibus, atque cavalcatibus, Et omnibus alijs juribus et rebus quos quas et que habent in duodecima parte et hominibus duodecime partis et in pluri si plus habent, pro precio librarum decem et octo papiensium, quas confessi fuerunt ab eo recepisse, Renunciando exceptioni, non numerate pecunie, et illi juri vel legi, quo vel qua possent uti, dicere vel alegare, quod predicta vendicio valeat ultra duplum, Retinendo in se donnea que habent extra Castrum predictum, Eo modo quod predictus potestas, nomine dicti comunis, dictam vendicionem teneat et possideat ipse et successores sui jure proprietario et quolibet alio jure, et de ea quicquid voluerit faciat sine omni contradictione predictorum Alberti et Ottacij suorum que heredum. Quam autem vendicionem, promiserunt predicti venditores, per se suos que heredes jamdicto potestati suis que successoribus nomine dicti comunis, ab omni persona deffendere, quod si deffendere nequiverint vel noluerint, aut per quodvis ingenium subtrahere quesierint, tunc eam in duplum eidem potestati nomine comunis restituere promiserunt, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco. Insuper promiserunt dicto potestati nomine dicti comunis, restituere omne damnum, omnes que expensas quod et quas dictum comune incureret et substinuerit eo quod dicta vendicio fuerit dicto comuni molestata, aut evicta. Et pro hijs omnibus omnia bona sua pignori obligaverunt, et constituerunt eundem potestatem nomine dicti comunis suum procuratorem in rem suam ad intrandum possessionem, Et confessi fuerunt se possidere predicto nomine comunis astensis. Insuper juraverunt supra sancta dei evangelia, predicta omnia facere sponte, Et predictam vendicionem et renunciationem et pignoris obligationem, ratam et firmam tenere imperpetuum nec ullo tempore removere, nec contravenire, per se nec per alium, nec precium repetere. Actum aste in porticu domus Consilij. Testes interfuerunt, dominus Guilelmus bertramus, dominus Jacobus roba et Gandulfus de porta.

Et Ego Guielmus trossellus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

539. *De vendicione facta comuni Astensi per Sibilatorem de lanerio, de omnibus rebus quas habebat in Monte leucio.* 1212. 2 Marcij.

Anno domini, Millesimo ducentesimo duodecimo indictione quintadecima, Die veneris secundo intrantis Marcij Cartam vendicionis sub dupli deffensione fecit Sibilator de lanerio in manibus domini Ugonis de Careto potestatis astensis recipientis nomine et vice comunis Astensis, Nominatim de omnibus illis rebus quas habebat vel exhigere poterat et visus est habere, tenere et possidere in Castro villa et posse et teretorio

Monluicij, videlicet, in Ecclesijs Capellis, et in Militibus in hominibus feudatis et infeudatis in terris cultis et incultis in Nemoribus et silvis in Rupibus et Ruinis in venationibus et piscationibus, cum omnibus rationibus et actionibus et comitatu sibi et rebus illis pertinentibus, quas in dicto Castro et villa Monluicij et in pertinentijs de Monluicio et in hominibus ejusdem locij habebat et visus erat habere, Eo tempore quo Comune de aste Castrum Monluicij tenere cepit pro precio librarum xxv astensis monete, de quibus tenuit se quietum et pagatum, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepti precij, et possessionem rerum predictarum, predicto domino ugoni nomine et vice comunis astensis recipienti tradidit, Eo modo ut ipse dominus Ugo potestas astensis, et ejus successores, et illi quibus predictam venditionem dare voluerint, teneant et possideant firmiter que, Et faciant ex illa vendicione quicquid facere voluerint, sine omni predicti Sibilatoris suorumque heredum contradictione. Insuper promisit per se suos que heredes, predicto domino Ugoni, stipulanti nomine et vice comunis astensis suis que successoribus, et illis quibus eandem vendicionem dederint, ab omni homine deffendere et desbrigare aut in duplum restituere, In consimilibus locijs sicut meliorata fuerit, aut valuerit sub extimatione precij et bonorum hominum. Iterum promisit sepedicto domino Ugoni de careto potestati astensi recipienti nomine et vice comunis stipulanti, ex ea occaxione Quod comune de aste olim predictas res tenuerat de damno et interesse que passus erat ipsum comune de aste per se neque per aliam submissam personam non appelabit Et si appellaret per se vel per alium, et comune de aste inde damnum aliquod, causa vel judicio, vel alio aliquo modo incureret promisit prenominato domino Ugoni de careto stipulanti nomine et vice comunis astensis resarcire, et Restituere. Et pro hijs omnibus observandis attendendis et complendis, omnia sua bona mobilia et inmobilia presentia et futura, predictus Sibilator de lanerio domino Ugoni de careto potestati Astensi, nomine comunis Astensis, pro pignore obligavit, quam predictam venditionem jamdictus Sibilator sua manu propria tactis sacro sanctis evangelijs, juravit tenere ratam et firmam Imperpetuum et non removere ratione dupli quod valeret vel alio aliquo jure, et quod dictam venditionem et donationem alicui persone non fecerat nec vendiderat, nec a se aliquo modo alienaverat, nec juribus suis, vel alij persone pignori obligaverat. Interfuerunt testes rogati, dominus Nicolaus de bublio, Petrus de aracio, Anricus de solario, Germanus trossellus, Ruffinus de ripa, Guilelmus cacaranus, Albertus crivellus, et dominus Bonefacius de gorrino. Actum in urbe Aste in solario ypolitorum.

Ego Gandulfus de fossato, notarius hanc cartam scripsi.

540. *De fine et refutatione factis per Bonefacium et Albertum fratres filios quondam Ottonis Ardanixi de omni jure quod habebant in monte leucio.* 1218. 16 Marcij.

Anno domini, Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die Veneris sextodecimo die Marcij in Castro lanerij, presentia et testimonio Cunradi de maglano, Petri Musseri de aglano, et Aycardi de monte oliverio et aliorum multorum, Bonefacius et Albertus fratres filij quondam Ottonis Ardanixij fecerunt finem et refutationem et pactum de non petendo in manibus Guilelmi cacayrani et Oberti Maruchi ambaxatorum comunis astensis nomine et vice comunis astensis, de omni jure et

ratione, quod et quam habebant vel exigere poterant, et visi erant habere in Castro et villa montis leucij pro tercia parte, In contili et posse et districtu, in aquatico et pasquatico, in hominibus feudatis et infeudatis, in Cappellis, et in omnibus alijs ad ipsam partem pertinentibus, exceptis donneis et fictis, et quartis et quintis, et donneis Roxijs et spallis et Caponibus et panibus, Et fuerunt confessi se se inde recepisse, a dictis ambaxatoribus nomine et vice comunis astensis, libras vigintiquinque astensium, Renunciantes exceptioni non numerate pecunie. Preterea Richelenda uxor dicti Bonefacij, abrenunciavit ypothecario juri senatui consulto veleyano et omni alij legum auxilio, quod habebat vel exigere poterat in Monleucio et in parte dictorum fratrum. Promittentes insuper dictam finem et refutationem et pactum de non petendo firmam et ratam tenere et nullo tempore molestare, per se neque per aliam personam per se venientem.

541. *De fine et refutatione factis versus comune Ast per Ugonum carenam suo nomine et damixele sororis sue, de Nona parte Castri et ville Montis leucij.* 1218. 12 Decembris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die Mercuri, duodecimo intrantis decembris, Coram subscriptis testibus, Ugo filius quondam Jacobi carene suo nomine et nomine Damixelle sororis sue, fecit finem et Refutationem transactionem et pactum de non petendo domino Girardo de rollandino potestati astensi nomine et vice comunis astensis, Nominatim de nona parte, Castri et ville et posse Contilis et Jurisdicionis Montisleucij et promisit et supra dei evangelia juravit predictam finem et Refutationem firmam tenere, nec in aliquo tempore molestare nec Removere, nec contravenire in aliquo tempore ullo modo, Et illud idem facere fieri et confirmari per damixellam sororem suam, Et confessus fuit se predicto nomine a comuni astensi recepisse proinde libras vigintiquinque astenses, de quibus quietum et solutum se tenuit, et supra dei evangelia juravit precium non repetere ratione minoris etatis, nec aliquo alio jure in aliquo tempore sub aliquo ingenio, Et quod habet annos XIIII° et plus Alioquin dampnum et expensas, quod vel quas comune de aste substineret vel faceret proinde, ipsi potestati nomine comunis, predicto nomine restituere promisit, Credendo inde potestati et Consulibus in aste per tempora existentes in verbis eorum sine sacramento. Et pro hijs complendis et observandis et attendendis omnes res suas ipsi potestati nomine et vice comunis astensis pignori obligavit. Actum ast in domo comunis in publica Credentia. Testes Petrus durnasus, Jacobus advocatus, Guilelmus cacaranus, Ruffinus de ripa, Ambroxius de lavolta, et Gandulfus notarius.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus hanc cartam scripsi.

LXXIX. De Lanerio.

(Hic pictus est mons non munitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

Castrum et villa Lanerij erat feudum comunis Astensis Et Comune et homines Alexandrie diruerunt dictum Castrum, et posuerunt homines dicte ville in villa nova Nicie.

542. *De fidelitate facta comuni astensi per homines Castri et ville lanerij.* 1197. 26 Maij.

Anno domini, Millesimo Centesimo Nonagesimo septimo indictione prima, Die Martis sexto Madio exeunte, in campis Encise, presentia testium quorum nomina subter leguntur, Petrus bonus et Manfredus ferarius et Henricus de coxano Consules de lanerio nomine comunis lanerij, promiserunt domino Guifreoto grasello potestati Alexandrie, et domino Alberto de fontana potestati Astensi, nomine comunis de Aste et Alexandrie, et super sancta dei evangelia juraverunt custodire et salvare et deffendere homines Alexandrie et Astenses et res eorum in lanerio et alibi ubicumque potuerint, et quod facient omnes homines lanerij, ab annis XIIII° supra et a sexaginta infra hoc idem sacramentum facere et jurare, Et quociens homines Alexandrie et Astenses mandaverint eis ut veniant in eorum expedicione, debent eis mittere pedites triginta et octo et duos Milites suis expensis et ammissionibus, hoc idem debent facere si una predictarum urbium mandaverit eis ut veniant in expeditione, et non debent eos relinquere in expedicione nec obsidione castri nisi absoluto et parabula Alexandrinorum et astensium, vel illius Civitatis pro qua iverint in exercitum, Et si Mandaverint pro succursu ambe civitates suprascripte insimul vel queque earum separatim debent venire per comune et stare si necesse fuerint per dies quatuor suis expensis et ammissionibus, et deinde si plus steterint debent stare expensis alexandrie et Astensium vel illius civitatis pro qua iverint. Item si quis Alexandrinus vel Astensis captus aut disturbatus fuerit citra Lanerium, per quatuor miliaria, homines lanerij debent eum excutere per se si poterint sine redemptione aliqua, Et si Alexandrini vel Astenses inde vindictam facere voluerint, homines lanerij a domo sua debent eos adjuvare. Item si Alexandrini vel astenses fuerint in horis lanerij in expedicione, homines Lanerij debent eis mercatum et nominatim (?) ad hencisiam et Montembarucium, ab hodie in antea non debent merchatum nec auxilium hominibus Mombarucij et Hencisie, nec alijs hominibus Marchionis montisferati, vel guerris Alexandrinis et astensibus prestare, donec guerra duraverit, exceptis illis qui habent terras in lanerio, quibus liceat reddere fructus qui exhierint de terris illorum. Item illi qui sunt vasalli Marchionis, possint adjuvare Marchionem in terra sua et etiam in poderio Alexandrie vel ast ita tamen quod non moveantur a lanerio pro offendendo Alexandrinos et astenses, nec reddeant ad lanerium cum preda Alexandrie vel ast, et possint defferre a lanerio res sibi necessarias et scutiferis suis et hec omnia suprascripta juraverunt attendere et observare nomine comunis lanerij, ut supra legitur insolidum, salvo jurejurando quod fecerunt hominibus de viginti adinvicem dominus Guifretus potestas Alexandrie et dominus Albertus de fontana potestas astensis nomine comunium istarum Civitatum, promiserunt eis salvare et custodire homines lanerij in Alexandria et in ast et circumquaque per quatuor Miliaria et in lanerio et in ejus jurisdicione, et res eorum similiter, et de hoc tenebuntur hominibus lanerij, qui predictum sacramentum fecerint salvis suis specialibus juramentis, infrascripti domini Guifretus potestas Alexandrie et dominus Albertus potestas astensis et Petrus bonus et Mamfredus feratus et henricus de coxano Consules de lanerio inde complures cartas ejusdem tenoris fieri rogaverunt ut supra. Actum in suprascripto loco. Testes Petrus

caneffus, Guilelmus pellatus, Balduinus de baxano, Thebaldus guasonus, Ruffinus de ripa judex.

Ego Petrus notarius hanc cartam scripsi.

543. *De vendicione facta comuni astensi per dominum Nicolaum de Cellis de infrascripta parte lanerij.* 1218. 20 Octobris.

Anno domini, millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta. Die Martis XIII.° kal. novembris, coram testibus infrascriptis, dominus Nicolaus de cellis fecit vendicionem nomine Jordani et Gaspari filiorum suorum et nomine domine Andree uxoris quondam Guidonis de sancto Sebastiano, In manu domini Girardini de rollandino potestatis astensis recipientis nomine comunis astensis, Nominatim de sexta parte et de pluri si ibi plus est Tercerij Castri et ville et posse lanerij, quam ipse vel dicti filij eius et dicta Andrea tenebant et possidebant, vel hactenus visi sunt tenere et possidere per se se vel per aliam personam, pro diviso et pro indiviso, cum Cunrado de maglano et consortibus suis, Et de eorum parte similiter Castri et ville et posse sancti Marciani, et de toto illo quod ipsi vel alij pro eis, habent tenent et possident iuste vel iniuste in predictis locijs, silicet in Castris et villis, Contili et jurisdicione et posse, et in sancto Johanne de conchis similiter, et in omnibus alijs ad predicta loca pertinentibus, quoquo modo, videlicet in Militibus, et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, et terris cultis et incultis, in aquaticis, et pasquaticis, furnis et molendinis, drictis et fictis, et alijs omnibus condicionibus et juribus ad dictam vendicionem insolidum pertinentibus Nichil in predictis retinendo. Dictam autem vendicionem fecit nomine supradicto, Tali modo quod dictus potestas et eius successores in regimine civitatis astensis per tempora existentes, nomine et vice comunis astensis jure proprietario et in alodium, predictam vendicionem teneant habeant firmiterque possideant, et exinde pacem et guerram, et quicquid voluerint faciant sine contradictione dicti Nicolai et filiorum, et domine Andree et heredum ipsorum omnium et omnium aliarum pro eis personarum. Insuper dictus Nicolaus predicto nomine, promisit dicto potestati nomine et vice comunis astensis stipulanti suis que in regimine civitatis astensis successoribus nomine comunis astensis predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco ab omni homine deffendere sub pena dupli, Et ipse pro se ut supra legitur, eandem vendicionem deffendere promisit, donec ipsi filij eius et dicta domina Andrea fecerint et confirmaverint comuni astensi dictam vendicionem. Preterea dictus Nicolaus predicto nomine renunciando exceptioni non numerate pecunie, et eo juri quod non est deceptus, nec filij sui, nec domina Andrea sint decepti ultra dimidiam iusti precij, Confessus fuit se recepisse a comuni astensi pro precio predicte vendicionis libras quinquaginta astenses de quibus predicto nomine tenuit se quietum et solutum. Et constituit se predicto nomine possesorem predicte vendicionis nomine comunis astensis, quousque ipsi filij eius et domina Andrea tradiderint inde corporalem possesionem comuni astensi, vel certo nuncio ipsius comunis. Preterea promisit dicto potestati nomine comunis, quod faciet confirmare dictam vendicionem dominam Andream et dictum Jordanum filium suum, Et quod ipsum Jordanum faciet jurare predictam vendicionem firmam et ratam habere perpetuo in omnibus ut supra legitur et de predicto precio contentum se tenere et

quod illud ulterius non repeteret ratione minoris etatis, vel aliquo alio jure in aliquo tempore, per se nec per alium Et quod eum faciet fieri fidelitatem comuni astensi pro se et nomine Gaspari fratris sui, et ipsum Gasparum predicta jurare faciet in omnibus et per omnia et attendere quandocumque ad etatem legitimam pervenerit, et quod de jure jurare possit, si inde fuerit requisitus. Et si comune aliquod damnum pro ipsis filijs suis vel pro domina Andrea incureret vel substineret, vel expensas faceret, Restituere promisit, Credendo in potestatem vel consules qui pro tempore fuerint nomine comunis in verbis eorum sine sacramento, Et pro inde omnes res suas dicto potestati nomine comunis pignori obligavit et promisit, quod ipsi abrenunciabunt fidelitatibus eorum hominum et dicte vendicioni, et comuni fieri facient, Nec eas postea recipient, nisi salva fidelitate comunis astensis, et quandocumque potestati placuerit, ipsas fieri facient. Actum Aste in domo comunis in publica Credencia congregata. Testes, Petrus durnasius, et Henricus mazochus clavarij comunis, Ruffinus de ripa, Guielmus chacayranus, Robaldus Gardinus, Ruffinus arancaboscus et multi alij.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus hanc cartam scripsi.

544. *De Ratificatione etc. facta per Jordanum filium domini Nicolai de cellis de vendicione superius facta comuni astensi per suprascriptum Nicolaum de lanerio et de investitura et eius et fratris sui fidelitate.* 1218. 21 Decembris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die veneris duodecimo kal. Januarij, Coram testibus subscriptis, Jordanus filius domini Nicolay de cellis, volente et presente ipso Nicolao patre suo, promisit domino Girardo de rollandino potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti, et supra dei evangelia juravit habere firmam et ratam perpetuo vendicionem predictam sicut in superiori instrumento continetur in omnibus et per omnia, et ipsam ex sua parte confirmavit Et de precio pro sua parte et fratris sui Gaspari, quietum et solutum se tenuit, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et alij cuilibet juri vel rationi sibi competenti, promittendo predictum precium ulterius non repetere, nec vendicionem illam ratione minoris etatis, vel occaxione dotis matris sue, vel aliquo alio modo vel jure molestare nec removere, nec impedire sub aliquo ingenio in aliquo tempore et ipsam comuni deffendere, et fratrem suum facere jurare, et omnia alia que in prescripta vendicione continentur modis omnibus adimplere. Alioquin damnum et expensas quod vel quas comune de aste proinde haberet substineret vel faceret, restituere promisit eidem potestati nomine supradicto, Credendo in ipsum potestatem vel Consules per tempora in Aste existentes sine sacramento. Et pro hijs attendendis et observandis, omnes res suas et fratris sui Gaspari iamdicto potestati nomine comunis pignori obligavit. Et ibidem dictus potestas nomine et vice comunis astensis et Consilio credentie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte investivit in rectum feudum et patronale et nomine recti feudi in filios et filias in masculos et in feminas predictum Jordanum suo nomine et nomine Gaspari fratris sui pro medietate pro indiviso et nomine domine Andree uxoris quondam domini Guidonis de sancto Sebastiano pro altera medietate, Nominatim de toto eo quod comune de aste habet tenet et possidet vel quasi possidet in Castro et villa et posse et Contili lanerij et sancti Marciani et in sancto Johane de Chonchis pro vendicione predicta, quam dominus Nicolaus comuni Astensi eorum

nomine fecit, et quam ipse Jordanus predicto nomine ut supra legitur confirmavit, et domina Andrea similiter, ut in quodam instrumento continetur. Qua Investitura facta predicto nomine fecit fidelitatem predicto potestati nomine comunis de aste et comuni et hominibus de aste talem qualem vasallus facit domino suo. Eo tamen salvo, quod ipsi vassallij qui fecerunt fidelitatem, vel fecerint comuni astensi de hoc feudo, et eorum homines possint inter sese vendere et alienare, et omnia supradicta in feudum accepta cum omni honore et bona consuetudine retinere salva fidelitate et ratione comunis astensis, Et alienato feudo nichilominus de fidelitate teneantur et perpetuo sint fideles, Et ille vel illi qui acquisierint teneantur facere fidelitatem comuni Astensi de acquisito ipsius feudi. Item statutum est et ordinatum in eadem Credencia, quod comune de aste decetero in aliquo tempore non possit in predicta vendicione asociare aliquem Marchionem nec aliquem comitem, nec aliquam Civitatem nec aliam personam sed semper ad dominium et proprium comunis astensis retinere nec ab ipso comuni in aliquo tempore alienare. Actum Aste in domo comunis in publica Credencia per campanam congregata. Testes, Petrus durnasius, henricus mazochus, Guilelmus rubuinus et dominus Peterzolus miles potestatis.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus, hanc cartam scripsi.

545. *De vendicione facta comuni astensi per Manfredum et fratres eius de lanerio et eorum consortes, de XII^a parte Castri et ville lanerij.* 1218. 4 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo indicione sexta, Die Jovis quarto intrantis octubris Coram Testibus subscriptis, Manfredus, Ubertus et Guilelmus filij quondam domini Raymondi de lanerio et Albertinus et Ottolinus filij quondam domini Alberti moycij fecerunt cartam vendicionis in manibus domini Girardi de rollandino potestatis astensis vice et nomine comunis astensis, Nominatim de duodecima parte Castri et ville lanerij et sediminum et de omni eo quod habent et visi sunt habere in castro et villa lanerij, et pertinentijs eiusdem juste vel jniuste, In jurisdicione et contili et districtu, Et de omnibus alijs ad dictam vendicionem pertinentibus, videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis in terris cultis et incultis pratis zerbis vineis, Nemoribus rupibus et ruinis drictis et fictis furnis et molendinis aquaticis et pasquis, in venationibus et piscationibus et in omnibus alijs condicionibus et juribus ad dictam partem lanerij pertinentibus nichil in se se retinentes, Et de toto eo quod ipsi venditores habent tenent et possident vel visi sunt tenere in Castro et villa sancti marciani, et eius pertinencijs juste vel jniuste et jurisdicione et Contili atque districtu et in omnibus alijs ad dictam vendicionem pertinentibus, videlicet in Militibus et alijs hominibus feudatis et infeudatis et alijs omnibus ut supra de vendicione lanerij ad illam vendicionem pertinentibus nichil in se retinentes. Dictam autem vendicionem fecerunt, Tali modo, quod dictus Girardus potestas vice et nomine comunis et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis astensis iure proprietario in alodium habeant teneant firmiterque possideant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant sine omni contradictione predictorum suorumque heredum. Insuper predicti venditores promiserunt predicto potestati nomine et vice comunis astensis stipulanti suisque in regimine civitatis astensis successoribus nomine et vice comunis

de aste, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locis ab omni homine deffendere sub pena dupli. Preterea predicti venditores renunciantes exceptioni non numerate pecunie et eo juri quod non sunt decepti ultra dimidiam iusti precij Confessi fuerunt se recepisse a comuni Astensi pro precio predicte vendicionis libras Centum astenses de quibus solutos et pagatos sese tenuerunt, Et si quid est juris eorum in predicta vendicione dicto potestati nomine comunis pura donatione dederunt, Renunciantes ei juri quod donacio inter vivos facta ultra quingentos solidos sine insinuatione non valeat, Et constituerunt sese possessores predicte vendicionis nomine comunis astensis quousque potestati astensi nomine comunis astensis, vel certo misso ipsius comunis tradiderint corporalem possessionem. Item promiserunt ei predicto nomine abrenunciare fidelitatibus eorum hominum quos habent in predictis locis, et eas fieri facere comuni Astensi quandocumque potestati placuerit, nec eas postea recipere nisi salva fidelitate comunis astensis. Item promiserunt facere abrenunciare eas personas que in dicta vendicione jus aliquod exigere possent et specialiter dicti Manfredus et fratres Matrem eorum, Alioquin damnum et expensas quod vel quas Comune inde substineret vel faceret aliquo modo ipsi potestati nomine comunis restituere promiserunt et resarcire omnia eorum bona dicto potestati nomine comunis proinde pignori obligantes. Et sicut supra legitur predicti Albertinus et Otto in omnibus et per omnia ad sancta dei evangelia juraverunt firma tenere et nullo tempore per sese nec per aliam personam submissam contravenire ullo modo. Actum Aste supra solarium Frederici bertaldi. Interfuerunt testes Fredericus bertaldus, Henricus mazochus, Petrus durnasius, Robaldus gardinus et Roffinus arancaboschus.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus hanc cartam scripsi.

546. *De possessione data comuni astensi per suprascriptos venditores de dicta XII^a parte superius vendita dicto comuni ast et de abrenunciatione dicte vendicionis.* 1218. 23 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo. Indictione sexta, Die Martis decimo kal. Novembris in Castro lanerij presentibus testibus Conrado ardanensi, Baldicione de lanerio et Anselmo fratre Sivoloti, Manfredus et Ubertus filij quondam domini Raymondi de lanerio et Albertinus filius quondam domini Alberti moycij suo nomine et nomine Ottonis fratris sui Tradiderunt et dederunt domino Ardicioni de quarto et Robaldo gardino ambaxatoribus astensibus nomine et vice comunis de aste corporalem possessionem duodecime partis de lanerio, quam ipsi et Guielmus frater quondam dictorum Manfredi et Uberti vendiderant comuni astensi et eos in eam posuerunt nomine Castri et Ville et tocius posse pro predicta duodecima parte, preterea Matelda uxor dicti Manfredi abrenunciavit omni juri ypothecarum et omni alij juri quod in dicta vendicione habebat silicet de lanerio quantum in proprietate et dominio et Contili et Castro promittentes dictis Ambaxatoribus quod per se nec per alium comune nec aliquam personam pro comuni non appelabit in aliquo tempore. Eodem die in Areali de sancto Petro in serina presentia sacerdotis Johanis illius ecclesie Anselmini qui stat cum eo et Jacobi vialli de viginti, Domina Agnex

mater dictorum Manfredi et Uberti abrenunciavit eodem modo de vendicione lanerij et sancti Marciani quo filij ejus predicti fecerunt promittens dicto Ambaxatori, scilicet Robaldo gardino ut supra promisit domina Matelda uxor Manfredi. Sequenti die Mercuri VIIII.° kal. Novembris in lanerio in domo prenominatorum Albertini et Ottonis, presentibus testibus Manfredo filio quondam domini Raymondi, Baldicione de lanerio, et Petro ghignono, Ottonus frater dicti Albertini, laudavit et confirmavit possessionem datam ab ipso fratre suo dictis Ambaxatoribus et quicquid ipse suo nomine fecerat decetero firmum habere promisit. Preterea Ansuina uxor Alberti et Alaxia uxor Ottonis abrenunciaverunt omni juri ypotecario et omni alij juri quod in Castris predictis quantum in proprietate dominio et contili haberent vel aliquo tempore exigere possent, promittentes dictis Ambaxatoribus et supra dei evangelia juraverunt quod per se se nec per aliam personam comune nec aliquam personam pro comuni non appelabunt proinde nec convenient in aliquo tempore, et predictam vendicionem firmam tenere nec molestare. Eodem die et loco presentia Baldicionis de lanerio et Arnaldi de maxio, Ubertus filius quondam domini Raymondi constituit Manfredum fratrem suum, et Albertiuus predictus Ottonem fratrem suum ad dandam possessionem Castri sancti Marciani predictis Ambaxatoribus nomine comunis et ad fidelitates hominum fieri faciendas, suos certos nuncios et procuratores, promittentes quod quicquid inde fecerint ratum et firmum habebunt. Item eodem die in Castro sancti Marciani presentibus testibus sacerdotibus sancti Marciani domino viviano et domino Thebaldo et Mastorchio de ottone nano, dicti Manfredus et Otto eorum nomine et fratrum suorum, tradiderunt et dederunt Robaldo gardino, nomine comunis de aste corporalem possessionem Castri sancti Marciani pro vendicione superius facta pro consortito lanerij, et in eam ipsum Robaldum posuerunt nomine supradicto.

Isti sunt de lanerio qui abrenunciaverunt fidelitati a predictis, fecerunt fidelitatem comuni astensi, Obertus de gualtero, Obertus de casinasco, Arnaldus de monte oliverio, Amelius, Guido de danio, Guillelmus tabiglus, Otto saccus, Sibaldus, Johanes de villa, Azo de sancta Maria, Ferretus, Henricus mazuchus, Maurus, Anselmus, Obertus marias, Nicoleta henrice, Petrus gignonus et Jacobus fratres, Petrus mollus, Petrus de germana, Mortagla, Obertus guecus, Guilelmus garinus, Johanes luyra, Ogerius grassus, Arnaldus de Maxio, Albertus scacagaia, Oppicinus, Bergognus, Guilelmus mazuchus Guilelmus de mauro.

Isti sunt de sancto Marciano qui abrenunciaverunt fidelitati ut supra legitur. Juraverunt idem.

Mastorchius ottonis nani, Otto ferarius et Ogerius garles.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

547. *De vendicione facta comuni astensi per dominum Sivoletum de lanerio et Anselmum eius fratrem de domibus et sediminibus que habent in lanerio.* 1225. 21 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quinto indictione tercia decima, Die sabati undecimo kal. Julij coram testibus infrascriptis, dominus Sivoletus de lanerio et Anselmus eius frater eorum nomine et nomine fratrum suorum Frederici

et Ansaldi vendiderunt et tradiderunt domino Nicolao de andito potestati astensi nomine et vice comunis astensis, domos et sidimina, que habebant vel videbantur habere in lanerio, Et insuper omnes terras et possessiones quas habebant vel videbantur habere in lanerio et posse, silicet et omne contile et omnem jurisdicionem que habebant in predicto loco seu occaxione predicti locij, simili forma vendiderunt igitur et tradiderunt predicto nomine domino Nicolao predicto nomine totum illud quod habebant vel videbantur habere in lanerio et posse tam in domibus quam in alijs possessionibus, Contili jurisdicione, in hominibus feudatis vel infeudatis, in rupibus et ruinis, in ecclesijs et capellis, furnis vijs publicis vel privatis, venationibus piscationibus, aquaticis pascuaticis et in omnibus alijs que ad eos pertinent vel videntur pertinere in predicto loco et posse, vel occaxione predicti loci et poderij. Et hanc vendicionem fecerunt et tradicionem precio librarum quatuorcentum astensium, de quibus predicto nomine vocaverunt et tenuerunt se solutos et quietos. Renunciando exceptioni non numerate pecunie, et non recepti precij, Tali modo quod dictam vendicionem Comune astense teneat quieteque possideat jure proprietario absque contradictione ipsius Sivoleti et fratrum et cuiuslibet alterius persone pro eis. Promiserunt itaque predictus Sivoletus et Anselmus predicto nomine, dicto domino Nicolao potestati astensi, nomine comunis astensis ab omni persona sub pena dupli deffendere et si deffendere nolent vel non possent, et comune astense aliquod damnum substineret occaxione evictionis sibi facte in totum vel in partem promiserunt ipsi Sivoletus et Anselmus predicto nomine predicto potestati nomine comunis astensis, illud damnum sub pena dupli restituere. Ad hoc dicti Sivoletus et Anselmus promiserunt facere habere ratam et firmam dictam vendicionem a fratribus suis Ansaldo et Frederico, si illud facere non possent, et dicti fratres vel alij pro eis contra dictam vendicionem venirent promiserunt ipsi Sivoletus et Anselmus dicto potestati nomine comunis dare et restituere libras ducentas de dicto precio, et si hoc non observarent et comune astense aliquod damnum vel expensas faceret vel substineret modo aliquo promiserunt dicto domino Nicolao potestati astensi nomine comunis astensis illud damnum et expensas sub pena dupli restituere, Credendo de damno et expensis verbo potestatis astensis, sine Sacramento et probatione qualibet et pro predictis observandis omnia eorum bona dicto potestati nomine comunis astensis pignori obligaverunt. Tali forma quod cum dictam vendicionem a fratribus suis, Frederico et Ansaldo ratam haberi fecerint, vel comuni astensi restituerint libras ducentas cum damnis et expensis ex hac obligatione pignerum sint penitus absoluti. Insuper promiserunt facere renunciare eorum uxores juri ypothecarum quod habent vel videntur habere in dicta vendicione, idem facient fieri ab uxoribus fratrum cum fuerint requisiti, et sicut supra legitur per omnia promiserunt et juraverunt attendere et observare et complere et nullo tempore contravenire per se vel per alium. Actum Aste in ecclesia sancti Johanis de dom. Testes, Raymondus damianus et henricus sinistrarius et Ruffinus aranchaboschus.

Ego Manfredus carena notarius palatinus hanc cartam scripsi.

548. *De vendicione facta comuni Astensi per Conradum ardanesium suo nomine et fratrum suorum de medietate VIe partis Castri Lanerij.* 1218. 7 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die Mercuri septimo die intrantis Marcij Conradus ardanesis, suo nomine et nomine fratrum suorum Frederici et Guilelmi fecit cartam vendicionis, in manibus domini Girardi de rollandino potestatis astensis vice et nomine comunis astensis, de medietate sexte partis Castri et ville lanerij cum medietate turris et Sediminis Et de omni eo quod habet ipse et eius fratres et visi sunt habere in Castro et villa lanerij et eius pertinencijs, et quam tenent pro indiviso cum Bonefacio ardaneso et Alberto fratre suo juste vel jniuste, In jurisdicione contili districtu et de omnibus alijs ad dictam partem pertinentibus, videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis terris cultis et incultis, pratis gerbis, Rupibus et ruinis, vineis nemoribus, in drictis fictis, in furnis et molendinis, Aquaticis et pasquaticis, in venationibus et piscationibus, et in omnibus alijs condicionibus et juribus ad dictam partem lanerij pertinentibus. Nichil in sese retinentes, et toto eo quod ipse et frater eius, habent tenent vel visi sunt tenere in castro et villa sancti Marciani et eius pertinencijs, juste vel injuste in jurisdicione, Contili et districtu, Et in omnibus alijs ad dictam vendicionem pertinentibus, videlicet in militibus et ceteris hominibus feudatis, et infeudatis , terris cultis et incultis, pratis zerbis rupibus et ruinis, vineis nemoribus, drictis fictis in furnis et molendinis aquaticis et in omnibus alijs condicionibus et juribus ad illud pertinentibus, Nichil in se retinentes. Dictam autem vendicionem fecit predicto nomine Tali modo quod dictus dominus Girardus vice et nomine comunis astensis, et eius successores in regimine civitatis per tempora existentes nomine et vice comunis astensis jure proprietario in alodium habeant firmiterque possideant et teneant, et ex eis pacem et guerram et quicquid voluerint faciant sine omni contradictione predictorum suorumque heredum. Insuper predictus Cunradus pro se et fratribus suis Frederico et Guilelmo promiserunt predicto potestati vice et nomine comunis astensis stipulanti suisque in regimine civitatis successoribus, nomine et vice comunis de aste, predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locijs ab omni homine defendere sub pena dupli. Preterea iamdictus venditor suo et fratrum suorum nomine, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et eo juri quod non est ipse nec eius fratres deceptus ultra dimidiam justi precij confessus fuit se recepisse nomine suo et fratrum suorum a comuni astensi pro precio predicte vendicionis libras centum astenses, de quibus tenuit suo et fratrum suorum nomine solutum et pagatum, Et si quid est in predicta vendicione eorum juris, predicto potestati nomine comunis pura donatione suo nomine et nomine predictorum fratrum suorum dedit, Renunciando ei juri, quod donatio inter vivos facta ultra quingentos solidos sine insinuatione non valeat, et constituit se nomine suo et fratrum suorum possessores nomine comunis astensis de predicta vendicione, quousque potestati nomine comunis vel suo certo nuncio ipsius comunis tradiderit corporalem possessionem. Preterea promisit, quod ipse et predicti fratres sui abrenunciabunt fidelitatibus eorum hominum quos habent in predicta vendicione et eas fieri facient comuni astensi quandocumque potestati placuerit, nec eas postea

recipere nisi salva fidelitate comunis astensis. Insuper promisit dictus Conradus, dicto potestati nomine et vice comunis astensis, quod faciet predictam vendicionem confirmare et facere jurare predictos fratres suos Fredericum et Guielmum per totum et in totum sicut superius legitur et fieri facere fidelitatem a predictis fratribus suis Frederico et Guilelmo comuni astensi, Et si occaxione Matris sue vel alterius persone pro ea, Comune aliquod damnum substineret vel aliquas expensas faceret aliquo modo eidem potestati nomine comunis astensis restituere et resarcire promisit et inde omnia bona sua ei nomine comunis astensis pignori obligavit. Hec omnia in omnibus et per omnia, dictus Conradus ad sancta dei evangelia firma tenere et nullo tempore contravenire per se nec per suppositam personam juravit. Actum Aste in Ecclesia sancti Johanis de dom In publica credencia, interfuerunt testes, dominus Albertus et Petrazolius miles dicti potestatis, Petrus mussus de aglano, Jacobus migranus, Rollandus laiolius canevari comunis et ubertus medicus notarius.

Ego Philipus durcus notarius hanc cartam scripsi.

549. *De vendicione facta comuni astensi per Ugonem carenam de XVIII^a parte Castri et ville lanerij.* 1218. 12 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo, octavo decimo indictione sexta, Die Mercuri XII° intrantis decembris Coram testibus infrascriptis, Ugo filius quondam Jacobi carene fecit cartam vendicionis in manu domini Girardi de rollandino potestatis astensis vice et nomine comunis de aste recipientis suo nomine et nomine Damixele sororis sue, Nominatim de octava decima parte Castri et villa et posse Lanerij quam ipsi vel alius pro eis tenent et possident vel hactenus visi sunt tenere et possidere per se vel per alium in predicto loco et pertinenti aliquo modo, Et de eorum parte similiter, Castri et ville et posse Contilis et jurisdicionis sancti Marciani, et de toto illo quod ipsi vel alij pro eis, habent tenent vel possident, vel visi sunt habere tenere et possidere in predictis locis et in omnibus alijs ad dicta loca pertinentibus quoquo modo videlicet in militibus et alijs hominibus feudatis et infeudatis in terris cultis et incultis et drictis et fictis, in furnis et molencinis aquaticis et pasquis et alijs ceteris possessionibus condicionibus et juribus dicte vendicioni vel vendicionibus insolidum pertinentibus, Nichil in se retinendo. Dictam autem vendicionem fecit nomine predicto, Tali modo quod dictus potestas et eius successores in regimine civitatis de aste nomine comunis de aste et ipsum comune predictam vendicionem habeant teneant firmiterque possideant jure proprietario et in alodium et exinde quicquid voluerint faciant et pacem et guerram absque omni contradictione prefati Ugonis et sororis et heredum ipsorum et omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Insuper dictus Ugo predicto nomine et pro heredibus suis promisit dicto potestati nomine et vice comunis astensis stipulanti predictam vendicionem qualiter supra legitur insolidum sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione precij in consimilibus locis ab omni homine deffendere, quod si non posset vel nollet predicto nomine promisit eandem vendicionem restituere comuni astensi in duplum. Preterea ipse Ugo, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et eo juri quod non est deceptus ultra dimidiam justi precij, Confessus fuit se predicto nomine recepisse a comuni astensi pro predicte vendicionis precio libras sexaginta sex et solidos tredecim et denarios quatuor astenses de quibus quietum se tenuit et

vocavit et constituit se predicto nomine possessorem predicte vendicionis quousque comuni astensi vel eius nuncio tradiderit corporalem possessionem, Et quod faciet confirmare predictam vendicionem, dictam damixellam sororem suam et facere refutare Matrem suam omne jus quod pro dote sua haberet vel exhigere posset in aliquo tempore in ipsa vendicione et eas facere fieri quicquid debuerint cum ratione. Alioquin predicto nomine promisit eidem potestati nomine comunis restituere omnes expensas et damnum quas vel quod comune astense proinde faceret vel substineret aliquo modo, Credendo inde potestati vel Consulibus de aste tunc temporis existentibus in Aste in verbis eorum sine sacramento, et proinde omnes res suas eidem potestati predicto nomine obligavit pignori. Item promisit facere fieri fidelitatem comuni astensi ab hominibus suis dictorum locorum quando sibi fuerit requisitum, nec eas postea recipiet nisi salva fidelitate et ratione comunis astensis. Et sicut supra legitur juravit supra dei evangelia attendere, et quod est etatis annorum XIIII.° vel plurium, Et quod precium ulterius non repetet in aliquo tempore ratione dotis matris sue nec ratione minoris etatis, neque hereditate patris vel matris, seu aliquo alio jure in aliquo tempore et perpetuo de precio contentum se tenere nec dictam vendicionem in perpetuum molestare nec removere sub aliquo ingenio ullo modo. Actum Aste in publica credencia in domo comunis. Testes Petrus durnasius, Jacobus advocatus, Guielmus cacayranus, Ruffinus de ripa, Ambroxius de lavolta et Gandulfus notarius. Item ibidem et presentibus eisdem testibus dictus dominus Girardus potestas nomine et vice comunis astensis, et consilio Credencie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte Investivit in rectum feudum et nomine recti feudi in filios et filias in masculos et feminas prefatum Ugonem pro se et nomine damixele sororis sue, Nominatim de toto eo quod superius in dicta vendicione continetur. Qua investitura facta predicto nomine fecit fidelitatem dicto potestati nomine comunis de aste et comuni et hominibus de aste talem qualem Vasalus facit domino suo, Eo tamen salvo quod ipse Ugo vel vasalli qui fecerint fidelitatem comuni astensi de hoc feudo et eorum homines possint inter se vendere et alienare et omnia suprascripta in feudum accepta cum omni honore et bona consuetudine retinere salva fidelitate et ratione comunis astensis, Et alienato feudo nichilominus de fidelitate teneantur et perpetuo sint fideles ille vel illi qui acquisiverint teneantur facere fidelitatem comuni astensi de acquisito ipsius feudi. Item statutum est et ordinatum in eadem credentia quod Comune de aste decetero in aliquo tempore non possit in predicta vendicione associare aliquem Marchionem nec Comitem nec aliquam Civitatem nec aliam personam sed semper ad dominium et proprium comunis astensis retinere nec ab ipso comuni in aliquo tempore alienare.

Ego Mussus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

550. *De possessione data comuni Astensi per Sismondum de Maliano et eius consortes de illo pede turris et sedimine quos habebant in lanerio.* 1218. 2 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo Indictione sexta. Die veneris secundo intrantis Marcij presentia infrascriptorum testium, Sisimondus de malliano filius quondam Anselmi de malliano et Aycardus et Fredericus suo nomine et fratris sui Bonefacij et nomine nepotis sui Anselmini filij quondam Martini de mayliano,

corporalem possessionem dederunt in manibus Ruffini de ripa et Petri de aracio ambaxatorum comunis astensis nomine et vice comunis de illo pede turris et sedimine illo quod ipsi habebant in Castello lanerij ante ecclesiam sancti Johannis pro illis et pro omnibus alijs rebus et pro illa vendicione quam ipsi vendiderant comuni astensi in castello et villa lanerij, et possessione et comitatu et jurisdicione. Interfuerunt testes, Aycardus rotarius et Amadeus filius Jacobi de vivario. Actum in Castro lanerij.

Ego Gandulfus de fossato notarius palatinus hanc cartam scripsi.

551. *De possessione data comuni astensi per Conradum de maliano de illo sedimine et turre super eo existente que vendiderat comuni astensi.* 1218. 2 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo decimo indictione sexta, Die veneris secundo intrantis Marcij presentia et testimonio Ogeri grassij de lanerio, Ottonis regis, Sismondi de malliano, Aycardi et Frederici, et Aycardi filij Guilelmi rotarij et Arnaldi filij Jacobi de Vivario et Johanis ferrarij et aliorum multorum, Conradus de malliano, dedit corporalem possessionem, Ruffino de ripa et Petro de aracio ambaxatoribus comunis Astensis nomine et vice comunis astensis, de illa pecia sediminis et de turre super ea existente, quam et quod vendiderant comuni Astensi in Castro lanerij pro illis et omnibus alijs rebus, quas ipse vendiderat in Castro et villa et posse et Jurisdicione et comitatu lanerij comuni astensi. Actum in Castro lanerij.

Ego Gandulfus de fossato notarius palatinus, hanc cartam scripsi.

552. *De abrenunciatione facta per Conradum de maliano et consortes suos de infrascriptis hominibus quos habent in lanerio.* 1218. 2 Marcij.

Eodem die prenominati Cunradus de malliano Sismondus, Aycardus, et Fredericus filij quondam Anselmi de malliano suo nomine et fratris sui Bonefacij et nepotis sui Anselmini filij quondam Martini de malliano abrenunciaverunt fidelitatibus infrascriptorum suorum hominum de lanerio precipientes eis ut ipsi comuni astensi faciant fidelitatem de illa vendicione quam prenominati domini comuni astensi de illa parte quam ipsi vendiderant comuni Astensi in Castello et villa et hominibus et de comitatu et possessione et jurisdicione lanerij. Nomina illorum qui fecerunt fidelitatem proinde juraverunt comuni astensi hec sunt et quas fidelitates nomine comunis astensis receperunt, Ruffinus de ripa et Petrus de aracio ambaxatores comunis astensis.

Aberlotus tornavia	Petrus graverius	Anricus cagnolus
Arnaldus eius frater	Guilelmus viana	Otto de odino
Bovinus	Henricus marchisius	Otto largetus
Amedeus perteacius	Jacobus de villa	Albertus presbiter
Simeon de niza	Nicolaus de villa	Ruffinus calegarius
Otto rex	Albertus de marchisa	Marinus de roverbela
Obertus medius panis	Turchus	Alinerius
Otto de palma	Arnaldus rex	Oddo varalda
Lafrancus gastaldus	Vivianus casinascus	Anricus sicardus
Albertus scurzagaia	Berardus ferarius	Arnaldus de monte oliverio
Berrutus de rovore	Mignanus	Olbertus pelacocunnus
Jacobus eius frater	Morus gastaldus	
Garatta	Ogerius iozolius	

Ego gandulfus de fossato notarius hijs omnibus interfui et scripsi.

553. *De promissione facta comuni astensi per dominam Andream uxorem quondam domini Guidonis de sancto sebastiano occaxione lanerij.* 1218. 8 Decembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo decimo octavo indictione sexta, Die sabati octavo die intrante decembri presentibus testibus infrascriptis, domina Andrea quondam uxor domini Guidonis sancti Sebastiani per stipulationem promissit domino Nicolao de cellis, nomine comunis astensis habere firmam et ratam vendicionem illam, quam dictus Nicolaus fecit suo nomine domino Girardo de rollandino potestati astensi nomine comunis astensis de tota sua parte quam ipsa habebat vel habere videbatur in Castro et villa et hominibus de lanerio et de sancto Marciano ullo modo cum omni honore et jurisdicione sua sicut in instrumento inde facto continetur a Musso boviculo notario comunis et vendicionem illam confirmavit et vocavit se solutam et quietam esse de precio viginti quinque librarum astensium, Renunciando exceptioni non numerate pecunie, et non recepti seu non dati precij, promittendo in se precium non repetere nec vendicionem illam decetero molestare nec removere nec aliquo modo sub aliquo ingenio impedire et firmam perpetuo dictam vendicionem habere unde universa bona sua pretaxato domino Nicolao nomine comunis astensis pignori obligavit. Actum est hoc in Castro sancti Sebastiani. Testes dominus Otto sacerdos predicti Castri, Uliverius, Jacobus de Montilio, Jacobus de aglano et Azetus.

Et ego Petrus notarius hanc cartam scripsi.

554. *De ratificatione et confirmatione facta comuni astensi per Guilelmum dictum Giraudum ardanesium de venditione quam frater eius fecit comuni Ast de lanerio.* 1225. 10 Aprilis.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quinto indictione terciadecima, Die Jovis decimo intrantis aprilis presentibus testibus infrascriptis, Guilelmus qui cognominatur Giraudus frater Cunradi Ardanixij promisit domino Nicolao de andeto potestati astensi vice et nomine comunis astensis recipientis, promisit et supra dei evangelia juravit habere firmam perpetuo et nullo tempore removere per se nec per alium nec contravenire vendicionem illam quam frater eius quondam fecit per se et nomine fratrum eius Frederici et Guilelmi in manibus domini Girardi de rollandino potestatis astensis vice et nomine comunis de aste recipientis Nominatim de medietate sexte partis Castri et ville lanerij cum medietate turris et sediminis quam tenebant pro indiviso cum bonefacio ardanixio et Alberto fratre suo iuste vel iniuste, jurisdicione Contili et districtu et de omnibus alijs ad dictam partem pertinentibus, videlicet in Militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis terris cultis et incultis, pratis jerbis, rupibus et ruinis, vineis et nemoribus in drictis et in fictis, in furnis et in mollendinis, in aquaticis et pasquaticis, in venationibus et piscationibus et in omnibus alijs condicionibus et juribus ad dictam partem lanerij pertinentibus. Et similiter de toto eo quod ipse et fratres eius habebant tenebant et possidebant, vel visi erant tenere in Castro et villa Sancti Marzani et pertinencijs eius juste vel iniuste, in iurisdicione Contili et districtu et omnibus alijs ad dictam vendicionem pertinentibus, videlicet in Militibus et ceteris hominibus feudatis et infeudatis terris cultis et incultis, pratis jerbis rupibus et Ruinis, vineis, et Nemoribus, drictis fictis furnis et

molendinis aquaticis et pasquaticis, Et in omnibus alijs condicionibus et juribus ad illud pertinentibus sicut in carta inde facta per Filipum notarium continetur Anno domini Millesimo ducentesimo octavo in lictione sexta Die mercuri septimo die intrantis Marcij. Quibus taliter peractis, Prenominatus dominus Nicolaus potestas nomine comunis de aste, dictum Guielmum de predictis omnibus investivit pro parte sua in gentile feudum. Qua investitura facta et recepta dictus Guielmus fecit inde fidelitatem predicto domino Nicolao potestati vice et nomine comunis astensis talem qualem gentilis vasallus facit gentili domino suo. Actum urbe aste supra solarium Ottonis bulle et fratris. Iuterfuerunt testes, Ruffinus de ripa, Guielmus bertramus, Bayalardus berardengus, Rollandus cazo, Aymericus rondana, miles potestatis.

Ruffinus aranchaboschus notarius interfuit et scripsit.

555. *De quadam promissione facta comuni Astensi per dominum Martinum de Revello suo nomine et consortum suorum occaxione eorum Citaniatici.* 1204. 31 Augusti [1].

Anno domini, Millesimo ducentesimo quarto indictione septima Die martis secundo kal. Septembris presentia infrascriptorum dominus Martinus de revello suo nomine et nomine consortum suorum videlicet dominorum de Revello, promisit domino Oliverio amano potestati astensi nomine comunis de aste stipulanti et supra dei evangelia juravit ita attendere omni tempore bona fide et sine fraude ut in carta eorum et Astensium et eorum citaniatico et de eorum conventis et Astensium continetur, salva fidelitate dominorum eorum, et salvo eo quod in fidelitate eorum continetur. Ibidem dominus Ubertus de revello nepos ipsius Martini, juravit supra dei evangelia illud idem ex sua parte omni tempore attendere et observare bona fide et sine fraude. Actum urbe aste in curia Canonicorum sancti Martini, Testes Guilelmus mazonus judex ipsius domini Oliverij, Petrus cicia, Mussus trosellus, Ruffinus de ripa, Nicolaus gardinus, Jacobus de vivario, Jacobus iudex, Johanes asinarius, Guielmus frater eius, Raymondus carocius et plures alij.

Ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

556. *De consignatione facta per Comune astense domino Bonefacio marchioni montisferati de turre et palacio Lanerij.* 1227. 17 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo septimo Indictione quintadecima die veneris xv kal. Octubris, In Castro lanerij, presentibus testibus Guilelmo cacharano, Guielmo cerruto, Cazo, Guilelmo cassano, Jacobo de stoarda, Ogerio censoldo, Pagano boviculo, et domino Oprando milite domini Barocij de burgo potestatis astensis, dominus Barocius de burgo potestas astensis, dedit et consignavit et restituit, Guilelmo mazue de cortexellis nuncio domini Bonefacij marchionis montisferati ad hoc specialiter constituto, ut continetur in carta facta a Bonifacio de virolongo notario in anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo septimo indictione quintadecima, Die

[1] Instrumentum hoc, eiusdem prorsus sententiae, iterum occurrit in Codice; quapropter inscriptionem tantum, suo loco ad N. 590 servavimus.

lune terciodecimo die mensis Septembris in tona nomine et ad partem ipsius Marchionis recipienti, Nominatim turrim et palacium ipsius Marchionis de Castro lanerij, et ipsum in eam partem posuit nomine tocius sue partis, Castri et Contilis et Jurisdicionis et omnium eorum que dictus Marchio in dicto Castro et pertinentibus habet seu habere visus est vel fuit qui Guilelmus predicta sic recepit ab eo predictis nominibus, presentibus et consencientibus, Alberto Sivoleto, et Anselmo fratre suo, Manfredo Raymondo et Ottacio domini de lanerio etiam Rubeo de comite de Maxio, et Conrado et Bonefacio de maglano.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et iussu dicti domini Barocij potestatis, hanc inde cartulam scripsi.

557. *De quadam denunciatione facta per comune astense Anselmo de lanerio et Guilelmo filio Sivoleti de lanerio prout infra continetur.* 1226. 29 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo sexto indictione quartadecima, Die martis tercio kall. decembris, dominus Guielmus amatus potestas astensis nomine et vice comunis Requisivit et denunciavit Anselmo de lanerio, et Guielmo filio Sivoleti, quod ipsi faciant attendere et observare ab Ansaldo de lanerio fratre ipsius Anselmi illud quod ipse Anselmus et Sivoletus eius frater promiserunt et tenentur comuni astensi facere quod ipse Ansaldus faciat fidelitatem comuni astensi, vel ipsi reddant vel restituant comuni astensi illud quod in carta inde facta continetur et ab eorum nepotibus similiter. Item dictus potestas nomine comunis astensis, dixit et denunciavit ipsis Anselmo et Guielmo, Sivoloto et Ansaldo, quod paratus est pro comuni astensi attendere et observare omnia ea que continentur in carta inde facta. Actum Ast in domo comunis. Interfuerunt testes Ottacius moycius, Albertus moycius, Guielmus carocius Obertus gardus et Baialardus balbus.

Et ego Manfredus carena notarius palatinus interfui et sic scripsi.

LXXX. De sancto Johane de Conchis.

(Hic pictum est templum. Vid. Tab. IX, n. 30).

Sanctus Johanes de Conchis sive villa fuit de Consortitu lanerij, Et est feudum comunis Astensis, ut patet in titullo lanerij, Capitulo secundo posito sub rubrica de vendicione facta per dominum Nicolaum de cellis comuni astensi de sexta parte lanerij Sancti Marciani et Sancti Johanis de Conchis.

LXXXI. De Lintignano.

(Hic pictus est mons non monitus. Vid. Tab. IX, n. 8).

Castrum Lintignani erat feudum comunis astensis et dominus Guido de Lintignano erat Civis astensis de tota sua terra, Et comune Alexandrie diruit dictum castrum et posuerunt homines in villa nova Nicie.

558. *De Citaniatico domini Guidonis de Lintignano et henrici tasche fratris sui.* 1198. 6 Julij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo indictione prima, Die Jovis sextodecimo die intrantis Julij, presentia infrascriptorum testium dominus Albertus de fontana potestas astensis cum consilio credentie per campanam congregate ut confessus fuit fecit cartam donationis a parte comunis astensis in manu Guidonis de lintignano suo nomine et nomine henrici tasche fratris sui, ut ipsi et heredes eorum sint cives astenses imperpetuum dando fodrum de libris quinquaginta astensibus quociens civitas ad fodrum venerit et faciendo omnes consuetudines et mores civitatis astensis sicut faciunt alij cives pro libris quinquaginta et faciendo per se et per omnes suos homines pacem et guerram pro comuni astensi, et exercitus et cavalcatas et succursus quociens eis requisitus fuerit sicut alij cives civitatis astensis nisi absolto potestatis vel Consulum astensium remanserit Et debent salvare et Custodire terram astensem et homines de aste pro comuni et pro diviso in personis et in avere ubicumque contra omnes homines et reducere eos in eorum Castella pro comuni et pro diviso, nec vetare ipsis astensibus guarnitis vel scaritis pro comuni nec pro diviso eorum domos et eorum Castella, quin faciant ex eis pacem et guerram cuicumque voluerint, et ipsi per se et per omnes eorum homines debent inde facere pacem et guerram cuicumque ipsi Astenses voluerint, cum eis et sine eis. Et hoc totum quod supra legitur, Guido de lintignano juravit supra dei evangelia et promisit domino Alberto de fontana potestati astensi ad partem comunis de aste stipulanti attendere bona fide imperpetuum salvis dominis suis. Actum urbe aste in palacio Surleonis de Janua, Testes Aycardus de ysula, Otto tarascus de roca, Jacobus palius, Guielmus vacca et Guiliarinus.

Ego Jacobus boviculus notarius palatinus interfui et iussu domini Alberti de fontana potestatis astensis scripsi.

LXXXII. De Monte zemullo.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

559. *De pactionibus et Conventis habitis et factis inter Consules Astenses pro una parte, et dominum Guilelmum marchionem de Ceva prout inferius continetur.* 1190. 27 Maij[1].

In nomine domini nostri yhesu christi, hee sunt conventa habita inter Consules astenses, quorum nomina sunt, Bayamondus carocius, Marchisius cavicula, Raymondus layolius et Rodulfus durnasius consules de comuni et Petrus cicia, Guilelmus silvaticus et Guilelmus miles consules de iusticia ex una parte pro comuni astensi, et dominum Guilelmum marchionem de ceva ex altera parte, quando ipse dominus Guilelmus marchio de ceva dedit comuni astensi Montem zemullum et Miroaldum et terram que sibi evenerat et evenire poterat pro successione et hereditate domini Bonefacij marchionis quondam Curtismilie, videlicet quod ipse Guielmus marchio, debet

[1] Pacta haec iam edidit Moriondus *Monum. Aquen.* cit. pars II. col. 358. N. 110, ex Charta penes Gasp. Sclavum.

refutare fidelitatem militum et hominum omnium predictorum locorum et predicte terre que sibi evenerat et evenire poterat pro successione et hereditate prefati Marchionis Bonefacj, et facere eas fieri Consulibus astensibus pro comuni et ipsi homines debent postea ipsi Marchioni Guilelmo fidelitatem facere salva fidelitate astensium. Ipse vero Guilelmus marchio debet eis facere fidelitatem sicut vasallus facit suo domino, et debet salvare et custodire personas astenses et de eorum posse per totam suam terram et per totum suum posse bona fide et sine fraude, nec capere nec capi permittere pedagium nec guidonagium nec curadiam ab aliquo cive astensi, nec ab aliquo de virtute astensi in Miroaldo, nec in Monte zemulo nec in eorum posse, per totam suam terram, neque in predicta terra que sibi evenerat aut evenire poterat pro successione et hereditate supradicti Marchionis Bonefacij nec in tota sua terra bona fide et sine fraude, debet dare forciam et virtutem ut eius consanguinei non capiant pedagium nec guidonagium nec curariam ab aliquo cive astensi nec de virtute astensi in tota eorum terra et in eorum posse, salvo eo, quod si contingeret quod sui consanguinei concordarent se cum astensibus, quod strata iret per eorum terram, quod ipse Guielmus marchio debet habere illam partem que sibi eveniret de pedagio, sicut et illi sui consanguinei haberent. Item de terra illa que evenit ipsi Guilelmo marchioni, aut eveniet pro successione et hereditate iam dicti marchionis Bonefacij non faciet divisam nec pactum nec conventum cum suis consanguineis, nec eam vendet nec obligabit nec infeudabit neque alienabit sine consilio Consulum astensis comunis et iusticie omnium vel maioris partis eorum et Credentie cohadunate per campanam. Item si quis civis astensis in sua terra et in suo posse suum inimicum vel suum debitorem vel rectum fideiussorem invenerit, cui inimico vel debitori vel fideiussori ipse Guilelmus marchio in hoc tempore sacramento non teneatur liceat ei ibi illum capere si voluerit, et ipse Marchio debet civi astensi dare forciam et virtutem ut illum capiat et teneat et ducat quo voluerit. Item ipse Guielmus marchio debet emere usque ad proximum festum ephiphanie domum librarum centum astensium in Aste nisi absolto Consulum comunis et Justicie remanserit, nec hanc domum postea vendere, nec dare nec obligare nec infeudare, nec alio modo alienare in aliquo tempore sine absolto Consulum comunis et Justicie et credencie per campanam cohadunate et esse debet civis astensis imperpetuum, dando fodrum librarum Trecentum astensium quociensçumque astensis civitas ad fodrum venerit. In tempore pacis debet ipse Marchio stare in Aste cum duobus socijs per duos menses, nisi parabola Consulum astensium Comunis iusticie omnium vel maioris partis eorum remanserit. Tempore autem guerre debet stare in Aste assidue cum decem militibus suis costis et suis expensis, nisi parabula predictorum Consulum comunis iusticie omnium vel maioris partis eorum remanserit. Item si contingerit quod Astenses faciant exercitum, ipse Marchio debet esse cum eis semel in anno cum decem militibus et cum ducentis clientibus suis periculis et sui expensis per unum mensem integrum, Et si in obsidione alicuius castri fuerint similiter debet esse cum eis cum decem militibus et cum ducentis clientibus semel in anno per unum mensem integrum nec in obsidione castri, nec in campo eos dimittere debet, et ab uno mense in antea debet stare cum eis cum decem Militibus in obsidione Castri tantum quantum astenses voluerint et clientes si voluerint recedant, et hoc totum facere debet suis expensis et

suis periculis et hoc faciet nisi parabula consulum comunis et iusticie remanserit. Item debet venire in eorum succursu cum suo posse honorifice quocienscumque astenses sibi Mandaverint et ex quo terram eorum intraverit a primo die et a prima nocte in antea debet esse ad expensas Astensium et semper in capite annorum decem debet facere fieri fidelitatem comuni astensi ab hominibus predictorum locorum, qui eam non fecerint si a Consulibus astensibus sibi requisitum fuerit, Et debet facere jurare quatuor Milites de Ceva, et viginti de melioribus hominibus illius loci de ceva hoc totum firmum tenere. Et sic hoc totum quod supra legitur ipse Marchio Guielmus de Ceva juravit propria manu supra dei evangelia observare. Similiter Astenses consules tenentur ipsi Marchioni reddere totam terram quam eis dederat ut supra legitur pro recto feudo silicet pro filijs et filiabus et adiuvare eum tenere hanc terram contra omnes homines bona fide. Et si eam perdiderit adiuvare eum ad recuperandum ipsam bona fide. Et si contingeret quod eius inimici quibus Astenses modo sacramento non teneantur intrare eius terram pro vasto ibi faciendo, vel pro Castro obsidendo, debent eum succurrere cum comuni astensi bona fide. Et debent esse cum ipso Marchione in exercitu semel in anno per unum mensem integrum cum viginti militibus, et cum ducentum peditibus, si voluerit eorum expensis et eorum periculis, et succursum ei facere quocienscumque sibi necesse fuerit et eis Mandaverit cum illis militibus quos tunc habuerint et ex quo terram ipsius Marchionis intraverint prima die et prima nocte erunt suis expensis Et ab illo die in antea erunt ad expensas ipsius Marchionis. Et hoc idem debet facere jurare sequentes post eos Consules, et quod hoc facient jurare eorum Credendarios, Et quod teneantur hoc idem facere jurare sequentes post eos consules et eorum Credendarios, et sic omni anno usque imperpetuum, nisi pro ipso Marchione remanserit Salvo eo quod illi qui modo juraverint non teneantur hoc jurare decetero. Et hoc totum astenses consules comunis et Justicie quorum nomina sunt, Bayamondus carocius, Marchisius cavicula, Raymondus laiolius et Rodulfus durnasius, Petrus cicia, Guilelmus silvaticus, et Guielmus miles supra dei evangelia bona fide observare juraverunt salva fidelitate imperatoris et Regis. Et hos credendarios eorum hoc idem observare jurare fecerunt, Rollandus balbus, Rollandus crivellus, Girbaldus de porta, Ubertus layolius, Bonus Johanes silvaticus, Rogerius de Curia, Emblavatus. homodeus trossellus, Ubertus de platea, Opizo de vivario, Girardus ginorius, Gandulfus zicellarius, Bayalardus berardensis, Jacobus rastellus, Ipolitus cambitor, Rollandus culorius, Guilelmus rotarius, Jacobus corigiarius, Berardus bertramus, Manfredus de solerio, Jacobus de rohat, Jacobus palius, Guilelmus laurencius Cepula, Ardicio ottinus, Apollonius filius quondam Petri villani, Rollandus berardensis, Jacobus belserius, Jacobus Judex, Gandulfus bucanigra, Jacobus de donna Mandra, Jacobus filius quondam Rollandi boveri et Otto volla. Actum in domo Consulum in comuni credencia Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo indictione octava die dominico sexto kall. Junij. Testes Otto de canelio Raymondus de caraxono et multi alij.

Et ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

LXXXIII. De Miroaldo.

560. *De donatione facta comuni Astensi per dominum Guilelmum marchionem de Ceva, de Castro et villa Miroaldi.* 1190. 27 Maij[1].

In christi nomine, Ad honorem dei et beate Marie Virginis et sancti Secondi martiris et omnium sanctorum et sanctarum et ad honorem et servicium Frederici Romanorum Imperatoris Augusti et filij eius regis henrici, Dominus Guillelmus marchio de ceva fecit donum in manibus Astensium Consulum, quorum nomina subtus leguntur, Nomine et vice tocius comunis Astensis, Nominatim de Castro et villa et de posse Miroaldi, Et de Castro et de villa et de posse Montis zemulij, Et de tota ea terra que sibi evenit aut eveniet pro successione et hereditate domini Bonefacij marchionis de Curtemilia, quam ipse Bonefacius olim tenuit et possedit Et de omni eo quod ipse Guielmus Marchio habet tenet et possidet in predictis locijs juste vel iniuste, videlicet in Militibus in Rusticis et in ceteris hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis, in ecclesijs et in capellis, in zerbis et in pascuis, in pratis et in vineis, in silvis et in boschis, in rupibus et in ruinis, in venationibus et piscationibus, In Molendinis et in omnibus alijs rebus quas habet tenet et possidet in predictis locijs aliquo modo, cum omni honore et comitatu predictorum locorum, et predicte hereditatis et successionis iamdicti Marchionis Bonefacij, Eo modo ut ipsi Astenses consules et successores eorum, Nomine et vice comunis Astensis totam predictam terram et predicta castella decetero teneant et possideant et faciant inde guerram et pacem cuicumque voluerint et faciant inde quicquid facere voluerint absque ulla ipsius Marchionis Guilelmi de ceva et eius heredum et aliarum omnium pro eis personarum contradictione. Et insuper idem Marchio de ceva, pro se et pro suis heredibus predictis consulibus Astensibus eorumque successoribus nomine et vice totius comunis Astensis, hanc donationem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine deffendere sub dupli pena promisit per stipulationem subnixam, Et sic ipsos Consules astenses nomine et vice tocius comunis astensis per quoddam lignum investivit. Et hec sunt nomina Astensium Consulum, in quorum manibus, ipse Marchio Guilelmus de ceva hoc donum fecit, nomine et vice tocius comunis Astensis ut supra legitur silicet Baiamondus carocius, Raymondus laiolius, Marchisius cavicula, et Rodulfus durnasius, Consules de comuni, Item Petrus cicia, Guielmus silvaticus et Guielmus miles consules de iusticia. Anno millesimo centesimo nonagesimo indictione octava die dominico sexta kall. Junij. Actum urbe Aste in publica contione. Interfuerunt testes Ubertus iudex de platea, Scarampus. Opizo de vivario, Jacobus rohat, Guilelmus calvus, Manfredus de solerio, Bayverius, Paulus zuchus, Martinus de revello et multi alij.

Ego Jacobus boviculus hanc cartam scripsi.

[1] Huius donationis instrumentum, praetermissis verbis « *de Castro et villa et de posse Miroaldi* », edidit Moriondus *Monum. Aquen.* cit. pars II. col. 356. N. 108, ex Charta penes Gasp. Sclavum.

561. *De investitura facta ad rectum feudum per comune Ast in dominum Guilelmum marchionem de ceva de Montezemullo et Miroaldo.* 1190. 27 Maij [1].

Eodem die et eodem loco et presentia eorumdem testium, Predicti Consules de aste, fecerunt donum et Investituram in manibus predicti Marchionis Guilelmi de ceva nomine recti feudi pro filijs et filiabus, Nominatim de Montezemulo et de Miroaldo et de tota alia terra, quam idem Guilelmus marchio donaverat comuni astensi ad proprium ut in superiori carta continetur, Eo modo ut ipse Marchio Guielmus et heredes ejus masculi et femine hoc totum quod supra legitur teneant et possideant pro comuni astensi nomine recti feudi concessione predictorum Consulum Salvo eo quod non debet vetare predicta Castella nec predictam terram Consulibus astensibus nec comuni astensi guarnito nec scharito, quin faciant inde guerram et pacem cuicumque voluerint, et salvis omnibus contentis que proinde habuit cum Consulibus astensibus et quod debet refutare fidelitates militum et omnium hominum predictorum locorum et predicte terre que sibi evenit et eveniet pro successione Bonefacij marchionis quondam Curtismilie, et ipsi omnes debent facere fidelitatem Consulibus astensibus et comuni astensi, et salva fidelitate eorum, debent postea facere fidelitatem Consulibus astensibus et comuni astensi, et salva fidelitate supradicto Guilelmo Marchioni de ceva. Et ibidem ipse Marchio Guilelmus de ceva juravit et fecit fidelitatem Consulibus astensibus et Comuni astensi talem qualem vasalus facit domino suo.

Ego Jacobus boviculus notarius hanc cartam scripsi.

LXXXIV. De Montaldo.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum Montaldi est feudum comunis Astensis ut patet sub titullo et Rubrica de Rupecula et Montaldo in pluribus Capitulis.

LXXXV. De Monte grosso.

(Hic picta est arx. Vid. Tab. IX, n. 31).

Villa Montis grossi est de locis novis comunis astensis, et homines dicte ville sunt cives astenses in omnibus et per omnia sicut alij cives astenses habitantes in Ast et est feudum comunis ast ut patet eciam sub titulo et Rubrica Insule.

562. *De rationibus et condicionibus spectantibus comuni Astensi in Monte grosso.* 1207. 4 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo Indictione decima, Die Martis quarto intrantis septembris, In nomine domini, he sunt rationes et condiciones que spectant ad Comune de aste in Montegrosso et in possessionibus quas invenerunt Saracenus de platea, et Henricus de teglolis Inquisitores rationum comunis.

[1] Instrumentum hoc iam edidit Moriondus *Monum. Aquen.* cit. pars II. col. 357. N. 109, ex Charta penes Gasp. Sclavum.

Primo invenerunt per sacramentum Aychardi ghegij et Rollandini de retrocastello, Quod ecclesia sancti Secondi dabat Henrico de montebersario duos Capones, villanus de montibus eidem henrico omni anno quatuor capones, Ubertus Canonius duos capones et denarios duodecim, Manfredus ferarius et fratres Caponem unum, Ambrosius rastellus caponem unum et hec dabant Enrico de Monte bersario, Anselmus malavius quartum de terra in via nova. Item Anselmus habet vineam unam in Roboreto que est alodium comunis, Et in Collarea est campus unus terre et in Lausto alius campus, Ad crucem alius campus terre et ad ponticellum alius campus terre, et Campus de senerijs, que omnia sunt alodia comunis. Ad hec interfuerunt testes Sacerdos bonus, Johanes de viglano, Simeon, magister henricus, Gandulfus placentinus et plures alij, Actum in villa de monte grosso.

Ego Gandulfus de fossato notarius hanc cartam scripsi.

LXXXVI. De Serra longa.

(Hic pictum est Castrum. Vid. Tab. IX, n. 17).

Castrum et villa Serrelonge est feudum comunis astensis ut patet in titulo et sub rubrica Castri Insule in tercio capitulo, Et prout continetur etiam in titulo et sub rubrica Castri et terre Maxij.

563. *De Investitura facta ad rectum feudum per dominum Guielmum ellectum episcopum in comune Astensi, de medietate Serre longe.* 1174. Augusti.

Anno domini Millesimo Centesimo septuagesimo quarto indictione septima, Mense augusti, Guielmus ellectus Episcopus investivit astenses Consules pro alodio de medietate Serre longe et pedagij et alodij, cum omni honore curie Castri et pertinenti et de medietate Comitatus pro feudo, et duo ex Consulibus annuatim ei inde fidelitatem facere debent de medietate comitatus. Preterea fecerunt pactum et conventum quo quo modo eveniret quod Episcopus aut Consules amitterent Seram longam quod bona fide debent eam recuperare, Comuni consilio et comunibus expensis, et quilibet recuperaret similiter, Nomina Consulum sunt Jacobus bertramus, Gandulfus cavazonus, Girbaldus de porta, Consules Justicie, Bayamondus de platea, Valfredus colorius, Rogerius de curia. Actum aste in Castello, interfuerunt testes, Nicolaus archidiaconus, Gandulfus prepositus, Rodulfus gorzani, Jacobus de mezadio, Aycardus villanus, Obertus vicedominus, Anselmus de govario, Albertus de maxio, Aycardus insule, Opicio judex, Berardus bertramus, Petrus cicia, Robaldus gardinus, Calcaneus, Astexanus gardinus, Guielmus gardinus, Raynerius marchisius, Raymondus laiolius, Jordanus de plathea, Ottolinus grignola. Actum die sabati.

Ego Guido notarius palatinus interfui et scripsi.

564. *De investitura facta ad rectum feudum per comune astense in dominum Jacobum barexanum et consortes suos de IIII^a^ parte Serre longe et de eorum fidelitate facta comuni Astensi.* 203. 28 Junij.

Anno domini Millesimo ducentesimo tercio indictione sexta die sabati quarto Calendas Jullij, presentia infrascriptorum testium, dominus lantelmus de landriano

potestas astensis vice comunis astensis investivit dominum Jacobum barexanum et dominum Guidonem de castro aynaldo eorum nomine et Consortum eorum nomine recti feudi, Nominatim de quarta parte Castri et ville serrelonge et tocius comitatus de Serralonga et de omni eo quod tenent et possident in serralonga et in Comitatu et de omnibus pertinencijs ad Seramlongam et ad Comitatum de Seralonga ut a modo a comuni teneant et possideant et nomine recti feudi sine omni predicti domini lantelmi et successorum ejus contradictione. Et ibidem dictus dominus Jacobus barexanus suo nomine et nomine illcrum de domo sua fecit fidelitatem predicto domino lantelmo potestati astensi nomine et vice comunis illam quam vasallus facit domino suo et facere debet. Actum in ecclesia apostolorum. Interfuerunt testes, Ubertus de platea, Magister Anselmus de gorzano, Magister Petrus beccarius, Jacobus porreta, Henricus soldanus, Ubertus layolius, Jacobus de stoarda, Jacobus layolius, Albertus de porta, Rodulfus durnasus, Aycardus de Insula et complures alij.

Ego Jacobus vetulus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

565. *De fidelitate facta comuni Astensi per dominum henricum de Castro aynaldo, occaxione serre longe.* 1203. 8 Julij.

Eodem anno et eodem loco, Die Martis octavo Intrantis Jullij, presentia Infrascriptorum, dominus Rugerius de vicomercato judex domini lantelmi de landriano potestatis astensis nomine comunis astensis investivit dominum Henricum de castro aynaldo eodem modo ut dictus dominus lantelmus investivit dominum Jacobum et dominum Guidonem ut superius legitur. Et ibidem ipse dominus Henricus fecit fidelitatem ipsi domino Rugerio nomine comunis ut superius dictus dominus Jacobus barexianus fecit predicto potestati. Interfuere testes magister Anselmus de gorzano, magister Petrus beccarius, Jacobus de stoerda, Rollandus cazo, Jacobus clericus, Otto gagla, Petrus de rupe, Bonefacius de musancia, Tebaldus ejus filius et Guielmus de villanova.

Ego Jacobus vetulus sacri palaci notarius interfui et scripsi.

566. *De vendicione facta comuni Astensi per dominum Bayamondum de manciano pro se et nepotibus suis et certos alios suos consortes, de toto eo jure quod habebant in serra longa.* 1152. 15 Novembris.

Anno domini Millesimo Centesimo quinquagesimo secundo decimo septimo kalendas decembris indictione xv^{a} Cartam vendicionis sub dupla defensione fecit dominus Bayamondus de manciano pro se et pro suis nepotibus et Robaldus de Apulia, et Jordanus et Henricus turchus et Otto Ruffinus et Nicolaus Astensi comuni, pro precio denariorum astensium xxxv. librarum Nominative de toto illo jure quod ipsi habebant in Castro Serrelonge et in Comitatu et in pertinenti. Tali modo ut Astensium comune faciat de ista vendicione quicquid voluerit sine contradictione Bayamondi et suorum nepotum et Robaldi de apulia, et Jordani et henrici et Ottonis russi et Nicolai et eorum heredum, Et insuper juraverunt per dei sancta dei evangelia, Quod ipsi nec eorum heredes dictam vendicionem a modo usque imperpetuum non removebunt sed pocius firmam stabilemque eam usque tenebunt. Acta in Astensi Contione ante ecclesiam sancte Marie in manibus Consulum, Nomina quorum hec sunt,

Gandulfus durnasius, Azonus de curia, Robaldus gardinus Conradus de platea, Merlo curialis, Manfredus rastellus, Guilelmus culus aureus. Testes Petrus celloria, Bartolomeus judex, Obertus Gardinus et plures alij.

Et ego Guielmus astensis scriba, hanc cartam scripsi.

567. *De Ammonitione facta Guidoni de sancto belengno ut faceret fidelitatem comuni astensi de eo quod tenet in Comitatu Serre longe.* 1198. 7 Marcij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo indictione prima, die sabati septimo die intrantis Marcij presentia subscriptorum testium, dominus Girardus de ardicione Judex domini Alberti de fontana potestatis astensis Monuit Guidonem de sancto belengno et ab eo, postulavit nomine comunis astensis quatenus ipse Guido faceret fidelitatem comuni Astensi de eo quod tenet in comitatu serrelonge et in sancto belengno pro comuni astensi. Actum Aste in domo comunis, Interfuerunt testes, Otto monacus, Rollandus cazo, Ubertus de platea et Baiamondus de platea.

Ego Thomas notarius palatinus interfui ut jussu predicti Girardi judicis scripsi.

LXXXVII. De Astixio.

568. *De quadam promissione facta per Consules astixi comuni astensi prout inferius continetur.* 1206. 20 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona Die sabati terciodecimo kalendas iunij, in nomine domini presentia testium infrascriptorum, Guilielmus de montaldo et Grenioronius, Consules astixij, nomine comunis astixij, promiserunt domino Azoni palio, consuli astensi de iusticia, et Petro laurentio ambaxatori nomine communis de aste stipulantibus, et ad sancta dei evangelia juraverunt, Quod non offendent homines de aste nec de virtute astensi in avere nec in personis hinc usque ad proximum festum sancti Secondi, per se nec per aliam personam, Salvo eo quod Marchio montisferati nec illi de astixio non sint plus astricti quo ad factum pacis facte inter homines de aste et dominum Guielmum marchionem Montisferati ex hac promissione quam erant ante hanc promissionem, similiter dominus Azo palius consul astensis de iusticia, et Petrus laurencius ambaxatores communis de aste nomine communis de aste, promiserunt et juraverunt Guielmo de montaldo et Grevono consulibus astixi nomine communis astixij, quod homines de aste et dominum Guielmum marchionem nec comune de aste non offenderent homines de astixio in avere nec in personis hinc usque ad proximum festum sancti Secondi, Eo salvo quod tenor pacis facte inter Astenses et dominum Guielmum marchionem Montisferati et partes utriusque mutationem vel deffectum circha aliquid non suscipiant ex causa promissionis predicte. Item dominus Azo palius astensis consul de iusticia, et Petrus laurencius ambaxator nomine communis de aste, promiserunt et juraverunt dictis Guielmo et Grenono Consulibus astixij nomine communis astixij stipulantibus, facere dare Militibus de astixio eorum drictos et redditus ab hominibus qui stabunt vel habitabunt in Govono de illis qui modo sunt in govono vel in aste vel in virtute astensi hinc usque ad sanctum Secondum, qui terras vel possessiones illius loci qui redditus prestent dictis Militibus laboraverint, Et si ipsi homines redditus eis dare nollent, vel

potestas eos eis dari facere non posset, potestas astensis ponet eos in banno de quo non exeant donec redditus dominis tribuant, et illud damnum quod jurare noluerint ibi recepisse, eis restituant de hominibus de Stella qui de Stella recesserunt et non steterunt in Stella nec in aste nec in virtute astensi, Potestas se non intromittat hinc usque ad predictum terminum, Et hanc promissionem facient fieri Consules Astixij Potestati de aste ab omnibus Castellanis de astixio. Item illi qui capti sunt ab utraque parte debent esse manulevati usque ad predictum terminum receptis securitatibus idoneis ab utraque parte, pro manulevatione captorum insuper dominus lantelmus de landriano potestas astensis nomine communis de aste omnia predicta promittere et jurare debet attendere et observare et facere jurare Credendarios. Nomina Castellanorum de astixio qui predictam promissionem et sacramentum fecerunt sunt hec, dominus Obertus de coconata, Raymondus de castelleto, Johanes de pulcro visu, et dominus Anselmus de montaldo. Insuper juraverunt isti quod darent forciam et virtutem et consilium Consulibus de astixio, ut comune astixij attendat et observet dictam promissionem. Ad hoc interfuerunt testes, Thomas notarius, Bayamondus scriba de canalibus, Petrus curtus, Aycardus eius frater, Opicius de marmontea, Guielmus de rivo franco, Anselmus gallotus nuncius communis de aste et Oddo de montorono. Actum apud plebem de canalibus, in sedimine Opizi de marmontea.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et rogatus scripsi.

569. *De eadem promissione facta per comune astense, Consulibus astixij.* 1206. 26 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona die veneris septimo kalendas iunij, in ecclesia sancti Johanis de domate in publica credencia per campanam congregata, dominus lantelmus de landriano potestas astensis et eius Credendarij illud sacramentum fecerunt et illam promissionem Militibus de astixio quod et quam fecerunt eis dominus Azo palius Consul astensis de iusticia, et Petrus laurencius ambaxator. Interfuerunt testes Jacobus barexanus Anselmus de montaldo et Baiamondus scriba de canalibus.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et de mandato supradicti potestatis sic scripsi.

570. *De nominibus illorum Castellanorum Astixij, qui fecerunt predictam promissionem et pactum communi astensi.* a. p.

Nomina Castellanorum de astixio, qui predictum pactum et conventum ut in superiori instrumento continetur a parte communis de astixio juraverunt sunt ista, Girbaldus de Montaldo, Conradus de maliano, Sismondus de maliano, Nicolaus de montaldo, Ruffinus de govono, Thebaldus de monfortino, Oddo de montorono, Albertus de vecia, Guido de castello aynaldo, Nicolaus barexanus, Ruffinus de suma ripa, Oddo de sarra, Jacobus barexanus, Obertus spinellus, Aycardus filius Guidonis de castro analdo, Tebaldus de castagneto et fratres eius, Obertus rainaldus, Ardicio de govono, Jacobus bayalardus de Interrisio, Otto barexanus, Bonefacius de malano, Rodulfus de Castro analdo.

571. *De quodam pacto et concordia factis per Bonefacium de magnano cum communi astensi prout infra continetur.* 1202. 17 Septembris[1].

Anno domini Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta, Die mercuri, decimoseptimo intrante septembri, in nomine domini, hoc est pactum et concordia quod et quam Bonefacius de magnano[2] facit contra Comune de aste et comune de Stella, videlicet quod perpetuo ipse et eius filij erunt cives civitatis astensis et pro civitate astensi sive pro potestate vel Consulibus per tempora existentibus facere gueram et pacem exercitum et cavalcatas et succursus, et omnia eorum precepta et omnia[3] que cives facere debent pro civitate tamquam quilibet alius civis et habitator loci de Stella. Insuper deffendere et gubernare et adiuvare et valere civitatem astensem et eiusdem civitatis loca et omnes homines habitantes in eorum loco vel locis pro suo posse, per comune et per divisum, ubique adiuvare et salvare et eorum res, nec eiusdem civitatis vel alicuius loci eiusdem Civitatis, malum vel dimunicionem vel distructionem tractare vel operari nec consulere[4], et si scirent[5] aliquem hec facientem bona fide disturbare et vetare, vel quam cicius poterit potestati vel Consulibus eiusdem civitatis per tempora existensibus vel potestati vel Consulibus loci Stelle manifestare, hominibus vero de stella, specialiter convenit promittit et jurat, quod perpetuo ipse et eius filij eiusdem loci erunt habitatores vel cives[6] astenses et locum Stelle bona fide custodire et salvare, et remaneat in suo statu et crescat bona fide operam dare, nec esse in consilio nec facto quod ipse locus destructionem vel dimunitionem vel detrimentum paciatur, nec homines huius loci, vel res eorum nec in aliquo tempore casezare nec habitare in Maglano, nec in preoca[7], nec in govono nisi ut dictum est in loco Stelle, et generaliter attendere et observare et complere omnia ea que scripta sunt in capitulo supra quod jurant homines de Stella, et omnia ea facere que quilibet vicinus et habitator illius loci facit eo excepto, quod de debito domini Bonefacij episcopi astensis aliquid dare vel solvere cogi non debeat, nec[8] cogi debeat in ipso loco solvere fodrum a maiori quantitate librarum quindecim astensium perpetuo de omnibus rebus suis habitis et habendis, nec cogi debeat facere vaitam nec scaravaitam[9], nec fossatum nec spinatam. Hec omnia predicta promittit et jurat attendere perpetuo bona fide, Et pro omnibus predictis perpetuo observandis complendis et attendendis in omnibus et per omnia obligat omnia sua bona habita et habenda communi astensi, et communi loci de Stella nomine pene, que statim sint communis astensis et communis loci de stella ex quo predicta omnia in omnibus et per omnia non observaret et attenderet et ipsi communi de aste et communi de Stella liceat sua hauctoritate ingredi capere et tenere omnes res predictas pro suis nec ipsi Bonefacio nec heredibus eius liceat umquam ex quo predicta fecerit, predictas res vendicare vel repetere, sed perpetuo tamquam periurus et infidelis cum predictarum rerum suarum amissione debeat scilere, hoc etiam jure jurando asserit se firmum habere in manibus domini Albertonis iudicis potestatis astensis nomine communis astensis

[1] Instrumentum hoc iterum occurrit in Codice, quapropter sola inscriptione suo loco ad N: 860 servata hic satis eris lectiones varias attulisse. — [2] *Maglano* — [3] Deest *et omnia* — [4] *Consiliari* — [5] *sciret* — [6] *civitatis* — [7] *priocha* — [8] Addit *etiam* — [9] *vaylam nec scaravaylam.*

et in manibus Petri de moneta nomine communis de stella. Actum ast in domo Jacobi de stoarda. Testes Gandulfus de aqua, Tebaldus dominus, Beccus de rua calegaria, Oddo de camariano.

Ego Guielmus sacri palacij notarius interfui et scripsi.

Require alia instrumenta spectancia dicto loco de Stella posita infra sub titulo et rubrica loci de stella, folio.

572. *De quadam pace et concordia, Astensium et hominum astixij.* 1207. 24 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo septimo indictione decima, Die veneris nono kalendas Septembris, in nomine patris et filij et spiritus sancti Amen, forma pacis et concordie Astensium et Astixij hec est, Imprimis astenses illis de astixio, Et illi de astixio astensibus faciunt pacem et finem de omnibus damnis et vastis, malefactis et incendijs, et maleficijs factis inter eos per guerram a die inceptionis guerre, et a die quo locus stelle cepit hedificari usque ad hunc diem in personis et in rebus et alio modo, homines de aste debent substinere et pati dominos govoni et preoche et Maglani reverti in possessionem Castrorum et omnium rerum suarum omnes eorumdem locorum homines qui voluerint reverti per antiqua sedimina revertantur sub eorum dominis sine contradictione astensium, et sine fortia et coactione eisdem hominibus facta a predictis dominis. Et si homines predictorum locorum secederent de loco in quo habitant, qui reverterentur per antiqua sedimina, Domini faciant de eorum terris suam voluntatem sine contradictione astensium. Idem inteligatur de illis qui habitant in Aste vel in alba vel alibi domini de Govono, de preocha, et de Maglano debent jurare quod ipsi per se nec per aliam personam non reddent aliquod malum premium hominibus illorum locorum in aliquo tempore, pro aliquo facto vel maleficio quod eis fecissent in avere vel in persona vel alio modo postquam de terra recesserunt, vel uno aut duobus annis antea usque ad hunc diem, et omnes alij Castellani de Astixio debent facere securitatem astensibus per sacramentum si illi domini de Govono et de Maglano et de preocha hoc non attenderent quod eis debent deficere, et homines de Govono et de maglano et de preocha contra eos adiuvare. Item Domini de govono de preocha et de Maglano, debent jurare facere solvere hominibus de aste ea que homines de Govono et de Maglano et de preocha pro eorum communi et pro diviso eis dare debent de eorum mobili et de terris alodiorum et de fructibus mansurarum, salvo posse et condicionibus dominorum, Et ipsi domini debita que astensibus dare debent jurabunt persolvere. Item domini de govono et de Maglano et de preocha debent fieri cives astenses et dare fodrum in aste, de libris Centum, quociens Civitas ad fodrum venerit, et emere domum in aste ad illlum terminum quem potestas eis dederit, de precio librarum quinquaginta astensium et debent facere pacem et guerram pro hominibus de aste, de eorum Castris et domibus, et exercitus itinera et cavalcatas, ut eorum Cives contra omnes homines salvis eorum dominis de suo, et homines de aste et de virtute astensi adiuvare et defendere et salvare et custodire in avere et in personis, per totam eorum terram et eorum posse contra omnes homines de guerra et guerris que hominibus de aste incepte fuerint, vel quas ipsi inceperint facere guerram a domibus et Castris eorum per se, et per

omnes eorum homines, cum hominibus de aste et sine eis, et ex ea nec ex eis non facient treuguam nec pacem nec guerram recreutam sine absolto potestatis vel Consulum astensium et eorum credencie simul per campanam congregate. Domini de astixio et homines exceptis illis de monte acuto qui sunt de eorum terra jurabunt salvare et custodire adiuvare et deffendere homines da aste et de eorum posse in personis et in rebus per totam eorum terram et eorum posse et alibi ubicumque poterint bona fide contra omnes homines , domini de astixio iurabunt si Astensibus aliqua guerra inceperetur, vel si ipsi homines de aste alicui Marchioni vel Comiti, vel Civitati vel alicui alij persone aliquam guerram inciperent, quod ipsi per se et per omnes eorum homines et eorum terram ex illa guerra adiuvabunt eos contra omnes homines salvis eorum dominis de suo et ex ea guerra non facient pacem nec treuguam guerram nec recreutam sine consilio astensium dato eis per Credenciam per campanam congregatam vel maiorem partem, homines de aste, debent salvare et custodire adiuvare et deffendere dominos de Astixio et eorum homines qui hanc pacem juraverunt, in avere et in personis in aste et in virtute astensi contra omnes homines bona fide, Et si aliqua guerra inciperetur dominis de astixio et salitur supra eos homines de aste, debent ex illa guerra eos adiuvare usque in fine bona fide si eis non possent inde facere fieri iusticiam vel rationem, vel si non possent eis dare concordiam cum eorum voluntate. Hoc totum jurant attendere, salvis eorum dominis et vasallis et juratis, et sic ut supra legitur in integrum, Dominus Oliverius ysembardus potestas astensis nonime communis de aste tactis corporaliter sacro sanctis evangelijs juravit attendere et firmum tenere imperpetuum. Item isti de ast quorum nomina sunt, Jacobus de Stoiarda, Jacobus roat, Guielmus gardinus, Baiamondus carocius, Petrus laurencius iudex juraverunt ex eorum parte, predictam pacem et concordiam attendere et firmam tenere et dare consilium et auxilium et forciam et virtutem bona fide, ut a communi de aste attendatur et firma teneatur imperpetuum. Simili modo dominus Girbaldus de montealdo consul de astixio, nomine communis de astixio per se juravit supra dei evangelia predictam pacem et concordiam attendere et firmam tenere, et dare forciam et virtutem consilium et auxilium bona fide (ut) a communi de Astixio imperpetuum attendatur et firma teneatur. Similiter Guielmus de montaldo, Obertus de aronato et Jacobus barexanus juraverunt supra dei evangelia ex eorum parte, predictam pacem et concordiam attendere et firmam tenere, et dare forciam et virtutem, consilium et auxilium bona fide, ut a communi de astixio imperpetuum attendatur et firma teneatur, Actum in coro duodecim apostolorum de aste, Interfuerunt testes rogati domini Guido butiscela iudex domini Oliverij ysembardi potestatis astensis, Nicolaus Gardinus, Guielmus de beccaria astensis clavarius, Et ibidem dominus Oliverius ysembardus potestas astensis et dominus Girbaldus consul de astixio ambo in concordia fuerunt et preceperunt ut ex ista pace et concordia quatuor instrumenta, duo videlicet per manum Baiamondi notarij de canalibus, et duo per manum Ottonis notari de Montebersario conficerentur.

Ego idem Baiamondus notarius palatinus cui duo instrumenta ut dictum est fieri jussa sunt, Rogatus interfui et scripsi.

573. *De quodam juramento et promissione factis per comune Astense de tenendo firmam suprascriptam pacem et concordiam.* 1207. 30 Augusti.

Item eodem mense tercio kalendas Septembris, infrascripti Credendarij astenses juraverunt supra sancta dei evangelia predictam pacem et concordiam ex eorum parte attendere et firmam tenere, et dare forciam et virtutem, Consilium et auxilium bona fide, ut a communi de aste imperpetuum attendatur et firma teneatur. Nomina Credendariorum sunt hec, Petrus de moneta, Ubertus de platea, Raymondus laiolius, Rollandus berardensis, Saracenus de platea, Manfredus cavazonus, Johannes asinarius, Guillelmus curialis, Obertus de montilio, Guielmus de bayenijs, Henricus soldanus, Petrus de aracio, Raynerius machaluffus, Guielmus bertramus, Baialardus balbus, Berardus benedictus, Otto medicus, Bonafossus, Obertus oculus bovinus, Guielmus voroblius, Roffinus grognus, Mussus trossellus, Jacobus de comentina, Rollandus rex, Bonanatus pelleta, Guielmus rotarius, Gandulfus de aqua, Manfredus cassanus, Petrus rotarius, Jacobus laiolius, Gandulfus saracus, Henricus bolserus, Anselmus de prato, Petrus durus nasus, Jacobus de sibona, Silibonus de porta, Petrus de rocha, Bergognus falletus, Albertus de porta, Bovinus de sancto Sisto, Carlevarius bergogninus, Ubertus vacha, Jacobus malabrancha, Henriacius de teglolis, Nicolaus gardinus, Baialardus berardensis, Jacobus monachus, Cargia, Gandulfus monachus, Robaldus faxellus, Bonus petrus corezarius de bovetis. Actum in domo communis. Interfuerunt testes, Guielmus de beccaria, Cararia, Otto de monte bersario.

Ego Baiamondus notarius palatinus interfui et scripsi.

574. *De pace et concordia facta inter comune astense pro una parte, Et illos de Astixio pro altera prout inferius continetur.* 1202. 29 Aprilis [1].

In nomine domini nostri yhesu Christi, Anno eius, Millesimo ducentesimo secundo indictione quinta, die mercuri, tercio kalendas Madij, hec est forma pacis et concordie, que facta est inter homines de Aste et illos de astixio imperpetuum [2] duratura, videlicet quod omnes Castellani de astixio, debent effici Cives astenses et emere domum in aste usque ad proximum festum sancti Michaellis, nisi absolto Astensium remanserit, et absoltum datum sequi quod [3] eis postea vendere nec donare, nec a se nullo modo alienare non liceat, et debent [4] equos emere et armis se munire bona fide cum illis [5] de aste equos emerint et se munierint, Et debent facere pacem et guerram, de omnibus eorum castellis et locijs et de eorum hominibus omnibus, pro communi de aste per se et per eorum homines, cum hominibus de aste, et sine hominibus de aste, omnibus hominibus quibuscumque astenses voluerint, Cum quibus ipsi Astenses guerram habuerint, et quibus guerram fecerint, Et ex illa guerra postea non facient pacem nec guerram nec possam [6] nec guerram recreutam, absque consilio et voluntate Consulum vel potestatis, vel consulum astensium in aste [7] per tempora existentium et eorum credencie per campanam congregate tocius vel maioris partis, Et debent facere exercitus,

[1] Hoc instrumentum iteratur in Codice, hoc ipso capite, quapropter sola inscriptione suo loco ad N. 577, servata, hic lectiones varias afferemus. — [2] Addit *deo dante.* — [3] *quam.* — [4] *debeat.* — [5] *illi.* — [6] *nec treuguam nec possim.* — [7] vel potestatis *astensis.*

succursus et cavalcatas per se et per eorum homines communi de Aste quociens potestati vel Consulibus in Aste per tempora existentibus placuerit et eis dixerint vel mandaverint bona fide et sine fraude, et hoc totum facere debent salvis eorum dominis. Item debent salvare et custodire adiuvare et defendere per se et per eorum homines et [1] omnes cives de aste et omnes de locis et de virtute astensi et per comune et per divisum in personis et in rebus, et urbem astensem et loca astensia contra omnes homines bona fide, et hoc idem facient jurare eorum homines bona fide, et non recipient aliquem civem astensem, nec aliquem de locis nec de virtute astensi pro homine nec pro habitatore, et si aliquem acceperint terre et possessiones eius communis de aste remaneant excepto de hominibus stelle. Locus stelle debet permanere et stare in eo statu in quo nunc est et homines qui in loco stelle habitant vel habitabunt ulterius permaneant et stent in eo statu et condicione in quo et in qua nunc stant et per manent, eo salvo quod faciant fidelitatem dominis salvo communi de aste et citaniatico de aste, et fodrum et banna et placita quod et que olim domini in eorum hominibus qui [2] modo stant et qui stabunt [3] ulterius in loco de stella habebant vel accipiebant ad quantitatem poni debent secundum quod duo cives astenses et duo ex parte castellanorum ordinaverint et dixerint successiones eorumdem secundum quod dominus astensis Episcopus ordinaverit et dixerit, salvo jure predictorum Castellanorum [4] vel dominorum quod soliti sunt habere in omnibus alijs rebus. Et si illi domini, olim aliqua pedagia accipiebant ea accipiant salvo eo quod de aliquo cive astensi nec de aliquo de virtute nec de locijs astensibus [5] nec theloneum, nec guionagium nec aliquam condicionem non accipiant per se nec per aliam personam in aliquo tempore, donum quod dominus Bonefacius astensis episcopus fecit communi de aste, de Maxio, de rupe et Azano et de Insula, de serra longa et de comitatu, debent jurare firmum tenere omni tempore, et dare forciam et virtutem, ut omni tempore firmum teneatur, et ut ab astensi capitulo et a Mediolanensi Archiepiscopo et a domino Papa confirmetur. Hec omnia supradicta omnes Castellani de astixio, debent jurare attendere et firma tenere omni tempore bona fide et sine fraude et si quis eorum hoc sacramentum facere noluerit, Ceteri Castelani teneantur ei deficere, et de hoc ei contrari esse nec consilium nec auxilium per se nec per aliam personam ei tribuere et homines de aste de hoc contra eum omnibus modis adiuvare et hec sacramenta facere et complere debent usque ad sanctum Iohanem de iunio, nisi absolto astensium [6] remanserit et absoltum datum sequi, homines vero de aste debent salvare et custodire, adiuvare et deffendere omnes Castellanos de astixio, qui erunt Cives astenses et qui predicta sacramenta fecerint, et eorum homines et terram sicut alios Cives qui in ast habitant, salvo domino astensi Episcopo. Item homines de ast, non debent facere aliquem locum de novo in Astisio, nec debent accipere aliquem hominem alicuius Castellani de astixio pro Cive nec pro habitatore in Aste nec in aliquo loco de virtute astensi, nisi illos qui juraverunt de habitaculo Stelle, vel in loco de Stella Sedimina acceperunt, Et si aliquem preter istos receperint pro cive vel pro habitatore, in aste, vel in aliquo loco de virtute astensi, terra et possessiones illius domino suo debent remanere, excepto loco de ducino quem facere

[1] Deest *et.* — [2] *quoquo.* — [3] *habitabunt.* — [4] Deest *Castellanorum vel.* — [5] Addit *pedagium.* — [6] Addit *hoc.*

debent, Hoc totum homines de aste, ex eorum parte debent jurare firmum tenere et attendere omni tempore bona fide et sine fraude. Item totum illud melioramentum, quod cum consilio et voluntate utriusque periti [1] in hac concordia additum et scriptum fuerit ab utraque parte, debet observari, ac si in ea specialiter scriptum esset. Item hec sacramenta de quinque in quinque annis reffici debent ab utraque parte, si ab altera parte fuerit requisitum. Item si quis Castellanorum hoc sacramentum facere noluerit, dominus Bonefacius astensis episcopus juravit ad dei evangelia ei deficere, et inde ei contrarius esse, nec consilium, nec auxilium de hoc ei tribuere, et homines de aste inde contra eum adiuvare. Idem juravit pro castellanis de astixio contra Astenses si Astenses hoc sacramentum facere nollent. Quam pacem et concordiam sicut scripta est et supra legitur Ubertus de platea, Guillelmus Silvaticus, Guillelmus ratio, Henricus soldanus, Guillelmus Gardinus, Robaldus faxolus, Magister Petrus beccarius, Anselmus de curia et Ruffinus de ripa ex parte astensium et Ruffinus de gorzano [2] ex parte castellanorum, et Rodulfus de govono [3] similiter qui duo erant consules astixij et ex parte eorumdem, Obertus de coconata [4], Guido de castro aynaldo [5], Albertus de nicia, Grenonus frater eius, qui duo salvis eorum dominis juraverunt, Otto de deseya [6], Jacobus vicedominus, Jacobus de castro aynaldo, Otto de maglano, Ardicio de govonio [7] Anselmus de ecclesia, Obertus de ferarijs, Obertus de cara, Otto [8] zocha, Anselmus mataracius, Conradus de maglano, Ruffinus de govonio, et Roffinus [9] de castronovo, juraverunt supra dei evangelia attendere et firmam tenere, et dare forciam et virtutem ut attendatur et firma teneatur, et Anselmus de coconata [10] posuit in suo sacramento facere jurare comitem grassum, quibus sacramentis ab utraque parte prestitis, pax ista sicut scripta erat coram omnibus aperta et lecta fuit. Actum ante ecclesiam sancti Damiani in quodam campo sub una nuce. Interfuerunt testes, dominus Albertonus savoritus judex domini Guidonis de pirovano potestatis astensis Guillelmus pillosus, Manfredus de aria Conradus de costa magna, Jacobus comes, Ubertus et Guala filij eius, Obertus thomas [11], Manfredus de Insula, Aycardus frater eius, Ricardus faxolius, et Obertus garganus et plures alij. Eodem die et in ecclesia sancti Damiani, Robaldus de cornaliano juravit idem, hoc uno brevibus sunt scripta tenore duobus.

Ego Jacobus buiculus [12] notarius palatinus interfui et scripsi.

575. *De quodam pacto et Convento fiendo inter astenses et Castellanos de astixio et eorum homines, prout inferius continetur.* s. a.

In nomine domini nostri jhesu Christi, Tale pactum et conventum debet fieri inter astenses et Castellanos de astisio, videlicet quod universi Castellani de Astixio, et omnes homines eorum debent salvare et custodire, adiuvare et defendere universos cives astenses, et de virtute astensi per comune et per divisum in omnibus Castris et villis suis et ubique et ubicumque poterint bona fide et sine fraude contra omnes homines et facere pacem et guerram de universis et villis et omnibus hominibus eorum

[1] *partis.* — [2] *gorciano.* — [3] *govonio.* — [4] *Ubertus de coconato.* — [5] Add. *Bartolomeus de montaldo*, *Guilelmus de montaldo*, *Henricus de castro aynaldo.* — [6] *desaya.* — [7] *govono.* — [8] *Oddo.* — [9] *Rodulfus.* — [10] *Obertus de coconato.* — [11] Dessunt *Manfredus de aria*, *Conradus de costa magna*, *Jacobus comes*, *Ubertus et Guala filij eius*, *Obertus thomas.* — [12] *boviculus.*

universis hominibus et universis locijs cum quibus civitas astensis guerram habuerit, cum hominibus de aste et sine hominibus de aste, quociens potestas vel Consules astenses eis preceperint et facere oste et iter, succursus et cavalcatas pro communi astensi bona fide et sine fraude et de guerra si quem civitas habuerit non facere pacem nec treuguam nec guerram recreutam, absque absolto potestatis vel Consulum per tempora existencium et Credencie astensis tocius vel maioris partis per campanam congregate tocius vel maioris partis remanserit, Salvo astensi episcopo et rebus suis et salvis dominis eorum ex eo quod de illis tenet, in eo quia alium dominum habet ita quod ille qui dominum habet ex suo feudo ex sua persona et hominibus quod et quos de eo tenet illum dominum et terram eius et in terram illius domini de suo proprio facto, et in illo feudo adiuvare ad defendendum possint, sed de terra Astixij et castellanorum quam et que tenent pro astensi episcopo et de terra et Castellanis qui sunt eorum alodium, debent adiuvare astenses contra omnes homines salvo astensi episcopo.

Item predicti Castellani debent omnes esse cives astenses imperpetuum et habere propriam domum in qua debent dare precium librarum Centum astensium usque ad sanctum Secondum, nisi absolto potestatis et Credencie per campanam congregate tocius vel maioris partis remanserit, quam domum postea aliquo modo non debent alienare sub aliquo ingenio in aliquo tempore, et debent dare fodrum annuatim librarum quadraginta in festo sancti Andree in omni tempore.

Item si potestas, vel Consules astenses vel aliquis de virtute astensi vel de civitate astensi, in tota terra eorum, vel in toto posse eorum invenerit aliquem latronem, balnitum vel inimicum, et illum capere voluerit liceat ei in tota eorum terra et eorum posse illum accipere, et quo voluerit ducere, et Castellani, et eorum homines in hoc illum debent adiuvare ad faciendum, et nemo civis astensis et de virtute astensi decetero non tribuat aliquod pedagium guidonagium tholoneum, nec aliquod schuffium in tota terra et toto posse eorum aliquo modo eundo et redeundo per aquam nec per terram.

Adinvicem astenses debent salvare adiuvare et defendere predictos Castellanos et homines eorum et terram eorum contra omnes homines tamquam cives astenses et quod astenses non facient in astisio aliquem locum novum, et si predicti Castellani comuni consilio consulum vel potestatis astensium et eorum credencie guerram inceperint cum aliquo homine vel aliquo loco astenses debent eos adiuvare et illis facere guerram vivam a domo sua et inde non facere pacem nec treuguam nec guerram recreutam, absque absolto Consulum eorumdem consulum astensium omnium vel maioris partis.

Item si contingerit quod aliquis Civis astensis de aliquo castellanorum predictorum querimoniam fecerit de aliqua pecunia vel aliquo avere quod ei debeat, inde ratio cognoscatur ante duos Sapientes quorum unus sit de aste et alter sit de castellanis, infra XL. dies a deposita querela, et si civis querimoniam deposuerit de aliquo homine alicuius Castellani, teneatur Castellanus facere Civi rationem ante se infra predictum terminum, Et si Civis astensis vel de virtute astensi querimoniam deponeret de aliquo Castellano petendo ei terram seu aliquam possessionem sive sit feudum sive alodium teneatur ei facere rationem ante dominum Castelani.

De facto Stelle hoc fieri volunt astenses.

Volunt enim quod domini hominum in terris hominum illius loci, tercium,

quartum, quintum fictus et redditus terre, silicet capones, spatulis, rosias et decimas si quas habent supra terram alicuius hominis illius loci.

De fodro, de banno, de placito et de successione et de alijs sit sicut potestas astensis et dominus Astensis episcopus dixerint et ordinaverint.

Item Astenses volunt ut possint accipere quemlibet pro cive astensi, dummodo veniat habitare in urbe astensi, vel in locis suis, cum uxore et familia sua, et ille quem in civem acciperint dimittat terram suam domino suo.

Item volunt ut astensis civis nec de virtute astensi qui appelatus fuerit non teneatur facere Rationem nisi ante iudicem astensem.

Item volunt ut Castellani omni tempore annuatim in festo sancti Andree tribuant communi pro fodro libras L.

Item volunt ut Castellani et homines illorum tempore guerre, debeant se munire equis et armis sicut eis preceptum fuerit a potestate vel a Consulibus astensibus.

Item volunt ut quantitas Militum munitorum debeant manere in Civitate tempore guerre, dum guerra duraverit et inde non recedere, absque absolto potestatis.

Item volunt ut Castellani omnes debeant confirmare donum quod episcopus fecit communi astensi de Maxio de rupe de Insula, et comitatu Serre longe.

Item Castellani de facto Stelle sic facere debent, quod ipsi homines de Stella non offendent per se nec per alium nec dabunt forciam nec virtutem, consilium nec auxilium quod locus ille aliquo modo destruatur nec aliquod damnum paciatur, dominis illorum habentibus omnes rationes suas quas soliti sunt habere et illis dominis habentibus de eo quod ibi iniuste et per tortum in hominibus capiebant illud quod dixerint dominus Episcopus, et dominus Guido de pirovano potestas astensis

576. *De quadam promissione facta comuni astensi per Jacobum de Canalibus pro se et fratribus suis, de efficiendo cives astenses.* 1226. 15 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo sexto indictione quarta decima, Die iovis, XV intrantis Octubris, in nomine domini Amen, Jacobus de canalibus filius quondam Guillelmi de canalibus, pro se et fratribus suis, videlicet Conrado, Uberto et Manfredo eius propria voluntate, cum domino Guielmo amato potestate astensi cive Cremone nomine et vice communis astensis voluntate et consensu credencie per campanam congregate et scripte, taliter convenit et secundum formam infrascriptam adinvicem promiserunt et stipulati sunt. Promisit dictus Jacobus nomine suo et nomine fratrum suorum predictorum per se se et suos descendentes esse cives astenses et hoc imperpetuum, ita tamen quod ipsi cogi non possint nec eorum familia habitare in aste, nisi fuerit de eorum voluntate, Tali modo et forma, Quod nec ipsi nec sui descendentes possint repudiare sub aliquo ingenio predictum citaniaticum, item promisit suo et predicto nomine dare In domibus in civitate astensi libras quadraginta astenses, Tali modo quod ipsas domos non possint vendere nec aliquo modo alienare nec pignori obligare, nisi prius emissent totidem possessiones in aste et eiusdem valencie, et que eodem modo teneantur comuni in fodro et alijs, et promisit suo et predicto nomine predicta emere usque ad quintum decimum diem proxime venturum post pasca. Preterea promissit suo et predicto nomine dare fodrum et facere alia schuffia civitatis quociens civitas ad fodrum venerit, de libris quinquaginta de

mobili, Et si quid aliud acquirerent in civitate astensi et posse, promisit suo et predicto nomine dare fodrum de illo quod emerent vel acquirerent secundum quod alij Cives dabunt. Item dedit et concessit suo et predicto nomine in eorum terra et hominibus et vasallis suis, scilicet in loreto in pulcro videre et in omnibus alijs terris, hominibus et vasalis et locis, quas et que ipse Jacobus et fratres habent in Astisio pacem guerram, exercitus, itinera et succursus et cavalcatas et reduytum communi de Aste et hominibus de aste, et de posse et de virtute astensi contra omnes homines, et hoc salvis eorum dominis in suis feudis, tali modo quod domini eorum non possint percipere eis quin predicta attendant communi de aste, et quin predicta comune de aste habeat in predicta terra et predictis hominibus et si preciperetur a dominis propterea non minus attenderent predicta, de omnibus contractibus et maleficijs, que vel quos decetero fecerint promisit suo et predicto nomine facere rationem coram iudice vel potestate astensi, sed de omnibus contractibus et maleficijs que vel quos ipsi vel eorum pater olim cum aliquo celebrassent vel commisissent non teneantur facere rationem, coram iudice vel potestate astensi, verum si de aliqua terra quam modo habeant, que sit feudum appellarentur, ab aliqua persona non possint compelli parere juri in aste sed tantum coram alijs suis dominis. Item promisit suo et predicto nomine facere rationem ipsi et non alius de suis hominibus, hominibus de aste ad illum terminum ad quem fit racio in civitate astensi per iudicem civitatis astensis et pro illa iudicatura que prestatur in civitate astensi. Item si quis homo vel terra seu locus extra posse de aste eos offenderet et commune non posset eis facere fieri emendam quod possent se se vindicare de eorum terra sine licencia potestatis et sine pena et comocio. Item promisit suo et predicto nomine, quod ipsi non facient conjurationem aliquam vel conspirationem cum aliqua singulari persona vel universitate sine parabula communis astensis, et pro omnibus supradictis attendendis et observandis, predictus Jacobus suo et predicto nomine omnia bona que ipse Jacobus et fratres habent vel decetero acquirere poterint, dicto potestati nomine communis astensis pro pignore obligaverunt, in quibus commune habeat regressum et possit intrare possessionem sua auctoritate, sine omni contradictione sua et predictorum fratrum suorum que heredum, si predicta omnia non attenderent in totum et in partem, Renunciando omni legum auxilio et juri quo se tueri vel deffendere possent, quin predicta attenderent et observarent et renunciando quod non possent dicere se se obligatos esse sine iusta causa. Insuper fecit suo et predicto nomine pacem finem et refutationem et absolutionem et pactum de non petendo per se et homines suos dicto potestati nomine et vice communis astensis et omnibus coadiutoribus communis astensis de omnibus damnis vastis, incendijs iniurijs et maleficijs datis et factis seu comissis a communi astensi vel ab alio pro communi in rebus suis et eorum hominum. Insuper suo et predicto nomine promisit quod decetero et imperpetuum dictum commune vel alium pro comuni, non appelabunt nec convenient predictis occaxionibus. Item promisit se facturum et curaturum, quod fratres sui predicti habebunt ratum et firmum quicquid ipse Jacobus fecit et promisit pro fratribus, Et quod facient et promittent hoc idem in eorum personis in omnibus et per omnia sicut supra continetur eorum nomine cum ad tempus venerint jurandi, et hoc infra unum mensem, postquam a communi vel ab alio pro communi fuerint requisiti, et si non fecerint promisit potestati nomine communis se

restiturum omne dampnum quod inde commune substineret modo aliquo, et inde omnia bona sua dicto potestati nomine communis pignori obligavit, pro quibus omnibus supradictis dictus Jacobus fuit confessus se habuisse et recepisse suo nomine et nomine predictorum fratrum, a predicto potestate nomine communis astensis libras Octuaginta astenses, Renunciando exceptioni non numerate pecunie. Hec omnia dictus Jacobus, promisit et juravit attendere et observare et complere et firma tenere imperpetuum et guerram incipere omnibus inimicis communis astensis usque ad festum omnium sanctorum nisi absolto potestatis remanserit. Versa vice dominus Guielmus amatus potestas astensis vice et nomine communis astensis et pro communi astensi voluntate et consensu suorum Credendariorum, ore ad os interrogatorum et scriptorum promisit ipsi Jacobo suo et predicto nomine, quod commune astense nullam aliam exactionem faciet ab ipsis fratribus, vel ab eorum hominibus vel vasallis predictis preter predictam et eis promisit salvare deffendere et custodire tamquam alios cives de Aste habitantes in aste, et dare eis fortiam consilium et adiutorium ad hoc ut suos homines teneant et suam terram cum omni honore et poderio prout modo tenent salvis omnibus condicionibus communi de aste ab ipsis dominis in eorum terra concessis et eorum hominibus et vasallis sicut dictum est supra. Tali modo et forma, quod commune de aste non debeat recipere nec possit aliquem hominem de eorum terra ad habitandum nec pro habitatore nec pro cive in aliquo loco, vel stando supra terram eorum, verum si aliquis ex eorum hominibus vellet venire ad habitandum in aste possit ipsum commune de aste eum recipere, ita quod ille homo relinquat terram predictis fratribus et mobile quod esset ei saxitum. Et hec omnia dictus potestas ad sancta dei evangelia juravit attendere, et poni facere in brevi communis et brevi sui sequiminis et credendentiorum suorum Capitulum quo teneantur potestates vel consules per tempora in regimine civitatis astensis existentes, et omnes homines de aste dare fortiam et virtutem bona fide quod omnia predicta predictis fratribus observentur et attendantur imperpetuum, et sic de anno in annum fiat appositio in brevibus ut dictum est, nec cassari possit dictum capitulum, nec in brevi potestas possit capitulum apponi facere quod predicta infirmet, et si ibi esset appositum casu aliquo nullius esset valloris. Preterea sic ordinatum est, quod Comune astense non teneatur fratribus suprascriptis suprascripta forma de eo quod acquirerent a modo. Item dictus potestas nomine et vice communis astensis voluntate et consensu Credendariorum suorum ore ad os interrogatorum, et scriptorum, fecit pacem finem et refutacionem et absolutionem et pactum de non petendo dicto Jacobo nomine suo et nomine suorum fratrum predictorum, et eorum hominibus et vassallis, de omnibus damnis, vastis, incendijs et iniurijs et maleficijs datis et factis et comissis a predictis fratribus et eorum patre et eorum hominibus et vasallis in rebus communis astensis et rebus suorum cohadiutorum, promisit insuper dictus potestas dictis fratribus quod decetero ipsos fratres, vel vasallos, vel eorum homines, vel alios pro eis decetero imperpetuum non appelabit nec conveniet predictis occasionibus. Insuper promissit predictus dominus Guielmus amatus potestas astensis nomine et vice communis astensis ipsi Jacobo recipere suos consortes de laureto, scilicet filios Guifredi de Bassignana, et dominum O. de coconato ad concordiam communis astensis eodem modo et eadem forma quo et qua et quibus dictum Jacobum et fratres recepit et tandundem eis dare pro rata consortiti quantum eisdem

Jacobo et fratribus dedit seu dare promisit si usque ad kalendas februarij voluerint predicta facere et complere. Exinde commune astense in aliquo predictis filijs Guifredi et domino Uberto de coconato non teneantur. Actum aste iu domo communis et duo instrumenta eiusdem tenoris fuerunt precepta. Interfuerunt testes dominus Rodulfus carbonus, dominus Ubertus de coconato, Manfredus de sulbrico, Guielmus cassanus, Millonus de cario, Ribaldus turtur notarius.

Ego Manfredus carena notarius hanc cartam scripsi.

577. *De quadam pace et concordia facta inter comune et homines de aste ex una parte, Et illos de Astixio ex altera parte.* 1202. 29 Aprilis.

(Omisimus quia iam est ad Num. 574).

578. *De vendicione facta comuni Astensi per Jacobum de laureto et fratrem eius de infrascriptis pecijs terre scitis in astixio.* 1242. 3 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo tercio indictione sexta, Die iovis octavo mensis octubris, Actum ast in domo prevengorum in qua moratur dominus Ugo de salino potestas astensis, Testes interfuerunt frater Bonus prepositus domus dei de ordine humiliatorum astensis et frater Ogerius roba eiusdem ordinis, dominus Simon maniavacha iudex et vicarius dicti domini potestatis precepit michi Guielmo de passatore notario infrascripto, quatenus ad postulationem domini Ogeri alferij sacriste communis astensis nomine et vice ipsius communis recipientis infrascriptum instrumentum autenticarem, et in libro communis astensis ponerem, et in formam publicam reddigerem, ut vim et robur publici obtineat instrumenti, Tenor cuius talis est.

Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo primo indictione quarta, Die sabati secundo mensis aprilis, Ast sub porticu de dom ubi jus redditur, testes dominus Bernardus de nono iudex, Berardus de platea, et Jacobus monachus, quorum presentia dominus Raynerius de burgo potestas communis astensis precepit Oddino de bozolasco notario ad postulacionem Pagani culorij, quatenus autenticarem infrascriptam cartam abreviatam manu Guillelmi de bozolasco notari, et canzellatam in manu ipsius Guillelmi, et ipsam cartam in formam publicam reduceret, ut vim et robur publici obtineat instrumenti, Tenor cuius talis est.

Anno domini Millesimo ducentesimo qnadragesimo secundo, indictione quintadecima, Die mercuri tercio intrante septembri, Testes Homodeus palidus, et Bayamondus gardinus clavari, et guielmus de tana et Bonus infans de gualfenaria et Bonus Johanes de roberto, Ast in domo in qua celebratur consilium, in pleno consilio, Quorum presentia, Jacobus de laureto, et Manfredus fratres filij quondam domini Guielmi de canalibus, vendiderunt jure proprietario in alodium infrascriptas pecias terre, Obertono de Insula nuncio comunis astensis procuratori dicti communis ad hoc specialiter ordinato nomine dicti communis recipienti que iacent in terratorio et posse canalium. Inprimis in Brayda de valle alta, octo iornatas terre coherent rivus et via. Item in Brayda de galleto iornatas sedecim terre, coherent, Guielmus pavarinus, et flumen burburis. Item in Brayda de monterinino iornatas octo terre cui coherent strata et sanctus Silvester Item in Brayda de cruce iornatas novem terre, coherent Bayamondus

de valle et via. Item vineam cum sedimine, ad torrazam, iornatas sex, coherent calcanei et croce et via. Item quinque scayricias prati in duobus locis, uni coheret Jordanus de castello, et ipsi venditores, et alij coherent dominus Quatula et filij Tebaldi de monte donneo. Item in valle pono duas iornatas terre, cui coherent pratum et via. Item molandinum de galleto cuius medietas est ipsorum ad donneum et alia medietas tenetur ab ipsis, et predicta vendiderunt cum omni jure et actione et accessione et ingressione et cum omnibus usibus suis publicis et privatis ipsis rebus venditis aliquo modo pertinentibus sive ipsis venditoribus ipsarum rerum occasione. Item vendiderunt homines infrascriptos cum juribus et rationibus eisdem competentibus in eisdem hominibus et terris et possessionibus quas ipsi homines ab eis tenent seu tenere videntur, et cum omni contili et jurisdicione et honore cum fidelitatibus, cum fictis cum drictis, cum rosijs et caregijs et successionibus cum fodris et bannis et albergarijs, et cum omnibus alijs, que ad dominium pertinent seu pertinere videntur, ad contile et jurisdicionem. Nomina hominum sunt hec, Jacobus grassus, Obertus donna mandra, Johanes de valle gellata, Tebaldus eius frater, Tebaldus gattus, Et heredes henrici de valpono, Henricus columbus, Jacotus de axtolis, Marchisa, Johanes marzarius, Philipa, Guillelmus Stephanus, Obertinus de gualfenaria, Albertus ogerius, Nigra de castella, Jacobus calcaneus, Jacobus crocia, Otto crocia et eius fratres, Vivianus crocia, Hellena abellua, Tebaldus crocia, et eius Fratres, Obertus guarnerius, Guibertus de burgo pro uxore, Et heredes quondam cresencij, Petrus curtus, Maria petri arduini, Petrus cresencius, Ulcicus, et Henricus eius frater, Obertus sachus, Et Johanes sachus, Jacobus sachus ollarius, Guillelmus georgius, Robinus, Roffina panera, Heredes Oberti fereti pro matre, Amedeus de valpono, Maria de valpono, Gaionus de ayralis, Heredes spelve, Tebaldus scallia, et Frater eius, Heredes Petri boffeti quondam, Heredes doneyure, et Marocus. Et suprasceipti homines sunt homines de fodro et de banno et supersedentes ex successionibus et omnibus alijs que ad dominationem pertinent. Item vendiderunt infrascriptos redditus et jura et condiciones quos ipsi habent vel habere videntur in hominibus infrascriptis, et in terris et possessionibus infrascriptis, In primis Tebaldus scalia reddit medietatem in messe tractam ad aream donneam, de una iornata terre que iacet ad cananas, coherent Croce superiores et via. Item heredes quondam ferreti, reddunt medietatem de pecia una terre, que iacet in valpono coherent ferreti et dominus Jacobus de laureto. Item Guielmus Stephanus, et eius consortes reddunt tercium de quinqne iornatis que iacent in valpono, coherent ferreti et Otto bencius et dictus Guielmus. Item Jacobus calcaneus reddit medietatem tractam ad aream de pecia una terre, que iacet in montermino coheret Gressus a duabus partibus et dictus Jacobus. Item Jacobus calcagnus, reddit tercium de iornata una terre, que est in monte, coheret dominus Jacobus de laureto, et Jacobus secciusvictor de canalibus. Item Jacobus calcagnus reddit tercium de pecia una terre que iacet iuxta gerbum, coheret Musa ferreta, et Obertus cornerius et Gerbus de subter. Item Guielmus Stephanus et Consortes reddunt quartum de pecia una terre que iacet ad giselbergam coherent Vivianus croza, Baldezonus de canalibus, et Opicius de costa. Item Guielmus Stephanus, reddit quartum de una disnaora terre que iacet in valle alta, cui coheret Rivus filius quondam Tebaldi teste, Item Guielmus Stephanus et Consortes, reddunt quartum de duabus disnarois terre,

que iacent ad ponsam, cui coherent Croce superiores, et vas bernatalis. Item Guielmus Stephanus, reddit tercium de una iornata terre que iacet ad una, coherent Jacobus auricula et Petrus archilius et via. Item Guielmus Stephanus, reddit tercium de una disnaoyra terre que iacet in serenzola, coherent illi de montestrata, et Obertus marchisius. Item Jacobus crocia reddit tercium de una iornata terre, que iacet ad spineam, coherent via a duabus partibus et Guielmus pavarinus a duabus partibus, Item Otto croza reddit quartum de iornatis tribus terre, que iacent ad ponsam, coherent Grassus, Rivus burburis. Item Grassus reddit quartum de duabus iornatis terre que iacent ad ponsam, coherent Oddo croza et via de super et de subter. Item Otto crozia reddit quartum de una iornata terre que iacet ad ponsam, coheret Grassus et via de preosa. Item Tebaldus gattus reddit medietatem de una iornata terre que iacet ad crucem, Cui coherent via et Rivus burburis et Guielmus Stephanus. Item Jacobus crocia, reddit tercium de una iornata terre, que iacet ad molandinum de refia, coherent Rivus burburis et via et Petrus de peceto. Item Petrus de peceto, reddit tercium de una iornata terre et plus, que iacet ad reffiam, coherent via et heredes Henrici de valpono, et Rivus burburis. Item Grassus reddit medietatem in messe de tribus iornatis terre, que iacent ad Martellum, coherent scallee, et dictus Grassus. Item Grassus reddit tercium de tribus iornatis terre, que iacent in monte termino, coheret strata et venditores et sanctus victor de canalibus. Item Grassus reddit tercium de quinque iornatis terre, que iacent ad crucem sancti Petri, Coherent strata, Petrus et crux. Item predictus Grassus, reddit medietatem de prato de Valpono, coherent dominus Quantula et Henricus columbus. Item Petrus cerrutus de monte mogloso, reddit quartum de omnibus terris quas habet. Item Maria de Petro arduino, illud idem, Item Petrus cresencius illud idem. Item Heredes quondam Ottonis cresencij illud idem. Item Henrietus illud idem. Item Anrietus eius frater illud idem. Item Obertus sachus illud idem. Item Johanes sachus illud idem. Jacobus sachus illud idem. Ollanus illud idem. Guielmus gergius illud idem. Robinus illud idem. Roffina illud idem. Monachus illud idem. Item heredes donne yurie reddunt quartum de medietate omnium terrarum quas tenent, Et omnes suprascripti reddunt predicta in messe ducta ad aream. Item Maria de valpono, reddit tres minas frumenti, Robaldus ferarius de carciglanis, reddit duo staria frumenti de sedimine in quo stat. Item Gayonus reddit quartum de una disnayora terre, que iacet in valpono, cui coherent dictus Gayonus et via. Item Heredes Henrici de valpono, reddunt tercium de duabus iornatis terre que iacent in monte zuesco, cui coheret Rivus, et illi de monte zuesco. Item vendiderunt universa jura que habent vel habere videbantur in infrascriptis hominibus terris et possessionibus, que iacent in caglano et posse, et in Preocha et posse, et de quibus debent habere omni anno tercium et solidos decem pro fictu, et quas tenet Raynerius buttus, In primis de pecia una terre que iacet ad pedem montis de caglano, coherent Guielmus fuyretus, et Henricus biglonus de alba, et Rodulfus discalcius, Guillelmus michael cavalarius, Alia iacet ad ciriolam coherent Guido de Ruffo, Otto cavalerius, Moyreta, Tercia pecia iacet ad ciriolam, coherent Guielmus Fuyretus, Nicolaus fulchus, Micael cavalerius, Quarta et Quinta pecia iacent ad molias, coherent uni Johanes paratus, Guillelmus cervus et via, Alteri coherent, Obertus spinellus, Arnaldus de sorba, et sanotus Georgius, Sexta et septima pecia iacent ad ulmeam, coherent

uni Anselmus gallianus, Rodulfus ameza, Alteri cohert via a duabus partibus. Item tres pecie prati ad bataliam, coherent uni Otto pertea, et Henricus cavalerius, Lacus bergane, Alij coherent sanctus victor, Girbaldus rattus, Gandulfus timonus, Tercie pecie coherent Manfredus sensus, Guielmus Fuyretus, et Otto de carbonerijs. Item in plana govoni duas pecias prati in prato subteriori coherent Henricus de planterijs, Girbaldus rattus a duabus partibus Hepiscopus astensis, sanctus Georgius et Lambertus. Item terras et possessiones quas emit Raynerius buttus et Anselmus de govono, a Marengo qui stat in farinerijs pro parte ipsius Anselmi, et sunt donnee, quia ipse anselmus voluit dare quartum denarium. Item Anselmus de caglano, et Joanes ratus et Consortes tenent infrascriptas pecias terre in posse et terratorio Caglani, de quibus dant quartum, et spalam unam et starios, tres ordei et duos capones et duos spiayrolios et quatuor panes. In primis tres pecias terre, Prima iacet ad plautenum, coherent Johanes de planterio, Henricus cavalerius et via, seconda iacet ad Castellanum, coheret, Johanes de planterio, Obertus buttus, et Gandulfus timon, Alia iacet ad Ulmeam, coherent cita, et via et Otto buyra. Item aliam peciam ad molias, coherent sanctus Georgius et Guielmus cervus et via. Item duas pecias prati prima iacet ad rotondellum, coherent Henricus de planterio, et laurencius tabanus, Et alia iacet ad bataliam coherent Henricus de planterio et filij Jordani de dolio et lacus bergane, Item Johanes et Jacobus et Hnricus de planterio tenent duas pecias de quibus dant annuatim spalam unam, et in uno anno duos capones et duas foacias, et alio anno denarios VII et Quartum terre de vacherijs, Prima iacet ad montatam, coheret buyra et bigloni et via, Secunda iacet in vacherijs coherent Rodulfus buyra, Petrus biglonus, Et Henricus cavalerius. Item Johanes de planterio tenet peciam unam terre ad planterium, coherent Anselmus biglonus et via et dat quartum de ea, Item Oliverius et Henricus bigloni tenent duas pecias terre in eodem posse, Prima iacet ad riverias, coherent Egidius de maglano et via, et alia iacet ad montatam, coheret Arnaldus, et de quibus dat quartum, Et in omni anno denarios XI et in alio anno denarios IIII^or^. Tebaldus pancia, dat denarios II pro fictu de terra de Curtinis, Item unum agnum pro terra de onza quam tenet Johanes ebrius. Item Guielmus de castello unam spalam et IIII^or^ panellos et unam roxiam ad vineam. Item vendiderunt omnia jura et rationes que et quas habent vel habere videntur versus Guielmum barexanum pro feudo et occaxione feudi quod dictus Guielmus ab eis tenet in Castelleto, de quo feudo ipse Guielmus debet facere homenescum, Et quicquid juris habent in terris et possessionibus dicti feudi, tam pro fidelitate quam pro alijs servicijs, que pro eodem feudo fieri debent. Eodem modo et forma vendiderunt de eo quod tenet Guido carnalia et eius frater. Eodem modo et forma de eo quod tenent Fredericus de casteleto et eius fratres et dominus Rodulfus de castro aynaldo, et Manfredus eius filius de feudo de bosco, de quo tenent medietatem, dominus Rodulfus de castro aynaldo, et Manfredus eius filius aliam medietatem de duo debent facere homenescum. Item eodem modo et forma de feudo quod tenent Barralius de Castelleto et dominus Obertus de monte fortino, et heredes quondam Bonefacij de monte fortino in Castelleto et Canalibus. Item eodem modo et forma de feudo quod tenent Baldicius de canalibus et Nicolaus salamaoyra in laureto. Item eodem modo et forma de feudo quod tenent Pecurus et Marochus et Robinus castayrella deveza et fratres. Item eodem modo

et forma, vendiderunt totum illud jus quod habent vel habere videntur in infrascriptis eorum vassallis scilicet in Ruffino cazia, Oddino cazia, Jacobo cazia, et Jacobo balcherio et in eius nepotibus et in Guielmo de montorono, et in Jacobo fulco et in Alberto de fontibus et in eius nepotibus et Petro de ayrali et Jacobo Ulrico, et in Amatore eius fratre. Item eodem modo et forma in illo et de illo quod tenent infrascripti scilicet heredes Guielmi baldrane et eius nepotes scilicet Albricus et frater, et heredes quondam Oddonis bree, et de decima gorne, et de quo Bellengerius de sancto Stefano et Boza tenent in gualfenaria, et Ubertacius de vicia et consortes tenent ab eis. Item de eo quod Ruffinus de monte acuto tenet ab eis in turriglis et debent facere custodiam predicti Castri tempore Messium, et alia servicia, et totum illud quod habent in pulcro videre in Castro et villa, in aquatico et pasquatico in contili et jurisdicione, in hominibus feudatis et infeudatis, in terris cultis et incultis, in gerbis et nemoribus, et in omnibus alijs que jus et jurisdicionem pertinent et dominationem, et domini de pulcro videre, tenent duas partes Castri et ville de pulcro videre ab ipso Jacobo et fratribus minus octava parte, et inde faciunt fidelitatem et homines dicti loci prius faciebant fidelitatem dicto Jacobo et fratribus. quam dominis de pulcro videre, et postea dominis salva fidelitate ipsorum. Item vendiderunt eodem modo et forma totum illud quod tenent infrascripti ab eis seu tenere consueverunt et jus quod habent in ipsis. Nomina quorum sunt hec, Anselmus nixiglonus, Obertus moycius de gorzano, Heredes Guidonis de farinerijs, Petrus de turriglis, Sismondus de costa, Opicio de marmontea de canalibus, Jacobus de preocha, Ubaldus de preocha, Guillelmus de bannis de preocha, Jacobus de ecclesia, Rollandus de ecclesia, Obertus maracius, Guielmus eius frater, et Pitastelle de pulcro videre, Guido buffetus, Et debent predicti Musigloni scilicet Anselmus et Obertus, et domini de preocha omnes facere custodiam Castelli de laureto tempore messium et alia servicia. Item vendiderunt infrascriptos homines de Castagnito, cum omnibus rationibus eisdem competentibus in eisdem hominibus in terris et possessionibus quas ipsi homines tenent ab eis seu tenere videntur cum omni contili, et jurisdicione, honore et fidelitatibus cum fictis, drictis, Rosijs, Caregijs, et successionibus, cum fodris et bannis et albergarijs et cum omnibus alijs que ad dominium pertinent seu pertinere videntur et ad contile et ad jurisdicionem, et ad dominationem, Nomina quorum hominum sunt hec, Oddo cerutus, Amedeus vagina, Jordanus de sorsano qui habitat in maglano, Anselmus de castellario, Morisius, Guielmus de preocha, Obertinus de castellario, Oddinus de caxinello, Anselmus de serviliano, Grossus de Saviliano, Matelda feraria, Tebaldus de Saviliano, Otto de murra, Robaldus de calocio, Et sunt omnes predicti eorum homines de fodro et banno, et successionibus et de omnibus alijs que ad dominium et ad dominationem pertinent. Item vendiderunt in alodium et pro alodio terciam partem de valves cum contili et jurisdicione et districtu, cum aquatico et pasquatico et cum omnibus alijs que ad jus et iurisdicionem et dominationem pertinent, tam in hominibus quam terris et possessionibus fictis et drictis, Rosijs et Caregijs. Nomina hominum quos habent in dicto loco sunt hec, Iohanes pitastella, Heredes Oddonis pitastelle, Tebaldinus de serra, Premondus porianus, Petrus corneglanus, Iohanes patta, Iordana de mollijs, Gandulfus de castellario, Petrus de castellario et frater eius Bayamondus, Heredes lotarij, Iordanus de monte sancto martino, Manfredus de campo longo, Ubertus de

campolongo, Oddo de venolijs, Girbaldus de vianova, Et sunt homines de fodro et banno et alijs que domini habent in hominibus. Item vendiderunt illud quod habent in predictis hominibus et terris et possessionibus infrascriptis, silicet Obertus de monte sancti Martini, et frater eius Nicolaus reddunt unam spallam et duos capones et denarios sex fictu, unam rosiam cum bobus et unum starium annone. Item Pavarinus cum suis consortibus reddunt unam spallam et duos panes et denarios duos fictum. Item Petrus curtus de valvesio pro terris ungarie duas partes de duobus caponibus, duos panes denarios II fictum, duas partes unius anche et cum suis consortibus, tres roxias ad vineam, unam ad cavare, et unam ad pistare et unam ad vendemiare. Item heredes Oberti de rovereto denarios II fictum. Item Iohanes marchisius denarios VI fictum. Item Iordana de mollijs primo anno unam spallam in secundo duos capones. Item Iohanes aycilline unam spallam, duos capones, cum suis consortibus, duas rosias, ad vineam mediam roxiam ad metendum duas rosias. Item Matelda pellizera tres partes unius spatule, tres partes unius rosie ad metere, tres partes trium roxiarum ad vineam, tres partes unius starij vini. Item Iohannes aycellinus quartam. Item bordinus de supracurte reddit denarios IIII^or^ fictum. Item Otto capellus reddit cum suis consortibus unam, et tres panes. Item Petrus de castellario denarios duos fictum. Item Guillelmus galvagnus reddit denarios duos fictum. Item Petrus pitastella reddit unam ancham et denarios III fictum cum suo consorte. Item Iohanes aycellinus cum suis nepotibus unum caponem et denarios X fictum omni anno. Item Matelda pitastella denarios VIIII° fictum omni anno pro terris Albrici de Valpono de nono unum caponem. Item Robaldus aymar de supra Curte denarios sex fictum omni anno. Item Robaldus ferrarius et frater eius reddunt omni anno denarios III fictum. Item Guielmus boya, et Guielmus de alamania, et Iohannes bayetus cum suo fratre unam spallam et denarios X fictum omni anno. Item Gandulfus de campolongo denarios duos fictum. Item Homodeus de campolongo denarios duos fictum. Item Tebaldus de vianova denarios VII fictum. Item Jacobus tartona denarios II fictum. Item Iuliani cum suis consortibus unam spallam. Item Iohanes bayetus terciam partem unius spalle, et denarios III fictum. Item filie Rodulfi pellizarij unam spalam, et terciam partem alterius spalle. Item Iordana de mollis denarios sex pro una spalla. Item Iohanes marchisius denarios XII fictum. Item Ungaria de rovoreto, terciam partem unius spalle et denarios III fictum. Item Sibilia et Berta de rovoreto denarios sex fictum. Item Benecha unam mediam spalam et denarios sex fictum. Item Iohanes aycelinus terciam partem unius spalle, pro tenitura alricij de nono et duos capones. Item Rollandus de furno denarios sex fictum. Item Rodulfus ferrarius cum consanguineis denarios II fictum. Item vendiderunt totum illud jus quod habent in infrascriptis hominibus et terris que sunt in cisterna. Imprimis terras et possessiones quas tenet Oddo tardona de zusterna in valle molera, coheret fossatum de prea, et fossatum de marchiso et reddunt quartum. Item peciam unam terre quam tenet Iohanes de campolongo et iacet in sumitate fossati de Marchiso, coheret Anselmus frater dicti Iohanis et Iohanes de bosco. Item peciam unam aliam iacentem in valle molera ad bucham fossati de marchiso, coheret Oddo tortagna, et quam tenent Obertus porrinus et fratres. Item petiam unam iacentem in valle molera, coheret fossatum astexani, et quam terram tenent Gandulfus de castellario et nepotes. Item

Petrus de castellario cum suis consortibus fictum denarios VI. de boscho que omnes terre et possessiones, reddunt et reddere consueverunt quartum de predictis fratribus. Item vendiderunt totum illud, quod ipsi habebant vel habere videbantur in canalibus et in posse et districtu canalium et generaliter in toto Astesio ubicumque habent, nichil in se retinendo, cum omni honore districtu et jurisdicione, et cum hominibus feudatis et infeudatis et cum aquaticis et pasquaticis et banchaticis et cum omnibus alijs que ipsi habebant vel habere videbantur, tenebant et possidebant seu quasi possidebant in Canalibus et posse, ipsi vel alij pro eis, in se penitus retinendo. Item vendiderunt in Montata de fango, et montem de turbie cum strata, et predicta omnia vendiderunt cum omnibus juribus rationibus ingressionibus, et usibus publicis et privatis, ipsis rebus venditis, vel ipsis venditoribus ipsarum rerum occasione pertinentibus, Et hoc pro precio librarum et de libris Quatuor milia, de quibus tenuerunt se se solutos et quietos, Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepti precij. Et constituerunt se se possessores nomine emptoris donec corporalem ingressus fuerit possessionem per se vel per alium nomine communis ad suam voluntatem. Item dederunt cesserunt atque mandaverunt universa jura rationes et actiones quas et que habent vel habere videntur seu visi erant habere in hominibus terris et possessionibus et omnibus alijs suprascriptis tam realibus quam personalibus et omnibus alijs juribus quo modo eis in rebus predictis et omnibus hominibus competentibus vel earum occaxione nichil in se penitus retinendo. Tali modo quod ipse procurator nomine communis astensis et ipsum commune possit agere predictis juribus rationibus causari et experiri et defendere replicare, et omni modo se tueri realiter et personaliter utiliter et directe, Quemadmodum ipsi venditores facere et agere poterant, sine omni contradictione. Tali modo facta est dicta vendicio, quod predicta nomine communis et ipsum commune habeat teneat et possideat libere et quiete sine contradictione ipsorum venditorum et omnium aliarum personarum imperpetuum. Que omnia et singula promiserunt dicto nomine deffendere ab omni persona, que jus aliquod eorum occaxione in predictis rebus pettere posset, prout res meliorate erant aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco, sub pena dupli. Que omnia et singula supradicta si deffendere nollent aut non possent, aut sub quovis ingenio subtrahere quesierint ea in duplum restituere promiserunt, Remissa denunciandi necessitate cum omnibus expensis damnis et interesse factis et habitis causa evictionis vel alio modo. Actum est ut supra.

Et ego Jacobus ragius notarius palatinus hanc cartam preceptam autenticari, ipsi Oddino suprascripto iussu ipsius Oddini autenticavi, Nichil addens vel minuens preter fore litteram vel punctum, vel silabam rettenta tamen parcium significatione, Et sicut in predicto cartulario continebatur, sic et in hac forma publica continetur et me subscripsi.

Et ego Guielmus de passatore notarius palatinus hanc cartam preceptam autenticari, ipsam autenticavi, precepto supradicti iudicis, Nichil addens vel minuens preter fore litteram sillabam, vel punctum tamen parcium significatione retenta, Et sicut in ipso instrumento continebatur, sic et in isto novo publico instrumento plenius continetur exemplo, et me subscripsi.

579. *De dono et investitura facta communi Astensi per Jacobum et Manfredum fratres de laureto de infrascriptis pecijs terre scitis in Astixio.* 1242. 3 Septembris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo Sexagesimo primo, indictione quarta, Die sabati secundo mensis aprilis, Ast sub porticu de dom ubi jus redditur, Testes interfuerunt, Bernardus de nono iudex, Bernardus de platea, et Jacobus monachus, Quorum presentia dominus Raynerius de burgo potestas communis Astensis precepit Oddino de bozolasco notario ad postulationem pagani culorij, quatenus autenticaret et in formam publicam reduceret infrascriptam cartam abreviatam manu Guillelmi de bozolasco notari quondam et canzellatam in cartulario ipsius Guillelmi ut vim et robur publici obtineat instrumenti, Tenor cuius talis est.

Anno domini, Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione quinta decima, die mercuri tercio intrantis septembris, Ast in domo in qua celebratur consilium in pleno consilio, testes, Homodeus palidus, Bayamondus gardinus clavarij, Guilelmus de tana, Bonus infans de gualfenaria, et Bonus iohanes de roberto, Quorum presentia, Jacobus de laureto, et Manfredus fratres filij quondam domini Guielmi de canalibus, fecerunt donum et investituram Albertono de insula nuncio communis astensis procuratori dicti communis ad hoc specialiter ordinato nomine dicti communis recipienti, in nobile et gentile feudum, de duabus partibus unius octave partis Castri et ville laureti cum omni contili et jurisdicione, cum domibus et turribus et hedificijs et sediminibus eisdem Jacobo et fratribus pertinentibus et specialiter de tota turri nova, et de duabus partibus turris veteris minus octava parte, et de domibus et caminatis, et de toto jure quod eis competere posset in dicta octava parte post decessum domini Oberti de coconato, et de hominibus feudatis et infeudatis, Militibus et Rusticis et vasallis cum omni jure eisdem pertinente in dictis hominibus scilicet in fodris in bannis in fictis in drictis in roxijs, in caregijs, in contili et jurisdicione, tam civilium causarum quam criminalium Et de omni jure quod habent in terris et possessionibus quas ipsi homines tenent ipsi vel alij pro ipsis, cum acquatico, et pasquatico, cum venationibus et piscationibus, cum nemoribus et silvis, et terris cultis et incultis, cum pedagijs et successionibus, cum albergarijs, et cum advocationibus ecclesiarum, cum usibus consuetudinibus furnis molendinis, que ad dominium contile et jurisdictionem pertinere videntur, sicut ipsi tenebant et possidebant, et visi erant tenere et possidere seu quasi possidere, ipsi vel alij pro eis, Nichil penitus in se retinentes. Terre autem et possessiones sunt hee. In primis Modij quatuor terre iuxta Castrum ubi dicitur in monte donneo, cui coherent Vallis de laureto, et Robaldus de supanis et via. Item Modij octo terre et vinee simul tenentium ubi dicitur in ayrolis, coherent Jacobus de torino, Obertus rollandus, et Ruffinus cazia. Item Modij decem terre ubi dicitur in canalio, coherent Raynerius et via. Item Modij duodecim terre, ad rivum crosum, coherent via a duabus partibus et Rivus. Item modij decem prati, ubi dicitur in ciriono, coherent Rivus et Gamboni. Item modij duodecim terre, ubi dicitur ad rivum de scasso, coherent Rivus et illi de montanario. Item Modij quindecim terre in brayda sancti Martini, coherent Crastonus et illi de Valle et via. Item circha modios ducentos boschi, in

valle crosa, et in Rovoreto et in correzano. Item circha Modios xxi. inter castagnetum et boscum, et de castagneto habet solidos iii. fictum et starios xii. Castanearum et boscus est ad donneum. Homines autem sunt isti, Jacobus de puteo, Heredes quondam sicardi, Heredes quondam canonicij, Berta bazilia, Ruffinus de furno, Ruffinus pelleta, Guielmus de astis, Jacobus de val rapallo, Rogerius de malora, Henricus de mala ora, Johanes caballus, Caballinus, Heredes quondam Sibone, Jacobus porcellus, Johanes carbonus, Tebaldus carbonus, Jacobus persuisius, Johanes masoarius, Otto morellus, Jacobus raynerius, Jacobinus de bosco, Obertinus merzarius, Guielmus calearius, Otto de montorono, Jacobus de montorono, et eius nepos, Homodeus de plano, Illi de grixano, Obertus piola, Bellengerij, Petrus de peceto, Ballorinus boza, Ruffinus de montorono, Heredes quondam Marie, Obertus de montariolo, Raxerius, Otto de petro oculo, Obertus grixa, Robaldus fupanis, Gayralde, Obertus diana, Heredes quondam Jacobi canavarij, Obertus cederella, Raymondus boya, Otto bucha, Jacobus bucha, Jacobus de taurino, Jacobus garillius, Obertus de montafia, Guillelmus gaversius, et eius fratres, Arenbertus nicholaus, Rollandus tomas, Guido de bona, Petrus berinus, Heredes quondam Raymondi, Albertus medicus, Heredes quondam Ottonis dentis, Heredes quondam Guillelmi fortis, Jacobus fortis, Otto missoria, Raymondus de arnaldis, Ardicio de monraynaldo, Et sunt isti de fodro et banno et successionibus et omnibus alijs que ad contile et jurisdicionem et dominationem pertinent. Terre autem et possessiones et homines in quibus habent fictum et redditus sunt hee. In primis Modij decem vel circha illius Castegneti in posse laureti ultra tuerdum ubi dicitur ad decocatum, et habent tercium de castaneis et denarios duodecim fictum omni anno. Item parochia et eius consortes tenent Castagnetum, circha modios tres, et dant duas partes medietatis, Et amondus menaboves habet tercium medietatis. Item Obertus de mandra tenet modium unum terre in valle, coheret rivus et via, de qua dat quartum. Heredes quondam Jacobi canevarij tenent modios tres vinee in Monte donneo, coherent vie, et Obertus diana et dat medietatem. Item Ruffinus pancuratus tenet modios iiii^or terre ubi dicitur ad sablonum, coherent via et ipse Ruffinus, et dat tercium, et obolum unum pro ficto. Item Berta bazilia, Modios octo terre ubi dicitur in valpono, coherent Ruffinus cazia, Rivus et eccelesia canalium et dat tercium. Item Jacobus de puteo, tenet modios quatuor terre de sanctum Martinum, coherent oliverius de montedonneo et via et dat tercium. Item Ruffinus de furno tenet modios octo terre in valpono ad sablonetam et dat tercium. Item medietas molandini de costa est donnea, et alia medietas tenetur in feudum a Sismondo de costa, et Ferrando eius fratre, Et inde sunt homines, et dant fictum denarios vi. omni anno. Item Guibertus de burgo, tenet modios duos terre ubi dicitur ad cordeallum, coherent ipse Guibertus et Pancaracius, et dat quartum. Item Oddinus de petro ocullo, tenet modios quinque terre in valle secura, de quibus dat duas partes quarti et Albertus de laureto habet aliud tercium quarti predicti. Item habent in ecclesia de monteneso unam Albergariam, cum sex equis et uno somerio, et cum Militibus dictorum equorum. Item in ecclesia sancti Johanis de cozo, unam albergariam cum quatuor equis et habent advocariam dictarum ecclesiarum, et advocariam ecclesie de cisterna. Que omnia dederunt et concesserunt ut supra. Item dederunt et concesserunt omne jus quod habebant in compera de

belvidere, quam fecit dominus Quatula, a dominis de belvidere, quam comperam dicebat dictus Jacobus pertinere ipsis fratribus suis. Item Arnaldus de monraynaldo, cum suis consortibus, dant omni anno starios duos annone et quatuor rosias cum bobus, unam ad campum et unam ad messem, et unam ad fenum, et unam ad granum, unum sectorem ad pratum, duas carosatas proparum, et debent trahere vinum de torculari, et menare in canevam et implere torcular de acqua, et trahere loyram de torculari, et ducere in canevam, Et dant gallinam unam in festo sancte Agathe, et unum stringintorem ad vindimias. Item Robaldus de monraynaldo, cum suis Consortibus, dant spallam unam et duos capones et duos starios annone, et quatuor rosias cum bobus, unam ad fenum, unam ad campum, unam ad messem, et unam ad granum, et tres carrosatas brobarum, et unum sectorem ad pratum, et trahere vinum de torculari, et implere de aqua et ducere vinum et loyram in caneva, et unum stringitorem, et unam gallinam ad festum sancte agathe et unum agnellum vivum ad pasca. Item omnes predicti consortes de monraynaldo dant omni tercio anno pro circulis solidos IIII^or^. Item Arnaldus de monraynaldo cum suis fratribns, pro terra quam tenent in correzara, dant solidos II. pro fictu omni anno et quartum terre, et quartum denariorum si venderetur. Item Jacobus robaldus de anterisio cum suis Nepotibus spallam unam et duos panes, et duos denarios fictum. Item Homodeus de plano unum agnum vivum, et unam roxiam cum bobus. Item Arnaldus scurzatroya de anterisio spallam unam et duos panes. Petrus vetullus spallam unam et duos panes. Item Alricus de montalino et fratres eius denarios XII. fictum, et pro terris Guillelmi berruti alios denarios duodecim. Item Albertus cavallus, et Tebaldus cavallus denarios decemocto, fictum, et starium unum annone, Roxiam unam ad campum, et tercium terrarum de valle. Item Petrus pelleta, spallam unam, duos panes, unam rosiam cum bobus quatuor, roxias ad vineam, duos spyayrolios et denarios IIII^or^. pro ficto, et unum prandium duobus hominibus. Item Astexanus de valrapolo, quartam partem unius spalle et unius anche, et denarios VI. in tercio anno circulis, et unam roxiam cum bobus ad vinum. Oddinus de furno, et eius Consortes, unam spallam, duos panes, unam ancham, denarios XII. duos spyairolios et in tercio anno pro circulis solidos duos, et starios duos annone, et debet vacuare torcular medium et duas Roxias cum bobus ad campum. Item Romeus bazillius, et eius frater, starium unum ordei, et secundo anno unam albergariam cum duobus equis et duobus hominibus. Item Opizo de costa et eius consanguinei, denarios quatuor fictum. Item Philipus de burgo duos capones omni anno, in tercio anno, minam unam annone. Item Fulchus de marmontea denarios XII. fictum. Item Andreas de montorono omni anno tres partes unius spalle, et starium unum ordei et denarios tres pro uno sectore, et unam roxiam et mediam cum bobus ad messem, et vacuare et implere torcular pro quarta parte, et dare denarios VI. in tercio et in quarto anno unum stringitorem. Item Johanes cararia debet facere medietatem tantondem. Item Oddinus filius fulchonis de montorono duos capones et duos panes. Item Raynerius de carciliano, unam spatulam et duos capones et duos panes. Item Raymondus de perseuda cum suis consortibus unam spatulam et duos panes. Item Petrus de peceto cum sua nepte, unam spallam et duos panes et unam Ancham et duos starios annone, et unum starium vini, et unam gallinam ad festum sancte Aghate et

duos spiayrolios et duos vindimiatores, et duodecim roxias ad vineam, et unam ad fenandum, et unam ad metendum, et hominem unum ad pistandum torcular, et sex ova. Item Petrus occulus denarios viiii° fictum. Item Martinus de montariolio medietatem unius spalle, et unum panem et medium caponem, Item medium panem, et Quarteronum unum annone. Item Guillelmus calcarius, cum Jacobo Ruffa denarios xviii fictum et unam spallam et duos panes in omni tercio anno. Item Guillelmus de canestro, duos capones et duos panes. Item Albertus pignatus unam spallam et duos panes. Item Martinus luvo, mediam spallam et panem unum. Item Jacobus de bosco cum suis consortibus, unam spallam duos panes. Item hospicium Aycardi de costa cum suis consortibus denarios duodecim fictum omni anno. Item Petrus zucha, unam spallam duos panes, et denarios duos fictum. Item Oddinus de carciliano denarios duos fictum. Item Oddinus de petro oculo debet pistare torcular. Item Jacobus de torino unam spallam et duos panes. Item Hospicium Rodulfi gatti de canalibus denarios sex fictum et spalam unam de medietate terre que est in Caneto. Item Tebaldus scalia denarios sex fictum. Item Gandulfus furnacha, cum suis nepotibus solidos duos denarios sex fictum. Item lazarus de valvesio denarios duodecim fictum. Item Albertus de govono denarios duodecim fictum. Item filij Ungari de anterisio, cum suis consanguineis solidos tres pro anima domini liri. Item denarios duodecim pro anima sicardi patrui eorum. Item Gisulfus de canalibus denarios... fictum. Item Albertus de laniata duos pullos. Item Jacobus gambonus et Astexanus denarios vi fictum. Item Tebaldus costa fortis, et Guielmus balbus denarios viii fictualles et tercium terre. Item Gayraldus filius amengardi duos capones duos panes et tercium terre. Item Petrus cumbertus et alius cumbertus nepotes cumberti sacerdotis denarios duodecim fictum et in mense Madij. Item Oddo de mazuchono denarios iii fictum. Item Otto pivus denarios iiii^or^, fictum. Item filij pitastelle de pulcro videre, denarios xxiiii.° fictum. Item. Jacobus mota, denarios sex fictum. Item Tebaldus de monte bazono duos capones et duos panes, et starium unum vini puri. Item Jacobus de motorono duos capones. Item Petrus Robaldus et frater eius ad nativitatem domini duas libras piperis. Item Rodulfus pugnetus duos capones. Item Gandulfus de gorena libram unam piperis. Item Petrus Sachus duos capones. Item Aycardus sachus duos capones. Item Rodulfus de cario de tuerdo et eius frater dant quartum de terris de corezano. Et de predictis costituerunt se possessores, nomine ipsius procuratoris et dicti communis, dando ei licenciam intrandi possessionem ad suam voluntatem per se vel per alium. Tali modo predicta dacio et investitura facta est quod teneat habeat possideat vel quasi possideat cum omnibus juribus et rationibus supradictis pertinentibus jure investiture gentiliter, sicut ipse Jacobus et fratres vel alius pro eis visi erant tenere et possidere, Remisso expressim sacramento fidelitatis et omnibus servicijs remissis tam realibus quam personalibus, Ita quod ad fidelitatem faciendam vel ad alia servicia prestanda personalia seu realia, ab ipso Jacobo vel fratribus, vel ab aliquibus personibus aliquatinus cogi non possint. Insuper predictus Jacobus et Manfredus fratres, cesserunt et Mandaverunt omnia jura rationes et actiones que et quas ipsi habent vel habere possent et competunt eis vel competere possent in supradictis rebus. Item quod ipse procurator nomine communis et ipsum commune, possit agere causari et experiri, et se defendere in agendo et

defendendo et replicando, et omni alio modo secundum quod ipsi Jacobus et fratres facere poterant, Promittentes defendere et disbrigare et auctorizare ab omni persona que jus aliquod petere posset in supradictis rebus, occasione ipsorum Jacobi et fratrum, Salvo quod predicti investitores, non teneantur predictas res defendere ab eorum dominis. Et pro hijs omnibus attendendis et observandis omnia eorum bona eidem nomine communis pignori obligaverunt. Item cesserunt atque mandaverunt universa jura, rationes et actiones, quas et que habebant, vel habere videbantur in sancto Albano in Castro et in villa in hominibus et terris et possessionibus in contili et jurisdicione, in aquatico et pasquatico et in omnibus alijs que ad contile et iurisdicionem pertinent. Tali modo, ut ex dicta cessione et dacione, possit agere causari defendere excipere et replicare, et se tueri realiter et personaliter, utiliter et directe contra omnes personas, sicut ipsi Jacobus et fratres facere poterant, et visi erant facere sine omni contradictione.

Et ego Jacobus ragius notarius palatinus, hanc cartam autenticari preceptam, Oddino de bozolasco predicto, iussu ipsius autenticavi, Nichil addens vel minuens, preter fore litteram punctum vel silabam, retenta tamen parcium significatione et me subscripsi.

Et Ego Guielmus de passatore notarius palatinus predictum instrumentum autenticavi, Nichil addens vel minuens preter litteram punctum vel silabam retenta tamen parcium significatione et me subscripsi, et ad maiorem cautelam meum signum apposui, Et predictum instrumentum preceptum fuit autenticari, Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo tercio indictione sexta, Die iovis octavo mensis Octubris. Actum aste in domo Prevengorum, Testes dominus frater Bonus prepositus domus dei de ordine humiliatorum astensis, et frater Ogerius roba eius ordinis. Precepto domini Simonis maniavache iudicis et vicarij domini Ugonis de sallino potestatis astensis, ad postulationem domini Ogerij Alferij sacriste communis, predictum instrumentum autenticarem et in formam publicam redigerem ut vim et robur publici obtineat instrumenti.

580. *De dono et investitura facta in comune Astense per Guielmum de laureto et Bonefacium eius fratrem tercie partis Castri et ville laureti in Astixio.* 1242. 3 Septembris.

Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, indictione quarta, Die Sabati secundo mensis aprilis, Ast sub porticu de dom, Testes interfuerunt dominus Bernardus de nono iudex, Berardus de platea, Jacobus monachus, Quorum presentia, dominus Raynerius de burgo potestas communis astensis precepit Oddino de Bozolasco notario ad postulationem, Pagani culorij, Quatenus autenticaret infrascriptam cartam et in formam publicam redigeret, ut vim et robur publici obtineat instrumenti, Que carta abreviata fuit manu Guielmi de bozolasco, et canzellata in suo cartulario. Tenor cuius talis est.

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione quintadecima, Die Mercuri tercio intrante septembri, Ast in domo in qua celebratur consilium in pleno consilio, Homodeus palidus, Bayamondus gardinus clavarij, Guielmus de tana, Bonus infans de gualfenaria et Bonus Johanes robertus, Quorum presentia Guielmus de

laureto, et Bonefacius eius frater fecerunt donum et investituram, Albertono de Insula nuncio communis Astensis procuratori dicti communis ad hoc specialiter ordinato, nomine dicti communis recipienti in Nobile et gentile feudum tercie partis Castri et ville laureti, et de octava parte duarum parcium dicti Castri et ville, cum omni contili et jurisdicione et domibus curtibus et caminatis et hedificijs et sediminibus eisdem Guielmo et fratribus pertinentibus et spectantibus, et specialiter de tercia parte turris veteris et de octava parte dicte turris, et de omni jure et ratione quod et que eis competunt in predictis et occaxione predictorum, et cum hominibus feudatis et infeudatis cum militibus rusticis et vasallis, et cum omni jure et ratione eisdem pertinentibus in dictis hominibus, Silicet in fodris in bannis in fidelitatibus in fictis in drictis, in rosijs et caregijs, et in omni jurisdicione causarum tam civilium quam criminalium et in omni jure quod habent in terris et in possessionibus quas ipsi homines tenent, vel alij pro eis in aquatico et pasquatico, in venationibus et piscationibus, in nemoribus et silvis, in terris cultis et incultis in successionibus, pedagijs et albergarijs in advocationibus ecclesiarum, in furnis et molendinis cum omnibus usibus et consuetudinibus, et alijs que ad dominium et jurisdicionem pertinent vel pertinere videntur, sicut ipsi tenebant, vel visi erant tenere et possidere, seu quasi possidere, ipsi vel alij pro eis Nichil penitus in se retinendo. Terre autem et possessiones sunt iste. In primis Modij duodecim terre, que est ubi dicitur insiplaneis, coherent Rascherij, et Obertus gigna, Robaldus de siplaneis. Item in brayda de valle, Modij tres, coherent Obertus Rollandus, Raymondus de fornacha, et Presbiter. Item in Mondonneo, Modij, quatuor vinee coherent Jacobus de laureto, et Guillelmus calearius, et Guielmus de monforto. Item iuxta fossatum castri una disnaoria orti, coherent Ruffinus cacia, et Jacobus de montorino. Homines autem sunt isti, Hospicium Berardi furmenti, Item Petrus gausegra, item Johanes de motorino, Item Obertus de motorino et fratres, Item Oliverius conzanidus, Item heredes Oberti fereti, Item Jacobus argentus, Item Anselmus ferretus et fratres, Item Ruffinus paturla et frater, Item Obertus de valle et nepotes, Item heredes Otte zope, Item Obertus gambonus et frater, Item Guibertus gambonus et frater, Item Jacobus de motorono, Item Ruffinetus de montorono, Item Bonifacius calvinus, Item Georgius calvus, Item Otto calvus et fratres, Item Ruffinus balistrarius pro uxore, Item Jacobus barberius, Item Petrus de bullana, Item Ruffinetus de serra, Item Guielmus de monforte, Item Otto de monforto, Item Johanes de valle, Item durandus, Item Petrus durandus et Pelizarius et frater, Item Fredericus de platea, Item Henricus menaboves, Item Avondinus et fratres, Item hospicium quod fuit Guillelmi salici sive fulchi, Item filij Raymondi de sancto georgio, Item Jordanellus, Item Obertus rollandus et fratres, Item Jacobus de monpeogloso, Item Johanes cova et fratres, Item henverardus, Item Otto pillonarius, Item Berta de boxono, Item Guillelmus cossa. Et sunt omnes suprascripti de fodro et banno et successionibus et omnibus alijs, que ad dominium et dominationem pertinent. Terre autem et possessiones, et homines in quibus habent fictum et Redditus et condiciones sunt hee. Inprimis habent medietatem in sedimine Jacobi de serra, Item habent tenituram Petri ventoni que tenetur ab eis in feudum, Item duas partes de eo quod tenent Johanes carbonus et Nepotes de laureto, Item dederunt et concesserunt quicquid juris habent in infrascriptis hominibus pro feudo et occaxione feudi quod tenent ab eis, Ruffinus cacia, Oliverius

de montorono et Guillelmus de montorono, Guillelmus presbiter de montenes et consortes, et debent custodire portam Castri laureti, Item quicquid juris habent in hospicio Oberti de tuerdo, et nepotum, de quo feudo, ipse Guielmus et fratres habent terciam partem et octavam in illo feudo quod tenent ipsi Obertus et nepotes, debent custodire portam Castri laureti tempore messium et alia servicia facere, Item dederunt et concesserunt illud boschum quod habent vel habere videntur in posse laureti et de pulcro videre, et est circha modios cc. Item dederunt et concesserunt quicquid habent juris, in ecclesia sancti Romei in qua habent unam Albergariam cum duobus equis et tribus hominibus. Item quicquid juris habent in hominibus et redditibus infrascriptis Obertus de vicia, reddit quartum de duabus iornatis terre et plus, et unam spalam et denarios quinque, et unam roxiam cum duobus bobus, et unum quarteronum grani. Item illi de valzaneis, reddunt pro tribus pecijs terre unam spallam et denarios quinque fictum, Item Panzaroti in Canalibus tenent ab eis tenituram quam tenent a dominis de laureto, Item dederunt et concesserunt totum illud quod habent, vel habere videntur in dominis seu adversus dominos de pulcro videre, et in Castro et in villa et hominibus et contille et jurisdicione, et habent dicti Guillelmus et fratres terciam partem medietatis dicti Castri et ville et hominum, et octavam partem duarum parcium dicte medietatis quam tenent domini de pulcro videre ab eis et homines, Primo faciunt fidelitatem dominis de laureto et postea dominis de pulcro videre salva fidelitate dominorum de laureto. Terre autem et possessiones et homines in quibus habent redditus et condiciones sunt hee, Barberius de laureto et frater unam spallam omni anno. Item Johanes de valle unam spallam et plus si plus est, et medium starium spelte. Item Obertus rollandus, unum starium spelte et unam spallam. Item Johanes cossa duos capones, et unam spallam, Item unam carosatam broparum ad vineam. Item Raymondus boxa mediam spallam et medium starium annone. Item heredes Jacobi canavarij, starium unum spelte. Item Henverardus de laureto unum caponem, et unum quarteronum de spelta, Item Petronus de peceto et Consortes duos capones. Item Garillius et nepotes, unam mediam spallam, et denarios novem fictum. Item ille garillius, reddit tercium quarti de una iornata terre que est in valle scura, coheret Oddinus Petri oculi et Rivus. Item illi de hospicio Ruffini de montorono implent torcular et postea vacuant et ponunt loyram. Item Oddinus petri oculi, reddit terciam partem quarti de duabus iornatis terre, que est in valle scura, coherent Rivus et via. Item Johanes cossa omni anno denarios sex ad pasca et denarios VI ad natale. Item Obertus de diana denarios tres fictum. Item Obertus gigno denarios quatuor. Item hospicium travaglati denarios IIII^or^. Item Boza de petro denarios VIIII^or^. Item Obertus de griso unum obolum. Item Henricus menaboves denarium unum. Item laurencius de montibus denarios unum fictum. Item calvi omni anno duos capones. Item Guielmus cossa unum starium spelte. Tali modo predicta dacio et investitura facta est, Quod dictus procurator nomine dicti communis seu ipsum comune, predicta habeat teneat et possideat seu quasi possideat, cum omnibus juribus et rationibus supradictis pertinentibus jure investiture civiliter sicut ipsi Guielmus et fratres, vel alij pro eis visi erant tenere et possidere, remisso expressim sacramento fidelitatis et omnibus servicijs tam realibus quam personalibus, ita quod ad faciendam fidelitatem et servicia prestanda personalia seu realia ab ipso Guielmo et fratribus,

vel ab aliquibus pro ipsis, aliquatinus cogi non possint. Insuper predicti fratres concesserunt et mandaverunt omnia eorum jura et rationes et actiones que et quas habebant vel habere possint, et competunt eis vel competere possent in supradictis rebus, ita quod ipse Albertonus nomine dicti communis possit agere causari et experiri et se defendere in agendo, defendendo et replicando, et omni alio modo secundum quod ipsi Guielmus et fratres facere poterant, promittentes defendere et disbrigare et auctorizare ab omni persona, que jus aliquod petere posset in supradictis rebus occaxione ipsorum Guillelmi et fratrum. Et pro hijs omnibus attendendis et observandis, omnia eorum bona eidem Albertono nomine communis pignori obligaverunt. Item eodem anno et indictione, die iovis quarto intrante septembri in castro Laureti in Capella dicti Castri in presentia domini Guillelmi cacayrani, Uberti arnaldi, domini Bonefacij de corsembrando, Baldrachi palidi, Azonis crivelli, Guielmi scarampi, Ubertus frater Jacobi et Manfredi de laureto filiorum quondam domini Guillelmi de canalibus, et Ruffinus frater Guielmi de laureto et Bonefacij se esse maiorem, investiverunt et confirmaverunt et ratificaverunt illas donationes et vendiciones, quas dicti Jacobus et Manfredus et dicti Guielmus et Bonefacius fecerunt et investiverunt Albertono de Insula, seu Obertono nuncio communis astensis de castro et villa laureti, Et de hominibus illis omnibus et rebus, qui et que in dictis donationibus et vendicionibus et investituris continentur, Renunciando in predictis omnibus rebus omni juri sibi competenti occaxione partis vel alicuius alterius occaxione, unde predicti Jacobus et Manfredus et Ubertus fratres, et dicti Guielmus Bonefacius et Ruffinus fratres posuerunt in possessionem dictum Albertonum in predictas omnes res donatas et investitas et venditas, Et specialiter in Castrum laureti corporaliter.

Et Ego Jacobus ragius notarius palatinus, hanc cartam preceptam autenticari, Oddino supradicto, iussu ipsius Oddini autenticavi, Nichil addens vel minuens preter fore litteram vel silabam vel punctum Retenta tamen parcium significatione, et sicut in abreviatura facta manu dicti Guielmi de bozolasco quondam continebatur, sic et in hijs omnibus instrumentis autenticatis continetur, et me subscripsi.

Et Ego Guielmus de passatore notarius palatinus predicta instrumenta exemplavi, et in libro isto apposui nichil addens vel minuens, preter litteram silabam vel punctum, Retenta tamen parcium significatione, Et sicut in ipsis instrumentis continebatur, sic et in isto novo continetur exemplo, et ad maiorem firmitatem et cautelam signum meum et nomen apposui.

581. *De vendicione facta comuni Astensi per Guilelmum de laureto et Bonefacium eius fratrem de toto eo quod habebant in preocha.* 1252. 3 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo Sexagesimo primo indictione quarta, Die sabati secundo mensis Aprilis, Ast sub porticu de dom ubi jus redditur, Testes interfuerunt, dominus Berardus de nono iudex, Berardus de platea, et Jacobus monachus, Quorum presentia dominus Raynerius de burgo potestas communis astensis precepit Oddino de bozolasco notario ad postulationem Pagani culorij, quod autenticaret, et in formam publicam redigeret infrascriptam cartam, abreviatam in cartulario Guielmi de bozolasco notari manu ipsius Guielmi, et canzellatam in ipso cartulario. ut vim et robur publici optineat instrumenti, Tenor cuius talis est.

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo indictione quintadecima, Die mercuri tercio intrantis septembris, Ast in domo in qua celebratur consilium, in pleno consilio, Testes Homodeus palidus, Bayamondus gardinus clavarij, Guielmus de tana, Bonus infans de gualfenaria, Bonus Johanes de roberto, Quorum presentia, Guielmus de laureto, Bonefacius eius frater jure proprietario et in alodium, totum illud quod habent vel habere videntur tenent et possident ipsi vel alij pro eis in Preocha et posse vendiderunt, Obertono de Insula nuncio communis astensis procuratori dicti communis ad hoc specialiter ordinato nomine dicti communis recipienti, Scilicet in castro, villa, in terris cultis et incultis, Contile et jurisdicione, in aquatico et pasquatico, in fictis in drictis, in fodris et bannis successionibus, in venationibus piscationibus, in silvis gerbis, nemoribus, ripis ruinis et in omnibus alijs, que ad dominium et dominationem pertinent, et specialiter totum illud jus quod habent in hominibus infrascriptis, et in terris et possessionibus quas ipsi homines tenent ipsi vel alij pro eis. Imprimis, Raynerius navonus, Item Petrus navonus et fratres, Item Ubertus navonus et fratres, Item Obertus beccarius, Item Jacobus navonus Item Tomas de Toscana et fratres, Item Ruffinus de monte, Item Petrus de vicia, Item Johanotus, Item Henricus, Item Oddinus de furno, Item Petrus de castello, Item Guielmus raynerius, Item Guielmus zinus, Item Rodulfus de sancto, Item Guielmus gastaldus, Item Ubertus mantellus, Item Anselmus tirellus, Item Odinus de culmul, Item filij Ruffine, Item Hospicium de barletis, Et omnes predicti sunt homines de fodro, Item Hospicium done amie, Item tenitura petri arole de valvesio, Item Ruffinus balistarius pro uxore, Et omnes supradicti sunt de fodro et banno et successionibus et alijs que ad dominium seu dominationem pertinent. Item vendiderunt supradictos redditus, et jura et condiciones, que habent vel habere videntur in hominibus in terris et possessionibus infrascriptis scilicet, Tebaldus de podio de sancto Martino reddit omni anno duos capones, de terra quam tenet in preocha. Item Petrus de conzahen est suprasedens pro uxore sua in Preocha. Item Guielmus de Culmurio, cum consortibus de suo masso, reddunt tres roxias cum bobus et unam bigatam broparum, et unam albergariam cum duobus hominibus et duobus equis, et quatuor minas spelte et unum carezatorem, et unam spallam in uno anno et in alio duos capones, de qua spalla et caponibus, Henricus de curmurio, et Anselmus tirellus reddunt medietatem. Item Henricus de curmurio, et Anselmus turrellus, uno anno unam spallam et in alio duos capones. Item Guielmus crinus, et Rodulfus de sancto de curmurio, cum consortibus de eorum masso reddunt tantum quantum supradicti et plus quatuor spiayrolios. Item Raynerius Navonus totidem. Item Ubertus navonus, et Jacobus navonus, et Albertus et Thomas de toscana totidem de eorum masso. Item Ruffinus et Johanes et Obertus beccarius de monte reddunt similiter et plus quatuor spiayrolios. Item Simeon de furno cum consortibus reddunt similiter. Item Simeon predictus de sedimine redit unam spallam et duos capones unusquisque supradictorum massorum reddit unam spallam et duos capones pro sedimine. Item iste sunt terre, que reddunt quartum seu alias condiciones faciunt, In primo filij Simeonis de furno et consortes, tenent unam peciam terre et prati, que iacet in Vallentasca, coheret Ruffinus de monte a duabus partibus et Sacerdotes. Item aliam peciam terre, que iacet ad rivum, coherent Sacerdotes, Bichenus et illi de bosco. Item aliam peciam terre, que

jacet ad furnum, cui coherent illi de baldisero et vie. Item totum hoc quod habent ad pilium, coheret ei Gualla rubeus et via tabana. Item aliam peciam terre que iacet ad casellas coheret dominus Jacobus discalcius et via. Item aliam peciam terre que jacet ad pixotum, coheret via et Barexanus. Item Ruffinus de monte, Johanes et Obertus bicherius et consortes tenent infrascriptas terras que reddunt quartum, In primis terre et possessiones et prata que et quas tenent in pometo, coherent Sacerdotes et illi de baldisero et Navoni. Item peciam unam terre ad pileum, coheret via et Navoni et Simeon. Item aliam peciam terre que iacet ad crosam coherent Anselmus de monte et vie. Item aliam peciam terre, que iacet ad causetum coheret ei Anselmus de planterio, et Obertus falzonus quondam. Item aliam peciam terre que iacet ad felexellum, cui coherent circumquaque illi de planterio. Item aliam peciam prati, que iacet in vacherijs, cui coherent Guielmus de barris et Rivus per medium et Obertus lupus. Item dictus Johanes habet unum pratum in prata de batalia, coherent ei Musanza et Simeon, et Raynerius Navonus et Obertus et Jacobus et albertus de toscana tenent infrascriptas terras que redunt quartum, Primo campum unum qui iacet ad noxetum, coherent vie a duabus partibus. Item peciam unam terre que iacet ad noxellam coherent illi de villa veteri, et illi de monte et via. Item aliam peciam terre que iacet ad cusetum, coherent Ruffinus de monte, et Obertus falzonus et via. Item aliam peciam terre, que iacet ad montixellum, coherent Ruffinus de monte, via, et Johannes de monte. Item aliam peciam terre, que iacet ad fontem colleretum, coherent ei Tirelli et via. Item peciam unam terre, que iacet ad pixotum, coherent illi de baldiserio et via. Item aliam peciam terre, que iacet ad marcoyrascam, coherent ei fregij et Rivus, et Raymondus argentus. Item aliam peciam terre, que iacet ad pilium, coherent Ruffinus de monte, et Simeon de furno. Item peciam unam prati que iacet ad pometum, coherent illi de bosco, et Rivus et illi de monte. Item peciam unam prati, que iacet in prata de bataglia, coherent Nicolaus de teralbis, et Guielmus carleverius de alba. Item peciam unam terre que iacet in monte rotondo, coheret Barexanus. Item aliam peciam terre que iacet in tanayrono, coherent Obertus grassus et Bruni. Item sedimen Navonorum, reddit omni anno dictis dominis minas duas furmenti ad mensuram Albe. Item Sedimen toscane reddit totidem. Item Rodulfus et Guielmus de sancto curmurio, tenent infrascriptas pecias terre que reddunt quartum Pittarellis, Primo peciam unam terre, que iacet ad nucem de castanea, coheret Ubertus de Castello, et Anselmo gastaldus. Item aliam peciam terre que iacet ad noxetum coherent dictus Obertus, et Anselmus et Guielmus Raynerius. Item peciam unam terre, que iacet ad pasquarium, coherent heredes Oberti de castello, et Obertus tirellus. Item Reddunt annuatim unam mediam spallam et denarios duos. Item terre quas tenet ad noxetum Anselmus gastaldus, coherent heredes Sismondi tirelli, et heredes Aycardi, et Guielmi de Castello reddunt quartum Pitastellis. Item peciam unam terre ad monticellos, quam tenebat Sismondus, et Obertus tirellus, coherent Guielmus raynerius, et Guielmus de Castello quondam, et dat quartum Pitastellis. Item dictus Sismondus et frater dant unum caponem. Item peciam unam terre que iacet in Crossis quam tenet Anselmus gastaldus, Reddit quartum eisdem pitastellis, coherent ei, Aycardus et Obertus, et via. Item peciam unam terre, que iacet ad Noxetum coheret ei dictus aycardus et Guielmus, et reddit quartum Pitastellis. Item peciam

unam terre que iacet ad pasquarium, quam Anselmus gastaldus dedit pro cambio Henrico de curmurio, coherent Sismondus et Obertus tirellus et reddit quartum pitastellis et dicti Pitastelle tenent predicta in feudum, pro quo feudo debent custodire portam Castri laureti tempore messium et alia servicia. Item Guielmus raynerius tenet peciam unam terre in campo de noxeto, coherent Guielmus et Aycardus de curmurio. Item aliam peciam terre, que iacet ad Monticellos coherent Guillelmus de Castello a duabus partibus et Sismondus. Item aliam peciam terre que iacet in cellareto, coherent Guielmus Sismondus et frater. Item aliam peciam terre que iacet ibi prope, coherent dicti Guielmus et Sismondus. Item peciam unam terre que iacet ad castellum melianum, coherent ei Riana, et dicti Guielmus et Sismondus. Que omnes reddunt quartum dominis. Item in omnibus locis supradictis in quibus Guielmus raynerius, Guielmus de curmurio et Sismondus tyrellus et Obertus eius frater tenent totidem et omnes reddunt quartum. Item dicti Sismondus et frater eius Obertus aliam peciam terre que iacet ad strepetum, coherent Jordanus cot et ipse Sismondus. Item aliam peciam terre que iacet ad gramoncelum, coherent Otto de bergana, et Riana et Guielmus de curmurio. Item aliam peciam terre, que iacet ad puteum, coherent dicti Sismondus et obertus. Item aliam peciam terre, que iacet ad ponticellum, coherent Guielmus et Obertus circumquaque, que omnes reddunt quartum. Item aliam peciam terre, que iacet ad fontem de ponticello, coherent ecclesia de curmurio et Guielmus martinus, que reddit decenum. Item Sismondus et Obertus tenent aliam peciam terre, que reddit quartum et iacet ad collaretum, coheret Guielmus de curmurio quondam. Item aliam peciam terre, que iacet ad puteum, coherent dictus Sismondus et Obertus. Item aliam peciam terre, que iacet ad noxetum, coherent dictus Sismondus et Guielmus et Raynerius. Item aliam peciam terre que iacet ad monticellos, et reddunt omnes quartum, et ei coherent supradicti. Item filij Ruffine tenent duos massos, de quibus reddunt quartum, et quinque messores, et quinque caregatores, et quinque albergarias, quamlibet albergariam duobus hominibus et duobus equis, et quilibet illorum, minas quatuor spelte. Item vendiderunt totum illud jus et illas rationes, quas et quod habent, vel habere videntur versus filios arnaldi de govono, et versus Jacobum de tomlero et versus pitastellas, pro feudo et occaxione feudi, quod predicti tenent a predicto Guielmo et fratribus in Preocha, Et quicquid juris habent in terris et possessionibus dicti feudi tam pro fidelitate quam pro alijs servicijs, et specialiter predicti debent custodire portam laureti tempore messium et alia servicia et omnia que faciunt vasalli dominis. Eodem modo et forma vendiderunt jura et rationes, quas et que habent versus Jacobum discalcium et fratres, Et versus Ubaldum et Guielmum de barris, et versus Ubertum mataracium et fratres eius, et versus Jacobum de ecclesia, et Rollandum de ecclesia, pro feudo et occaxione feudi, quod predicti tenent ab eis in Preocha et posse, Et quicquid juris habent in terris et possessionibus dicti feudi, tam pro fidelitate quam pro alijs servicijs, Et specialiter predicti debent custodire portam laureti tempore messium et alia servicia exhibere sicut vassallus exibet domino suo. Item vendiderunt totum illud, quod ipsi habent vel habere videntur, ipsi vel alij pro eis in canalibus seu in posse Canalium et in toto astisio ubicumque jus habeant, cum omni honore districtu et jurisdicione, cum hominibus feudatis et infeudatis, cum aquaticis et pasquaticis et banchaticis et cum omnibus alijs que ipsi habebant, vel

habere videbantur, seu tenebant et possidebant, vel quasi possidebant in canalibus et posse ipsi vel alij pro eis nichil in se penitus retinendo. Eodem modo et forma quicquid juris habent in monte pizano, et in terratorio et posse, et in valvesio et zusterna et specialiter quicquid juris habent in hominibus et terris infrascriptis. Inprimis Berardus de brina tenet peciam unam vinee et sediminis, que est ubi dicitur ad sirinam, cui coherent venditores et via, et reddit annuatim starios quatuor furmenti. Item idem Berardus de predicta vinea et sedimine et alijs terris quas tenet, reddit annuatim starium unum et dimidium spelte et mediam spallam. Item illi de montorino reddunt in uno anno denarios XVIII. et in alio duos solidos et unam spallam et unum starium spelte omni anno ad natale domini. Item ferreti dant unam spallam omni anno. Item unam bancham in mercato Canalium quam tenent Gamboni. Item filij Paturle de canalibus reddunt unam spallam omni anno. Item Malus cutellus de canalibus reddit omni anno solidos sex, pro eo quod tenet ab eis. Item Jacobus de monprogloso, reddit omni anno denarios XII. Item Jacobus de montorono, denarios duodecim fictum, et denarios XII pro uno stringitore omni anno. Item Ruffinus de montibus de montorono denarios IIII^{or} fictum. Item mignanus de canalibus denarios tres. Item Raynerius marcerius, de valvesio omni anno denarium unum. Item Hospicium premondi reddit duos capones pro tentura. Item omnes terre quas tenent Menaboves in Monte pizano, que pro eis tenentur in feudum a dicto Guielmo et fratribus, unde vendiderunt quicquid juris habent in predictis hominibus et terris et possessionibus. Item vendiderunt infrascriptas pecias terre, que iacent in posse canalium. In primis modios septem terre, que sunt in campora, coherent Crocee, et Conradus de brina. Item modios sex terre ubi dicitur in braydis, cui coherent amedeus de grosso, et Ruffinus cacia et via. Item Modios quatuor terre et sediminis in sedimine de brina, coherent Manfredus de brina et ferreti. Item modios septem terre in Valpono, coherent Gamboni, et Rogerius de malaora et fratres. Item modios duos et dimidium terre, quam habent pignori obligatam ab Henrico menabove in ciriano, coherent Ruffinus cacia, et Avundetus. Et predicta vendiderunt cum omnibus juribus rationibus et ingressionibus usibus publicis et privatis, ipsis rebus venditis, vel ipsis venditoribus ipsarum rerum occaxione pertinentibus, Et hoc pro precio librarum mille sexcentarum quinquaginta astensium, de quibus se tenuerunt quietos et solutos, Renunciando exceptioni non numerate pecunie, et non recepti precij, Et constituerunt se se possessores nomine emptoris, donec corporalem predicto nomine ingressus fuerit possessionem, Dando ei licentiam intrandi in possessionem, per se vel per alium ad suam voluntatem. Tali modo facta est dicta vendicio, ut ea habeat teneat et possideat, libere et quiete, sine omni contradictione ipsorum venditorum et omnium aliarum personarum imperpetuum. Que omnia et singula promiserunt defendere ab omni persona prout res fuerint meliorate, aut valuerint sub extimatione precij in consimili loco. Que omnia et singula, si defendere nollent, aut non possent aut quovis ingenio subtrahere quesierint ea in duplum restituere promiserunt, remissa denunciandi necessitate, cum omnibus expensis damnis et interesse factis et habitis causa evictionis vel alio modo. Item dederunt cesserunt atque mandaverunt, omnia sua jura realia et personalia, utilia et directa, que habebant, vel habere videbantur, in omnibus terris et possessionibus et omnibus rebus supradictis, Tali modo ut ex dicta cessione et dacione se possit juvare causari

experiri movere, excipere, replicare defendere omnibus modis, realiter et personaliter, utiliter et directe se tueri et defendere contra omnes personas, sine omnium contradictione, quemadmodum ipsi venditores facere poterant.

Et ego Jacobus ragius notarius palatinus, hanc cartam autenticari preceptam, Oddino predicto iussu ipsius autenticavi Nichil addens vel minuens, preter fore litteram vel sillabam vel punctum, retenta tamen parcium significatione et me subscripsi.

Et Ego Guielmus de passatore notarius palatinus, predictum instrumentum vidi legi et in isto libro apposui, et exemplavi, Nichil addens vel minuens, preter fore litteram silabam vel punctum retenta tamen parcium significatione, Et sicut in ipso instrumento continebatur, sic et in isto novo plenius continetur exemplo, Et ad maiorem firmitatem et cautelam meum signum et nomen apposui. et ideo me subscripsi.

582. *De iuramento vasalatici et fidelitatis dominorum de montaldo facto comuni Astensi prout inferius continetur.* 1241. 22 Maij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo primo, indictione quartadecima, Die mercuri vigesimo secundo intrantis mensis Madij, in pleno consilio campane, dominus Nicolinus de Montaldo, per se et heredes suos, et dominus Arnaldus de montaldo suo nomine et nomine fratrum suorum scilicet Rodulfi et Henrici, Bonefaci et Uberti et Jacobi, et nomine Belengerij nepotis eorum, quorum procurator est, prout apparet per instrumentum factum a Ricardo boviculo notario anno presenti et indictione Die lune, undecimo exeunte madio, volentes confirmare et observare pacta et conventiones, et omnia facere que continentur in concordia habita et facta inter dominum Jacobum quondam dei gratia Astensem episcopum nomine episcopatus ecclesie astensis, Et dominum Guielmum amatum, olim potestatem astensem nomine communis astensis, de pace et guerra exercitu et cavalcata et succursu, et reducto, Concessis a dicto Episcopo in Vasallis et hominibus et terra quos et quam ipsi tenent ab astensi episcopo, dicto domino Guielmo recipienti nomine communis astensis prout continetur in carta inde facta a Manasseo notario filio Tebaldi de moresino de vignali, Anno dominice incarnationis, Millesimo ducentesimo trigesimo tercio indictione sexta, die lune quarto intrante mense aprilis, promiserunt et juraverunt, cum ipsi sint de vasallis astensis Episcopi, et ecclesie, domino Henrico gravono [2] potestati astensi, nomine et vice communis astensis facere per se se et successores eorum et homines facere hoste iter et cavalcatam et succursum et reduitum [3] et pacem et guerram, Concesserunt in se se et in eorum terra et hominibus quos et quam tenent ab astensi ecclesia, et specialiter in Montaldo, et in cerexolis [4], Et ipsam pacem et guerram facere de suprascripta terra et hominibus, Salvo jure astensis ecclesie, Et juraverunt et promiserunt ita facere et attendere, quod fratres eorum et homines illud idem jurabunt et promittent et attendent et facient. Hec omnia promiserunt et juraverunt attendere et observare sub hypotheca bonorum suorum. Actum aste supra voltas maioris ecclesie. Testes, Mussus boviculus, Oliverius palius, Clavonus

[1] Instrumentum hoc iterum occurrit in quarta Codicis parte; quapropter servata inscriptione suo loco ad N. 896, lectiones varias hic afferemus. — [2] *Granono.* — [3] *reductum.* — [4] *Ceresolis.*

notarius, et Oddo gallellus clavarius communis astensis, Et dominus lafrancus de ecclesia miles potestatis.

Et ego Conradus crivellus notarius palatinus interfui, et iussu dicti potestatis sic scripsi.

583. *De approbatione et ratificatione facta per infrascriptos dominos de montaldo, de supradicto juramento vasalatici et fidelitatis.* 1241. 26 Maij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo primo indictione XIIII^a^. Die dominico septimo kal. Junij coram testibus infrascriptis, Infrascripti domini de montaldo scilicet Rodulfus, Bonefacius, Ubertus, Jacobus cassanus, et Henricus fratres, et Belengerius eorum nepos et Anselmus et Conradus filij domini Nicolay de montaldo promiserunt domino lafranco de ecclesia militi domini henrici granoni potestatis astensis nomine comunis astensis stipulanti, et supra dei evangelia juraverunt sub obligatione bonorum suorum attendere et observare et facere omnia que dominus Nicolaus de montaldo et Arnaldus de montaldo promiserunt dicto potestati nomine comunis et juraverunt facere et complere, pro pactis et occaxione pactorum habitorum inter astensem Episcopum et comune astense [2], ut continetur in carta inde facta a Conrado crivello notario, hoc eodem anno et indictione, Die mercurij XXII. intrantis mensis Madij, in omnibus et per omnia et nullo tempore contravenire. Actum in Castro montaldi. Testes, Mussus de curia, Oddo gallelus, Ricardus boviculus et Bonefacius cabultus [3]. Item isti homines eorumdem dominorum juraverunt et promiserunt idem attendere et observare, Periolius, Robaldinus barexani, Johanes de mombazono [4], Johanes de bonora, Guielmus fererius, Guielmus lecabos, Jacobus puglolius, Petrus de mayra, Albertus bos, Otto garellius, Baiamondus de rovoreto, Henricus de reglolis [5], Guarnerius magnanus, Jacobus de Julla [6], Sismondus partuza, Jacobus lecabos, Obertus de cruce, Jacobus mayra, Oddo boza, Oddinus de meagla, Guielmus granerius, Petrus Canducius, Guielmus gabicoius, Anselmus fortis, Johanes macochus, Ubertus de mombazono, Bonus iohanes magnanus, Jaconus [7] calandrius, Johanes calandrius, Obertus dova [8], Oddinus de guala, Cumbertus [9] de artuso, Turchus de gualla, Oddo dova, Ubertus panza, Jacobus marcellus, Oddo buglus, Guielmus barexanus, Nicoletus baravaglus, Petrus de rubea, Henricus ghita, Guielmus de boza, Petrus garillius, Jacobus de baiamondo, Oddinus de astexano, Jacobus meagla, Obertus artuffus, Mussus de cenco [10], Ardicio felix, Petrus niger, Oddo partuza, Ruffinus de cruce, Homodeus bozus, Lafranchus de cerro, Obertus bozus, Jacobus partuzo.

Item eodem die. In villa de cerexolis, presentibus testibus, Thebaldo de anterisio, Bertono [11] eius fratre, Ricardo boviculo, et Bonefacio cabuto Isti de Cerexolis, Juraverunt et promiserunt michi Musso notario nomine comunis stipulanti, Idem quod predicti homines Montaldi promiserunt et juraverunt ut supra continetur. Spiacia, Baiamondus serventesius, Guielmus ferrarius, Rodulfus mollea, Johanes de

[1] Confirmatio haec iteratur in Codice; servata itaque inscriptione suo loco ad N. 897, lectiones varias hic afferemus. — [2] *ecclesiam astensem.* — [3] *Gabultus.* — [4] Add. *Albertus de Sanctoangelo. Maynfredus de Mombazono.* — [5] *Teglolis.* — [6] *Insula.* — [7] *Jacomus.* — [8] *dona.* — [9] *Cunibertus.* — [10] *Concho.* — [11] *Berrono.*

montaldo, Jacobus rex, Ogerius eius filius, Guilelmus mollea, Bonefacius boteritus, Henricus pellagallus, Oddo albricus, Jacobus pelagallus [1], Manfredus guielmi ferrarius. Guielmus peilabos, Henricus bonus Johanes, Jacobus peponus [2], Baiamondus gavatius [3], Albertinus pellabos, Trencherius, Jacobus de berta, Ardicio de romana, Jacobus eius filius, Oddo armella, Johaninus de guercio, Johanes croza, Henricus croza, Jacobus de albrico, Jacobus de montaldo, Aliverius [4] de tranua, Guilelmus presbiter, Tebaldus borrellus. Item isti de eodem loco, qui sunt de pignore juraverunt idem, Petrus ungarus, Guielmus saraxius [5], Oddo brutinus, Jacobus machangnus, et Jacobus brutinus.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus, predictis omnibus interfui et scripsi.

584. *De instrumento procure facto per dominum Rodulfum girbaldengum de montaldo et infrascriptos consortes suos ad faciendum pacem et guerram prout infra continetur.* 1241. 21 Maij [6].

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo primo indictione quartadecima. Die lune, undecimo exeunte Madio, presentia infrascriptorum, dominus Rodulfus girbaldengus de montaldo, et dominus henricus, dominus Bonefacius, dominus Ubertus, et dominus Jacobus fratres et Belengerius eorum nepos, fecerunt constituerunt et procuraverunt, dominum Arnaldum eorum fratrem presentem et volentem, suum nuncium et procuratorem sive sindicum, ad dandum pacem et guerram comuni astensi de toto hoc quod tenent et possident vel visi sunt tenere et possidere, In Castro Montaldi, Et in castro Cerexollarum [7], de toto hoc quod aliquo loco tenent et possident, vel visi sunt tenere et possidere ab Astensi ecclesia, Tali modo, quod quicquid dictus Arnaldus, cum dicto comuni tractaret et [8] faceret vel gereret super predictis, dicti fratres et bellengerius eorum nepos, sub obligatione suorum bonorum comuni astensi, firmum et ratum imperpetuum habere promiserunt, et nullo tempore removere. Actum in Castro Montaldi in domo predictorum. Testes Johanes de capite ville, Bergogus, Obertus medicus.

Et ego Ricardus boviculus notarius palatinus precepto predictorum, hanc cartam scripsi.

585. *De quodam denunciamento facto per Guielmum et fratres eius de bassignana, domino Castellano fratri eorum prout inferius continetur.* 1242. 28 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione quintadecima, Die Jovis, quinto kal. Septembris, in presentia infrascriptorum testium dominus Guielmus et Ruffinus et Boninus filij quondam domini Guifredi de bassignana, annunciaverunt et denunciaverunt domino Castellano fratri eorum, quod volebant vendere totum hoc quod habebant in toto Astisio. Et si ipse Castellanus vellet

[1] Desunt *Oddo albricus. Jacobus pelagallus.* — [2] *piponus.* — [3] *Gavarius.* — [4] *Alinerius.* — [5] *Saraxinus.*

[6] Instrumentum hoc iterum occurrit in Codice, quapropter servata suo loco ad N. 895 inscriptione, satis erit lectiones varias hic attulisse. — [7] *Ceresollarum et.* — [8] Deest *et.*

emere, quod venderent ei, Alioquin venderent alteri, Qui Castellanus respondit, quod nolebat emere quia non poterat. Actum in Castro laureti. Ibi fuerunt rogati testes dominus Otto rascherius, de cario et Otto filius, Fredericus barexanus de Castelleto.

Et ego Thomas de brina notarius palatinus interfui rogatus et scripsi.

586. *De instrumento Sindicatus facto per Comune Astense ad recipiendum infrascriptas vendiciones et cessiones.* 1242. 3 Septembris.

Anno domini, Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione quinta decima. Die mercuri tercio intrantis Septembris, dominus Guido maracius de sancto nazario potestas astensis voluntate et consensu Credendariorum utriusque credencie et Rectorum societatum per campanam et nuncios more solito congregatorum, et ore ad os interrogatorum et scriptorum, Et ipsi Credendarij et Rectores nomine comunis astensis, Fecerunt constituerunt que Obertonum de Insula sindicum comunis astensis, ad recipiendas nomine comunis astensis vendiciones et cessiones rationum et feudi, et investituras quas dominus Jacobus de laureto et fratres eius, et dominus Guielmus de laureto et fratres eius facere debent comuni astensi, de Castro et villa laureti, et toto eo quod habent in Astixio et in sancto Albano, Et ad ea facienda que circha vendiciones illas, et cessiones et investituras feudi fuerint peragenda, Et ad introducendum illum in corporalem possessionem predictorum. Actum, Aste in domo comunis, Interfuerunt testes, dominus Guilelmus de bozolasco notarius, Bonus iohanes robertus, et dominus Ruffinus trexius Judex comunis Astensis.

Ego Bonus infans de Valfenaria notarius palatinus interfui, et iussu dicti potestatis et Credendariorum et Rectorum predictorum sic scripsi.

LXXXVIII. De dominis de Revello.

587. *De citaniatico, dominorum de Revello sicut sunt Cives Astenses.* 1198. 10 Septembris.

In nomine sancte et individue trinitatis, dominus Albertus de fontana potestas astensium, consilio credencie ipsius per campanam cohadunate, ut confessus fuit, fecit cartulam donationis in manibus domini Bonefacij de revello potestatis dominorum de Revello, et Anselmi nepotis ipsius potestatis nomine suo et nomine, et nomine omnium dominorum de Revello, Nominative ut deinceps omni tempore, ipsi Bonefacius et Anselmus et universi domini de Revello et heredes eorum sint Cives astenses sicut ceteri cives astenses. Et ideo predicti Bonefacius potestas, et Anselmus nepos eius, et universi domini de Revello decetero omni tempore per sese et per heredes eorum debent esse cives astenses et dare fodrum, quandocumque civitas astensis ad fodrum devenerit, de libris cc. astensibus et a modo, et pro hijs libris cc, exercitus expediciones et ceteras consuetudines urbis astensis, sicut ceteri cives ast sine ulla equatione et excusatione quam inde a comuni astensi ullo tempore habere debeant, Et debent emere domum in Aste, de precio solidorum M. usque ad proximum festum sancti Andree sine fallo, quam domum postea donare vendere, infeudare pignori obligare, nec aliquo modo a se alienare nisi prius emissent alteram domum de simili precio vel maiori, Et si comune de aste guerram habuerit, Unus predictorum vel aliorum dominorum de Revello in urbe

astensi stare debeat et habitare munitus de milicia, qui debent facere bona fide guerram sicut alij cives et Milites civitatis Astensis toto tempore guerre, nisi absolto potestatis astensis, vel Consulum tunc existencium et Credencie tunc existentis per campanam congregate tocius vel maioris partis, Et debent deinceps salvare custodire adiuvare et defendere omnes homines de aste, et de virtute astensi, in personis et in rebus bona fide et sine fraude in tota terra et in toto posse eorum et alibi ubicumque poterint, et de bene facere pacem et guerram, de Neveis, de trecio, de Nivillijs et de barbarisco, et de omnibus hominibus illorum locorum, cum hominibus de aste et sine hominibus de aste omnibus hominibus quibus Astenses pacem et guerram facerent et facere eis expedicionem succursum hoste et iter de predictis locis et hominibus omnibus illorum locorum, quociens a potestate astensi, vel consulibus per tempora existentibus eis preceptum fuerit et impositum, et reducere homines de aste et de virtute astensi in predictis locis, et illa loca hominibus de aste et de virtute astensi non vetare, scaritis vel guarnitis, quin ex illis faciant pacem et guerram cuicumque voluerint, salva fidelitate albensis episcopi de loco Niviliarum et in tota sua terra et in toto suo posse non debent capere nec capi facere nec capi permittere aliquod pedagium, toloneum, nec aliquod scuffium ab aliquo homine de aste et de virtute astensi, preter vetus et anticum consuetum pedagium. Et si homines de aste vel de virtute astensi et tota terra sua et in toto posse suo, suum inimicum vel suum debitorem aut fideiussorem invenerint iamdicti domini de Revello et alij, debent eos adiuvare ad illum capiendum et quo voluerint ducendum. Et hec omnia ut supra legitur insolidum, predictus Bonefacius potestas et Anselmus nepos eius, nomine suo et nomine omnium dominorum de Revello, promiserunt predicto Alberto de fontana potestati astensi nomine comunis astensis stipulanti et juraverunt supra dei evangelia, omni tempore attendere et observare per se et per heredes suos et quod facient jurare bona fide et sine fraude omnes homines predictorum locorum ita attendere et observare ut supra legitur, Et quod usque ad octo dies ante festum sancti Michaellis facient jurare omnes dominos de Revello predicta omnia attendere et observare omni tempore per se et per heredes eorum, nisi absolto ipsius potestatis remanserit, et si inde terminum eis produxerit bona fide et sine fraude attendere et observare debent si deus illos adiuvet et illa sancta dei evangelia adinvicem vero dominus Albertus de fontana potestas astensis pro comuni astensi promisit iamdictis Bonefacio potestati et Anselmo nepoti suo, nomine suo et nomine omnium dominorum de Revello stipulantibus eos omnes et heredes eorum, omni tempore salvare custodire adiuvare et defendere tamquam cives astenses Et quod faciet iurare potestatem vel Consules astenses post eum intrantes ita attendere et observare bona fide et sine fraude. Actum ad sanctum Theodorum de aste in vinea ipsius ecclesie feliciter. Interfuerunt testes dominus Girardus de ardicione Judex domini Alberti de fontana potestatis astensis, Berardus de bertramis, Manfredus cavazonus, Otto de barbarisco. Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo octavo indictione prima. Die Jovis decimo die Septembris.

Et ego Thomas Notarius hanc cartam scripsi.

588. *De juramento facto versus comune Astense per dominos Guielmum et henricum de Revello, de predictis omnibus attendendis et observandis.* 1198. 22 Septembris.

Item eodem anno. Die martis decimo kal. octubris dominus Guielmus de Revello et dominus henricus de revello juraverunt supra dei evangelia et promiserunt predicto Alberto de fontana potestati astensi ad partem comunis astensis stipulanti predicta omnia ut supra legitur, omni tempore attendere et observare. Actum ast ad hospicium ipsius potestatis. Interfuerunt testes, Otto monachus, Otto cappa, Manfredus cavazonus dominus Girard Judex predicti potestatis.

Ego Thomas notarius, hanc cartam scripsi.

589. *De eodem Juramento facto per dominum Robaldum de Revello et dominum henricum de Revello.* 1198. 21 Octobris.

Item eodem anno, Die mercuri, duodecimo kal. Novembris, dominus Robaldus de revello et dominus Henricus de Revello, Juraverunt supra dei evangelia et promiserunt domino petro de petra sancta potestati astensi vice et nomine comunis astensis stipulanti predicta omnia ut supra legitur attendere et observare omni tempore si deus illos adiuvet et illa sancta dei evangelia. Actum Aste in domo comunis, Interfuerunt testes, Ubertus de platea, Baiamondus de platea, magister Petrus beccarius, Guillelmus ratio, Nicolaus gardinus, Guielmus silvaticus et Pipinus de Magnano.

Ego Tomas notarius hanc cartam scripsi.

590. *De quodam juramento et promissione factis per dominum Martinum de revello suo nomine et consortum suorum prout infra continetur.* 1204. 31 Augusti.

(Omisimus quia iam est ad Num. 555).

591. *De quodam compromisso facto etc. prout inferius continetur.* 1275. 20 Julij.

In nomine domini Amen. Anno eiusdem Millesimo ducentesimo septuagesimo quinto indictione tercia Die sabati vigesimo intrante mense Jullij, In presentia testium infrascriptorum. Cum questiones seu controversie verterentur inter dominum Guidonem scarsum potestatem astensem, et dominum Obertum spinolam capitaneum astensis populi, et quatuor sapientes civitatis eiusdem, scilicet Bertramum de comentina, Tomam alferium, Manuellem gutuerium et Girbaldum bergognonum nomine et a parte comunis Astensis et cuiuslibet singularis de ast et de districtu Ast, In Bonefacium de ripa et nepotum ipsius scilicet Georgij de ripa et fratris ipsius Georgij, Quibus potestati Capitaneo et quatuor Sapientibus predictis data et concessa est baylia, et libera potestas et arbitrium a generali Consilio et per generale consilium ast super negocijs omnibus et singulis comunis ast et compromittendi et plura alia faciendi que in ipsa baylia plenius continetur ut in reformatione ipsius consilij clarius denotatur, Cuius reformationis tenor talis est. Die mercurij decimo septimo Julij, dominus Guido scarsus potestas astensis, celebravit consilium utriusque credencie et Rectorum societatum et ducentorum capitum domorum voce preconia in campis Saviliani congregatum super infrascriptis, In primis si volunt et placet eis quod domini

Bertramus de comentina, Thomas alferius, Manuel gutarius et Girbaldus bergogninus, qui ellecti sunt in officio de IIIIor habeant bayliam super negocis et factis comunis et quam bayliam et qualiter volunt eis concedere et usque ad quem terminum. In reformatione cuius consilij placuit omnibus nemine discrepante, quod quatuor, Sapientes predicti una cum dominis potestate et Capitaneo predictis et ipsi potestas et Capitaneus cum ipsis quatuor habeant plenum arbitrium et bayliam et auctoritatem licentiam et administrationem generalem et liberam potestatem pro comuni astensi et nomine et vice comunis seu universitatis comunis astensis et Civitatis eiusdem, dicendi compromittendi tractandi ordinandi obligandi faciendi et firmandi et ad effectum producendi, quicquid et omnia ea et singula que voluerint, quocumque modo et quacumque forma et cum quibuscumque tam singularibus personis quam universitatibus vel colegijs secularibus vel ecclesiasticijs, Et promittendi pro ipso comuni et obligandi ipsum comune et bona sua, in omni contractu et modo et sub quacumque forma et specie obligationis, tam cum sacramento et pena quam alio quocumque modo et forma que dici vel excogitari possint, et demum omnia alia et singula faciendi et ad effectum producendi que consilium et comune et tota universitas civitatis astensis facere posset. Tali modo et forma, quod quicquid et omnia alia et singula que predicti potestas et Capitaneus et ipsi IIIIor dixerint tractaverint ordinaverint fecerint et compleverint aut mandaverint fieri tractari ordinari vel compleri super omnibus et in omnibus et singulis supra dictis ex nunc prout ex tunc valeant et teneant et rata et firma permaneant, et plenum robur et auctoritatem obtineant et inrevocabilem firmitatem ac si per totum consilium generale civitatis et comunis astensis et per ipsum comune, dicta tractata, ordinata, firmata et jurata et facta atque completa forent ex certa scientia omnium et singulorum de civitate et districtu astensi, Ita quod in predictis vel aliquo predictorum non audet quis decetero dicere presumere vel attemptare aliquo modo vel ingenio nec aliquo modo vel ingenio nec aliquo modo vel tempore de Jure vel de facto venire contra predicta vel aliquod predictorum non obstante super predictis et quolibet predictorum aliquo capitulo statuto vel ordinamento facto vel quod fieri posset, vel consilio publico vel privato, que omnia capitula, statuta et ordinamenta quo ad ea que essent vel venirent contra predicta vel aliquod predictorum cassaverunt et iritaverunt et nullius valoris esse penitus voluerunt predicti Consiliarij et Rectores sicut melius potuerunt. Et predicta omnia et singula locum habeant et teneant dum presens exercitus comunis astensis duraverit, et per sex dies ultra postquam reddierit ad Civitatem astensem, hijs tamen que Interim per ipsos nomine comunis infra dictum terminum facta fuerint in sua semper roboris firmitate manentibus. Et de predictis omnibus et singulis, dicti Credendarij et Rectores fuerunt interrogati de ore ad os more solito, et per eos predicta omnia et singula fuerunt ordinata et firmata et stabilita pro evidenti utilitate civitatis et comunis astensis, ex una parte, et dominum Thomam marchionem saluciarum nomine suo et Robaldi de brayda et Petri daniellis de revello et cuiuslibet vasali ipsius et homines ipsius Marchionis et cuiuslibet universitatis ipsius ex altera. Dicte partes scilicet ipse potestas Capitaneus et quatuor Sapientes predicti, et dictus dominus Marchio eorum et predictis nominibus, Compromiserunt se de ipsis questionibus et controversijs omnibus et singulis in illustrem virum dominum Guielmum Marchionem Montisferati tamquam in arbitratorem et

amicabilem compositorem et comunem amicum. Item ipse partes volentes confederationem facere et contrahere et societatem conpromiserunt in predictum dominum Guielmum Marchionem Montisferati tamquam in arbitratorem, et promiserunt predicti potestas et Capitaneus et IIII^or^. Sapientes predicti, nomine et a parte comunis ast et nomine cuiuslibet singularis et de districtu et per stipulationem ipsi domino Thome marchioni recipienti nomine suo et nomine Robaldi de brayda et Petri daniellis et cuiuslibet vasallis et hominis ipsius et cuiuslibet universitatis dicti domini Marchionis, attendere et observare et attendi et observari facere, quicquid arbitrator et amicabilis compositor predictus in predictis et quolibet predictorum dixerit et arbitratus fuerit, et quod comune et universitas Ast attendet et observabit et curabit et faciet quod attendetur, et ipsi curabunt et facient quod ipsum comune attendet et quod ipsi et comune predictum curabunt et dabunt operam cum effectu, quod predicta attendantur, et observabuntur per ipsum comune et quemlibet de civitate et districtu ast. Quod si non faceret et in aliquo contraveniet Comune predictum vel aliquis de civitate et de districtu nomine et a parte comunis Ast promiserunt dare et solvere et quod ipsum comune dabit et solvet duo millia marchos argenti dicto domino Marchioni pro pena et nomine pene. Que pena tociens committatur et possit exigi cum effectu omnibus et singulis dictis pronunciatis et arbitratis in sua firmitate manentibus quociens contra factum esset in pronunciatis omnibus vel aliquo pronunciatorum vel non attendentur a parte comunis ast et cuiuslibet de ast et de districtu Ast. Et quod comune predictum predicta omnia et singula confirmabit, pro qua pena et pro omnibus et singulis supradictis attendendis et observandis obligaverunt ipsi potestas et Capitaneus et quatuor Sapientes predicti omnia bona comunis ast, ipsi domino Marchioni. Versa vice predictus dominus Thomas marchio saluciarum suo nomine et nomine Robaldi de brayda et Petri daniellis et cuiuslibet Vassalli et hominis ipsius et cuiuslibet universitatis ipsius domini Marchionis promisit per stipulationem ipsi potestati et Capitaneo et quatuor sapientibus predictis Recipientibus nomine et a parte comunis astensis et cuiuslibet de ast et de districtu ast attendere et observare, et attendi et observari facere quicquid arbitrator et amicabilis compositor predictus, in predictis et quolibet predictorum dixerit et arbitratus fuerit, Et quod ipse dominus Marchio saluciarum curabit et faciet et dabit operam cum effectu quod predicta attendentur et observabuntur per ipsum dominum Marchionem et quemlibet de terra sua et de districtu ipsius domini Marchionis. Quod si non faceret et in aliquo contraveniret predictus dominus Marchio vel aliquis de terra ipsius et districtu eiusdem promisit dare et solvere dictis potestati et Capitaneo, et predictis quatuor sapientibus nomine comunis Ast et ipsi comuni duo millia Marchos argenti pro pena et nomine pene, que pena tociens quociens comitatur et possit exigi cum effectu omnibus et singulis dictis pronunciatis et arbitratis in sua firmitate manentibus quociens contra factum esset in pronunciatis omnibus vel in aliquo pronunciatorum vel non attenderentur a parte dicti domini Marchionis et cuiuslibet de terra et districtu ipsius domini Marchionis, pro qua pena et pro supradictis omnibus et singulis attendendis et observandis obligavit ipse dominus Marchio omnia sua bona, predictis potestati Capitaneo et quatuor sapientibus recipientibus nomine et vice comunis Ast et ipsi comuni, Et dederunt ipse partes sponte potestatem licentiam et absolutissimam facultatem arbitratori predicto.

ut possit dicere et arbitrari in predictis et circha predicta et in quolibet predictorum et circha quodlibet de predictis, quicquid voluerit et sicut voluerit, et ubi et quando voluerit semel et pluries et quod super quolibet articulo possit dicere sicut voluerit, et semel diffinita declarare et addere mutare et tollere ad suam voluntatem, sicut et quando et quociens voluerit, et quod possit interpretari quodlibet verbum pronunciationis et compromissi et quod possit dicere et arbitrari, quod compromissum et pronunciamentum ponatur in statuto ast et observetur pro statuto preciso, Et quod omnia statuta et quodlibet statutum factum et faciendum contra quantumcumque sit vel esset precisum non valeat sed sit yrritum ipso jure et quo non statuent aliquod contrarium vel per quod possint venire contra pronunciatum principaliter directo vel per obliquum, vel aliqua alia via vel colore quesito vel de jure vel de facto, Et quod super hoc non impetrent seu impetret comune astense seu aliquis de aste aliquod rescriptum privilegium indulgentiam seu absolutionem a domino papa seu ab imperatore, seu ab aliqua alia persona ecclesiastica vel seculari cuiuscumque dignitatis status vel condicionis esset vel cuiuscumque officij, Et quod ipse arbitrator, arbitrari possit, quod potestas et Capitaneus et successores eorum perpetuo et Rectores societatum jurent in principio sui regiminis et successorem suum faciant jurare attendere et observare inviolabiliter omnia et singula pronunciata, et omnia predicta et singula et quod dabunt operam cum effectu et curabunt pro posse, quod comune ast, et quilibet de civitate et de districtu qui est vel erit, predicta omnia et singula attendent et observabunt, et pronunciata et quodlibet pronunciatorum. Acto etiam quod predictus dominus Marchio saluciarum non statuat aliquod contrarium, vel quod possit venire contra pronunciatum principaliter directo vel per obliquum, vel aliqua alia via vel colore quesito, vel de jure vel de facto, Et quod super hoc ipse vel aliquis hominum suorum vel vassallorum non Impetret aliquod rescriptum privilegium vel indulgentiam seu absolutionem a domino Pappa seu ab imperatore seu ab aliqua alia persona ecclesiastica vel seculari, cuiuscumque dignitatis status vel condicionis esset vel cuiuscumque officij. Dederunt etiam dicte partes licenciam et absolutissimam facultatem ipsi arbitratori, quod ipse possit dicere et arbitrari alibi quam ubi factum fuit compromissum vel in loco ubi factum fuit, et ubicumque voluerit et presentibus partibus vel absentibus, vel una parte presente et altera absente citatis vel non citatis, vel una parte citata et altera non, et in scriptis et sine scriptis, et sine aliqua probatione et litis contestatione et sicut ei placuerit vel placebit. In eo vero quod dicitur supra, Quod si aliquis de ast veniret contra pronunciatum quod comune de ast daret duo milia marchos argenti domino Marchioni saluciarum, Et quod si aliquis de terra domini Marchionis saluciarum veniret contra pronunciatum quod dictus Marchio daret duo millia marchos argenti comuni ast, Inteligatur quod si aliquis de ast de civitate vel de districtu, vel de terra vel districtu dicti domini Marchionis veniret contra illud quod pronunciatum esset super questione que verteretur vel verti posset inter illum de terra vel districtu dicti domini Marchionis ex una parte, et comune astense ex altera, Quod quidem copromissum de parcium voluntate, duret et valeat, hinc usque ad festum sancti Michaellis proximum et ab ipso festo usque ad unum annum tantum, Et hec omnia et singula suprascripta predicti Potestas Capitaneus et quatuor Sapientes predicti nomine et vice

comunis astensis et cuiuslibet de civitate et districtu astensi et predictus dominus Marchio saluciarum suo nomine et nomine et vice cuiuslibet de terra et districtu suo in omnibus et per omnia ut supra legitur attendere et attendi facere tactis scripturis corporaliter ad sancta dei evangelia juraverunt. Et de predictis omnibus et singulis dicte partes preceperunt fieri unum et plura publica instrumenta michi Guilelmo de gilio notario, et Manfredo machario notario et Gandilioni notario, in terratorio saluciarum in quodam prato. Testes interfuerunt, dominus, Otto de roxana, dominus Raynaldus de concorregio, dominus Conrad de costiglolis, dominus Antonius de romagnano, Obertus de costiglolis, et dominus Manfredus rogerius.

Ego Guielmus de gilio notarius palatinus hanc cartam iussu predictorum potestatis et capitanei Sapientum que quatuor predictorum scripsi.

592. *De quodam pronunciamento et arbitramento facto per dominum Guielmum marchionem Montisferati prout infra continetur.* 1275. 20 Julij.

Eodem Anno et indictione, Die sabati vigesimo intrantis mensis Julij. In Salucijs, in domo Petri corni presentibus domino Nanno marchione Ceve, domino Raynaldo de concorregio Judice, domino Bernerio de berguijs judice, domino Antonio de romagnano, domino Conrado de costiglolis, Oberto de costiglolis, Guielmo de guilliano, Manfredo rogerio de salucijs, et Manfredo engnana de bargijs testibus ad hec vocatis, Dominus Guielmus illustris marchio Montisferrati, arbitrator et amicabilis compositor et comunis amicus Ellectus, Inter dominum Guidonem scarsum potestatem astensem et dominum Obertum Spinolam capitaneum astensis populi, et quatuor Sapientes civitatis ejusdem scilicet Bertramum de comentina, Thomam alferium, Manuellem gutuarium et Girbaldum bergogninum nomine et a parte comunis ast et cuiuslibet singularis de ast, et de districtu ast, et Bonefaci de ripa et nepotum ipsius Bonefacij Silicet Georgij de ripa et fratris ipsius Georgij, ex una parte, Et dominum Thomam marchionem saluciarum suo nomine et nomine Robaldi de brayda et Petri daniellis et cuiuslibet vasalli et hominis ipsius domini Marchionis et cuiuslibet universitatis ipsius ex altera, ut constat per instrumenta copromissi eiusdem tenoris abreviata per me Guielmum de gilio notarium infrascriptum et per Manfredum macharium notarium et per Gandiglonum notarium hoc eodem anno et indictione die et mense, presentibus partibus et volentibus, Dixit et pronunciavit concorditer inter partes, volendo diffinire quasdam questiones ad presens atque concordare, Retinendo sibi ut possit pronunciare et diffinire super alijs et qualibet earum, et interpretationem et declarationem cuiuslibet verbi infrascripti et mentem pronunciandi super infrascriptis et quolibet eorum, et tollendi et mutandi et addendi et minuendi semel et pluries et tociens quociens voluerit. Primo quod potestas et Capitaneus astenses et quatuor Sapientes et maiores et jurati, silicet Credendarij seu Consiliarij per quos Civitas astensis regitur Pactum de non petendo faciant nomine et a parte comunis et universitatis ast domino Thome marchioni saluciarum seu procuratori ipsius eius nomine recipienti, de Castro villa jurisdicione hominibus et reditibus Revelli, tam de proprietate quam de possessione vel quasi Et de omni jure si quod universitas habebat predicta in rebus predictis vel habere videbatur, et de pena si quam incidisset capiendo violenter Castrum predictum et villam, quod pactum predicti omnes asserentes esse utilitatem Comunis ast proprio juramento firment, seu quod pro

utilitate comunis astensis faciant. Et quod ipsi seu ipsum non venirent contra. Item dixit et arbitratus fuit, quod Alexandrinus nignanus et Rollandus cazo et heredes quondam Johannis de solario, et Thomas bozius et Rollandus bozius, et omnes et singuli alij qui haberent aliqua jura in predicto Castro et villa et jurisdicione et in rebus omnibus alijs ut in specificatis inferius continetur, faciant pactum de non petendo ipsi domino Thome marchioni saluciarum, seu procuratori eius nomine recipienti, de Castro villa et jurisdicione et jure percipiendi redditus Castri Revelli, et Jurisdicione, Et hoc tam de proprietate quam de possessione vel quasi, et de pena si quam dominus Marchio saluciarum, vel eius homines incidissent seu incidisset expugnando seu violenter capiendo, seu occupando Castrum predictum et expelendo eos et quemlibet eorum de possessione Castri predicti, ville jurisdicionis et terratori Revelli, et de omni damno dato ibi eisdem et cuilibet eorum et de qualibet iniuria eis facta et cuilibet eorum et de qualibet re eis ablata et cuilibet eorum per ipsum Marchionem et quemlibet hominem suum. Item quod dicti Alexandrinus et Rollandus et alij predicti, pactum de non petendo faciant ipsi et quilibet eorum, predicto domino Marchioni Saluciarum seu procuratori eius, nomine eius recipienti de omni jure actione querimonia querela et rancura quam ipsi et quilibet eorum habebant et habebat versus predictum dominum Marchionem et res et bona eius et homines ipsius. Item dixit et arbitratus fuit quod predicti Rollandus et Alexander et alij predicti rancorem dimitant dicto domino Marchioni, et pacem cum eo faciant et eum absolvant de jure si quod habent adversus eum. Item quod dictus Alexander et Rollandus et alij predicti rancorem dimitant Petro danielli et cuilibet hominum dicti domini Marchionis et pacem cum eo faciant et pactum de non petendo ipsi et cuilibet eorum seu tabellioni quem ad hoc ordinaverit dictus Marchio saluciarum recipienti nomine cuiuslibet eorum. Item quod dicti Alexander et Rollandus et alij predicti, predicta omnia et singula proprio juramento firment et attendere jurent. Item dixit et pronunciavit et arbitratus fuit, quod predicti Alexander et Rollandus et alij predicti, predicta pacta absolutiones paces remissiones et juramenta faciant ipsi domino Marchioni seu eius procuratori et cum ipso domino Marchione et Petro danielli, et cuilibet hominum domini Marchionis seu tabellioni predicto recipienti nomine cuiuslibet eorum tamquam publice persone usque ad quindecim dies postquam exercitus redierit ast videlicet illi qui presentes sunt vel erunt in Civitate vel posse Ast, et qui absentes sunt infra quindecim dies postquam venerint ad civitatem astensem vel districtum. Item quod predicti potestas Capitaneus et predicti quatuor Sapientes et ipsum comune ast, curent et faciant quod dicti Alexander et Rollandus et alij predicti, pacta predicta de non petendo et paces predictas seu pacem et remissiones et Juramenta faciant ipsi domino Marchioni saluciarum seu procuratori eius recipienti nomine eius et cum ipso domino Marchione usque ad terminum predictum quindecim dierum postquam exercitus redierit ast. Item quod illud idem faciant Petro danielli et tabellioni recipienti ut publice persone nomine cuiuslibet hominis marchionis saluciarum. Item dixit et arbitratus fuit, quod predicti potestas et Capitaneus et quatuor Sapientes predicti et maiores et jurati per quos Civitas regitur Ast absolvant Robaldum de brayda ab omni pena quecumque illa esset et banno quam seu quod incidissent adversus comune astense seu ipsi comuni, et de qualibet condemnatione facta in eum et de qualibet pena imposita et de quolibet

danno dato comuni per eum si quod dedisset, seu iniuria si quam fecisset comuni predicto et qualibet pena quam incidisset aliqua causa seu occasione, et ipsum Robaldum restituant primevo statui et civitatem Ast, hoc est quod sit civis Ast et eum pro cive reputent sicut umquam fuit quamvis vasallus sit et permaneat et permanebit domini Marchionis saluciarum et eum insolidum restituant. Item dixit et arbitratus fuit, quod predicti potestas Capitaneus et quatuor sapientes nomine et a parte comunis Ast et ipsum comune, et Rectores societatis et maiores et jurati per quos civitas astensis regitur ex una parte et dominus Marchio saluciarum seu eius procurator pro eo ex altera, Societatem et confederationem cum eo faciant ad invicem perpetuo duraturam, pactis modis et condicionibus infrascriptis, Et que aliax arbitratus fuerit arbitrator predictus. Et primo dixit et arbitratus fuit, quod Comune Ast debeat dare ipsi Marchioni Salucearum omni die et pro qualibet die usque ad duos menses pro tenendis equitatoribus seu militibus libras xxxv astenses, quam pecuniam eis solvere debeat dictum comune in salucijs, usque ad xv dies postquam reddierit Ast. Item quod comune predictum tenere debeat ipsi domino Marchioni, centum quinquaginta equitatores cum equis munitos cum expensis dicti comunis spacio duorum mensium conputandorum a die prima qua exercitus ast extra exiverit terram quam tenet dominus Rex Scicilie et dominus Marchio saluciarum. Qui equitatores cl stent continue spacio dictorum duorum mensium in pedemonte vel moyralio in terra comunis astensis, vel in terra dicti domini Marchionis ubi voluerit dictus dominus Marchio saluciarum et eius preceptis obediant. Item quod comune predictum ast juvet et adiutorium det ipsi domino Marchioni saluciarum ad guerram faciendam et ad defendendum terram ipsius domini Marchionis et ipsorum de Ast secundum quod dixerit et arbitratus fuerit predictus arbitrator. Que quidem arbitramenta facere possit sicut et quando et quociens et ubi voluerit semel et pluries et quociens opus fuerit, vel ei placuerit et modis et formis et pactis et condicionibus quibus voluerit.

Item quod quocienscumque opus esset ipsi domino Marchioni saluciarum auxilio comunis ast, et ipse Marchio requisiverit ipsum comune seu potestatem Ast pro ipso comuni, per se vel per alium, quod dictum comune toto suo posse juvet ipsum dominum Marchionem et homines eius ad defendendum terram ipsius domini Marchionis et terram ipsorum Astensium et complicium eorum et ad guerram faciendam vivam contra dominum Regem scicilie homines et complices ipsius et predicta omnia et singula facere teneatur dictum comune dum guerra durabit inter ipsos Astenses et ipsum Marchionem saluciarum ex una parte, et dominum Regem scizilie et homines et complices ipsius ex altera. Item quod comune predictum Potestas Capitaneus et Rectores societatum, Sindici seu administratores civitatis ast, et maiores et jurati per quos civitas astensis regitur, seu aliqua societas seu aliqua villa seu homines alicuius ville que sit sub jurisdicione civitatis astensis non debeant facere pacem seu treuguam cum domino Rege scizilie seu cum hominibus eius vel cum aliquo alio nomine ipsius absque consilio et voluntate habita et obtenta dicti domini Marchionis saluciarum et quod non facient suam condicionem meliorem quam dicti domini Marchionis saluciarum. Et quod non facient pacem vel treuguam seu inducias aliquas in qua ipse dominus Marchio non esset et equa condicione et sub eisdem pactis. Item quod dum guerra predicta durabit Comune Ast guerram vivam debeat facere

suo posse toto contra ipsum dominum Regem et homines et complices eius et adherentes ei. Item quod teneatur comune Ast quod si contingeret quod universitas ast, vel aliquis seu aliqui de civitate Ast, vel de districtu, caperet acciperet seu occuparet aliquam rem detentam per inimicos vel inimicum dicti comunis Ast vel dicti domini Marchionis, scilicet Castrum et villam et jurisdicionem alicuius ville et hominum vel alicuius juris, ques (sic) res fuisset dicti domini Marchionis saluciarum vel patris ipsius vel antecessorum suorum vel juris eorum fuisset seu vassallorum alicuius ipsorum qui eam teneret ab ipso domino Marchione vel ab aliquo antecessorum suorum vel ad manus ipsius comunis vel aliquorum seu alicuius de comuni deveniret vel potestatem haberet restituendi, quod ipsum comune ipsam restituat ipsi domino Marchioni infra dies octo postquam denunciatum esset per ipsum dominum Marchionem vel alium nomine ipsius potestatis astensis, vel comuni seu consulibus vel administratoribus civitatis ast. Item quod comune predictum juvet toto posse tractet et curet quod ipsum comune et quilibet de ipso comuni hoc faciat et juvet ipsum dominum Marchionem ad recuperanda jura ipsius, et bona et res ipsius domini Marchionis quecumque illa et ille sint et quocumque nomine censeantur et quicumque sit qui eas teneat citra padum qui sit inimicus comunis ast vel dicti domini Marchionis saluciarum et defendent ipsum dominum Marchionem, et res et bona sua et hominum suorum toto posse. Item dixit et arbitratus fuit Arbitrator predictus quod predictus Marchio saluciarum juvet et adiutorium det comuni astensi ad guerram faciendam et ad defendendam terram ipsius comunis et ipsius Marchionis secundum quod dixerit et arbitratus fuerit Arbitrator predictus. Que quidem Arbitramenta facere possit sicut et quando et quociens et ubi voluerit semel et pluries et quociens opus fuerit vel ei placuerit et modis et formis et pactis et condicionibus quibus voluerit. Item quod quocienscumque opus esset comuni astensi auxilio Marchionis saluciarum et ipsum comune requisiverit ipsum Marchionem per se vel per alium, dictus Marchio saluciarum toto suo posse juvet dictum comune et homines de ast ad defendendum terram ipsius comunis et terram eiusdem Marchionis et complicium eorum et ad guerram faciendam vivam contra Regem Scicilie et homines et complices ipsius. Et predicta omnia facere teneatur dictus Marchio Saluciarum dum guerra durabit inter ipsum Marchionem Saluciarum, et ipsos astenses ex una parte, et dominum Regem Scicilie et homines et complices ipsius ex altera. Item quod predictus marchio saluciarum seu procurator ipsius, seu aliqua societas seu aliqua villa, seu homines alicuius ville que sit sub jurisdicione ipsius domini Marchionis non debeat facere pacem seu treuguam cum domino Rege Scicilie seu cum hominibus eius vel aliquo alio nomine ipsius absque consilio et voluntate habita et obtenta dicti comunis et quod non facient meliorem suam condicionem quam comunis astensis, Et quod non facient pacem vel treuguas seu inducias aliquas in qua ipsum comune non esset et equa condicione, et sub eisdem pactis. Item quod dum guerra durabit predicta, dominus Marchio vivam guerram debeat facere suo posse toto contra ipsum dominum Regem et homines et complices ipsius et adherentes ei.

Item quod teneatur dictus Marchio saluciarum, quod si contingeret quod ipse vel aliquis seu aliqui de terra vel districtu suo, caperet acciperet seu occuparet aliquam rem detentam per inimicos vel inimicum ipsius Marchionis vel comunis ast silicet Castrum villam et jurisdicionem alicuius ville et hominum, vel alicuius juris, que

quidem res fuisset dicti comunis vel Juris eorum vel vasallorum ipsius comunis, qui eam teneret ab ipso comuni vel ad manus ipsius Marchionis vel aliquorum seu alicuius de terra ipsius Marchionis deveniret vel potestatem haberet restituendi, quod ipse Marchio ipsam restituat ipsi comuni infra dies octo postquam denunciatum esset per ipsum comune vel alium nomine ipsius comunis Marchioni predicto. Item quod ipse Marchio juvet toto posse tractet et curet quod ipse et quilibet de sua terra hoc faciat et juvet ipsum comune ad recuperanda jura ipsius comunis et bona et res ipsius comunis quecumque illa et ille sint et quocumque nomine censeantur et quicumque sit qui eas teneat citra padum qui sit inimicus comunis ast vel dicti domini Marchionis et defendet ipsum comune et res et bona sua et hominum de ast toto posse. Item dixit et arbitratus fuit, quod exercitus astensis adhuc stet super terram inimicorum sicut est cum complicibus et adherentibus ei per totum presentem mensem Jullij ubi voluerit dominus Marchio saluciarum. Item quod predicti Potestas, Capitaneus et Rectores societatum in pleno consilio Ast, et quilibet de universitate predicta seu comune Ast presens in publica contione, et trecentum de alijs qui presentes non essent in contione quos eligeret dominus Marchio saluciarum seu eius procurator jurent et corporaliter omnia et singula et omnia et singula que arbitratus adhuc fuerit Arbitrator predictus attendere et non contravenire aliqua causa casu occaxione vel ingenio. Item quod quocienscumque mutabitur potestas Capitaneus et rectores societatum sindici maiores, per quos Civitas Ast regitur, quod successores debeant et teneantur predicta omnia et singula et ea que adhuc arbitratus fuerit Arbitrator predictus jurare attendere et ut attendantur dare operam cum effectu suo posse quod quilibet potestas Capitaneus et Rectores societatum faciant jurare suos successores attendere et attendi facere perpetuo, Et hoc jurent in principio sui regiminis. Et quod dabunt operam quod quilibet de Ast et de districtu omnia et singula et pronunciata per ipsum Arbitratorem et que adhuc pronunciabuntur attendent et observabunt, et attendentur, et observabuntur. Item quod eodem modo firmetur et juretur per Capitaneum populi et Consilium populi et ipsum populum et per Rectores societatum militum. Item quod potestas et Capitaneus et quatuor sapientes predicti et maiores per quos civitas regitur et comune ponant in statuto suo compromissum predictum et pronunciata predicta et ea que adhuc pronunciabuntur et observent pro statuto preciso. Item quod quodlibet statutum factum faciendum quodcumque illud sit et quecumque verba contineantur ibidem quantumcumque sit precisum per quod possit contra predicta vel alias pronuncianda veniri vel aliquod predictorum non valeat sed sit irritum ipso jure, et potestas et Capitaneus et predicti quatuor sapientes, et maiores et jurati per quos civitas regitur et ipsum comune illud quantum ad hoc de suis capitularibus cassent illud vel simile, vel aliquid aliud per quod contra predicta vel aliquod predictorum seu aliquid adhuc pronunciandorum venire possit, numquam decetero recepturi facturi seu statutari, et quod non faciant aliquid per quod possit veniri contra pronunciatum vel pronunciandum principaliter directo vel per obliquum aliqua alia via vel colore quesito seu aliqua fraude vel de jure vel de facto, Et quod super hoc non impetrent vel impetret Comune astense seu aliquis de ast aliquod rescriptum privilegium indulgentiam seu absolutionem a domino pappa seu ab imperatore seu aliqua alia persona ecclesiastica

vel seculari cuiuscumque dignitatis status vel condicionis esset vel cuiuscumque officij. Item dixit et arbitratus fuit quod predictus Marchio saluciarum non faciat aliquid per quod possit veniri contra pronunciatum vel pronunciandum principaliter directo vel per obliquum, aliqua via vel colore quesito vel aliqua fraude vel de jure vel de facto, Et quod super hoc non impetret ipse vel aliquis de terra sua aliquod rescriptum privilegium indulgentiam seu absolutionem a domino Papa seu Imperatore seu aliqua alia persona ecclesiastica vel seculari cuiuscumque dignitatis status vel condicionis esset vel cuiuscumque officij. Item dixit et pronunciavit quod potestas predictus et capitaneus et quatuor sapientes predicti, et Comune Ast, et maiores et jurati per quos Civitas regitur, debeant etiam ydonee curare ipsi domino Marchioni saluciarum seu eius procuratori eius nomine recipienti per comune cari, et quod curent et faciant quod ipsum comune sicut melius et de jure fieri potest se obliget pro comuni ast et singulis de ast et de districtu et pro ipso potestate et Capitaneo et quatuor sapientibus, apud ipsum dominum Marchionem saluciarum seu procuratorem ipsius nomine ipsius recipientem pro predictis omnibus et singulis attendendis et hijs que pronunciabuntur per eundem Arbitratorem, pro pena predicta et comune carij curet et faciat quod comune ast et quilibet de districtu et civitate ast omnia et singula pronunciata et pronuncianda per ipsum arbitratorem, attendet et observabit et potestas Carij et maiores per quos locus Carij regitur, et quilibet de Cario in publica contione presentes et Centum de alijs qui presentes non erant, quos dictus Marchio saluciarum elligeret seu eius procurator promittant et jurent ipsi domino Marchioni vel eius procuratori nomine eius recipienti curare et facere quod comune et singuli de ast et de districtu omnia predicta et singula attendent et observabunt, et ea que adhuc pronunciabuntur per ipsum arbitratorem et quod non contravenient aliquo casu vel ingenio, Et si contraveniret de jure vel de facto, vel venire attemptarent principaliter vel per obliquum aliqua via vel colore quesito, quod dictum comune Carij quociens contra fieret ipsi domino Marchioni daret et solveret duo milia marchos argenti, Et de hoc et quolibet predictorum obliget se comune Carij per viam juris ipsi domino Marchioni saluciarum seu procuratori eius pro eo recipienti, et bona ipsius comuuis obligent. Item dixit et pronunciavit quod predictus Marchio saluciarum debeat etiam ydonee cavere comuni ast seu eius Sindico nomine ipsius comunis recipienti pro comune Carij, et quod curet et faciat quod ipsum comune sicut melius et de jure fieri potest se obliget et pro ipso Marchione et singulis de terra sua et de districtu apud dictum comune Ast seu Sindicum ipsius comunis recipientem pro predictis omnibus et singulis attendendis et hijs que pronunciabuntur per ipsum arbitratorem et pro pena predicta, et quod comune Carij curet et faciat, quod predictus Marchio saluciarum omnia et singula pronunciata et pronuncianda per ipsum arbitratorem et quilibet de terra et districtu ipsius domini Marchionis attendet et observabit, Et potestas Carij et maiores per quos locus carij regitur et quilibet de Cario in publica contione presentes et Centum de alijs qui presentes non erunt, quos comune ast vel eius sindicus eligeret promittant et jurent ipsi comuni vel eius sindico nomine ipsius recipienti curare et facere quod Marchio saluciarum predictus et singuli de terra sua et de districtu, omnia predicta et singula attendent et observabunt et ea que adhuc pronunciabuntur per ipsum arbitratorem et quod non contravenient aliquo casu vel ingenio et si

contravenirent de Jure vel de facto vel venire attentarent principaliter vel per obliquum, aliqua via vel colore quesito, quod dictum Comune Carij quociens contra fecerit ipsi comuni Ast daret et solveret duo millia marchos argenti, Et de hoc et quolibet predictorum obliget se comuni carij per viam iuris ipsi comuni ast seu eius Sindico pro ipso comuni recipienti et bona ipsius comunis Carij obligent. Item dixit et pronunciavit et arbitratus fuit, quod predicti potestas capitaneus et quatuor sapientes predicti predicta omnia et singula faciant confirmari per Consilium astense et Arengum qui sunt in exercitu de Ast et de civitate vel districtu. Et quod promittant et jurent ipsi domino Marchioni saluciarum vel procuratori suo nomine ipsius Marchionis recipienti et predicta omnia attendere et observare et attendi et observari facere, et hoc faciant illi de consilio et arengo qui sunt in exercitu infra duos dies proximos. Item dixit et pronunciavit, quod ipse potestas et Capitaneus et dicti quatuor curent et faciant quod ipsum comune aste faciat quod predicta omnia confirmentur in civitate ast, Et quod ipse potestas et Capitaneus et Rectores societatum et maiores et jurati, per quos civitas regitur Convocato et congregato consilio more solito confirment predicta nomine et a parte comunis ast et sindicum constituant, cui potestatem plenam dent a parte comunis Ast qui potestatem habeat predicta omnia ratificandi perficiendi et complendi et rite secundum jus ordinetur sindicus et concedatur ei potestas predicta. Qui sindicus predicta omnia et singula confirmet, et Potestas Capitaneus et Rectores societatum et maiores et jurati per quos Civitas regitur omnia et singula predicta perficiant et perfici faciant infra quindecim dies postquam exercitus revenerit ast. Item quod universitas ast contione facta per se vel per aliquem electum ad hoc ab universitate predicta omnia confirmet et se obliget ipsi domino Marchioni seu procuratori eius nomine recipienti pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et de pena predicta illi scilicet qui aliax non juraverunt predicta attendere, Et hoc fiat infra quindecim dies postquam exercitus astensis revenerit ast. Item dixit et arbitratus fuit quod potestas et capitaneus et quatuor Sapientes predicti et maiores et Jurati per quos civitas aste regitur, et ipsum comune ast curent et faciant quod comune Carij se obliget pro comuni ast et pro quolibet de comuni et districtu ast et pro potestate Capitaneo et quatuor sapientibus et bona comunis Carij pro predictis omnibus attendendis et singulis et pro pena predicta, et sicut supra pronunciatum est Et secundum pronunciationem predictam in omnibus et singulis usque ad sex edomadas computandos a die qua exercitus Ast revenerit ast. Item dixit et arbitratus fuit, quod predictus Marchio saluciarum faciat et curet quod comune Carij se obliget pro ipso Marchione et pro quolibet de terra et districtu suo et bona comunis carij pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et pena predicta et sicut supra pronunciatum est et secundum pronunciationem predictam in omnibus et singulis usque ad sex edomadas conputandas a die qua exercitus Ast revenerit Ast. Item dixit et pronunciavit dictus Arbitrator quod dictus dominus Marchio saluciarum sit et esse debeat cum sua bandera in exercitu astensi ad guerram incipiendam et faciendam inimicis comunis astensis usque ad diem martis proxime venientem. Que omnia et singula Arbitrator predictus precepit attendi et observari, In pena et sub pena compromissi, que pena tociens comitatur et possit exigi cum effectu quociens contra factum fuerit rato manente arbitramento. Que omnia et singula supradicta potestas et Capitaneus et quatuor Sapientes

nomine et vice comunis astensis laudantes approbantes et ratificantes, fecerunt pactum de non petendo remissionem et absolutionem omnimodam dicto domino Marchioni saluciarum, de dicto Castro villa jurisdicione et redditibus Revelli tam de proprietate quam de possessione vel quasi et de omni jure si quod universitas predicta habebat in rebus predictis, vel habere videbatur, et de pena si quam incidisset capiendo violenter Castrum predictum et villam, quod pactum predicti omnes asserunt esse utilitatem comunis astensis. Et promiserunt predictum de non petendo et dictas pronunciationes, omnes et singulas et omnia alia et singula suprascripta nomine et vice comunis astensis et cuiuslibet de ast et de districtu ast attendere et observare et attendi et observari facere, Et contra predicta non venire vel aliquod predictorum, et tactis scripturis corporaliter ad sancta dei evangelia juraverunt. Insuper dicti dominus Marchio saluciarum ratificando et approbando suo et predictorum nomine predictas pronunciationes omnes et singulas et omnia alia et singula suprascripta promisit suo nomine et nomine cuiuslibet de terra sua et de districtu suo attendere et observare et attendi et observari facere et contra predicta non venire vel aliquod predictorum et tactis scripturis corporaliter ad sancta dei evangelia juraverunt Et de predictis omnibus dictus arbitrator et dicte partes michi Guielmo de gilio notario et Manfredo machario et Gandiglono notario unum et plura eiusdem tenoris iusserunt fieri instrumenta.

593. *De societate et confederatione facta occasione dicti pronunciamenti prout inferius continetur.* 1275. 21 Julij.

Item Eodem Anno et indictione. Die Dominico vigesimo primo Jullij. In terratorio Saluciarum, In quodam prato presentibus domino Nanno marchione Ceve, domino Raynaldo de concoregio judice, domino Bernerio de beaquis judice, domino Antonio de romagnano, domino Conrado de costeglolis, Oberto de costeglolis, Guielmo de quiliano Manfredo enganna, et Guillelmo enganna de bargijs testibus ad hoc vocatis. In quorum presentia predicte partes volentes predictam pronunciationem laudationem et sententiam habere ratam et firmam perpetuo, fecerunt ad invicem societatem et confederationem perpetuo duraturam, pactis modis et condicionibus, que superius In dicta pronunciatione seu pronunciationibus laudamento sententia vel sentencijs continetur promittentes dicte partes sibi ad invicem predictam societatem et confederationem perpetuo habere ratam et firmam et ipsam attendere et observare et attendi et observari facere. Et insuper predicti Potestas Capitaneus et quatuor Sapientes nomine et vice comunis astensis et eorum nomine promiserunt se facturos et curaturos quod comune astense et universitas ast et omnes de districtu ast, predictam sententiam et confederationem ratam et firmam habebunt et tenebunt perpetuo. Et eodem modo predictus Marchio promisit se facturum, et curaturum, Quod ipse et omnes vasalli et homines de terra et de districtu ipsius, predictam sententiam et confederationem ratam et firmam habebunt et tenebunt perpetuo. Et ita omnes suprascripti omnia et singula suprascripta, tactis sacrosanctis evangelijs juraverunt corporaliter attendere et observare et contra predicta vel aliquod predictorum non venire.

Ego Guilelmus de gillio notarius palatinus omnia predicta scripsi.

LXXXIX. De Monte natali.

594. *De Citaniatico Bonefacij, Uberti et Guielmi fratrum de Monte natali.* 1198. 26 Julij.

Anno domini Millesimo centesimo nonagesimo octavo indictione prima. Die dominico septimo kal. Augusti presentia infrascriptorum testium, dominus Albertus de fontana potestas astensis consilio credentie per campanam congregate, ut fuit confessus fecit cartam donationis a parte comunis Astensis in manibus Bonefacij de Monte natali et Uberti et Guielmi fratrum ipsius ut ipsi eorumque heredes a modo sint cives Astenses imperpetuum, dando fodrum de libris decem astensibus quociens Civitas ad fodrum venerit et faciendo mores et consuetudines civitatis astensis sicut alij cives astenses, Et faciendo exercitus et itinera et succursus et pacem et guerram per se et per eorum homines quandocumque et cuicumque Astenses voluerint, nec debent vetare eorum Castella astensibus pro comuni nec pro diviso quin faciant inde guerram et pacem cuicumque voluerint, et ipsi cum Astensibus et sine Astensibus debent inde facere pacem et guerram cuicumque Astenses voluerint Et debent salvare et custodire homines de aste pro comuni et pro diviso ubicumque pro comuni et pro diviso et in eorum terram bona fide. Et hoc totum ut supra legitur, predictus Bonefacius et Ubertus et Guielmus fratres eius promiserunt domino Alberto de fontana potestati ad partem comunis stipulanti et juraverunt supra dei evangelia attendere bona fide. Actum urbe aste in ecclesia sancte Marie de domate. Testes Obertus de ripa, Rogerius frater eius, Ruffinus de gorzano, Nazarius confanonerius, Raynerius de corsembrando, Nicolaus gardinus et Guielmus silvaticus.

Et Jacobus boviculus notarius scripsit.

595. *De quadam protestatione et oblatione prout inferius continetur.* 1220. 12 Maij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo indictione octava die Martis duodecimo intrantis Madij. Ante presentiam domini Jacobi Taurinensis episcopi et domini Regis vicarij, et domini Jacobi astensis episcopi, Existens Girardus Josbertus sindicus comunis astensis, In causa quam comune de aste habet cum domino Astensi episcopo, vice et nomine comunis astensis dixit ipsi astensi episcopo quod paratus erat pro comuni astensi stare juri ipsi Episcopo, sub examine Taurinensis episcopi, et vicarij domini Regis, de toto eo de quo conquerebatur de comuni astensi et conqueri vellet et libellum ipsi Episcopo astensi, dictus Girardus pro comuni astensi postulavit. Item postulavit ab eodem Episcopo astensi ut cum paratus esset stare juri pro comuni ipsi Episcopo, Civitatem astensem absolveret et absolvi faceret ab intradicto, quo civitas astensis erat astricta alioquin ad summum pontificem inde appellavit. Item appellavit ab omni gravamine quod ipse Astensis episcopus Civitati astensi facere vellet Illud idem in omnibus et per omnia, dominus lafranchus de muzzo potestas astensis ibidem pro comuni astensi dixit et protestatus fuit. Actum Aste in claustro de dom. Interfuerunt testes, dominus Ardicio cariensis prepositus dominus Millo Taurinensis Cantor, dominus Ardicio de cortasono, Jacobus de rohata, Johanes capellanus Johanes asinarius, dominus Ubertus de gorgiano.

Et Gandulfus donaschus notarius cartam scripsit.

596. *De mercato bovum.* 1197. 29 Novembris.

Anno domini Millesimo centesimo Nonagesimo septimo indictione quintadecima, Die sabati tercio kal. decembris. De lite que vertebatur inter homines de Aste de mercato bovum, Ego Albertus de fontana potestas astensis non per sentenciam nec per convenientiam sed per concordiam, quia inde sacramento tenebar, Dico in dei nomine, ut ab hac die inantea mercatum bovum fiat in aste, a volta Gardinorum supra per medietatem anni, Et a volta Gardinorum infra per aliam medietatem, Et ut nunc primo incipiatur, a volta Gardinorum infra. Actum in obsidione noni in domo Guidonis robe. Testes henricus soldanus, Otto monachus, Saracenus de platea, Guielmus circhavadum Rollandus zuchus, Cumbertus de calvenzano, et Filipus de fornace.

Et Jacobus boviculus notarius cartam scripsit.

597. *De apprehensione possessionis facta per comune astense, de tota insula et glarea.* 1222. 13 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo secundo indictione decima, die Jovis terciodecimo intrantis octubris, presentia testium, dominus Guiscardus miles domini Guidonis de landriano potestatis astensis et vicarij comunis astensis scilicet ypolitus ypolitorum et Ruffinus bozius nomine comunis astensis et a parte comunis astensis ceperunt, corporalem possesionem et intraverunt in possesionem de tota insula et glarea, cum omnibus moltis et pertinentibus, et que est inter Sparoarias et sanctum Martinum et que est inter duos tanagros, Et eo modo quod Commune astense eam teneat et possideat, et de ea deinceps faciat quicquid voluerit. Actum in dicta Glarea. Testes Bertolotus nuncius communis, Rollandonus nuncius communis ysacardus scutifer domini Guidonis de landriano, Rustichellus de Insula et Aycardus dux de Insula.

Et Cunradus de aura notarius cartam inde scripsit.

598. *De quadam appellatione facta per Rollandum de fonte suo nomine et filiorum suorum infrascriptorum prout inferius continetur.* 1203. 5 Octobris [1].

Anno domini, Millesimo ducentesimo tercio, Indictione sexta mense octubre, Die dominico quinto intrante octubri. In quodam scripto sic continetur. Ego Rollandus de fonte meo nomine et nomine filiorum meorum videlicet Viviani, Robaldi et Petri, sentiens me et ipsos esse gravatos, per sententiam seu pronunciamentum statutum dictum vel ordinatum factum vel factam dictum vel dictam in concione astensi apud domatum in festivitate sancti Michaellis proxime preteriti, que fuit die lune tercio kalendas octubris a Vobis domino lantelmo [2] de landriano potestate astensi, super libris mille sexcentum quadraginta astensibus ad imperatorem qui nunc est vel futurus est, seu ad ipsum Imperatorem, Rome per me et per predictos filios meos, apello in scriptis, et apostolos seu litteras dimissorias instanter peto pro me et pro filijs meis et postulo. Datus est iste libellus appelationis per manus Robe scharampi [3], qui constitutus est procurator [4] a Rollando de fonte et a filijs suis.

[1] Huius appellationis instrumentum ex hoc ipso Codice transcripsit ediditque J. Ficker *Urkunden zur Reichs-und Rechtsgeschichte Italiens* pars IV. pag. 261. N. 209. — [2] l. c. *Lantellino.* — [3] *Robescharampi.* — [4] *pro curatore.*

599. *De pace fine et refutatione facta versus comune Astense per Vivianum de fonte et fratrem ejus prout infra continetur.* 1216. 2 Januarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo sextodecimo indictione quarta. Die sabati secundo intrantis Januarij, presentia infrascriptorum testium, Vivianus de fonte et frater ejus Robaldus fecerunt pacem et finem et refutationem et pactum de non petendo in manibus domini Oberti buccafolli potestatis astensis, nomine comunis astensis, de omni jure et actione et petitione, et persecutione reali et personali utili et directa que vel quas habebant, vel exigere poterant, movere intentare, excipere et replicare contra comune de aste, vel res comunis civitatis astensis, promittentes sepedicto domino Uberto potestati astensi nomine comunis, quod ipsum comune non appelabunt, nec convenient nec molestabunt aliquo tempore vel aliquo modo sub aliquo ingenio per se se neque per suos heredes, vel per aliam personam submissam et specialiter de sententia lata a domino Ottone de Canellis, Et de privilegio domini Ottonis et de cartis possessionum, et de sentencijs domini Cunradi quondam Castellani noni, et de omnibus alijs cartis seu instrumentis que habebant, et que sponte dicto domino uberto potestati astensi restituerunt vel penes se retinuerunt Ut omnia predicta instrumenta sint cassa et inutilia et vacua contra comune astense. Insuper predictus vivianus et Robaldus, ratum habuerunt mandatum seu arbitrium vel arbitrationem quod vel quam dixit vel pronunciavit predictus dominus Ubertus buccafollus potestas astensis in cujus bona mercede se posuerant vel miserant predicti Vivianus et Robaldus, Preterea promiserunt predicto domino Uberto nomine comunis astensis quod non dederant vel cesserant vel mandaverant, vel aliquo modo alienaverant predicta vel aliquod predictorum, Quod si fecissent et comune astense damnum, aliquod substineret causa vel judicio seu aliquo alio modo, promiserunt domino Uberto nomine communis astensis restituere Et pro hijs omnibus observandis et complendis, universa sua bona presentia et futura, prenominato domino Uberto nomine communis astensis pignori obligaverunt. Interfuerunt testes rogati dominus Ruffinus buccanigra, Barocius philipinus, Guilelmus de castellario, Guilelmus crivellus, Berardus de serra, Ruffinus de riva Bonefacius calvus et multi alij. Actum in Urbe de aste in porticu communis astensis.

Ego Gandulfus de fossato notarius inde cartam scripsi.

600. *De Juramento Citaniatici et fidelitatis facto per dominum Guielmum pilosum versus comune astense.* 1224. 17 Junij [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, Die lune septimo decimo intrante Junio presentia testium subscriptorum, dominus Guielmus pillosus, Juravit et promisit domino Pagano de petra sancta potestati astensi nomine et vice [2] communis stare mandatis et preceptis ipsius potestatis nomine et vice communis astensis, Et attendere et observare et adimplere omnia precepta, que ipse Paganus potestas fecerit et [3] dixerit ei uno tempore vel diversis temporibus, de fodro [4]

[1] Instrumentum hoc adhuc exstat in Fragm. Taurin. Codicis Ogerii Alferii fol. CCCVI., estque in *Monum. Hist. Pat. Chart.* II. col. 1320. ex eodem Fragmento transcriptum. Lectiones varias utriusque cum nostro collati hic afferemus. — [2] Fragm. addit *astensis.* — [3] Fragm. *vel.* — [4] Mon. *facto.*

et super facto fodri et citaniatici [1] secundum partem que eum contingerit, Et quod dabit operam efficacem modis omnibus quibus poterit quod omnes alij sui consortes qui hic non nominantur veniant et stent mandato ipsius potestatis de hijs hominibus [2] et pro hijs omnibus, In omnibus et per omnia de quibus alij fecerunt promissionem et securitatem prout in cartis a me Guielmo trossello factis continetur, Et pro hijs omnibus omnia bona sua eidem potestati nomine communis pignori obligavit. Actum aste in ecclesia sancti Johanis de domate. In publica credencia. Interfuerunt testes, Sorleonus maronus, et dominus Jordanus [3] marcellinus et Filipus durchus.

Et Guielmus trossellus notarius scripsit [4].

601. *De citaniatico domini Oberti de ripa ut sit civis Astensis.* 1198. 14 Julij [5].

Anno domini Millesimo centesimo Nonagesimo octavo Indictione prima, Die Martis quartodecimo intrantis Jullij presentia Infrascriptorum, dominus Albertus de fontana potestas astensis, Consilio credencie per campanam congregate ut professus fuit, fecit cartam donationis a parte communis astensis, In manu domini Oberti de ripa ut ipse Obertus et sui heredes, a modo sint Cives Astenses imperpetuum dando fodrum in aste de libris centum astensium, quociens astensis civitas ad fodrum venerit, Et faciendo proinde exercitus et cavalcatas et succursus et pacem et guerram pro Astensibus, et ceteras consuetudines Civitatis imperpetuum, nec debet vetare domum suam hominibus de aste guarnitis nec scharitis, quin faciant inde guerram et pacem cuicumque voluerint, et ipse de domo sua debet facere guerram cum ipsis Astensibus et sine ipsis astensibus cuicumque astenses voluerint Et debet salvare et custodire terram astensem, et homines de aste pro communi et pro diviso in personis et in avere ubicumque. Et sic ut supra legitur de fodro solvendo et de omnibus supradictis observandis predictus Obertus de ripa, domino Alberto de fontana ad partem communis astensis stipulanti promisit et sancta [6] dei evangelia juravit attendere salvo Imperatore qui nunc est vel fuerit, et salvo astensi episcopo. Actum Urbe aste in palacio Surleonis de Janua. Testes Bayamondus de platea, Enricus soldanus, Rollandus cazo, Manfredus [7] cavazonus, dotorius de cortandono et Ugo de casasco.

Ego Jacobus boviculus notarius scripsi.

602. *De strata securiter tenenda a civitate ast usque Sagonam.* 1224. 4 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto indictione duodecima, die lune quarto intrantis Marcij presentia testium subscriptorum, dominus Otto de careto marchio promisit domino Pagano de petra sancta potestati astensi, nomine et vice communis astensis et nomine omnium hominum de virtute astensi stipulanti et Bertramo berardengo et Jacobo de castegnolis, et Raymondo de solario consulibus negociatorum astensium suo nomine et nomine omnium aliorum negociatorum quod si aliqua offensa vel robaria, vel damnum daretur vel fieret alicui homini de aste vel

[1] Fragm. *et pene.* — [2] Id. *omnibus.* — [3] Id. *johannes.* — [4] Id. addit *Et est in libro veteri in folio* XXVIIII°.

[5] Instrumentum hoc iterum occurrit in quarta Codicis parte; quapropter servata tantum inscriptione suo loco ad N. 800, hic lectiones varias afferemus. — [6] *supra.* — [7] *Mainfredus.*

de virtute astensi in avere vel in persona ab Aste usque Sagonam per totam terram ipsius domini Ottonis et domini henrici fratris sui, eundo vel redeundo per stratam qua itur ab Aste usque Sagonam ab eis vel ab aliqua alia persona, Quod ipse dominus Otto illud damnum et robariam vel offensam, Restituet et resarcibit illi vel illis, Cui vel quibus damnum ve robaria vel offensa factum vel datum seu facta vel data fuerit, Et hoc infra unum mensem postquam hoc factum fuerit, et promisit salvare et custodire omnes homines de aste et de virtute astensi et res eorum eundo et redeundo per dictam stratam. Item promisit quod si accideret quod dominus henricus de careto vel alius pro eo vel homines eorum, vel aliquis de eorum parte aliquam offensam seu damnum vel robariam daret vel faceret, alicui homini de aste vel de virtute astensi, vel in rebus ipsorum per dictam stratam eunti vel redeunti, sive in eorum terra sive in aliena promisit illud damnum et robariam restituere et resarcire ad eundem terminum et eodem modo et eadem forma ut superius dictum est. Et hec omnia promisit attendere et observare in omnibus et per omnia, pro quibus omnibus supradictis Ipse dominus Otto omnia bona sua dicto potestati nomine et vice communis astensis et hominum omnium astensium et de virtute astensi et predictis consulibus suo nomine et nomine aliorum negociatorum pignori obligavit, Et hec omnia facta sunt salvis pactis et conventis factis et habitis olim inter ipsum dominum Ottonem et dominum henricum fratrem ejus et commune astense super facto predicte strate eo salvo, quod propter hoc de hijs que in hoc continentur instrumento nichil diminuatur vel cassetur, salvo eo quod si ipse dominus Otto denunciaverit potestati astensi, nomine communis astensis et Consulibus negociatorum ne homines de aste et de virtute astensi per dictam stratam vadant et postquam facta fuerit denunciatio post unum mensem iverint, et post illum mensem aliquod malum acciderit, quod de hac promissione non teneatur quoad illud malum. Hujus autem tenoris plura sunt fieri instrumenta quorum unum silicet illud est communis astensis. Actum Aste in domo Jacobi calcanei et nepotis, Testes interfuerunt dominus Guilelmus cacayranus et Berardus cassanus et Petrus rotarius et Abbas zinceglanus, et dominus Jordanus marcellinus de mediolano et dominus Bocacius brema et Otto de poblice.

Et ego Guielmus trossellus notarius palatinus interfui et sic scripsi.

603. *De pactione et concordia facta inter comune Astense pro una parte, Et ominum henricum marchionem Sagone pro altera.* 1213. 27 Februarij.

Anno domini, Millesimo ducentesimo Nonodecimo indictione septima. In nomine domini, hec est forma pactionis et concordie, quam fecerunt inter se se, dominus Resonatus zazius potestas astensis, nomine et vice communis astensis ab una parte, et dominus henricus marchio sagone ab altera parte, dominus henricus marchio sagone promisit domino Resonato zazio potestati astensi nomine et vice ipsius communis astensis quod guerram incipit communi Albensi infra dies octo, postquam comune de aste communi Albensi guerram inceperit, et de dicta guerra dictum comune albense et homines albe, et albensis districtus guerizabit, per se et per suos homines, et de tota sua terra, bona fide et sine fraude et de guerra illa non faciet pacem nec treuguam vel guerram recreutam sub aliqua fraude vel aliquo ingenio nec aliquo alio modo cessabit a guarizando de dicta guerra sine voluntate et consensu communis astensis.

Finita dicta guerra de consensu, parcium, vel si ad presens guerra non inciperetur si albenses guerram inciperint comuni astensi eodem modo promisit ut supra in omnibus et per omnia. Post predictam guerram si comune astense guerram inceperit comuni Albensi de consensu domini henrici, predictus dominus henricus promisit ut supra, si comune astense stratas et vias defenderet hominibus albe et eius districtus suo posse per terram suam infra octo dies ex quo sibi pro comuni astensi fuerit denunciatum , nec postea restituere donec commune astense ea albensibus restituerit. Hec autem promisit attendere et observare contra commune albense et homines albensis districtus solummodo et non contra aliquam aliam personam. Item promisit predicto domino Resonato potestati nomine et vice communis astensis quod in aliqua terra sua non levabit nec capiet, nec levari nec capi permittere, nec cum sua voluntate levabitur nec capietur aliquod novum vel inconsuetum pedagium, vel toltam vel aliquam supra positam super homines de aste et de virtute astensi. E converso dominus Resonatus potestas astensium, nomine et vice communis de aste promisit predicto domino henrico marchioni Sagone, de guerra illa quam comune astense incipiet comuni albensi guerrezzare de tota terra sua et de hominibus de aste et tocius eorum districtus, Comune et homines albenses et eorum districtus, bona fide et sine fraude et de illa guerra non faciet pacem vel treuguam recreutam sub aliqua fraude vel aliquo ingenio nec aliquo alio modo cessabit a guerezzando de dicta guerra sine voluntate et consensu ipsius domini henrici, finita predicta guerra de consensu parcium vel si ad presens guerra non Inciperetur. Si Albenses guerram inceperint ipsi domino henrico, dictus potestas eodem modo promisit ei in omnibus et per omnia ut supra post predictam guerram si dominus henricus stratas et vias deffenderet hominibus albe et eorum districtus suo posse per terram suam et quocienscumque et quandocumque defenderit dictus potestas eidem facere promisit per totam terram suam infra octo dies, ex quo comuni astensi pro domino henrico fuerit denunciatum nec postea restituere, donec dominus henricus eas Albensibus restituerit. Hec autem attendere promisit et observare dictus potestas contra comune albense et homines et districtum Albenses solummodo, et non contra aliam personam. Item promissit dicto domino henrico, quod in aliqua terra sua non levabit nec capiet nec levari nec capi permittet, nec cum sua voluntate levabitur vel capietur aliquod novum et inconsuetum pedagium vel toltam vel aliquam super impositam, super dominum henricum nec super homines terre sue. Hec omnia supradicta dominus Resonatus potestas vice et nomine communis astensis voluntate maioris partis Credencie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte supra dei evangelia juravit propria manu et per stipulationem promisit attendere et observare bona fide et sine fraude et facere jurare potestatem vel consules et post eum in aste intrantes, hoc totum attendere et observare et quod faciet poni in brevi communis speciale capitulum, quod potestas sic teneatur attendere de anno in annum, versa vice predictus dominus henricus marchio sagone, supra dei evangelia juravit manu propria et promisit per stipulationem eidem potestati vice et nomine comunis tocius astensis insolidum omnia supradicta qualiter supra legitur attendere et observare promisit, bona fide et sine fraude. Actum aste die Mercuri tercio kalendas Madij. Testes dominus Otto de careto, Marchio Jordanus de aglano, Jacobus de palatio,

Jacobus de sibona, Ubertus arnaldus, Ruffinus aranchaboschus, Mussus de curia. In publica contione facta in mercato de domate.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et precepto predictorum domini Resonati zacij potestatis et domini henrici marchionis hanc cartam scripsi.

604. *De quodam termino prorogato occaxione guerre vigentis etc. prout inferius continetur.* 1119. (1219). 14 Aprilis.

Anno domini Millesimo Centesimo Nono decimo indictione septima, die dominico xiiii°. intrantis Aprilis coram testibus infrascriptis, dominus Guielmus de summa ripa pro se et fratribus suis et pro illis de domo sua produxit terminum cum sua voluntate domino Resonato zacio potestati astensi nomine comunis astensis de guerra incipienda communi albensi a domo sua et locis comunis usque ad crastinum diem kalendarum Maij, unde predictus potestas nomine comunis astensis requisivit ab eis et eis postulavit et dixit ut ipse Guielmus pro se et pro omnibus de domo sua et Guielmus de montaldo, Bonefacius et Nicolaus de bragida pro se se et pro omnibus de eorum domo sint parati et muniti ad eundem terminum vel antea guerrizandi in simul et comuniter ad diem certum et terminum profitentes omnes predicti, quod nullum maiorem nec longiorem habebant terminum quam predictum supra statutum et Guielmus de summa ripa protestatus fuit quod nullum alium eis dederat et sicut supra legitur statutum est guerram incipere et pro omnibus predictis et pro eorum parte nisi justo dei impedimento remanserit cognito et manifesto a comuni aste supra Domum Rollandi de montemagno. Testes Jacobus de sibona, Ubertus Arnaldus, Cazo, Petrus beccarius, Carogia, Petrus de aracio, Guielmus cacaranus, Guielmus cerrutus, Jacobus de mandra, Albertus de turricella judex papie et alij multi.

Ego Mussus boviculus notarius palatinus interfui et hanc inde cartulam precepto dicti potestatis scripsi.

605. *De quadam pace et concordia facta inter commune Astense pro una parte et dominum Bonefacium de brayda et filios eius ex altera.* 1217. 4 Junij.

In nomine domini Amen. Hec est forma pactionis et concordie quam fecerunt inter se se dominus Henricus advocatus potestas astensis vice et nomine comunis de Aste ab una parte et dominus Bonefacius de brayda et filij eius Ogerius et Grenonus pro se et nomine alterius filij sui Odonis Et henricus de brayda et Nicolaus nepotes predicti Bonefacij, eorum nomine et nomine filiorum quondam Robaldi de bragida, scilicet Uberti et fratrem eius, et Domini de suma ripa hoc est dominus Guielmus, Ruffinus et Conradus, et dominus Guielmus de montealto eorum nomine, et nomine aliorum omnium qui cum eis in hac pactione et concordia cum comuni utilitate comunis astensis et predictorum omnium vel maioris partis esse voluerunt ab altera parte videlicet si hominibus de alba guerra fuerit incepta consilio et voluntate parcium homines de Aste et omnes alij supradicti debent facere guerram vivam hominibus de alba unusquisque a domo sua per se et per suos homines, et de omnibus suis castellis et locis et unus alium pro posse suo debent adiuvare usque in finem et ex illa guerra non fiat pax nec treugua nec guerra recreuta cum albensibus sine consensu et voluntate omnium vel maioris partis, et unusquisque predictorum

debet alium salvare et custodire et defendere et adiuvare in avere et persona in tota sua terra et in toto suo posse ab omni homine. Et si Albenses hominibus de Aste vel alicui predictorum guerram inciperint, unus teneatur alium adiuvare et facere vivam guerram ipsis Albensibus, usque in finem sicut superius continetur infra unum mensem si pars parti denunciaverit, si id quod alicui eorum factum fuerit alteri non possent eidem restitui facere, eo faciente securitatem standi rationi Albensium cui albenses guerram inciperint, nec ex ea guerra facere postea pacem nec treuguam, nec guerram recreutam, sine consilio omnium vel maioris partis. Item unusquisque omnium supradictorum reducere salvare et custodire in avere et in personis et in omnibus suis forcijs et Castellis pro comuni et pro diviso. Item Astenses et omnes alij predicti, non debent facere cum Albensibus conventionem nec societatem nec citaniaticum, nec aliquod pactum nec conventum, nec ex eis per se nec per suos homines poterunt ullo modo accipere sine comuni consilio supradictorum vel maioris partis. Item Astenses et omnes predicti debent vetare et claudere stratas et mercata per se et per suos homines et per totam suam terram Comuni et hominibus de alba et prohibere transeontibus per terram suam, nec portent mercadendiam aliquam ad vendendum ad Albam quindecim diebus post ex quo pars parti denunciaverit, nec stratas nec mercata debeant astenses reddere nec aperire, nec aliquem per suam terram portantem mercandiam nec aliquid ad vendendum transire permittant, sine comuni utilitate omnium predictorum vel maioris partis. Item si ab aliqua alia persona guerra fuerit incohata hominibus de Aste et alijs supradictis, homines de aste et alij supradicti teneantur se se adiuvare de illa guerra vicissim bona fide usque in finem salvis eorum dominis in suo et salvis juratis et juramentis utriusque partis, Ita quod propter hoc quod dicitur salvis dominis juramentis et juratis, Albenses non debeant inteligi nec aliquo modo similiter computari nec exceptari.

Item teneantur unus alteri tenere credentiam si ei dixerit vel mandaverit. Hec omnia predicta iam dictus dominus henricus potestas Astensis, consilio et voluntate tocius credencie per campanam congregate et ore ad os interogate et scripte, vice et nomine comunis ex una parte supra dei evangelia juravit manu propria et promisit attendere et observare et facere jurare potestatem vel consules post eum in aste intrantes hoc totum attendere et observare usque ad decem annos proximos, et tantum plus quantum omnes vel maior pars fuerit in concordia. Insuper Credendarij Astenses, quorum nomina subtus leguntur, juraverunt proprijs manibus dare fortiam et virtutem, consilium et auxilium bona fide et sine fraude, ut omnia supradicta debeant in omnibus observare, et ut insolidum observentur et fiant. Preterea supradicti Bonefacius de brayda et Ogerius et Grenonus filij eius et nepotes ipsius, Enricus et Nicolaus Guielmus de summaripa et fratres eius Ruffinus et Cunradus et Guielmus de montaldo pro alia parte promiserunt eidem potestati nomine comunis et supra dei evangelia juraverunt hoc totum qualiter supra legitur insolidum attendere et observare bona fide et sine fraude usque ad terminum supradictum, et tantum plus quantum omnes vel maior pars fuerit in concordia ut supradictum est. Nomina credendariorum sunt hec, Ubertus palidus, Guielmus rotarius, Otto de quaranta, Bayamondus reoglatus et Guielmus de beccaria, Obertarius culorius, Jordanus de platea, Petrus rotarius, Jacobus miglanus, Jacobus de otta, Robaldus Gardinus, Raymondus palidus, Mascharus

de nantico, Duniotus de beccaria, Ubertinus buttinus, Henricus ginorius et Obertus marutus, Guilelmus ratio, Rollandus cazo, Guielmus silvaticus, Henricus palidus, Germanus trossellus, Guilelmus garetus, Uliverius malcapucius, Obertus faletus, Jacobus roba, Astexanus de polentio, Jacobus de rohat, Bayalardus berardengus, Raymondus de solario, Manfredus bertramus, Raynerius machalupus, Gandulfus lasagna, Raymondus damianus, Baiamondus carocius, Petrus beccarius, Ruffinus de ripa, Ubertus laiolius, Ubertus de arnaldo, Guielmus bertramus, Baialardus grasverdus, Jacobus furbitorius, Jacobus paltronus, Ruffinus gregorius, ypolitus, Manfredus saracenus, Jacobus de mandra, Jacobus curialis, Baiamondus balbus, Jacobus de sancto Johane, Rollandus cacaranus, Jacobus de stoerda, Manfredus cavazonus, Henricus mazochus, Obertus gardinus, Petrus de ayracio. Actum hoc Aste in publica credentia inter ecclesiam sancti Johanis de domate, Interfuerunt testes, Bonefacius crivellus, Rodulfus laiolius, Johannes asinarius, Mussus boviculus, Petrus upia, Manfredus de poncia, Rodulfus de valvis, Vercius de fosato, et alij plures. Anno domini Millesimo ducentesimo decimo septimo indictione quinta, die dominico quarto intrantis Junij, et plures cartas unius tenoris fieri possunt.

Ego Ruffinus aranchaboscus notarius palatinus interfui et iussu predictarum parcium sic scripsi.

606. *De requisitione facta per potestatem astensem a Manfredo de drua, ut fidelitatem faceret comuni Astensi.* 1201. 31 Octobris.

Anno domini Millesimo ducentesimo primo indictione quarta. Die mercurj secundo kalendas Novembris, presentia infrascriptorum testium quorum nomina inferius leguntur, dominus Guido de pirovano astensis potestas, Manfredo de drua fidelitatem quam debet facere comuni de Aste ut eam faceret sibi requisivit. Actum est hoc Aste in domo comunis. Testes fuerunt ibi, Ubertus de platea, Nicolaus gardinus, Albertus de porta, Henricus soldanus, Manfredus de sollario, Guielmus silvaticus, Astexanus de polencio et Robaldus gardinus.

Et ego Otto bassus sacri palacij notarius Interfui rogatus et precepto predicti Guidonis sic scripsi.

607. *De quadam licentia data comuni Astensi prorogandi treuguam prout inferius continetur.* 1208. 13 Marcij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octavo indictione undecima Die Jovis terciodecimo die intrante marcio presentia subscriptorum testium dominus Bonefacius de brayda, Ogerius filius eius, Guielmus de pauca palea, Murutus filius eius, Guielmus pilosus, Ogerius de monte falcono et Nicolaus de montefalcono omnes dederunt parabulam, domino Ruffino georgio potestati astensi pro comuni astensi faciendi et dandi treuguam hominibus de alba usque ad octavam pascatis proximam. Ita tamen quod Albenses eis et amicis eorum in omni loco et in omni parte treuguam tenere debeant per se et per amicos eorum promittentes eidem potestati ut sicut placuerit ei treuguam pro eis predictam ponere, quod ipsi eam firmam tenebunt usque ad predictum terminum. Actum in braia iuxta fossata burgi illius loci. Interfuerunt testes, Anselmus merlus, Bonus iohanes Apoloniorum, Berardus de stoierda.

Ego Thomas notarius palatinus rogatus interfui et scripsi.

608. *De fidelitate facta comuni Astensi per henricum strabum marchionem.* 1171. 11 Marcij.

Anno domini Millesimo centesimo septuagesimo primo indictione quarta. Die iovis undecimo die intrante Marcio Enricus strabo marchio juravit supra dei evangelia juvare astenses ad manutenendum omnem terram de qua sunt saxiti et investiti et de qua se saxirent ratione Et si eam perderent, ad recuperandum juvaret et juvabit eos ad habendam rationem suam illius terre quam peterent rationabiliter et in omni terra et jurisdicione sua manutenebit et custodiet, ac defendet astenses et eorum homines, et pedagium quatuor denariorum Sagone deinceps ab aliquo astensi non accipiet, nec aliud acrescet, et in cruce ferea solummodo pro pedagio denarios octo. Item juravit Ast habitare in anno per unum mensem pro guerra cum decem Militibus et in expeditione stabit cum Astensibus uno mense cum Militibus et peditibus nisi absolto omnium Consulum astensium, tunc existentium aut maioris partis remanserit, et succursus aut juvamen eis faciet bona fide et homines terre sue non accipient cambium ab aliquo astensi nisi a principali debitore aut fideiussore. Item juravit emere domum in Aste mille solidorum, nec aliquo tempore eam vendere nec alienare, nec pignori eam tradere. Item juravit supra dei evangelia juvare Astenses ad habendam graciam imperatoris et eius bonam voluntatem et non dimittet pro epistola nec pro aliquo principe, quin Astenses adiuvet nisi speciali verbo Imperatoris, et si eius preceptum non posset pretermittere ipse faceret eis notum per tantum tempus quod bene posset se munire et custodire, et si discordia apparuerit de predicto conventu post factam querimoniam, infra XL dies debet utraque pars elligere ex parte sua duos viros sub quorum arbitrio inde maneant, et sicut isti quatuor iactaverint sic utraque pars observabit, et semper in capite quinque annorum, ipse Marchio predictus jusiurandum reiterabit, si ei a consulibus Astensibus requisitum fuerit et hoc tantum observabit salva fidelitate Imperatoris que sic inteligatur ut supra dictum est et denotatum, scilicet quod juvabit eos ad habendam gratiam bonamque voluntatem Imperatoris nec dimittet eos pro aliqua epistola aut principe quin illos adiuvet, nisi speciali verbo Imperatoris, tunc si non posset eos cum eo concordare, facere eos previsos per tantum tempus quod bene possent custodire et munire.

609. *De promissione regalie facta per comune Astense magistro Opizoni subdiacono et notario domini Pappe de libris trecentis Astensis monete.* 1223. 31 Augusti [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo tercio indictione undecima, Die iovis secundo kalendas Septembris, Girardus manaria Astensis potestas consensu et voluntate Credendariorum omnium suorum per campanam colectorum et ore ad os interogatorum et scriptorum, spontanea voluntate, promisit nomine comunis astensis magistro Opizoni subdiacono et notario domini Pappe, quod dictum comune decetero omni anno in festo sancti Martini solvet trecentas libras astensis monete prefato

[1] Instrumentum hoc ex ipso Codice nostro transcripsit ediditque J. Ficker, *Böhmer Act. Imp.* cit. pag. 828. N. 1143.

magistro vel suo certo misso nomine regalie, seu pro regalia suprascripte Civitatis, quam dominus Fredericus Imperator romanorum et Rex scicilie donavit eidem magistro in utilitates suas quamdiu ipse magister vixerit libere convertendas sicut continetur in imperiali privilegio aurea bulla munito a me Philipo publico notario viso et lecto, promisit etiam dictus dominus Girardus nomine suprascripti comunis quod neque in vita neque post mortem antedicti magistri Oppizonis repetet dictam pecuniam in toto vel in parte vel aliquid pro ea a sepedicto magistro Opizone vel a fratribus suis aut nepotibus suis vel eorum heredibus nec aliquo modo vel ingenio occaxione predicta faciet aliquid quod aliquo modo gravet magistrum Opizonem seu fratres ac nepotes suos, vel heredes eorum. Eodem autem die et loco, ipse magister Opizo promisit prefato domino Girardo nomine comunis Astensis, quod si dominus Imperator repetere vel repeti faceret, ipse vel alius pro eo a prefato comuni pecuniam nomine ipsius Regalie esset a dicto comuni persoluta sepedicto magistro vel alij pro eo, Idem magister daret operam quod ipse dominus Imperator a tali repetitione desisteret et si hoc non posset facere obtinere ab eo restituere supradicto comuni pecuniam quam propter hoc recepisset ipse vel alius pro eo ab eodem comuni, et hoc promisit se facturum, si dominus Imperator vel alius pro eo repeteret seu extorqueret supradictam pecuniam vivente ipso magistro Opizone. Si vero post mortem eius illam repeteret In eo casu sepedictus magister Opizo de hoc non teneatur, et supradictum comune non possit aliquo modo habere recursum ad fratres vel nepotes eiusdem magistri, vel heredes seu bona eorum Et id totum placuit prefato domino Girardo, et domino Magistro Opizoni. Et promiserunt adinvicem omnia suprascripta prefati dominus Girardus nomine comunis Astensis et dominus magister Opizo suo nomine, et quod ipsum comune bona fide et sine fraude servabit omnia supradicta nec aliquo tempore contravenire[1] aliquo modo vel aliquo tempore. Renunciando omni juri quo dictus potestas nomine comunis Astensis se posset tueri et specialiter ne possit dicere, se iniuste nomine comunis fore obligatum, et inde omnia bona dicti comunis, que salvo suo sacramento possunt obligari eidem magistro Opizoni pignori obligavit, et inde duo instrumenta huius tenoris et hoc specialiter pro magistro Opizone fieri preceperunt. Actum Aste in Canonica comunis in publico consilio de campana interfuerunt testes, dominus Ubertus de catena canonicus astensis ecclesie, dominus Marchisius trussius, Bernardus, et magister Raynaldus, Petrus durnasius, Tomas de Curia clavarius comunis et Jacobus Giniorius[2].

Ego Philippus Imperialis notarius hijs omnibus interfui et sic iussu predicti potestatis scripsi.

610. *De confessione facta versus comune astense per dominum Girardum Josbertum nomine dicti magistri Opizonis de dicta Regalia.* 1227. 2 Julij.

Anno domini, Millesimo ducentesimo vigesimo septimo indictione quintadecima, Die veneris secundo intrante Jullio, coram testibus infrascriptis. Confessus fuit dominus Girardus iosbertus nomine et vice magistri Opizonis domini pappe subdiaconi se recepisse et habuisse a domino Albrico de rovoreto judice et gerente vices domini Baroci

[1] *contraveniret.* — [2] Reliqua desunt.

de burgo potestatis astensis, nomine et vice comunis astensis predicti libras trecentas astenses pro regalia sibi data et concessa a domino Frederico Romanorum Imperatore, ut in privilegio inde confecto continetur bullato sigillo et bulla aurea dicti domini Frederici imperatoris. Renunciando privilegio et exceptioni non numerate pecunie et non recepte regalie, et hoc de illo festo et termino sancti Martini quod fuit in anno domini, Millesimo ducentesimo vigesimo sexto, Indictione quartadecima, Qui Girardus nomine dicti Opizonis promisit dicto domino Albrico nomine et vice comunis Astensis recipienti, quod de ipsis libris ccc nec de regalia supradicti termini, Comune Astense nec alium pro comuni vel bona comunis tempore aliquo non appellabit nec conveniet. Qui vero Girardus fuit constitutus procurator a dicto domino Opizone ad recipiendum pro eo a comuni Astensi libras sexcentas de dicta regalia, sicut per litteras ipsius Opizonis apparebat sigillitas sigillo ipsius Opizonis datas Rome xiiii° kalendas Marcij pontificatus domini Honori pape tercij Anno xi. Actum Aste supra voltas ecclesie sancte Marie de dom. Interfuerunt testes Rollandus cazo, Robaldus gardinus, Freullus bertaldus, Baldimentus de curia et Ubertus medicus.

Ego Manfredus carena notarius pallatinus interfui et sic scripsi.

611. *De quadam confirmatione et approbatione factis per dominos Ruffinum de torcello Cantorem et Guascum de corsembrando canonicum ecclesie Astensis.* 1221. 15 Augusti.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo Indictione nona. Die dominico quintodecimo intrante Augusto presentia infrascriptorum testium, et coram Astensi capitulo dominus Ruffinus de torcello cantor astensis ecclesie, et dominus Gascus filius domini Raynerij de corsenblando canonicus eiusdem ecclesie, consenserunt ac confirmaverunt in omnibus et per omnia, omnia ea que acta sunt et statuta et conlocata, et que omnia in instrumentis publicis sunt redacta, Inter dominos Jacobum astensem episcopum nomine astensis ecclesie seu episcopatus, et dominum Guidonem de landriano potestatem astensem nomine et vice comunis Astensis. Actum Aste in ecclesia sancte Marie predicta. Testes interfuerunt, dominus Otto abbas ecclesie Apostolorum, et dominus Ubertus de catena et dominus Ubertus, Petrus de filizano et dominus Ruffinus de ripa, et dominus Guielmus bertramus.

Et Ego Guielmus trossellus notarius palatinus interfui et scripsi.

612. *De fidelitate facta comuni Astensi per Jordanum de Monte fortino et Guidonem et Ardicionem fratres eorum nomine et nomine Raynerij de Monte fortino.* 1226. 8 Novembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo sexto Indictione quartadecima, Die dominico octavo intrantis Novembris, coram testibus infrascriptis, Jordanus de monte fortino et Guido et ardicio fratres eorum nomine et nomine Raynerij, Juraverunt esse fideles domino Guielmo amato potestati astensi nomine et vice [2] comunis astensis et toti comuni astensi, et ei nomine comunis astensis, fecerunt fidelitatem talem qualem

[1] Huius fidelitatis instrumentum iterum occurrit in quarta Codicis parte; servata itaque sola inscriptione suo loco ad N. 884, lectiones varias hic afferemus. — [2] *iure.*

vasallus facit domino, et facere guerram promiserunt et juraverunt, de omnibus suis Castellis, locis et villis et omnibus hominibus inimicis comunis astensis, salvis suis dominis in eorum feudis verumtamen Castella et loca et villas et homines quos [1] et que habent, comuni astensi, vel alicui pro comuni astensi varnita vel scarita non vetabunt, quin comune astense ex eis possit uti et se defendere et habere reductum contra quamlibet personam salvis dominis suis in suis feudis. Et proinde fuerunt confessi se habuisse a domino Guielmo amato potestate astensi libras decem astenses Renunciando exceptioni non numerate pecunie predicto nomine. Actum Aste in domo comunis, Interfuerunt testes Mascarus de solario, Manfredus de Castello aynaldo, Guielmus barexanus. Rodulfus carbonus et plures alij.

Et ego Manfredus carena notarius palatinus interfui et sic scripsi.

613. *De citaniatico infrascriptorum dominorum de bulgaro.* 1257. 9 Marcij [2].

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo indictione quintadecima Die sabati nono mensis Marcij. In presentia infrascriptorum testium, dominus Jacobus zacius potestas Astensis nomine et vice comunis Astensis, voluntate consilio et consensu utriusque credencie et Rectorum societatis per campanam [3] et nuncios more solito congregatorum et ore ad os interrogatorum et scriptorum, et ipsi Credendarij et Rectores nomine et vice comunis astensis, fecerunt donum et concessionem, In manibus dominorum Raynerij de bulgaro et Petrini eius fratris, et Oddonis et Rodulfini de bulgaro, ut ipsi et eorum heredes et descendentes eorum sint cives urbis astensis imperpetuum sicut alij Cives habitantes in Civitate astensi, salvo eo quod ipsi domini vel aliquis eorum, nec eorum descendentes, non possint nec debeant compelli ad faciendum stallum seu habitationem [4] in civitate vel burgis coherentibus civitati contra voluntatem eorum occaxione dicti Citaniatici. Qui Raynerius, Petrus [5], Oddonus et Rodulfinus ad sancta dei evangelia juraverunt citaniaticum civitatis astensis per se se et eorum heredes et per eorum descendentes, et facere pacem et guerram pro comuni Astensi ad voluntatem potestatis et comunis Astensis imperpetuum, Premio cuius citaniatici predicti domini de bulgaro dederunt et concesserunt incontinenti predicto potestati recipienti nomine comunis astensis Castrum bulgarij.

614. *De vendicione facta comuni Astensi per Micaelem de gamondio de Infrascripto sedimine.* 1198. 30 Decembris.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo octavo indictione prima. Die iovis tercio kalendas Januarij Cartam vendicionis sub dupli defensione fecit Micael de gamondio in manibus Girardi de ardicione judicis domini Alberti de fontana potestatis astensis ad partem comunis astensis, Nominative de una pecia sediminis cum domibus et omnibus desuper existentibus sicut est signata et terminata infra terminos et coherencias una cum accessione et ingressu suo, et cum omnibus superioribus et

[1] addit *et quas.*

[2] Instrumentum hoc iteratur in quarta Codicis parte; quapropter servata sola inscriptione suo loco ad N. 811, lectiones varias hic subiungimus. — [3] *societatum per campanas.* — [4] *habitaculum.* — [5] *petrinus.*

inferioribus que iacet ad portam archus, Cui coherent via publica via vicinalis Rubruclus et Robaldus marucus pro precio denariorum bonorum astensis monete librarum centum, de quo precio, Idem Micael vocavit se quietum et pagatum quam vendicionem ut supra legitur insolidum predictus Michael per se et per heredes suos promisit predicto Girardo judici stipulanti ad partem comunis astensis, ab omni homine defendere sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione in consimili loco. Et insuper idem Micael posuit eundem Girardum judicem nomine comunis astensis in possessionem predicte venditionis. Preterea Persenda uxor iamdicti Micaelis abrenunciando universo juri ypothecarum et senatui consulto velleyano et omni legitimo auxilio, quod habebat et exigere poterat in predicta vendicione et pro dote sua et alio modo sua sponte, ut confessa fuit, Juravit supra dei evangelia eandem vendicionem tenere firmam et non removere ullo tempore per se nec per suppositam personam. Actum Aste in domo ubi moratur iamdictus Micael. Interfuerunt testes Guielmus amiconus, Johanes asinarius, Guielmus sicardi, Villanus de strata et Berardus portapegula.

Ego Thomas notarius hanc cartam scripsi.

615. *De vendicione facta comuni Astensi per Obertum de curia de infrascripto sedimine.* 1179. 21 Februarij.

Anno domini Millesimo Centesimo septuagesimo nono indictione duodecima. Die Mercuri nono kalendas Marcij Cartam vendicionis sub dupla defensione fecit Obertus de curia in manibus astensium Consulum a parte comunis Nominatim de pecia una sediminis cum domo et omni edificio desuper existente. Cui coheret via et altera via qua itur ad sedimen illorum de corcavagno emptor et iacet ad portam sancti laurencij ad curiam pro precio denariorum bonorum astensis monete librarum XXX minus denarios XII. Tali modo ut Astenses Consules et eorum successores, aut cui dederint faciant de predicta domo cum sedimine qualiter supra legitur insolidum, quicquid facere voluerint sine omni contradictione predicti Uberti de curia et heredum eius. Insuper predictus Ubertus de curia, unaa cum suis heredibus promisit Astensibus consulibus eorumque successoribus aut cui dederint predictam venditionem qualiter supra legitur insolidum ab omni homine defendere quod si defendere non poterit aut per quodvis ingenium subtrahere quesierint tunc in duplum eandem venditionem ut supra legitur eis restituere debet sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione precij in consimili loco. Actum in ecclesia sancti sixti feliciter. Interfuerunt testes Astenses Consules, qui predictam cartam receperunt. Nomina quorum sunt Girardus vola, Guielmus de Ast, Henricus soldanus, Valla de pusterna, Item testes, Bonefacius de cario, Rub revel Guilelmus de moneta Consules Justicie, Opizo iudex, donetus corrigiarius, Gandulfus buccanigra in presentia predictorum testium, henricus soldanus tenetur comuni ex stipulatu omne damnum ei inde datum restituere si contingeret quod Alaxia uxor predicti Uberti aut aliquis pro ea aliquo tempore molestare predictam vendictionem.

Ego Guido notarius hanc cartam scripsi.

616. *De vendicione facta comuni Astensi de pecia una terre posita extra fosatum novum Civitatis Ast.* 1194. 31 Januarij.

Anno domini Millesimo Centesimo nonagesimo quarto indictione septima. Die iovis pridie kalendas Februarij Cartam vendicionis fecit, Michael ginorius comuni astensi, In manibus girbaldi tunc consulis existentis, Nominative de una pecia terre, que est de foris fossatum novum Civitatis astensis, Cui coheret fossatum novum Civitatis, via terra de qua Astenses consules dederunt plus libras sex, pro hac enim venditione Recepit Michael ginorius a Consulibus astensibus, astensis monete libras VII et solidos VII. Tali modo ut astenses consules, et eorum successores pro comuni astensi teneant firmiterque possideant predictam terram qualiter supra legitur insolidum, et faciant exinde a presenti die ipsi aut cui dederint, quicquid facere voluerint, sine omni contradictione predicti Michaellis ginorij et heredum eius. Insuper predictus Michael ginorius promisit eis predictam terram aut cui dederint sub pena dupli ab omni homine deffendere. Actum in Cimiterio sancti Secondi de mercato. Interfuerunt testes Jacobus bertramus astensis tunc consul, Scarampus, Robaldus maruc, tunc consul populi qui (?) predictos denarios solverunt. Item testes, Guielmus mussus Grossolanus de domo, Vilielmus borellus, Ruscayrolius.

Ego Guido notarius hanc cartam scripsi.

617. *De fidelitate facta comuni Astensi per dominum Guidonem de Aste et Guielmum de ripa de feudo quod tenent a comuni Astensi.* 1206. 18 Novembris [1].

Anno domini Millesimo ducentesimo sexto indictione nona die Veneris, quintodecimo kalendas decembris, presentia infrascriptorum testium, dominus lantelmus de landriano potestas Astensis a parte comunis de Aste Investivit dominum Guidonem de aste et Guielmum filium quondam Oberti de ripa et Fredericum fratrem predicti Guidonis de eorum recto feudo quod tenent a comuni de aste pro qua investitura prenominati Guido et frater et Guielmus filius quondam Oberti de ripa ad presens juraverunt fidelitatem pretitulato domino lantelmo potestati Astensi nomine comunis de Aste, et alijs potestatibus vel Consulibus astensibus per tempora [2] existentibus, et toti comuni de Aste sicut vasallus facit seniori [3], quod feudum potestas predictus promisit eis defendere ut debet. Interfuerunt testes rogati, Comes Ubertus grassus, Nicolaus gardinus, Vilielmus gardinus, Rodulfus de caymarano [4] et Sistus de cocongio [5]. Actum in Urbe aste in domo quondam Rollandi vacce.

Ego Gandulfus notarius hanc cartam scripsi.

618. *De quodam precepto facto per vicarium potestatis ast prout infra continetur.* 1282. 24 Februarij.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo secundo indictione decima, Die mercuri vigesimo quarto mensis februarij, dominus Antonius de busnate vicarius comunis astensis precepit Jacobino de caburo filio domini Jacobi de caburo quondam,

[1] Instrumentum hoc iterum occurrit in quarta Codicis parte; servata itaque sola inscriptione suo loco ad Num. 801 lectiones varias hic afferemus. — [2] *pro tempore.* — [3] Addit *Et.* — [4] *Camayrano.* — [5] *Concorigio.*

quod ipse usque ad tercium diem solvat et solvere debeat Jacobo boveto libras septem solidos septem astenses pro quibus ipse Jacobus de caburo eidem Jacobo boveto deliberatus est pro fodro et occaxione fodri denariorum XXII pro libra per officiales comunis astensis sub pena solidorum XX astensium. Item precepit dicto Jacobo filio domini Jacobi de caburo quod ipse solvat et solvere debeat infra tercium diem clavario comunis astensis pro fodro et occaxione fodri denariorum XXII pro libra libras sex solidos tres et denarios II astenses, sub pena eadem. Item precepit Alexandro de caburo filio domini Ruffini de caburo, quod ipse solvat et solvere debeat clavario comunis astensis pro predicto fodro libras VIII solidos XVII et denarios quinque. Qui Jacobus de caburo filius domini Jacobi et Alexander supradictus filius domini Ruffini in presentia dicti domini Vicarij, dicunt eis et cuiulibet eorum ex dicto precepto, et ex dictis fodris esse dictum et factum iniustitia, et postulant cognitionem maxime cum ipsi Jacobus et Alexander sint de certa quantitate gravati et de dicta quantitate bene solverint. Qui suprascriptus dominus Vicarius, delegavit dictam questionem Collegio Iudicum civitatis astensis ad cognoscendum utrum predicti Jacobus et Alexander, debeant solvere vel non. Et precepit suprascriptis Jacobo et Alexandro quod infra dictum diem accedant collegium sub pena solidorum XX alioquin cassaret dictam petitionem cognitionis. Dominus Jacobus de sulbrico, dominus henricus petri, Dominus Ubertus de beccaria dominus Guillelmus gardinus, dominus Perotus gutuerius, dominus Tholomeus asinarius, dominus Thomas de beccaria, dominus Philipus de viallo, dominus Bandimentus de curia, dominus Cunradus de platea, dominus Philipus scarampus, dominus Thomas aranchaboscus, dominus Andreas de solario, dominus Raymondus badea dominus Manuel pelleta.

Consilium suprascriptorum Iudicum de collegio omnium in concordia existentium Quod suprascripti de caburo debent solvere de eorum terris et possessionibus secundum quod registrate sunt ad registrum vetus quod adhuc durat, Et quod tantum quantum registrate sunt ipse terre et possessiones deducatur de extimo ipsorum predicti fodri denariorum XXII pro libra ita quod ea que registrata sunt solvant secundum formam dicti registri, Et superfluum videlicet illud quod restat de dicto extimo sive fodro denariorum XXII pro libra pro extimo predicto de mobili et ratione mobilium, Unde dominus Antonius Vicarius predictus sedendo pro tribunali pronunciavit in omnibus et per omnia prout in dicto Consilio continetur, lata est in domo domini Guale macaluffi in qua moratur dominus Grumerius de rivola potestas astensis, presentibus Jacobo silvano sindico comunis astensis et presentibus dictis Jacobo et Alexandro. Testes cermanus bestustus notarius, et Gualterius de platea notarius et Jacobus de felizano nuncius comunis astensis.

Et ego Guilelmus de gorzano notarius palatinus interfui et precepto dicti Vicarij sic scripsi.

619. *De confessione facta versus comune astense per dominum Girardum Josbertum nomine magistri Opizonis notari domini Pappe occaxione sue regalie.* 1224. 29 Novembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo vigesimo quarto Indictione duodecima, Die Veneris tercio kalendas decembris coram testibus infrascriptis fuit confessus dominus

Girardus Josbertus, se nomine et vice magistri Opizonis subdiaconi domini pappe et notari recepisse et habuisse a domino frasso maglato judice domini Pagani de petra sancta astensis potestatis nomine et vice comunis astensis libras trecentas astensis monete occaxione regalie sive pro regalia Civitatis astensis quam dominus Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum Imperator et semper augustus et Rex Sicilie concessit et donavit ipsi Opizoni tempore vite ipsius Opizonis sicut continebatur in privilegio aurea bulla sigillato scripto anno dominice nativitatis. Millesimo ducentesimo . . . . . pro illo anno qui fuit a sancto Martino proxime preterito usque ad unum annum retro, et finis cuius anni fuit in sancto Martino proxime preterito. Renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepte, promittens ipse Girardus domino Frasso nomine comunis se taliter facturum quod dictus magister Opizio, de dictis libris ccc imperpetuo erit tacitus et contentus, et quod predictam solutionem et omnia predicta habebit firma et nullo tempore contravenire, et si contraveniret, et dictum comune vel bona eius ab ipso Opizone appellaretur vel conveniretur, vel ab alio pro eo et comune aliquod damnum vel expensas faceret, vel substineret, tam vel iudicio vel alio modo, ipse Girardus promisit ipsi Frasso nomine comunis restituere credendo de damno et expensis in verbo potestatis vel Consulum per tempora existencium, sine probatione et sacramento renunciando fori privilegio. Et quod non posset dicere se obligatum esse et promisisse sine causa. Preterea si hec omnia ipse Girardus non attenderet et compleret Jacobus de sulbrico et Bertramus de sulbrico, et Rubertus eius frater, promisit quilibet eorum insolidum dicto Frasso nomine comunis omnia predicta attendere et observare et complere et sic facere quod omnia predicta in omnibus et per omnia attendantur et observentur predicto comuni astensi, Renunciando beneficio nove constitutionis epistole divi adriani fori privilegio condicioni sine causa, et pro omnibus predictis attendendis observandis et complendis predicti quatuor omnia eorum bona dicto domino frasso nomine comunis pignori obligaverunt. Actum aste in Canonica comunis. Interfuerunt testes, Berrardus zizonus, Berrardus biggottus, Conradus galia, Butinus de cario, Mussus boviculus, Jacobus mazanus, Henricus turrellus.

Ego Manfredus carena notarius palatinus interfui et sic scripsi.

620. *De Citaniatico Surleonis murruelli et henrici Auguste et henrici ducelli.* 1199. 13 Januarij.

Anno domini Millesimo Centesimo Nonagesimo nono indictione secunda. Die Mercurij terciodecimo die intrante Januario, presentia infrascriptorum testium, Bayamondus de platea, Rodulfus durnasus, et Jacobus judex gerentes vicem domini Petri de petra sancta potestatis astensis, fecerunt cartam donationis a parte comunis astensis, in manibus Surleonis murruelli, et henrici auguste nomine suo et nomine fratris sui henrici ducelli, ut ipsi suique heredes sint cives astenses imperpetuum dando fodrum de libris viginti astensibus, quociens civitas astensis ad fodrum venerit, Et faciendo proinde omnes consuetudines et mores Civitatis astensis sicut alij cives fecerunt. Et debent facere per se et per eorum homines pacem et guerram pro comuni de aste exercitus et cavalcatas et succursus quociens eis requisitum fuerit sicut alij Cives astenses nisi absolto potestatis vel Consulum astensium remanserit, et debent salvare et Custodire homines de Aste pro comuni et diviso in personis et in avere

et eorum terram ubique contra omnes homines, et reducere eos pro comuni et pro diviso in eorum Castella. Nec debent vetare astensibus, guarnitis vel scharitis pro comuni nec pro diviso, quin faciant ex eis pacem et guerram cuicumque voluerint, et inde cum Astensibus et sine Astensibus facere pacem et guerram per se et per omnes eorum homines cuicumque Astenses voluerint. Et hoc totum predicti Surleonus muruellus et henricus augusta supra dei evangelia imperpetuum attendere bona fide salvo astensi Episcopo, et salva fidelitate Marchionis montisferrati, in sua persona juraverunt. Interfuerunt testes, Raynerius de corsembraldo, Rodulfus de camariano et plures alij. Actum in corsenbraldo.

Ego Gandulfus sacri palacij notarius interfui et mandato suprascriptorum trium Sapientum scripsi.

621. *De quadam sententia arbitramentaria lata inter Comune Astense, ex una parte, et dominum Albertum de serra ex altera prout inferius continetur.* 1291. 14 Septembris.

Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo primo indictione quarta, Die Veneris quartodecimo mensis Septembris. In presentia testium infrascriptorum, Cum longo tempore contencio fuerit inter comune astense ex una parte et dominum Obertum de serra ex altera parte, occaxione fodrorum tallearum colectarum prestorum miliciarum et aliorum onerum Civitatis astensis dicto comuni astensi dicente et allegante ipsum dominum Obertum debere solvere et teneri agnoscere et solvere omnia et singula fodra dacita presta talleas et collectas, et milicias et equationes miliciarum et omnia alia et singula onera, tam realia quam personalia Civitatis astensis tam pro rebus mobilibus quam pro immobilibus sicut alij Cives astenses, dicto vero domino Oberto alegante et dicente quod predicta facere non debebat, nisi solomodo pro rebus immobilibus quas habet vel in futurum habebit et acquiret in civitate vel in posse, Cumque dictum comune ob causas predictas magnam quantitatem pecunie a dicto domino Oberto indebite extorquissent, Et ob hoc dominus Obertus, qui est ipse et eius pater oriondi de civitate Janue, et in ea cum tota sua familia stat et stat et steterit et habitaverit iam est diu propter que se predicta facere non debere dicebat, et cartam cambij sive laudis a comuni Janue fuerit consecutus propter que cives et mercatores astenses securi in Civitate Janue ire vel stare non poterant, Cum dictus dominus Obertus plures merces mercatorum astensium arestari fecisset, ex quibus multa damna et pericula comuni et diviso civitatis astensis et maxime mercatoribus iminebant Et super facto dicti domini Oberti, data fuerit et concessa potestas quatuor sapientibus juris elligendis per societatem, faciendi et tractandi et ordinandi paciscendi promittendi et contrahendi pro comuni astensi et nomine comunis astensis, cum dicto domino Oberto de serra prout eis videbitur expedire, prout in reformatione consilij celebrati hoc eodem anno et indictione, die dominico vigesimonono mensis iullij plenius continetur, Cumque societas Mercatorum super predicto facto domini Oberti de serra elligerent dominum Guielmum rotarium, Obertum regem, Guielmum de gillio et Henricum gutuerium, sicut de ellectione constat per acta publica scripta in libris comunis astensis, Ecce quod dicti domini Guilelmus Ubertus, Guielmus et henricus auctoritate dicte baylie predicto nomine et vice comunis astensis ex una parte et

domini Tholomeus asinarius et Guielmus gutuarius procuratores dicti domini Oberti, nomine ipsius, de qua procuratione constat per publicum instrumentum factum per me Jacobum ragium notarium infrascriptum hoc eodem anno et indictione, die martis decimo mensis Septembris ex alia parte de predictis omnibus et singulis et super predictis omnibus et singulis, ad tale pactum et talem transactionem sive concordiam pervenerunt. In primis dicti quatuor auctoritate dicte baylie, nomine et vice comunis astensis et omni jure et modo quibus melius potuerunt liberaverunt et absolverunt dictum dominum Obertum et dictos suos procuratores nomine ipsius et per eos dictum dominum Obertum ab omnibus et singulis fodris prestis, dacitis talleis et colectis, Milicijs et miliciarum equacionibus et omnibus et singulis impositionibus impositis ipsi domino Oberto hinc retro, vel in futurum ei imponendis occaxione aliquorum debitorum que comune astense dare deberet ex aliqua causa vel debebit usque ad festum sancti Micaellis proximi venturi, et ab omnibus et singulis penis bannis, condicionibus et processibus in quibus dictus dominus Obertus incidisset aliquo jure vel modo vel qui facti essent contra eum vel fieri possent in futurum occaxionibus suprascriptis vel aliqua earum. Et insuper nomine et vice comunis astensis firmaverunt et fecerunt pactum cum dictis procuratoribus recipientibus nomine et vice dicti domini Oberti, quod imperpetuum comune astense non appellabit vel molestabit dictum dominum Obertum vel eius successores vel bona ipsorum occaxionibus suprascriptis vel aliqua earum Et quod de predictis omnibus et singulis, Comune astense et quilibet alius habens causam a comuni Astensi, et quilibet Officialis comunis astensis imperpetuum stabit tacitum et contentum et stabunt taciti et contenti. Asserentes dicti quatuor nomine dicti comunis quod dictus dominus Obertus ad predicta non tenebatur dicto comuni Astensi, utpothe cum sit Civis Janue et origine et habitatione Janue et non comunis astensis. Et versa vice dicti domini Tholomeus et Guilelmus procuratores dicti domini Oberti nomine ipsius promiserunt dictis quator sapientibus et michi notario infrascripto stipulantibus et recipientibus nomine et vice comunis astensis solvere et facere agnoscere et subire omnia fodra presta dacita et colectas et talleas et milicias, et equaciones miliciarum et omnia alia et singula onera civitatis astensis que imponentur infuturum preter illa que imponentur vel imposita sunt pro debitis que comune astense dare debet vel debebit usque ad festum sancti Michaellis proxime venientis, Et de omnibus et singulis domibus, terris et possessionibus et rebus immobilibus et pro omnibus et singulis predictis, et ratione omnium et singularum domorum terrarum et possessionum et rerum inmobilium, quas dictus dominus Obertus vel eius successores habent vel habebunt vel infuturum acquirent in civitate astensi vel in posse. Et insuper de mobilibus et pro mobilibus sive occaxione rerum suarum mobilium ubicumque eas habeant de libris quadrigentis astensibus, et non de pluri sicut solvunt et substinent faciunt et agnoscunt alij cives astenses Civitatis astensis, stantes et habitantes in civitate astensi, hoc acto inter predictos contrahentes per stipulationem et pactum appositum in contractu presenti quod ultra predicta vel in maiori quantitate quam superius continetur, vel aliter vel alio modo, dictus dominus Obertus vel eius successores extimari vel registrari non possint per comune Astense vel per aliquos officiales comunis astensis, vel per aliquos habentes causam a comuni astensi. Et si ipse dominus Obertus vel eius

successores de maiori quantitate quam predictum est, extimatus fuerit vel registratus extimati vel registrati fuerint quod extimatio et registrum in eo quod excederet dictam summam, sit cassa et irrita ipso jure et viribus careat et vigore et valore presentis instrumenti sive contractus pro infectis penitus habeantur et reputentur, Ita quod aliqui potestates judices vel vicarij vel aliqui alij Officiales comunis astensis, vel habentes causam a comuni Astensi non possint nec debeant cogere dictum dominum Robertum vel successores eius neque contra ipsos procedere vel successores eius vel bona ipsius, Et si contingeret quod ipse vel eius successores in maiori summa quam predictum est vel aliter quam predictum est extimatus fuerit vel registratus extimati fuerint vel registrati vel eis aliquod fodrum prestum vel dacitum talia vel colecta milicia vel equacio milicie vel aliqua alia onera civitatis astensis impositum fuerit vel iniuncta ad solvendum aliquid ultra suam quantitatem, que ipsum contingeret respectu dictarum librarum quadrigentarum astensium de mobili et de rebus immobilibus quas habet vel infuturum acquiret sicut alij Cives Civitatis Astensis. Item Actum est quod si contingeret dictum dominum Obertum, vel eius successores venire ad standum in civitate astensi vel posse cum familia sua quod ipsi predicta libertate gaudeant et letentur a die qua venerint stare in civitate astensi cum familia sua usque ad quinque annos proximos subsequentes. Tali modo quod infra dictum quinquennium et durante dicto quinquennio, dictus dominus Obertus vel eius successores non teneantur nec debeant nec cogi possint solvere facere agnoscere, vel subire fodra presta dacita talleas vel collectas et alia onera comunis Astensis, nisi pro domibus terris et possessionibus quas habent vel acquirent in civitate astensi vel posse et de libris quadrigentis astensibus de mobili sive pro mobili sicut alij Cives in civitate astensi stantes et habitantes, ultra dictam summam sive extimationem predictam, vel aliter quam superius continetur durante dicto quinquennio extimari vel registrari non possint. Imo omnis extimatio registracio et cuiuslibet oneris impositio que fieret contra predictam formam vel ultra predictam quantitatem librarum quadrigentarum pro mobili vel aliter quam superius continetur auctoritate presentis contractus, virtute careat et effectu, Ita quod comune Astense occaxione ipsius extimationis vel registrationis vel impositionis contra ipsum dictum dominum Obertum vel successores eius et bona ipsius procedi non possit, Immo omnes processus qui fierent contra predictam formam ex nunc Cassi sint et irriti ipso jure, lapso vero tempore quinquennij, dictus dominus Obertus et eius successores dummodo steterint cum familia sua in civitate astensi vel posse teneantur omnia onera realia et personalia Civitatis astensis agnoscere et subire tam pro rebus mobilibus quam immobilibus, et in omnibus et per omnia sicut alij Cives civitatis astensis. Eo salvo specialiter et exceptato quod si lapso predicto quinquennio, predictus dominus Obertus et eius successores, cum familia sua desererent civitatem astensem et posse libertate gaudeant et immunitate. Ita quod semper et omni tempore quo steterint absentes cum famillijs suis a civitate astensi et posse predicta libertate et immunitate utantur, stando autem in civitate astensi et posse solo quinquennio gaudeant immunitate predicta, quia sic est actum inter partes predictas. Et ad hoc ut predicta plenam efficatiam consequantur dicti quatuor Sapientes auctoritate predicte baylie et omni Jure et modo quo melius potuerunt, Capitulantes in hac parte, de novo statuerunt et ordinaverunt ex certa

scientia omnia et singula supradicta esse Capitulum et statutum speciale et precisum civitatis astensis ad cuius observationem omnes potestates et Judices et vicarij comunis astensis Capitanei et Rectores, Magistratus et Officiales civitatis Astensis et omnes et singuli de Civitate Astensi teneantur precise et sine tenore vinculo sacramenti eo modo ac si omnia et singula supradicta scripta essent in libro Capitulorum civitatis Astensis, Et promitentes nomine et vice comunis astensis, predictis procuratoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice dicti domini Oberti quod comune astense faciet capitulum speciale quod ponetur in libro Capitulorum civitatis astensis, ad voluntatem dicti domini Oberti, de predictis omnibus et singulis attendendis et observandis, Et quod capitulum, de libro capitulorum civitatis astensis removeri tolli vel delerij non possit, et si non apposuit habeatur, Et si deleretur vel removeretur vel tolleretur semper pro non deleto et non remoto vel sublato penitus habeatur, Et quod dictum comune astense non faciet vel fieri permittet aliquod capitulum nec statutum vel ordinamentum in preiudicium dicti Capituli, seu per quod derogetur dicto capitulo, vel quod fiat quominus dictum Capitulum semper inviolabiliter observetur. Que omnia et singula dicte partes sibi adinvicem nominibus quibus supra promiserunt attendere et observare et rata et firma habere et tenere imperpetuum et facere et complere et nullo tempore contrafacere vel venire, et nullo modo revocare vel retractare aliqua occasione jure vel modo, Et si contrafacerent promiserunt sibi adinvicem nominibus supradictis Restituere omne damnum et expensas et interesse, que quas et quod inde facerent incurerent vel substinerent eundo redeundo stando litigando vel alio quocumque modo Credendo sibi ad invicem de damnis expensis et interesse in suo verbo simplici sine sacramento, et sine probatione aliqua Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis, dicti quatuor omnia bona comunis astensis que salvo sacramento potestatis astensis possunt obligari dictis procuratoribus recipientibus nomine dicti domini oberti pignori obligaverunt. Et dicti procuratores omnia bona dicti domini Oberti, dictis quatuor et michi notario infrascripto recipientibus nomine et vice comunis astensis, pignori obligaverunt dictis contrahentibus nominibus quibus supra Renunciantibus sibi adinvicem in omnibus et singulis supradictis exceptioni doli et infactum et condicioni et exceptioni sine causa et ex iniusta causa et generaliter omni et cuilibet alij exceptioni, defensioni et Juri. Hoc acto quod per predicta vel aliquod predictorum dicti quatuor vel aliquis ipsorum non inteligantur vel sint in aliquo realiter vel personaliter obligati ipsi domino Oberto, quia sic actum est inter procuratores dicti domini Oberti et dictos sapientes Et inde fieri precepta fuerunt plura instrumenta, quorum istud factum est pro comuni Astensi. Actum Ast in domo seu talamo domini Manuelis Guttuerij. Interfuerunt testes vocati, dominus Andreas garretus, dominus Guielmus gardinus judices, Leo faletus, dominus Manuel garretus et Cunradus zolius,

Et ego Jacobus ragius notarius palatinus, predictis omnibus interfui et rogatus sic scripsi.